Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΛΟΓΟΙ Θ,
ἐπιγεγραμμένοι ΜΟΥΣΑΙ.

Τοῦ αὐτοῦ Ἐξήγησις περὶ τῆς Ὁμήρου βιοτῆς.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBRI IX,

IX MVSARVM nominibus inscripti.

Eiusdem Narratio de vita HOMERI.

CVM VALLÆ INTERPRET. LATINA HISTORIARUM HERODOTI, ab ~~HENR. STEPHANO~~ recognita: & Spicilegio FRID. SYLBVRGII.

Item cum iconibus structurarum Babyloniacarum ab HERODOTO *descriptarum.*

Excerpta è Ctesiæ libris de rebus Persicis & Indicis, & ex iisdem FRAGMENTA auctiora.

Cum INDICE *aucto & locupletato.*

Alia quæ accesserunt ad hanc editionem, versa cognosces post præfationes pagina.

Editio adornata opera & studio Gothofredi Jungermani.

FRANCOFVRTI,
Apud Claud. Marnium, & hered. Jo. Aubrii.
MDCVIII.
Cum privilegio Regis Galliæ ad sexennium.

LAUSANNE

ILLVSTRISS. DN.

DN. PHILIPPO LVDOVICO, COMITI HANOVIÆ ET RINECKÆ, Domino in Mintzenbergk &c. S. Cæſ. Mai. à conſiliis, Heroi generoſiſſ. & clementiſſ.

ILLVSTRISS. Comes, Domine clementiſſime, Scriptorem celeberrimum, & quo vetuſtiorem poſt Moſem & ſacræ hiſtoriæ conditores integrum noſtra ætas non vidit, ſub T. ILL. GENEROS. nomine edimus. HERODOTVS is eſt, quem HISTORIÆ PARENTEM, Eloquentiæ parens nominare haudquaquam fuit veritus. Editionem vero illam ſub illuſtriſſimo nomine Tuo (vt de hac re prius aliquid verborum faciam, & ita de mei facti ratione; quum præſertim ipſe auctor ob famam ſuam & gloriam quam per tot ſæcula ipſi Muſæ ſuæ conſeruarunt, ſermonem longum minime deſideret) quod ſuſcepimus, ei rei cauſſam addidiſſe & votum noſtrum ſi commemorem, nihil falſi hîc protuliſſe certe ſum exiſtimandus. Poſtquam enim per vnum alterumve annum & quod excurrit, hîc in T. ILL. GENEROS. vrbe noua ſubſtiti, primum ab ocello typographorum Cl. Marnio aduocatus, ſi aliquo pacto ipſius deſiderio de bonis auctoribus Græcis denuo vel nouiter, ſi ita daretur occaſio, edendis corrigendiſve poſſem ſatisfacere, quæ quidem ampliſſ. & clariſſ. amicorum nonnulla de me fuerat opinio, acceſſeratque commendatio, quamuis ingenii mei tenuitate, quod numquam diſſimulaui, ſed faſſus fui ingenue, me vtrique iſti oneri, certe alteri præſertim, imparem eſſe affirmarem, hominem inſuper nulla eruditæ doctrinę copia inſtructum, & qui illas ſpes amicorum virorum, quos veneror, non tam reipſa vlla ex parte, quam amore & beneuolentia, qua me non meritum licet proſequerentur, ſuſtinere poſſem: poſtquam igitur, quod dicere cœpi, per aliquantum temporis ſpatium hîc ſubſtiti, cogitatum fuit aliquoties, ſi qua noua boni auctoris editione ſtudia noſtra qualiacunque T. ILL. GENEROS. probare, immo commendare porro poſſem, atque adeo teſtari publice, nos hîc ſub tutela T. ILL. GENEROS. vixiſſe ſane nec inuitos nec non lubenti animo. Sed occaſio digna mihi hactenus dari viſa nulla: ita fui occupatus potiſſimum aliena opera curans, excuſſus propriis, vt ille ait: & vllo illicio alienam meſſem ad me pertrahere, id vero, quamuis more hoc hodie fit, quo tamen & alia non bono ſcilicet fiunt, facere nolui; nec vmquam me tam improba capiat cupiditas.

Interim T. ILL. GENEROS. hinc ob augusta negocia abire contigit, acciditque paullo post vti optimus Marnius noster post alios eximios historicorum Græcorum & HERODOTI editionem adornari iuberet, vnius preli ratione præsertim ita poscente. Ibi statim nobis incidit, forte cum hoc auctore nos id audere posse, quod hactenus sollicitos habuerat; & in diuturna absentia T. ILL. GENEROS. eam editionem vouimus, vt quamprimum ἐσ' αἰσίοις illa rediret, contingeretque ex ista ἀπεσοῖ, gratissima, &, vt vtroq; vocabulo Herodoti nostri vtamur, qualis numquam antea rerum omnium ὄιεχώ. Cuius voti quum simus facti compotes, merito ante omnia & nobis gratulamur ideo, gratiasque agimus benignissimo omnium rerum moderatori, summo & αὐτοῦτῳ Deo, quod tam large vota nostra expleuerit, vt T. ILL. GENEROS. non tantum saluam sanamque reducem videre potuerimus, sed & insigni præterea titulo auctam cognoscere: eundemque cæli & terræ potentiss. arbitrum precamur, vti porro T. ILL. GEN. consilia & facta gubernare, dirigere, & fortunare clementer & benigne velit. Reuertor ad præsens. Et caussam quidē quæ me impulit, cur T. ILL. GEN. cum HERODOTO nostro alloqui ausus fui, sic attigisse, satis, ni fallor, esse iam potest. De altero, huius nimirum auctoris dignitate & auctoritate, fortasse verba magis adhuc compendifieri queant, quum ea T. ILL. GENEROS. nullo modo ignota esse possint, vt quam profecto in hisce litteris, quas humaniores vocamus, non mediocriter tinctam vel ex tam deprædicata fama cognoscere & audire potuimus sæpius. Sane vti T. ILL. GENEROS. multo maiora digniora-que offerri debere nullo modo eo inficias, ita tamen nec hunc nostrum indignum ea sperare volo. Nec enim vereor ne illi adhæreat apud T. ILL. GENEROS. macula ista, quam aspergere conati fuerunt non solum recentiores non nulli, sed etiam antiquiorum aliqui: quorum maleuolentia eousque progressa fuit, vti quidam τῶν κακογνωίας, si dis placet, Ἡροδότυ scribere ausi fuerint: nisi illos tamen, graues alias & eruditos auctores, quid excuset, quod manifesti sint patriæ amore (qui in multis præiudicium facit) id potissimum fecisse, quam HERODOTVS noster non ita extollat, vti ipsis allubuisset, vel facturi fuissent si suscepissent ἰσηγείας ἀπόδειξιν ipsi. Scilicet ille solos Bœotos & Thebanos laudasset, in hoc numquam reprehensus esset. Sed eius apologiam, quum iam laborioſe id præstiterint, tam Gallice quam Latine, viri doctissimi, in quibus & breuiter & grauiter auus etiam meus ὁ μακρείτης Ioachimus Camerarius, à me retexi non est opus, nec locus etiam hic patiatur: & me hercle apud ILL. GENER. T. actum agere non decet. Lubet saltem addere hoc tamen de fabulosis quibusdam narrationibus, quæ in HERODOTO (quis negat?) leguntur, quas tamen ille sacerdos Musarum non de se nobis largitur, vel οἰκόθεν promit, sed ab aliis accepta suæ historiæ intulit: nō idcirco tam temere censoria ipsum virgula, quam quidam nullo populi suffragio arripiunt, castigandum. Quid enim? consideret mihi quis ista ἠθικὰ & τοπικὰ, is præsertim *Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.* An non vbique locorum talia acroamata in promptu sunt apud ciues? an non origines suas ab antiquis plane & oblitteratis monimentis repetunt? an, vetustiorem modo possint arcessere suæ vrbis memoriam, fabulas effugere curant? Certe illas narrationes tales tum pueri à parentibus audimus & mandamus memoriæ, porroque in nostros posteros quasi de manu in manum traditas deriuamus. Ea tum late peruagantur scilicet, fiuntque sermo publicus: & historiarum scriptor eiusmodi certe debet de originibus locorum & vrbium antiquitate quæ feruntur, exponere: longeque id

præstat

præstat quam vt quid comminiscatur ipse, quod vt quidam ingenioſi fecere, ita numquam laudatum fuit à prudentioribus. Quæ itaque penes ſcriptorem culpa reſidet, ſi talia quædam ἐπεισόδια μυθώδη inſerat in hiſtoria, præſertim tali quæ circa τοπικὰς ἀναγραφὰς occupari neceſſe habet ſæpius, qualis & noſtri HERODOTI profecto eſt: quem διηγήσεις ſuas, vt & alii ipſo antiquiores, τόπους, in quibus res geſtæ fuerunt, ἀκριβουμένους partitum, critici veteres iam diu eſt quod obſeruarunt? Ne quid dicam quam ingenue ille identidem conteſtetur ita ferri, ita famam eſſe, ita ſe audiuiſſe, immo aliquoties etiam non ſibi iſta quidem veriſimilia eſſe, tamen ſe non debuiſſe prætermittere; alia, quæ ab aliis iam monita, & inter prolegomena Herodoto noſtro præfixa habentur. Nec vero iſta de originibus, quæ in omnibus ſcriptoribus quo ab vltima vetuſtate euocentur longius, fabuloſiores videri ſolent, è meo ingenio deprompſi: ſed ex Dionyſii Halicarnaſſei commonefactione, accuratiſſimi talium arbitratoris, qui profecto longe modeſtius & cautius de priſcis illis ſcriptoribus iudicium fert, quam hodie à quibuſdam fere calore quodam & plerumque imperitiâ fieri videmus. Iſtum ad modum & Ælianus, ὁ μελίφθογγος, poſtquam ex Alexandro Myndio, vetuſto ſcriptore, protulit hiſtoriã de ciconiis, quæ aues exacta ætate ad Oceanitidas volent inſulas, idque præmii pro pietate erga parentes referant, vt ex auibus conuertantur in homines: ὅ μοι δοκεῖ μῦθος εἶναι. Fabulam id eſſe, ait, non puto. Quid enim, addit, hoc comminiſci Alexandro profuiſſet? Turpe namq; eſſe viro cordato mendacium præferre veritati, ſi etiam maximum proponatur eius facti lucrum; nedum iſtud facturus eiuſmodi vir præſumendus ſit in iis, vnde ne vilis quidem lucelli exſpectare debeat emolumentum vllum. Quæ certe & de noſtro HERODOTO pariter recte & vere dici poſſunt, eamque ob cauſſam afferre volui: qui tamen numquam proceſſit eo audaciæ, vt bruti alicuius in hominem μεταμόρφωσιν πεπλάσας perſuadere voluerit cuiquã; etſi tale quid, vti dixi, de ciconiis Præneſtinus ille ſophiſta Myndio hiſtorico credebat. Verum, vt ſupra dixiſſe commemini, mea defenſione ſcriptorum eximius non eget, abſque aliis hoc ſatis & abunde eſt iam præſtitum: & omnis antiquitas cum honore & laude vſurpauit HERODOTI nomen, ſæpe eum τὴν συγγραφέα honeſto nomine vocantes. σοφώτατον, γλυκὺν, θωμασιώτατον τὸν μελίγηρυν Herodotum aiunt, eius diuinam in dicendo ſuauitatem in primis admirati. vtque eum ſemper præſtantiſſimum putarunt, qui ad Homeri ſui exemplum quam proximus accedere poſſet; ita HERODOTVM noſtrum & quidem ſolum ὁμηρικώτατον extitiſſe præclari rhetores ſcriptis ſuis conteſtatum reliquere. Nec itaque dicam quidquam etiam de illo, quem adiunctum antea à typographorum τερατίᾳ ſcriptis HERODOTI, nec ego temere auellere volui, archiatro regio, inquam, CTESIA: quod is omnia noſtro contraria narrare in hiſtoria animum induxerit. nam cuius vitii HERODOTVM affinem facere vult, ἐνίοις ἔλεγεν αὐτὸς μάλαγμα βεβλῆσθαι ἰατρός, idque auctores certatim annotarunt. Antiquitati ſane viri, non à nemine etiam laudati, hoc dedi, & quæcunque raptim Fragmenta colligere potui, vel ab aliis collecta fuere, quoniam eius ſcripta ad nos non peruenerunt, ea Excerptis à Photio adieci, & in publicum ſic aucta & locupletata edidi denuo: quum præſertim earundem gentium hiſtoriam, Aſſyriaca nimirum & Perſica, quam noſter HERODOTVS, ſcribere ſuſceperit. Verum vt tandẽ finem imponam orationi: ſi igitur HERODOTI noſtri hiſtoriam principem locum inter alias antiquorum tenere affirmauero, & iure quidem meritoque, nec vllam facile illi poſſe vel debere anteponi: id non abſque auctoritate grauiſſimorum viro-

rum certe fecero. Nec itaq;, Illustriss. heros, Dn. clementiss. eius editionem existimauimus indignam, quæ sub T. ILL. GENEROS. nomine adpareret, quum in ea profecto haud paruæ res commemorentur, sed potentiss. regum & principum consilia ac facta, multaq; monita inspergantur à viro principe legi digna: ne quid dicam quam pie loquatur, quamuis ethnicus ille vir, de diuina prouidentia: & quod neminem Græcorum scribendi genere accessisse propius ad Hebraicam breuitatem simplicitatemque velint, ex eoque sacræ chronologiæ cum profanis historiis conciliationem non incertam petant, ac collationem instituant nec inutilem nec iniucundam. Quæ ego sane ex grauiss. & doctiss. virorum iudicio profero: quum meum, vt iuuenis adhuc & imperitior, nec in vsu rerum versatus, nec eruditione aliqua suffultus, interponere non debeam. Qui itaque satis abunde voti summam me consequutum putabo, si nostrum quale cunq; studium (quantum quidem in tam breui temporis spatio, quo absolutus fuit hic auctor, mea ex parte præstari potuit, variis aliis distracto modis) in Herodotea editione noua, vt ornatior quam antea prodiret, positum, à T. ILL. GENEROS. non improbatum fuisse cognouero. Cuius quidem rei me spes bona fouet, qui sciam T. ILL. GENEROS. fauorem erga bonas litteras & artes earumq; cultores eximium, virtutem vt hodie raram, ita laudatissimam in principe viro: quam, vt & alias, quas in T. ILL. GENEROS. admiramur, ore quod magna sonaturum est prædicari decet: ego pro tenuitate mei ingenioli & oris infacundia calamum hic sisto, & eas potius colo cum silentio & animo venerabundo. Nec aliud iam addo quam vt T. ILL. GENEROS. cum auctore isto cultum & deuotionem humiliter & submisse iterum iterumque deferam, quæ vt ab homine tenui & ignoto illa ne spernat, obnixe & maximopere rogo. Ita, quod restat, Deum æternum oro, vt ille propitius T. ILL. GENEROS. saluam & incolumem diu diuque superstitem esse sinat cum bono Ecclesiæ suæ & Reip. emolumento: Illustrissimæque domus vestræ gloriam antiquam non solum conseruare, sed altius etiam extollere velit. T. ILL. GENEROS. quam optime valeat. Hanouiæ in T. ILL. GENEROS. vrbe noua, è typographio Wecheliano. Anno ∞ IↃC VIII. ipsis Idib. Mart.

T. ILLVSTRISS. GENEROSIT.

humillimus cliens

GOTHOFREDVS IVNGERMANVS.

LECTORI CANDIDO.

NIHIL *fuit, amice lector, de quo nos minus cogitauerimus anno praeterito, quam* HERODOTI *editionem ista hieme susceptam iri: nec eius rei mihi vel leuiter in mentem venire potuit. Sed varie se habent etiam optimorum typographorum sapè rationes, vt mehercle, quantum ego hactenus, dum illi arti non ita diu operam ἐπαναδρωτικὴν in parte dedi, cognoscere potui, adeo vt illud & hic verum esse, quod prouerbio teritur, expertus pronunciem, scilicet & nos plerumque in ipsa demum arena consilium capere oportere, non secus ac gladiatores aiunt. Ita ergo factum & nunc fuit, qui voti mei nondũ potui fieri vel semel compos, vt ad opus aliquod prãsi ac parati accederemus. Quamuis enim tum quod ad me attinet, ne quidquam ambitiuncula ex his verbis mihi quis sinistre colligat, quæ in me profecto non est vlla, nihil magni vel eximii à mea tenuitate proficisci posset, nec ego quid tale etiam promittam: tamen occasio sic esset à viris litteratis egregiam aliquam colligere symbolam ociosius: quam in Reip. litterariæ gratiam nobis credo illi haudquaquam negarent. Verum ἄφθονοι illæ Musarum δῶραι non vbique adeo nobis in propinquo: locorumque interualla sibi & temporis longioris spatium tum deposcunt. Sed ad ea quæ nostram editionem attingunt propius: vbi non mirabar, si quædam monere oblitus fuero; ita hæc in ipsis nundinis scribo, & quum liber iam mitti ad eas debuerat. Quum itaque auctoris cuiusdam veteris diu exspectata Græcolatina editio nondum à viro docto huc transmissa esset, quam alias prelo subiicere, nostro fuit decretissimum, operæque ad suos labores denuo confluerent, Marnius noster, vno prelo præsertim ita exigente, consilium de Herodoto edendo cœpit, & dictum factum, in eam rem editionem H. Stephani secundam ad nos misit, quæ operis nostris pro exemplari esse posset. Ego tum eram totus in Polluce, & Notis ad eum pertexendis, quas vt auderem aliquas post opportune amicum nostrum W. Seberum, quem in eadem re occupatum esse sciebam, cuiusque editio hisce nundinis prodit, caussã princeps fuit ms. Palatinus eximius ab amicissimo viro* IANO GRVTERO (*cuius eruditionem illam πάνυ admirer ne an summam erga me beneuolentiam exoscular magis, incerte angitur animus; & Musæ non sirint, vt vmquam tam angusto temporis spatio eius de me meritorum enumerationem ac depræsentationem imprudenter includam*) *ex illustr. illa Bibliotheca erutus, in quo hoc clare discere potui, non vane iactari de critice à viris qui in eo genere hodie familiam ducunt, eam vt Africam esse: quippe adferre semper aliquid noui. At non tanti forte nouitas, quæ si spectetur sola, cordatorum etiam virorum cauilla haud effugit, vt ideo quid porro in isto auctore tẽtare debuerim, nisi tam multas veras lectiones me reperisse in laudato ms. putassem, vel veras tamen quasdã, vbi vulgatæ falsæ videntur, repositurũ eius ope adiutus sperassem: de quo si non spernetur hic partus, eritque qui tollere velit, τὸ αὐτὸ πάχα βοήσει, quod præfiscini tamen addiderim. Ego itaque, ne multis morer, tum in Polluce totus, ita in eodem pergebam: satis ratus, si Herodotea editio ad Stephaniana exemplum publicaretur, nobisque saltem hoc proponeremus vt nostra qualiscunque diligentia pro viribus tamen Stephaniana esset æmula: diligentia, inquam, non eruditio, ad cuius ἄκρον tale, quale ille vir attigit, me peruenire posse haud spero vmquã. Verum tamen quum superiori anno iamiam exeunte, cogitationes nostræ εἰς τὸ πάνυ conuerterentur frequentius, considerata operâ meâ, & quid restaret profligandum ante quam nundinæ aduenirent, quarum terminis nostri labores iniquius, si verum dicere licet, plerumque circumscribuntur, & viso, me demum peruenisse ad ὀνομαστικὸν septimum, sique absoluendum esset in Polluce quod sub manu, verendum esse ne in Herodoti editione amplius quam præuaricatus viderer, vt qui huic plane nullam operam à me dedissem: sic itaque mearum rerum hercle sat agere cœpi, cura animum incertante varia. Sed cogitaui tamen Pollucem alias proditurum, licet ego nihil adfuerem, quum ille sat eruditum editorem, amicum nostrum, esset iam nactus: & mihi etiam aliquod moræ pretium fore, quod à doctissimo quodam viro in eo auctore obseruata & emendata exspectare iussus fui è Gallia: abrupiq; tandem hoc filum, & Pollucẽ seposui, cum æstate, si erit ocium & facultas, σὺν θεῷ resumpturus. Itaque Herodoto tandem, non ita tamen solo, vt non & aliis distraherer sæpius, per duos menses operam dedi, quantam per quotidianum pensum dare licuit, & pauca quædam attulisse mihi videor vt illius iam editio prodiret illustrior & πολυδίνη aliqua auctior: plura sane allaturus, si per tempus licuisset huic rei inhærere longius. Scilicet qui in opere ipso parum possunt, in parergis sunt occupati: quique in libro ipso elaborare nihil audent, interdum tamen quasi alludunt ad margines. Tu de omnibus ita censebis, amice & candide lector, vt tumultuarie valde præstitis, & nimis properanter, præterea ab homine cui profecto nec ingenium in numerato est, nec expromptæ adeo memoriæ. Ego paucis ordine ea referam, quo & de aliorum laboribus certus fias vnde scilicet quidque & à quo simus mutuati. ita enim vnicuique suum, vt verum & par est, poterit tribui.*

Textus (*vti vocabulo iam recepto in hac re vtar*) *Græcus & Latinus nostri Herodoti ad exemplum*

editionis H. Stephani secundæ expressus est: quid vero ipse in sua recensione præstiterit, cognoscas, si lubet, ex ipsius prolegomenis, quæ statim cum aliis Herodoto præfixa inuenies. Mutare mihi nihil permisi, nisi quosdam typographicos errores, ita certos, vt me palpari putarem: qua tamen in re quo versarer cautius, adhibui semper editionem eius primam, mihi quondam à Clariss. GRVTERO datam. raro item in interpunctionibus variaui, itidem illa priori non nunquam in consilium adhibita, editione certe diligentissima. vbi tamen vtrumque spero ita tentatum, ne quidquam facile in iis locis, quos studio se mutasse ait in illa secunda editione, peccarem. De interprete alias quem VALLAM autumant, mihi profecto idem accidit, quod H. Stephano, vt obscuras quasdam sententias tam apte expressas ab eo in Herodoto mirarer, interdum tamen ipsius interpretatio, licet nondum vllam accuratiorem linguarum cognitionē mihi vendicare possim, meis auribus quidem nescio quid mendosi sonaret & inconcinni. Adeo vt si quid ego voluerim refert, optimum H. Stephanum de nouo vertisse τὸ συνεχὲς optarem, quod illi facile fuisset, qui vix duodecim dies consumpserit in tot interpretationibus & melioribus & verioribus conscribendis quas oræ adposuit: vel vt istas interpretationes, quas margini adiecit, in textum ipsum transtulisset, quum præ iis alteræ plerumque etiam plane falsæ sint, vel Græcis verbis minus respondeant. Verum quoniam ipse hoc noluit, immo etiam aliis diserte interdixit ne in contextum referrent has interpretationes; & nos eius voluntatem contra ire hic iam noluimus: quo tamen lectori oræ paginarum ad notandum vel obseruandum essent liberiores, illa omnia cum bona ipsius diligentiæ pace migrare iussimus in extremas paginas, vbi nobis videntur locum non minus certe commodum vel elegantem obtinere: numeris præfixis, qui singulorum quo referenda indices. Ceterum de libello qui vitam HOMERI continet, didici ex prima H. Stephani editione, eum esse ex Conrado Heresbachio interpretatione, ab H. Stephano multis locis recognita: at versus qui passim inserti occurrunt, Conradum non vertisse: ideoque eos partim ex eiusdem H. Stephani, partim ex aliorum interpretatione nos habere. Et hæc de contextu, interpretatione, interpretationeque recognita. Ad CAPITA, siue TMEMATIA quod attinet, dixi ante annum ad Cæsarem, quid in ea re spectassem, eundem auctorem ita videlicet partitus. Si qui improbant, libere dico in hac re, malo cum illo quem magnum in ea auctorem sequor ita desipere (quod Musæ tamen bene prohibebunt) quam cum illis diuersè sentire. Sed, inquient, rectius tamen & melius potuisset ista partitio institui. Hic sane habebunt me fatentem, & aptius alium potuisse non negabo; nostramque minus congruam interdum, immo sæpius, & id fatebor. & fluisset alia modo qualis qualis ad manus; arripuissem libens vel ambabus quod aiunt. Ego mehercle in festinatione summa non potui ista dinumerare accurate: nec vllum inde auctori nostro spero fore incommodum; quod eas numerorum σημειώσεις oræ interiori paginarum adposui, neq; ipsam contextum ideo distraxi: saltem ea fini elaborans, vt Index ad eas accommodari posset; non ad paginas, quæ in nulla non editione incerte variare solent. Auctorem alias ita scripsisse, eiusque orationem ea inter se cohærere ἁρμονίαν, vt omnem istam minutam diuisionem respuat, si nesciuissem, ex re ipsa satis potuissem experiri. Nec capita etiam inter se paria, sed illa prolixiora, ista breuiora feci, prout mihi multum rerum nominumve contineri videbatur pro Indice excerpendo. Nec spero tam iniquum mihi aliquem extiturum, vt ad mensuram hæc tradi sibi postulet. Nemo tamen in Plinio, Aeliano, (quamuis illis alia scribendi materia) aliis, hanc inæqualitatem culpat, sed sic permittunt, quamuis ab indoctiss. sæpe librariis ea profecta segmenta sciant. Sed vos qui nimium reprehenditis & acerbo animo, considite quæso vel noueni, quot Herodotus noster & Cephalion quidam Musas conscripsit, idemque tentate separatim quisque: dabo vobis contra pignus, si inter vos conueniet, & ni tandem exclamabitis ipsi Quot capita tot sensus, id quod vulgo iactant. Pergo. Notulæ quæ in textu Latino nigræ occurrunt interseritæ tales ¶, designant tibi tmemata, vel tmematia, in quæ H. Stephanus librū vnumquemque in sua editione posteriori distribuit. qua distributione, vt ipse ait, lectio quæ alioqui nimis longa videri possit, in certa internalla, ceu longa quædam via, diuidatur, vbi commode, si visum fuerit, liceat interquiescere. Id quoniam ipse monuit, nec ego sane omittere volui. De vita vero HOMERI adhuc dicendum superest, nos in H. Stephani editione ad Græcum contextum nullas διορθώσεις (vt ipse Herodoteo vocabulo vocat) lectiones inuenisse. Quum itaque olim dum Heidelbergæ apud nobil. & ampliss. v. G. MICH. LINGELSHEMIVM, patronum meum eximium, quem honoris & laudis gratia nomino, degerem, cum ms. Palatino, in quo vna cum quibusdam aliorum auctorum scriptis ista ἐξήγησις περὶ τοῦ Ὁμήρου γένους καὶ βίου continebatur, illum libellum contulissem, istaque excerpta adhuc inter scidas meas inuenissem, & quosdam locos inde augeri & emendari non inepte posse vidissem, eam διόρθωσιν singulis locis in margine Græci contextus adscripsi; in contextu ipso mutaui nihil, sicut & infra in scriptum illud præfatus fui. Sequuntur adiecta ab H. Stephano adpendices, de PERSARVM LEGIBVS ET INSTITVTIS vna, altera de ÆGYPTIORVM, vtraque ex auctoribus priscis ab eo excerpta cum quibusdam eius in aliquot locos obseruationibus. Hic lubuit quid loco quasi tertiæ adpendicis addere, vel quasi locupletare adpendicem Stephani Aegyptiacam. De illo enim Aegypti flumine vnico, NILO, ex pluribus auctoribus adieci veterum sententias inter se dissentientes omnes super huius fluuii augmento, partim & Herodoti opinionem refutantes. Notaueram mihi illa loca, quum alias collectanea ad Herodotum pararem,

variis

LECTOREM.

Variis auctoribus antiquis raptim peruolutatis, & nouis etiam quicunque mihi ad manus: stulte, qui hæc confieri sperabam posse tempore tantulo. Sed ista tamen priuatim corrasisse forte non erit aliquando plane supervacuum. Possent enim ni fallor quædam loca inde Herodoti emendari, illustrari certe: & vtinam hanc operam nobis Henricus Stephanus, qui omnium potuisset optime, dedisset; suasq; illas promissas adeo adnotationes emisisset: quas iam vmquam emersuras quis speret, postquam

Τὸν Μέσσης Φίλον αὖδε κὰ τέλος θανάτοιο κάλυψεν.

Vix vacat in his temporis angustiis, lubet tamen locum qui occurrit in exemplum subiicere. Clione, cap. CXVII, *ait ad Astyagem Harpagus:* ἐπεί τε ἤ πιήσαι τοῦτο τὸ κέλευσμα, ἐτελεύτησε τὸ παιδίον, πέμψας τῶν ἐν ἐχων τὰς πιστοτάτας, ἐς εἶδον δι' ἐκείνων, καὶ ἔθαψα μεν. *Hic pro vltimis verbis forte alicui non displiceat lectio quorundam, vt videtur, veterum,* ἐθαψάμην. *Sic enim diserte Thomas magister in eclogis vocum Atticarum:* ὡσαύτως (*scilicet vt* εὑρεψάμην *dicimus pro* ἕυρεψα, *&* ἠγανακτησάμην *αὐτὶ τοῦ* ἠγανάκτησα) καὶ ἐθαψάμην *αὐτὶ τοῦ* ἔθαψα. Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· καὶ εἶδον δι' ἐκείνων, καὶ ἐθαψάμην. *Sed non possum quin & alterum, quum non ita procul illum sequatur, addam, qui forte maioris momenti. Eadem prima Musa,* cap. CXXVIII, *de Astyage legitur:* πρῶτον μὲν τ μάγων τὰς ὀνειροπόλους, οἳ μιν αὐέγνωσαν μετῖναι τ Κῦρον, τότε ἀπισχολόπιστ. *Scilicet pro illo* μετῖναι *forte* μὴ κτῖναι *legendum, nec aliter veteres codices habuisse, si me Thomæ eiusdem auctoritas non fallit, quamuis apud eum corrupta vna litterula ita legas:* μαγνώσκω τὸ αἰσχιστ θῶ, ὡς ἐν τῇ πρώτῃ· οἳ μιν αὐέγνωσαί με κτῖναι Κῦρον. *In primis vero plura in illis, qui Herodoti verba hinc inde laudauerunt, mendosa possent è nostro rescribi. Sane apud Stephanum, siue quisquis est ille* ὁ τὰ ἐθνικὰ κατωγράψας, *varietas in propriis vrbium creberrima est, vt loco exempli,* Θύελλα, πόλις Οἰνωτρίας, ἐν ᾗ μοῖρα Φωκαέων ᾤκησεν, ὡς Ἡρόδοτος α'. *at qui in Herodoto nostro illa* Τύελη *scribitur in ea Musa Clione, cap.* CLXVII. *Sic quæ Euterpe, cap.* XXIX, Ταχομψώ, *Ethnicographo saltem* Χομψὼ *ex eodem libro Herodoti affertur. Qui* Ζύγαντις *in Melpomene, c.* CXCIV, Γύζαντις *ex eodē libro quarto laudat idē, & in* Βύζαντις *ait,* κακῶς λέγει δ' γ' Γύζαντις *legi apud Herodotū, quo modo nomen & in* Κύραννις (*quæ* Κύραννις *Herodoto ibidē*) *adducit,* νῆσος, *inquiens,* κατ' Γύζαντας τὰς ἐν Λιβύῃ· Ἡρόδοτος τετάρτῃ. *Verū mitto hæc, & dico de ceteris quæ restant. His itaque adpendicibus, quas dixi, subiectum habes* FRID. SYLBVRGII *Spicilegium in Herodotum, quod ex editione Herodoti Latina minori forma ab illo ad exemplum Stephanianum primum anno* CIↃ IↃ LXXXIV *curata, vbi id interpretationibus H. Stephani in margine insertum, raptim excerpsi. Non paucis tamen locis adhuc inquiri posse in interpretem nemo mihi negabit qui examinabit accuratius, ociosiusq; hoc agere volet. Mihi sane ita visum fuit non raro vel obiter relegenti, & proposuissem libēs, si per tempus licuisset, tam quorundam locorum interpretationes alias, quæ apud recentiores exstant post Vallam prolatæ, quam meas de quibusdam locis in Herodoto Latino dubitationes, vt viri docti de his statuerent & decernerent, rectene an secus illud facerem; nam & ego meum nomen inter illos profiteor qui doceri cupiunt. Vel illud vltima Musa, cap.* CXIX, *quale est?* offa illa salsuræ prius imposita resiliit palpitauitque, quemadmodum pisces recens capti. *Quando* prius? *& quid verbigerari opus? omnino scripsisse Vallam,* prunis, *& id à librario male descriptum, vel ab operis male lectum, indeque effectū illud* prius. *Græca certe id confirmant:* οἱ τὰρ ἰχθῦς ὅτι τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντό τε ἐξαίφνης, ὅκωσπερ ἰχθῦες κάλωτι. *Ibidem statim ante capite* CXVIII, ὡς καταλαμβάνοντο ὀλίγον ἐόντες ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμῷ· *Valla,* quum pauci essent, super Ægos fluenta circumuenti. *quis itaque legerit* ὀλίγοι ἐόντες. *An recte vero, ego non iudico, saltem indico vt legerit. Qualia multa quis obseruet, qui vel obiter hoc agat. Ne recedamus longius, eadem Calliope, c.* 98. Quod facientes quum cernerent Persæ, & scirent Samios fuisse adhortatos, arma Samiis adimunt. *potius debebat* Ionas, *pro* Samios. *Ita enim Herodotus,* καὶ τοῖσι Ἴωσι θωμίσαντας· *scilicet* ὡς εἶδον οἱ Πέρσαι τοὺς Ἕλληνας. *cap.* LXXIV, Εὐρυβάτεω, Eurybatem *Argiuū legimus, quem Valla mendose* Eurybiadem *habet. Sic cap.* LII. *de Amomphareto:* ἔτι δ' ὁ θωμιχθόμενος τῷ πρότερον λόγῳ· *in Valla omissa negans particula, quippe qui colloquio superiori interfuisset. Verum & hæc colligo non vltra, sed missa facio iam. Nunc & de* CTESIA *breuiter, in quo pariter, quod ad excerpta quidem ex ipsius Persicis & Indicis à Photio attinet, sequuti sumus Stephani editionem Herodoto adiunctam: nisi quod aliqua quæ auctiora in clariss. & beneuolentiss. viri* D. HOESCHELII *Photio Græco erant, vel in ms. Bauarico esse idem vir laudatus monuit, ea fere in contextum nostrum retuli, vtrimq; secus tamen vncis inclusa, & re ad oram indicata: Latinam versionē tum pariter mutuatus ex Latino Photio eximiæ eruditionis viri* A. SCHOTTI, *qui præclaram illam editionē suam ad me ante annum dono misit. Græca lectiones variantes ad oram vero sunt ex eadem editione Photii, quam cum Stephaniana Ctesiæ diligenter contuli, & vbicunque illa variabat ad nostram adnotaui: de quibus & infra ad Ctesiam monui: sicut & de hoc, Notas subiectas & Interpretationes diuersas esse ab eodem A. Schotto, priores quidem: posteriores vero, quæ nouo incipiunt à signo, eas ab H. Stephano & D. Hæschelio esse. Ipsi Ctesiæ præfixi H. Stephani disquisitionem de* CTESIA, *& quæ sub finem eiusdem notarum legebantur de* Διττογραφία *quorundā nominum, in Ctesia præsertim, deque voce* Ἐκλογῶν· *hæc inquam ex editione ipsius prima, qua anno* CIↃ IↃ LVII *dedit Ctesiæ eclogas Græcas cū quorundam aliorum. Vt itaq; Persica & Indica excerpta ex conuersione Latina habes, è qua & antea, (quam;*

& in prioribus eius editionem ſcilicet ſequutus, hic loco monere nolui: nõ ignarus alias à clariſs. Schotto in eadem re poſt ipſum elaboratum eſſe haud fruſtra, vt vel quæ raptim excerpſi indicent, præſertim in Indicis) ita in Indicis & alteram ſubieci ab amico mihi vno quodammodo confectam, & qui nunc [illegible] ſed non editã, quam deſcriptam huc miſit, quĩ de noſtro inſtituto cognouiſſet, nob. & cl. vir Mel. Goldaſtus. Vltimam partem, Fragmenta nimirum CTESIAE congeſta, & in ordinem non nullum interdum digeſta, ibi ſi meo labori aliquid adſcribam, non ſpero me ideo cuiusquam reprehenſionem incurſurum. Quamuis enim fatear lubens præcipua quædam ex Xenophonte, Plutarcho, Athenæo, & Demetrio Phalereo ab H. Stephano primum collecta & edita: poſteaque ab A. Schotto in Latino ſuo Photio aucta ex aliis auctoribus: tamen & eadem & non pauca alia me contuliſſe vel ipſius Cteſiæ verba, vel aliorum ex ipſo factas ἐκλογὰς, vel vbi eius mentio, certum eſt. Vbi tamen nihil expoſco quam tumultuariæ συναγωγῆ συγγνώμην. quam paucis enim diebus me circumſcripſerint operæ, quibus iſta deſcribenda, conſcribenda, omniaque παρέργως, quid referre attinet? Adſcripſi vero ad Latini contextus oram ſemper, quo interprete illa legas: quæ ſi è quibuſdam crebrius petenda fuere, vt ex Plutarcho, Aeliano, Tzetze, id interdum omiſſum fuit admonitiuncula, facileque ipſe colliges ab eodem eſſe interprete, cuius verſionem in eiuſdem auctoris verbis antea adpoſuimus. Athenæi omnia puto ex H. Stephani interpretatione, certe ex eius editione horum fragmentorum eam ſumus mutuati. In ceteris minutioribus particulis, vbi non ad manus fuit verſio, à me ipſo exſculpere conatus fui aliquid interim quod alicuius verſionis loco eſſet, ne vna ex parte ſcilicet paginæ vacarent. In quo te iterum rogatum volo quiſquis es, vt benigne mecum agere velis, & non ad tuam eruditionem iſta expendere nimis, qua me facile vincis, vel vincere potes: ego enim cedam libens, acerbitatem tantum deprecor & in carpendo maleuolentiam, alias facillime laturus ſi meliorem ſubſtitueris, noſtræq; alleueris atrum Tranſuerſo calamo ſignum. *Errare ſolent & qui cauent ne errent, qui nonum ſua in annum premunt: quid mihi incautiori & ſua iam adeo præcipitanti accidat? Et idcirco egregiam laudem ſpoliaque ampla referet hercle nemo, qui feſtinantis erroribus valde inſultabit. At quo feror? nec enim cum tali mihi rem eſſe volo, ſed cum candido & humano lectori, quem tamen & ipſum ne morer diutius, ſermonem contraho. Notas igitur extrema quaq; paginarum ora Cteſianorum fragmentorum vt in mentẽ venit ita quaſdam aſperſi: ſicut & in tertia feci adpendice. De Indice iam in Herodotum ſermo iterum longus incipiendus foret. Sed breuiter. quum eum quem inceperam ipſe perficere non poſſem, reconcinnaui quantum poteſt priores: ita tamen vt multum auxerim vel ſexcentis locis, multa falſa & ridicula eiecerim, & pleraq; ad Herodoti ipſam dictionem reformauerim. conferre volenti id patebit: licet non omnia curua corrigere potui, ſed omittere ſic coegit nolentem quamuis pro labore multo & vario* χρόνου ἀχαρής. *Optimum illum H. Stephanum, cuius memoriam cum honore, ſerpo & laude, ita eiuciuſſimus & auxerim, meritò debemus auctoribus inbono, cuicumq; illam prouinciam mandauerit, is fruſtratus profecto fuit ipſum non parum. Ad Græcum quod attinet, in eo conſtruendo actum agere me non opus fuit ſcilicet. Notum enim exſtare Lexicon Ionicum Homericum quod Herodoteæ lectioni vtiliter adhibeas. In eum finem addidimus numeros barbaros in ora contextus Græci; vt ita iſtud Lexicon & noſtræ editioni inſeruire commode poſſit. Sed fere oblitus fui eorum quæ Herodoto præfiximus. Vt itaque ὕστερον πρότερον, quod aiũt, ὀμπὲ πιτῶς, verbo, quod ad illa, abſolutã, ſunt ea* PROLEGOMENA *ex H. Stephani ambabus editionibus petita, vt & vocum* HERODOTI *recenſio. Nos adiecimus* LEXICON, *vti quidem titulus præſcribitur, vel potius, vt mihi videtur, gloſſas notabiliorum in Herodoto vocabulorum. Miſit id ad nos ita tranſcriptum, quo exemplo edimus, è ſuo ms. vir nob. & cl.* MEL. HAIMINSFELDIVS GOLDASTVS. *Quod coniecturæ de quibuſdam incidit obiter, ad oram poſui: alias mihi notaui bonam partem αὐτολεξεὶ ex his gloſſis exſtare apud Corinthum in iis quæ præter alias de dialecto Ionica conſcripſit. Tum de vita, ſcriptis & ſtylo noſtri* HERODOTI *ex priſcis aliquot Teſtimonia adieci, quantum quidem per vnum alterumq; diem, quo protractum fuit hoc opus in ipſis nundinis, coaceruare licuit. Tu & hanc operam boni conſule, idem rogatus, quod de priore abs te petii. Sed de carmine duplici ad me à clariſſ. & litteratiſs. viris miſſo, ſtatimq; ſubiecto, volo me tibi omnino excuſatũ. Nec enim diffiteor mihi immerito tribui quidquid ibi laudis; nec potui tamen quæ amoris cauſſa miſiſſent omittere; licet non & potui non erubeſcere ideo. Teſtari itaque libet, me amorem & beneuolentiam eorum erga me agnoſcere inſigniter, animoque gratiſſimo amplecti. cetera illos partim de noſtro inſtituto non rectè intellexiſſe, quum id, vt ingenue expoſui, aliorum potiſſimũ veſtigiis inſiſtat illorumq; exemplum ſequatur, partim præiudicio, ignoſcant verbo, quod fecit amor, præoccupatos, in me laudando fuiſſe largiores. Ego ſane quo rarius illis adiecero oculum, lucrifacere potero ruborem ſæpius. Optarem tamen τῷ θαυμαστῷ* BROVGHTONO *Hecatoſtichon, quod in Herodoti & mei gratiam pangere cæpit, abſoluere licuiſſet. Nunc derepente alio profectus, id abruptum reliquit. Libet tibi tamen primos aliquot verſus ex iis quos vidi, vel Herodoti noſtri cauſſa, & vt ceteros eliciam, adſcribere,*

Ἡροδότου λιγυρὴ Ἰαὰς ἱστορίης ἀποδέξις
Χαίσμῃ πᾶς τὸν Ἕλλησι Βροῦγτον γράμματα θῆται.

Οὕτως

LECTOREM.

Ὄψεαι, ὅσχε θέλῃ, ὁτέῳ δὴ ταῦτα μέμηλε,
Ἐνία Μουσάων δωρήματα νόσφιν ἐλίξας.
Κλεῶ ἔχει Κύρε κλέος· ἐν Βαβυλῶνι δ' ἀλώσει.
Πρόλεγε δ' Ἠσαΐας περὶ Κύρε ἀνομαλήδλω. &c.

Nec amplius te moror amice lector. Tu modo hæc, quæ in tuam gratiam à nobis præstita sunt, bene interpretare, & ignosce erratis, quæ nos præterierũt, quum præsertim oculi inualetudo ad occupationum mearũ vim accederet, ego quoq; alias nec è Lyncei prosapia nec Argime feram, qui tamen suis oculis credo negocium inuenirent, talis est operarum plerumque varietas, & errorum inconsiderans accumulatio, laborumque quasi catenam, quod considerare debes, trahimus continuam: adeo vt hic τὸ ἀναμάρτητον, (quod alias dei proprium solius, ἢ τ' ὀλίγι γῆς ἀδὲ' εἰς ἕνα ἡμῶν ἀφικνέμενον, vt cum Aristide hoc dicam) à nobis exigere velle nemo debeat, qui modo ipse hominem se natum cogitauerit. Vale & nobis faue. quod si feceris efficies nos ad alia posthac alacriores.

HVGONIS BROVGHTONI
ad Gothofredum Iungermanum distichon.

Ὅσσος ὁ Ἡρόδοτος κοσμήτωρ ἰσοελάων·
Τόσσος Ἰοσπερμαὴ κόσμος ἐῷ Ἡροδότῳ.

Ad Cl. Musarum Herodoti ὀπίμιον δωρθωτὴν GODE-FRIDVM IVNIVM meum.

HERODOTO *imbuerant omnes ipsæque nouenæ,*
germanæ Aonides, ora stylumque, Deæ:
Ioniasque illas Veneres, quantum vsque fuisset,
vnius in linguam denique transtulerant.
Nequicquam hoc. Adeo vis maior Temporum, & omnem
Ioniam, & nobis surpuit Aonidas.
Te, nisi, quanquam innuptæ illæ, seclo genuißent:
Quid? nisi vt Herodoto tu decima vna fores?

Et aliter.

Hactenus Herodoti fuerant Musæ, ore, locutæ:
Musarum vel subdica mage Herodotus,
cœlesti auspicio & tanta suffultus opum vi,
totam illam nobis fuderat Ioniam.
Quin & facundas vltro dudum ipsus Athenas
liquerat: Ausonio ciuis in orbe nouus:
Ioniamque suam Ausoniá mutauerat orá:
iam tunc, sponte sua, deditus in Latium.
Cùm mala degeneris labes & rugula secli,
in Phœbi tristem obtexuit ore notam.
Nec tulit id, vernans IVVENALIS *adorea nostri:*
& noua Diuarum, longiùs, Heba nouem.
Quin nunc tota suum, pro nomine, se illa Neandrum,
inque nouam ingereret Gemmulam, opesque nouas.
Non nisi, vt Herodoto fieret consultiùs inde:
atque illi posset Heba redire sua.

Prorſus vti placitum eſt Superis: ſua munera Terræ,
temporum in alterna diſuariare vice:
atque arbuſtiui mala damna trimeſtria Honoris,
reddere, Vere iterum mox rediuiua nouo.
Aut & vti anguiculis, Anni pars vna, Senecta,
& ſua cùm fuerit, perbreuè, turpis hyems:
altera mox eadem, verniliùs inde recentans,
pellem interpollat, Annua bina dies.
Quamque bene iſtud iam? cùm ſic quoque Nomina rebus
compariant? præſens eſt ſua iiſque Fides?
Cumque adeo & ſic tu, mâlis iam ſiue Neander,
ſiue Poetarum agnominis eſſe duûm:
vtrunque impleſti nobis: nitidaque Iuuentæ &
dotibus ingenii, Vere ſacroque tuo:
Ipſi etiam Herodoto vitam ætatemque Nouaſti:
Verque reduxti illi pulcrius inde ſuum
Ionicumque Lepôrem illum, ſuaque ora recocto,
nunc laus iſta tua eſt, reſtituiſſe Seni.

Iuuenalis enim & Iuuenci

Ἰωαν. Τ' Φερσιάδου.

SERIES

EORVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

HERODOTI defenſio cõtra eius reprehenſores, nominatim vero Plutarchum, ex ~~Ioach. Camerarii~~ procœmio in hiſtorias Herodoti Pag. 1
Herodoti vita, ex eodem 7
De dialecto Ionica, ex eodem 8
Herodoti vocabula Ionica, & quædam genera loquẽdi, illi cum Homero magna ex parte communia: nec non alia: collecta & Latine reddita partim ~~ab Ioachimo Camerario~~, partim ab ~~Henrico Stephano~~ 11
Ioniſmi Gallici, ſiue Ionici Galliciſmi, ex eodem ~~H. Steph.~~ 24
Alia de Herodoti vocibus & varia in quibuſd. mss. ſcriptura, *&c.* ex eiuſd. ~~H. Stephani~~ prolegomenis diuerſis. 27.30.33
Lexicon vel Gloſſæ Herodoteæ Græcæ ex ms. 35
De vita, ſcriptis, ſtylo Herodoti ex auctoribus antiquis tam Græcis quam Latinis teſtimonia 37
Quibus ſubiecta & epigrammata aliquot Græca veterum, & pro eius defenſione plura noua ~~H. Stephani~~
Herodoti libri ipſi IX, nomine Muſarum inſcripti, Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpſichore, Erato, Polymnia, Vrania, Calliope. cum interp. Latina L. Vallæ, & recognitionibus ~~H. Stephani~~.
Herodoti libellus de genere vitaque Homeri, cum interp. ~~Horeshachii~~, ab ~~H. Stephano~~ recognita. 558
Adpendices ad Herodotum de Legibus & Inſtitutis tam Perſicis quam Ægyptiacis, è diuerſis auctoribus, opera ~~H. Stephani~~ 575.598
Adpendix alia de incremento Nili, & eius cauſſis ex diuerſis auctoribus. 606
Frid. Sylburgii ſpicilegium ad Herodotum 627
Sequuntur CTESIÆ quædam:
~~H. Stephani~~ de Cteſia diſquiſitio 630
Eiuſdem de Διπλογραφίᾳ quorundam nominum, in Cteſia præſertim: & de Excerptis ipſis ac voce Ἐκλογῶν 633
Elogium Cteſiæ Cnidii ex Briſſonio 634
Veterum teſtimonia aliquot de Cteſia, eiuſque ſtylo 635
Series regum Perſicorum ad Cteſiæ hiſtoriam ab A. Schotto deſcripta 636
Cteſiæ Perſicorum Excerpta ex Photio, cum interp. ~~H. Stephani~~, & variis lectionibus ex editione græca Photii: item cum diuerſis interpretationibus A. Schotti: & notis eiuſdem, & ~~H. Stephani~~, Dauidiſq; Hœſchelii. 637
Cteſiæ Indicorum Excerpta ex eodem Photio, cum iiſdem quæ ad Perſica acceſſerunt 657
Eadem Indicorum excerpta ex interpretatione Rhodomani 668
Ex iiſdem Perſicis, Indicis, & aliis Cteſiæ ſcriptis fragmenta, ex variis auctoribus congeſta 673
Omnia cum interpretatione Latina & Notis.
Index in Herodotum.

EX IOA-

EX IOACHIMI CAMERA. P. II. PROOEMIO IN HISTORIAS HERODOTI.

QVVM Ricardus Crocus, Britannus, qui Lipsiam aduenerat, statuisset domi suæ quibusdam priuata opera Herodoti historias explicare, nos etiam tum ad hunc autorem cognoscendum à magistro sumus missi. Etsi autem Crocus vix peruenit ad secundum illius autoris librum enarratione sua, ego tamen captus dulcedine & elegantia atque etiam facilitate scriptorum, quum celeriter diuersitatem quandam sermonis, quam διάλεκτον vocant, percepissem, ita postea semper in illo legendo hæsi atque perseueraui, vt qualemcunque (sentio enim quàm exigua hæc sit) facultatem Græcæ linguæ consequuti sumus, eam magna ex parte Herodoti lectioni acceptam referre debeamus. Itaque & nunc eum quo tum vsus fui (acceptum à magistro) Herodoti codicem, tractatum versatúmque à me plurimum, omnibus in pagellis notatiunculis & scriptura nostra insignem, inter alios omnes & diligo maximè, & quoties fortè aspexi, non vnquam ferè temperare mihi possum quin aperiam, & in eo aliquid legam. Tum redit in memoriam puerilis studii iucundissima cogitatio: & illum laborem mediocrem, non tamen fuisse omnino ἄλυον, ἀλλ' ἀπίλεξον ἰδρῶθ' ὃν ἱδρωσα, lætor. Autorem autem istum tanti facio animo meo, vt nullum omnium aliorum huic meritò anteponi posse censeam.

Paulo pòst.

Neque me fugit, posse hoc testimonium de Herodoto meum videri magis amoris esse erga illum tam longo tempore confirmati, quàm iudicii, vel etiam illo hoc esse corruptum. Notum enim quod & astrologi vsurpant, τὸν φιλίαν ἓ τὸ μῖσος ἐλαττοῦν τὰ μέγιστα, ἓ μεγαλύνειν τὰ σμικρότατα. Quapropter hoc loco placuit causas exponere cur tanti facerem illum, & veluti rationes referre sententiæ nostræ, atque etiam respondere iis quæ resciuissemus aduersus ipsum dici solere: vt intelligi posset, neque nos temere aut de puerili persuasione quadam illum celebrare, & insectatores ipsius ad malignitatis crimen quandam etiam imprudentię ignominiam sibi accersere. Ac nostra sententia paucis illa quidem confirmabitur. responsio erit longior, vt necesse est: de qua tamen & ipsa, inductio animi mei & rationum conclusio magis atque certius poterit perspici. Quum igitur in quocunq; autore in primis id quod ab illo susceptum est ad exponendum, & ipsa expositio, considerari soleat: in priore hæc ferè spectanda ad laudem existimo, si eæ res sumptę delectæque sint quarum cognitione alii adiuuari, quæq; ipsæ suapte bonitate placere posse videantur: in posteriore, si expositio sit verbis sententiisq; apta atque consentanea. Quæ breuiter dicta latè patent ad intelligendum. Sed in vtroque quid Herodotus neglexit, vel non præstitit potius, quominus præclarissimus & celeberrimus autor haberi debeat? Nam quæ accedit antiquitatis autoritas, quanti & ipsa sit putanda, quantumq; ponderis habeat, quis non videt? Quisve ignorat, omnium consensu maximam huic laudem, admirationem, reuerentiam deberi? Quum autem priorum temporum historias, variarum quidem gentium, sed potissimum Persarum & Græcorum, componendas & narratione sua exequendas suscepisset, nónne potius præcipuas & præclaras res complexus est expositione sua, quàm nihili atque futiles? vt fecere, fortasse & veteres aliqui, certè posteriorum ex illo genere sophistico multi, qui nihil nisi inani quadam oblectatione animos leuium quorundam afficere studuerunt. sicut ille Æthiopicorum & Deæ Syriæ autor: de quibus facilè existimari potest de similibus operibus aliorum. Ergo nihil tale in hoc esse autore affirmo? Minimè equidem: sed hoc caput esse historiæ nego, quum sit potius expolitio & exaggeratio quædam illius. Argumentum autem & caput quod? fundationes, euersiones, mutationes regnorum maximorum, opulentissimarũ vrbium expugnationes, successiones potentissimorum regum, celeberrimarum ciuitatum fortunæ & imperia. Oratio verò nónne placidissimè decurrens, omnibus ornamen-

tis conſpicua eſt & illuſtris? Sola compoſitione (vt Ciceroni placet) diſſolutior, id eſt, numeris carens: quum naturalium quædam in illa tamen numerorum modulatio inſit, à quo ipſo etiam præſtantia quædam nō abeſt. Narrationes ſunt diſertæ: indicationes expreſſæ & ſpecioſæ: explicationes accuratæ & euidentes: collectiones certæ atque plenæ: in his rerum geſtarum, hominum, temporum fides, accurata compertorum relatio, dubiorum coniectura ſagax, fabuloſorum verecunda commemoratio: mira vbique ſimplicitas, & eximius quidam candor. Quæ omnia hiſtoriæ potiſſimùm famam, dignitatem, virtutem conſtituunt & perficiunt.

His breuiter & ſtrictim commemoratis, ad ea quæ in hoc autore reprehendi, quorumque nomine vituperari à quibuſdam ille ſolet, accedamus. Contra quę quum dicemus, etiam eorum pleraque quæ poſuimus paulo antè, tractabuntur copioſius & enodatius. Ac primùm de illa vulgari & ſanè veteri accuſatione mendaciorum pauca diſſeramus. non enim certè res ipſa multa deſiderat. Aldus etiam Manutius iam hoc ante nos crimen diluit. Sed quænam ſunt illa obſecro mendacia? Quidam ſanè profitentur ea ſe annotaſſe & confutaſſe: quæ vtinam perueniſſent in manus noſtras. ita enim futura eſſet reſpōſio copioſior. *Inuen. ſat. 10.* Neque deſunt qui Herodoti potiſſimum ſcripta illi ſatyræ inſectationi occaſionem præbuiſſe perhibeant, vt audaciam mentiendi in hiſtoria Græcorum exagitaret. Nam Athos (vt ille loquitur) velificatus, deridetur, & compedes Helleſponti, epotaque flumina Medo. Nonnulli fabuloſas quaſdam narratiunculas inſertas paſſim hiſtoriæ, vt huius grauitate indignas, reiiciunt, & propter illas autorem mendacii damnant. Sed de iis quæ memorantur ab Herodoto propter magnitudinem nobis incredibilia, periniquum fuerit iudicium, ſi non vera eſſe ideo ſtatuemus quòd notis cuique rebus, moribus, diſciplinæ non ſimilia, neque rationibus noſtris congruentia eſſe videantur, ſique nonniſi iis quæ facilè intelligere & animo complecti poſſimus, fidem habendam eſſe ducemus. Quàm multa illi ipſi qui hęc antiquiora falſa fictaque eſſe affirmare audent, ſe vidiſſe referunt & pro certis commemorant, à quibus aſſenſio legentium refugit? Etiam poſteris hoc noſtris accidet, vt multa quę nunc nimis verè fiunt atque geruntur, expoſitione inflata & amplificata eſſe ſuſpicentur. Sunt ſanè quædam inaniora (non enim nego) in talibus, vt in peregrinatorum, qui adiere illa loca quæ tellus extrema refuſo ſummouet oceano, ſermonibus. Cuius inhumanitatis tamen fuerit, vniuerſum genus narrationum iſtarum ſemel abiicere vt futile & vanum? Quod ſi fiat, omnem hiſtoriæ rationem confundi, habitúmque peruerti neceſſe ſit. Quid de Babylone prodiderit Herodotus, non eſt ignotum. Hæc nobis ſcilicet probabuntur de ſenſu & cognitione oppidulorum noſtrorum. Quid enim ad illa ſpatia, vel maximę vrbis *Polit. 3.* omnium quas nouimus ambitus? Itaque & Ariſtoteles gentem regionémve appellandam potius Babylona, & ſiqua alia æqualis fuerit, quàm ciuitatem aut vrbem, cenſet. Quid? de fertilitate ſoli Aſſyrii quę narrat, an nos credere poterimus de noſtris aruis? Quo tamen loco ipſe ignorantię incredulitatem refutauit. ſic enim ait, *Ita bene fert ea terra fruges* *In Clione, c. 193* *vt nunquam non reddat ducena: ſi autem quàm poteſt optimè tulerit, reddit trecena. Folia tritici & hordei lata naſcuntur digitis commodis quatuor. At milii & ſeſami quam procerę arbores exeant, in ſcientia certa non memorabo. Intelligo enim, eos qui in regione Babyloniorum non fuere, minimè credituros vel ea quæ de frugibus modo diximus.* Sunt autem hæc etiam diſtinguenda. Alia enim ad vtilitatem aliquam legentium, vel explicationem eorum de quibus *Clione, c. 178. & ſ.* narratio fit, referuntur atque pertinent: vt Babylonis deſcriptio, & copiarum Xerxis *Polymnia, c. 61. & ſ.* enumeratio. de quorum altero facilè perſpiceretur, meritò fuiſſe ſecuros ciues in tali & ita munita vrbe: alterum & potentiam regni Aſiatici, & in quod tum periculum Græcia venerit, demonſtrat. Vtrumque autem documentum quoddam dat, nullas, quamuis magnas, vires, infractas, neque opes inuictas eſſe. In aliis nihil quæritur, niſi vel delectatio; vel vt audientium animi moueantur noua mirabilique narratione: vt de gryphibus, *Euterpe, c. 79. Thalia, c. 102. et 116. Melpom. c. 13.* formicis Indicis, phœnice, & his ſimilibus. Horum, vt illa omni equidem mendacii crimine planè libero, ita haud facilè conceſſero, in horum vllo mendacii manifeſti autorem redarguendum eſſe: quum tot deriſa quondam & exibilata, pænè iam comperta eſſe exiſtimentur: quumque non minus iſtis à veritate abhorrentia multa aſſeuerentur ab iis, qui non audiuiſſe de aliis, ſed ſeipſos aſpexiſſe dictitent: vt nihil tam ſit abſurdum quin fidem reperire poſſe videatur. Sed ab his recedamus.

Ob fabuloſas quidem narratiunculas tantum abeſt vt quaſi mendacem inceſſi vituperarique autorem hunc debere putem, vt etiam, quum & aptiſſimè illas inſeruerit, & belliſſimè concinnarit, & venuſtiſſimè compoſuerit, admirandus: quumque inſtructionem in ſingulis aliquam vitæ, conſiliorum, actionum comprehenderit, eximiam gratiam quoq;

ab

ab omnibus meritus esse videatur. Quid quòd fidem suam in his fere liberat, cauetque ne quis simplicior decipiatur, quum addit semper huiusmodi quiddam, *Vt ferunt, Vt ego audiui, Quod veri mihi quidem simile non sit.* In Euterpa verò plane refutat illam fabulam de pręcisis ancillarum manibus, *Hæc garrientes ita narrare mihi quidem videntur.* Item Melpomene, fabulam de Psyllis pręmunit. ea enim quæ Afri perhibeant se memorare ait. Quid autem dicit in Polymnia, quod meminisse in tota historia vult lectorem? *Ego*, inquit, *quæ fando cognoui, exponere narratione mea debeo omnia: credere autem esse vera omnia, non debeo.* In coniecturis quidem sequendis, quum de apparentibus (vt ipse ait) obscura colligere studeret, si falsus est, cui obsecro omnium hoc non accidit? Neque qui tale aliquod erratum in scriptis veterum animaduertit, sibi ideo placere & illum contemnere debet. quod ferè ineruditiores isti facere consueuere, qui exultant ad hos notationum & reprehensionum successus, non secus acsi thesaurum inuenissent: quum hic verè tum thesaurus (secundum vetus verbum) in carbones euadat. Sed paulùm etiam ad fabulas illas reuertamur: quæ, obsecro, cur offendunt animum cuiusquam, quum veritati & integritati historiæ minimè officiant? Sed vt insertæ apud Thucydidem conciones, (quas certè nemo, vt opinor, non confictas, neque non quidem nullas, sed non tales ab iis quibus attribuuntur habitas esse videt) illæ tamen vt ingrauitate huius autoris, admirationem, ita in dulcedine nostri, fabellæ voluptatem habent. At egressiones, & nihil ad rem pertinentium quasi inculcationes, ab historia alienæ sunt. De quo equidem aliter sentio, neque in hoc, neque vllo in genere eruditionem, intelligentiam, doctrinam quasi in angustum cogendam, vt non liceat euagari & excurrere, si libeat, longius. Immo vel solus hic fructus est ingenii & industriæ studiorum, vt veluti ostentatione iactantiáque sui gloriam laudémque petat. Auferat in his mihi aliquis ista: incorruptam, sanctam, castam, vt virginem, debere esse historiam. Non corrumpunt enim, non violant hæc illam: sed exornant, vt aurum & gemmæ pudicissimarum quoque corpora, purissima illa quidem. Nam vt malæ & profligati pudoris feminæ insigniorem reddunt comptu turpitudinem suam: ita, quamuis varia copiosáque sit quasi emblematis quibusdam, summa historiæ falsa & commentitia, meritò in sua hæc infamia quasi superba improbetur. Itaque non inornatam, non nudam, non contractam, sed splendidam, vestitam, explicatam (dummodo integram, &, vt ita dicam, probam & incorruptam) decet esse historiam. Cuius fidem omnem nónne in temporum indicatione, in nominum commemoratione, in rerum tam bello quàm pace à quibusque susceptarum atque gestarum certa enarratione, in occasionum consiliorúmque prudenti persecutione omnes positam esse sentiunt? Quæ vniuersa nostrum autorem existimo & custodisse diligenter; & præstitisse præclarè. Quæ enim tempora indicauit falsò, quæve confudit? Quorum hominum locorúmve nomina posuit perperam? Res autem ab iis gestas quos complexus fuit narratione sua, accuratè illas quidem retulisse non dubitarim asseuerare: certò autem & verè quoque, libenter equidem crediderim, quanquam ab aliquibus assensio quodammodo refugiat. In consiliis profectò & occasionibus recensendis qui circumspectionem & prudentiam requirit maiorem, nimiùm is quidem esse fastidiosus mihi videtur. Ad hæc, si, vt in tabula magni & memorabilis argumenti, adiuncta sunt veluti πάρεργον, quibus vndique illa insignis & conspicua reddatur, cuius quæso vel rationis vel sapientiæ, ne dicam incogitantiæ & stultitiæ, fuerit reprehendere? Quum autem historia non solùm delectationem cognitionis, sed instructionem etiam animorum continere debeat, vt & voluptatem & vtilitatem afferat legentibus: si his ipsis quæ vt fabulosa notantur, etiam monita vtilia atque salutaria multa insunt, quis iam eos non modò qui vituperent, sed qui laudent, iniquius ferre omnino possit? Fuit Candaules rex Lydorum: nemo, vt opinor, negare audet. Hoc tempore in aliam familiam translatum fuit regnum Lydiæ. an quisquam falsò hoc proditum dicit? Cur igitur illa iam culpant de satellite coacto aspicere nudam reginam? Quæ si, quod haud scio annon sint, conficta essent, quanti multis de caussis fieri mererentur? Nónne illam peruersionem animorum, quæ ita mirabiliter, vt diuinitus effici videatur, sæpe vrgentibus fatalibus casibus animaduertitur, demonstrant? Quàm speciosis & bonis sententiis illustris est narratio? Idem & in aliis multis poteram, sine vllo exquisitionis labore, ostendere. Expugnari præter omnium metum & opinionem Sardis oportuit. Sit iam illud de puero nato cum capite leoniño falsum, (quod fortasse minimè est) quàm pulchrum hoc? quòd non circum ille vrbem totam latus fuit: quod si factum fuisset, capi secundum responsum diuinorum vrbs non posset. Sint sanè illa Scytharum dona fictitia: quid incommoditatis tamen habet, vel quid potius pulchritudinis & bonitatis non habet cùm enarratio tum interpretatio, elegans, festiua, acuta? Sed quare ego prauitate quadam animi,

Euterpe, c. 35.

c. 130.

c. 173.

c. 132.

Clioni, c. 8.

Cliome, c. 84.

Melpom. c. 131.

Polymnia, c. 14 Vrania, c. 57. non vera esse potius, id est, ita audita cognitaque autori, putem? Eadem & de Xerxis somnio, de regibus Macedonum, deq; aliis similibus dici possint. Quapropter, quod ad crimen hoc vanitatis attinet, prorsus in nostro autore turpitudinem illam & mendaciorum maculas detersas esse confido. Neque possum satis animo constituere meo, quî factum esse existimem, vt à veteribus quoque illud in hunc conferretur. Nisi vnus fortasse aliquis plures in errorem induxit, aut inuidia odiúmve, vel (vt mollius dicam) animi certa quædam destinataque inductio quosdam ad huiusce modi calumnias impulit. Sed hæc velle exquirere omittamus.

NVNC AD aliam maiore studio susceptam & grauius atque inimicius factam accusationem veniendum, quam intendit huic vir magnæ doctrinæ & sapientiæ laude clarus, Plutarchus Chæronensis, qui nostrum autorem acerbissimè postulauit & conuincere conatus est malignitatis, edito libello, cui præscripsit περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας. Contra quæ, etsi singularis est viri autoritas & celebris eruditio, concedi tamen nobis oportere puto, vt pro Herodoto dicere liceat: si illi permittitur, contra non minus se, quam nobis ipse est, antiquiorem Herodotum scriptio, attq; aliquanto certè præstantiorem multis nominibus virtutum. Ipse quidem Plutarchus quo paratior venit ad maledicendum Herodoto, & in eo copiosus fuit ac vehemens, hoc minùs læsisse illum putari debet. Quis est verò qui non laudatissima quoque conuiciis impetere posse videatur, quum Zoilos & Xenophanes suos habuerit Homerus? Quid autem verbis conquirere & comprehendere homini non infanti neq; obtuso difficile? Et dicit hoc egregiè Æneas ad Achillem,

Iliad. v.

Multa licet memoret conuicia vterque vicissim,
Quæ neque centenis remis instructa carina
Perferat. ipsa etenim facilis verbisq; redundans,
Sermones variis hinc lingua reuoluit & illinc:
Quisque & fortè alii quod dixerit, audiet ipse.

Vt autem contra ea quæ quisque improbet dicere rectè possit, ita quomodo dicat diligenter considerandum: nequid vel inscitè vel etiam malignè improbare videatur. Nam horum vtrumcunque deprehensum & notatum contradictionem omnem infirmat: ita quidem sæpenumero, nemo vt responsione magnopere dignam arbitretur. De quo & elegantissimis versibus & luculento sensu compositum epigramma Græcum Eueni veteris poëtæ fertur: quod nos quondam Latinum fecimus, vt sequitur,

Est multis pariter mos omnia dicere contra,
Sed non & similis dicere recta labor.
His sat erit verbum me commemorasse vetustum:
Hæc mihi quum placeant, tu licet illa probes.

Plutarchus autem minimè cauit ne insimulando malignitatis alterum, malignitatem ipse quandam singularem suam proderet. Nam quum collegisset quasi intimos sensus & reconditam voluntatem prauitatis malignorum, ad illa à se proposita postea, vt pueri à magistris secundum capita quædam traditas materias deducere iubentur, sic accusationem suã applicauit, in autorem hunc (vt ego quidem iudico) illa conferens alienæ malignitatis crimina. Ac ne dissimulauit ipse quidem neq; texit caussam iræ ac odii sui: nam suã ciuitatem, id est Bœotos, ignominia affectos, & infamatos (vt ait) immeritò, grauiter fert & dolenter. Hinc igitur illæ lacrymæ, hæc illa indignatio. Statim igitur quid autoritatis in tali criminatione sit, quam non veritatis sed vltionis cupiditas expresserit, apparet, vt illius quasi filum sequentes, refellere quæ congessit singula nihil sit necesse. Sed ad quædam tamen aliquid dicamus.

Quòd vero huic incipiens, suauitatem orationis, qua iucundè commouerentur legentes, exprobrat, ad id nihil aliud respondendum censeo, quàm quod Alexander Hectori fratri, qui sibi in iurgio formositatem obiecisset, οὐ τοι δοτὸν ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. Sed malignitatem omnem vndique ita colligit: Primùm de vsu nominum asperiore, deque verbis durioribus, in copia molliorum & leniorum. Deinde, si extra historiæ seriem alicuius vitia, vel si in hac laudes iciunius commemorentur. Præterea, quum plurium fortè sermones referantur, assentiri deterioribus. omnino enim coniecturas sequi ad peiora, esse malitiosi & infensi animi. Postremò, laudis adiectione veluti condire vituperationem. esse enim simplicitatis hanc simulationem pessimam. Quid ad hæc ergo dicemus? profectò non reperit in Herodoto ista Plutarchus, sed animo suo conquisita in illum intulit. Quare enim vsum nominum verborumque in hoc autore non probat? qui quidem (vt existimo) vsus est diserta & accurata oratione ætatis suæ, quam à posterioris sæculi forma differre

ferre nos quoque intelligere possumus. Quid autem causſæ fuerit cur non potius illa verè & simpliciter, quàm mendaciter & inuidè, dici sentiamus? Egregium est quod conquerenti Lasthenis factioni, (quorum scelere prodita fuerat Olynthus) contumelioſe à Macedonibus se nefarios proditores appellari, respondisse Philippum regem accepimus, *Macedonas esse indoctam nationem ac inciuilem, solereq; ficum nominare ficum, & ligonem ligonem.* Quid autem offendit (obsecro) Plutarchum, quòd Herodotus protulit asperius quædam, ac non molliuit appellationibus? Visum enim scilicet illi fuit id dicere quod esset. Nam de coniecturis sequendis deque laude & vituperatione vniuersa hoc licebit vnum iterum atque iterum respondere: de suo illum iudicio historiam susceptam exposuisse: neque recte facere eum qui ingenii sui vires in alieno opere explicare velit, præsertim ad infamiam autoris. Ego, vt quicque retulit, sic sensisse, audiisse, comperisse existimo. Et cur non in hac potius persuasione perseuerem quàm illam inducam maleuolentiæ, peruersitatis, virulentiæ? Quia enim contumelia afficit diuinã & humana, sacra & profana. Si vera sunt, quæ est contumelia? (recte enim ille in comœdia negat se maledicere, quum, quæ vera sint, dicat) sin falsa, ostendatur falsitas. Sed quomodo ostendit? ratiunculis quibusdam & concluſiunculis leuissimis. Quod quasi ipse sentiret, ne hoc quidem agere se ait, vt mendacii, sed vt malignitatis reum peragat Herodotum. Hanc igitur defendamus, si possumus. Ac laudationibus illis minutis & tenuibus (vt vult Plutarchus) quot possunt opponi præclarè, & pleno ore (vt dicitur) enunciatæ? Quale enim hoc? *Omnium quos scimus hominũ primi Athenienses cursu illati in hostes sunt: omnium primi sustinuere vestitus Medici & hoc ornatorum aspectum: ad illud autem vsque tempus nomen quoque Medorum terribile fuerat.* Addantur his quæ de Cynægiro scripsit. Ac nequis Athenienses tantum laudatos benignius credat, (in quo nescio quam suspicionem corruptæ largitionibus voluntatis mouet Plutarchus, temerè quidem, vt videtur, neque ipse quicquam explanat) quid? parcène Lacedæmonios laudauit his verbis? *Sunt Lacedæmonii in certaminibus singularibus haud vllis aliis inferiores: in acie verò omnium mortalium præstantissimi.* Quid? horum ciues Sperthiam & Bulin parúmne prædicatione sua ornauit? Sed hæc innumerabilia sunt. Atque in nomen sophistæ etiam inuehitur quasi probrosum: quum profectò eos, qui veluti opifices quidam essent sapientiæ, & artem quandam facerent illius, sophistas, vt citharistas & grammatistas, vocatos, & postea vitio hominum, (vt in aliis pluribus euenit) nomen quoque male audiisse constet. Nam quòd exagitat præclaram sententiam de instabili & incerta fortuna rerum humanarum, quam Herodotus Soloni attribuerit (cui quidem similes & alibi leguntur) nimiæ sapie[illegible] & pietati hominis concedatur: qui veritus sit, ne si ita de Deo loquamur, vt humanus intellectus quæ dicuntur percipere possit, parum pii esse videamur. Cur ergo Deo oculos, manus, pedes, aures attribuimus? cur dicimus Deum irasci? cur vlcisci? etiam vereri profectò, tentare, pœnitere, lætari, dolere. πόρρω δὲ λύπης καὶ χαρᾶς ἵδρυται τὸ θεῖον. sine quibus illa ne intelligi quidem possunt. Quid Xenophon? (quo nemo fuit numinis colentior, nemo obseruantior, nemo impietatis erga Deum acrior hostis) nónne eandem sententiam ponere non dubitauit in præclaro illo opere suo historiæ rerum Græcarum? sic enim ait, καὶ ὁ θεὸς ἦ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς. Hæc igitur sacrilega est in Herodoto sententia, quia secundum hominũm intelligentiam φθονερὸν dixit esse τὸ θεῖον. Sed hæc quam sint futilia quis non videt? Omissam autem illam retis fabulam & Pittaci pugnam ferat æquo animo Plutarchus: seque hoc consoletur, quòd, vt ait, tot alias exposuerit non magis profectò fabulosas. Sed prætereunda sunt certè aliqua, indigna quæ refutentur. Crœsi quidem annon satis clarè memorat eruditionem, & doctrinam fortunæ aduersæ? cui τὰ πάθήματα μαθήματα ἐγένετο. Neque Xenophon sapientissimus vir dubitauit similiter post amissum regnum prudentiorem Crœsum producere. Ad alias argumentationes illius de Ephesiis, Colophoniis, Chiis: vbi quàm leui vtitur ratione, quòd Lampsacenus Charon, antiquior ille quidem Herodoto, quædam non scripserit. Quasi nihil oportuerit narrare Herodotũ, nisi quod in litteras iam esset relatum. Quod dictu est perquam ridiculum: præsertim quum ipse profiteatur, eorum quæ alii non comprehenderint, mentionem facere detreuisse. Sed cùm de illis, tum de Samiis, Corinthiis, Lacedæmoniis, de Isagora, Aristogitone, Athenienſibus, Platæenſibus, quæ disputat, patiamur sanè illum vincere. Quis enim, qui aduertere animum paulum modò voluerit, non perspecturus facile est victoriæ istius præclarum successum?

Venio igitur ad plenam lunam: de qua ingenue fateor non intelligere me quæ à Plutarcho disputantur. Herodoti luculentissima narratio, quum nemini non sit euidens. Dicit enim, *negasse Lacedæmonios, posse contra legem ante plenam lunam in expeditionem sese proficisci, & remansisse in patria dum luna orbis compleretur: ac postea profectos, ita acceleraſſe vt tertio die in*

Eratosth. c. 112.

Ibid. c. 114.

Polymn. c. 104.

Polymn. c. 134. & 35

Hoc nomine vsus est Herod. in Clione, c. 29.

Clione, c. 32.

Cliome, c. 207.

Eratosth. c. 106. & 110.

Atticam Lacedæmone peruenirent. Hæccine narratio illam merebatur tragicam acclamationem, hunc autorem cælum ipsum, dierum rationem, omnes res confundere? Nam de lege, deque prœlii die, sua fide affirmante vtroque, venia (vt opinor) dabitur ei qui fidem Herodoti pluris sibi faciendam quàm Plutarchi, & illum potius quàm hunc sibi esse sequendum putauerit. De Philippide etiam obscura est insectatio: & erat hic locus in nostro libro corruptior.

Reliqua sunt calumniis manifestis referta, & vbique consperſa nigro sale, & atrocibus quidem illis sed infirmis criminibus referta. Sane Thebanos, vt ciuitatem suam, (notum enim, fuisse hunc Chæronensem Bœotum) exquisita & peraccurata defensione propugnauit, & in hac parte admodum vexauit autorem nostrum. In quo quidem ignoscendum est dolori ipsius, sed reprehendenda profectò impatientia & ira. Quàm enim moleste fert & indignè læsos oratione ab Herodoto suos? Hoc igitur (vt apparet) vlcus tangi noluit, neque potuit ferre. Sed mendacii crimine Herodotum (vt opinor) facile liberat non modò fama illis temporibus longe lateque vagata, sed conseruata etiam ad posteritatem, proditionis Thebanorum: de qua & Demosthenes argumentum duxit leuitatis & infidelitatis illius ciuitatis: & illud in sermonibus hominum semper permansit, decimam à Thebanis Apollini persolui oportere. Cuius mentionem à Xenophonte scimus semel atq; iterum fieri. Quum enim communi decreto statuissent Græciæ ciuitates, quæ aduersum barbaros consenserant, ab iis qui nulla necessitate coacti Persæ se subiecissent, Delphico Apollini bello confecto decimam exigi debere, Thebani quidem potentia sua restitere decreto: sed quòd illo tenerentur, fama memoriaque hominum constantissime perdurauit.

Philippica 2.

Hell. 6.

Decretum fœderis extat in Polymnia, f. 132

Præterea quamuis malitiosum & prauum Plutarchus faciat Herodotum, non stultum tamen fuisse neq; hebetem confitetur. Quid autem incogitantius fieri potuisset, & in summa audacia amentius, quàm ea affirmare atque tradere, quæ, si falsa essent, non modo paulo ante defunctorum dictis atq; relationibus, sed memoriæ, viuorum propemodum, testimonio refutari atq; redargui possent? Et ille cum tam impudente mendacio, cum tam inconsentanea expositione, cum narratione tam dissidente, in celeberrimum frequentissimumq; totius Græciæ conuentum (ita enim accepimus) venire, & illa vanissima atque leuissima scripta, plena maleuolentiæ & obtrectationis, reclamantibus diuinorum & humanorum monumentorum inscriptionibus, recitare non dubitaret? Nimis ineptum & friuolum facis autorem, contra tuam quoque existimationem. Non audiuissent ac potius exibilassent, vel male etiã multatum illo tanto theatro eiecissent eum, qui [illegible]e ad irridendum & eludendum auditores, quique in communi Græciæ solenniq; cœ[illegible]l nomen Græcum proscindendum lacerandumq; adesset. De consilio autem & facto Leonidæ retinendi Thebanos etsi astute disserit, nemini tamen non plurima in mentem venire arbitror quibus hoc etiam loco defendi possit narratio. Adduxerat inuitos, sed sic vt à ciuitate delectos: ergo non modò illius, sed suorum quoq; metus hos continuit. Dimisit alios, quos minus alacres in aperto esse discrimine videbat. illis enim parcendum decreuerat. Quomodo voluit autem vel potuit omnino quadringentos retinere, quum trecentos solùm haberet ipse secum? Primùm voluisse Leonidam perdere istos Thebanos dixerat: neq; non plures quàm trecenti cum illo fuêre. Nam præter Thespienses, etsi non dicitur, cum trecentis tamen Spartanis sequutos alios plures ditionis ipsorum intelligere debemus. Ita enim fieri solitum scimus, vt Spartani nequaquam veluti solitarii, sed quodam satellitio suorum stipati in expeditionem proficiscerentur, quum singuli interdum ad septenos adducerent eorum quos εἵλωτας vocarunt. Sed quid facerent? aut in illis angustiis quid experirentur tutius quàm quod retulit Herodotus? Neque aliud tempus omnino videtur fuisse vel defectionis, vel fugæ, vel transitionis, quàm quod memorauit Herodotus. Sed in tanto tumultu quo pacto exaudiri potuit imploratio? Et interfectos enim scribit nonnullos, & vel de gestu intellectum fuit supplices hos esse. Notas quidem cur impudentissime confingere voluerit, causam equidõ nullam reperio. Accusat paulo post asperitatem vocabuli, quod de fuga consuluisse dixerit Græcos. Nimis est seuerus noster Aristarchus. Atque etiam illud non tulerit credo, quòd rex regum censet aufugiendum de Troia. non enim (vt opinor) mollius est φεύγωμεν, quàm δρησμὸν βουλεύσας. Quid verò de Naxiis & Themistocle dicemus? Scilicet in metu tanti belli, & tempestate barbaricæ classis ingruente, incredibile fuerit, insulanos homines non ad eos proficiscí voluisse quibus nemo non interitũ aut seruitutem impendêre existimaret. Themistocli vero indecorũ aut turpe fuerit, adiutum ipsum alterius consilio, non solum omnia commentum fuisse: at Agamemnonem, non vnum aut alterum, sed decem συμφεράδμονας optare non puduit. Nam in Artemisia quod facetias consumit suas, quibus nequaquam abundat, feciſse videtur incogitantius.

Polymn. c. 205. & 222.

Calliope, c. 28.

Polymn. c. 223.

Vrania, c. 4.

In

In iis quæ sequuntur, quod non modò quid perperam scripserit, sed quæ scribere etiam debuerit Herodotus, docere vult, sit hoc & ipsum præclaræ & singularis sapientiæ Plutarchi. Cætera inuoluta suspicionibus, & alienarum rerum mentionibus confusa, & fallacibus complexionibus intricata, & anxietate quadam mirifica accusationis sese ipsa infirmantia, vel relinquamus sane, vel ad priora remittamus. Ad omnia enim ferme responderi dicique idem videtur posse: insaniam esse & furorem, non peruersitatem, neque fraudulentiam, ea commemorare, quæ quum primùm cognita fuissent, hominum scientia reprobarentur, à posterioribus autem inter se dissidere & contraria esse facilè perspicerentur. Etsi autem homines docti ac ingenioſi non difficulter reperiunt quomodo aliquid dicendo euertere odiosumque reddere aut suspectum possint, tanta est tamen vis veritatis, vt nescio quo pacto, quamuis oppressa & obscurata, illa plerunq; tamen resistat atque eluceat contra dolos & versutiam. Quapropter non quid conquisierit ad insectationem Herodoti Plutarchus, neque conuitia quæ illi facit nimis cupidè, neque studium exagitandi autorem antiquissimum, sed rem ipsam spectabimus. Ipsi autem Plutarcho hoc dicimus, Iliad. 6.

——σὺ μὲν ἐμὸν κακὰ ταῦτ' ἀγορεύεις.
Οἷσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τῶδε νοῆσαι.
Εἰ δ' ἐτεὸν δὴ τῶν ἐστὸν ἀπευθὴς ἀγορεύεις,
Ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.

Sic enim videtur non ille quidem quæ senserit ipse, in hoc libello disseruisse, sed vel aliorum voluntati assentatus esse: vel quid in mala causſa posset, ostendere voluisse. Quod si de animi sui iudicio & inductione illa ad talem modum disputauit, profectò in hac parte recessit à se ipse. Non enim aliter existimo quàm fuisse Plutarchum, virum non modò eruditum & sapientem, sed etiam bonum, quam famam, præsertim probitatis, vt tueretur, minus curasse illum apparet in proposito accusationis huius. Sed finem faciamus. Non enim iucunda nobis fuit quasi contentio & rixa cum tanto viro, quam tamen vt necessariam, omittere non potuimus, & in officii (vt rati sumus) custodia, & in studio nomini bonitatique autoris excellentissimi debito.

OBIICITVR autem & hoc nobis, quod quidam volunt à Thucydide contra Herodotum dici, de fabulosis narrationibus & historiis confictis ad auditorum voluptatem, *quæ, quum delectatione tantummodo afficerent audientes, in præsentia quidem iuuarent, sed diuturnum fructum non haberent.* Ego verò non magis in Herodotum hæc conferri posse puto, quàm in quemlibet priorum de scriptoribus historiarum. Et (vt verum fatear) illas planè priscas expositiones antiquissimarum rerum oratione & verbis ad venustatem, & iucunditate quadam animos perfundendum, compositas (quales potissimùm Pherecydis Syrii fuisse accepimus) grauissimum autorem existimo veritati rerum gestarum non oportere præferri censuisse: ac hilaritatem historiæ cedere seueritati, neque suauitatis cuiusdam lenitatem, constantiæ & dignitati narrationis anteponi voluisse. Sed de hoc quisque, vt lubuerit, ita statuat atque sentiat. Nos autem hoc teneamus: non modò propter sermonis elegantiam, & illam cùm ab aliis tum Cicerone laudatam dulcedinem, & quasi amœnitatem quandam, diligendum hunc autorem, & in manibus semper habendum esse: sed propter rerum cognitionem maximarum, propter maximè ad vitam vtilium sententiarum copiã, ob plurima certò, accuratè, prudenter, honestè dicta, magnificiendum nobis, vel in suo potius genere anteponendum vniuersis. Nota sunt ex Latinis Ciceronis & Quintiliani elogia præclarissima huius autoris. Græcorum autem quæ opinio de his libris fuerit, satis indicat inscriptio nominum Musarum, quibus omnem sapientiam & doctrinam & ingenii præstantiam, antiquitatem significasse notum est. Et quicunque meminere ipsius, honoris & laudis præfationem semper vsurpasse reperiuntur. Quas obres neque me pigere operæ positæ in hoc autore debere puto, neque non hortandi mihi videntur omnes, vt studio singulari in hoc autore versari, & illum præcipuo amore complecti velint. Nam & mihi fructuosam fuisse lectionem huius videor sentire, & aliis item futuram esse confido. Visum autem, &c.

Thucyd. lib. 1. κτῆμά τε ἐς αἰεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα τῇ παραχρῆμα ἀκροάσει ξύγκειται.

DE HERODOTO, EX EODEM ~~IOACH. CAMERARIO~~.

HERODOTI patrem fuisse Lyxem & Dryo matrem perhibent, patria Halicarnassensem: quod præscriptũ nunc etiã in historia illius legitur. Parentes in sua ciuitate bono loco natos tradunt, ipsumq; fratrem habuisse Theodorũ nomine. Quum autem teneretur Halicarnassus à Lygdamide tyranno, nepote Artemisiæ reginæ Cariæ, secessit Herodotus

Lucian. Herodoto, vel Eetione.

in Samum insulam: atque ibi lingua Ionica historiam magna cum cura composuit, relatam in libros nouem: quam quum in frequenti Græciæ conuentu Olympiorum recitauisset, sic placuit vniuersis vt ita audirent quasi Musas loquentes: ideoque libris qui nouem (vt diximus) essent, Musarum nouem indidere nomina. Quum reuersus in patriam autor fuisset ciuibus suis tyranni expellendi, successit quidem res, sed inuidia maxima Herodotum excepit. Ita enim fieri solet vt periculorum metum parta securitate obtrectationes fere sequantur. Cedendum igitur, relinquendos ingratos ciues ratus, quum Athenienſium tum colonia in Thurios Italiæ populos deduceretur, sua sponte illis se colonis socium addidit: & ibi finiuit vitam suam: sepultusque fertur in foro. etsi quidam Pellæ mortuum fuisse tradidere. Ipse facit mentionem λόγων Ἀσυρίων & λόγων Λιβυκῶν, quos conscripserit: de quibus tamen hæc mentio solummodo restat. Herodotum scribunt, quum recitaret in Olympiis (vt suprà retulimus) historias suas, audiuisse Thucydidem qui adhuc ætate puer esset: quumque Thucydides tum quasi diuinitus commotus lacrymas profudisset, animaduertisse hoc Herodotum; & gratulatum fuisse patri ipsius Oloro: hortatumque vt erudiendum curaret filium diligenter: gliscere enim in animo illius cupiditatem bonarum artium atque disciplinarum. De Herodoto Græcum epigramma fertur, quo memoratur & illa inuidiæ fuga & discessio in Thurios.

Clione, c. 106. Euterpe, c. 161.

Ἡρόδοτον Λυξέω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα
Ἰάδος ἐξοχάτης ἱστορίης πρύτανιν,
Δωρίδος πάτρης βλαστόντ' ἀπὸ τῶν δ' ἄπλητον
Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν, θύριον ἔσχε πάτρην.

Extat apud Stephanum: sed magis integrum in scholiis Nebularum Aristoph.

quod nos ita aliquando conuertimus,

Terra, fatum Herodotum Lyxe, tegit ista sepultum,
Qui priscæ Ionicæ laudem habet historiæ.
Dorica produxit tellus hunc: vnde fugatus
Inuida, hac patria Thuride sedit humo.

Ex eo factum est vt aliqui præscriptionem Halicarnassensis mutarent in Thurii: quod & Plutarchus annotauit in libello De exilio. Reperio relatum hunc in olympiadem LXXVII, & LXXXIIII. cum quo non dissentit quod traditur, floruisse Thucydidem olympiade LXXXVII, & olympiade LXXXVIII mortuum Periclem Xanthippi filium, cuius Herodotus meminit. Plinius vbi de ebeno differit, Herodotum scribit Thuriis condidisse historiam anno ab V. C. trecentesimodecimo. Quod & ipsum cum numero LXXXVII olympiados consentit, quo aliqui floruisse Herodotum tradidere: quum acceperimus Romam conditam esse circiter olympiada VI. Sane cum Hellanico vixisse fuisseque apud Archelaum, traditum est: quod tempus & EVripidis poëtæ fuit, quem genitum accepimus eo die quo Persæ fuêre à Græcis fusi. Pherecydes & Hecatæus diu ante illũ historias & fabulas cõponere primi oratione soluta cœpere. Fuit & Xanthus quidam scriptor Lydus, quem in Lydorum historia sequutum Herodotum putant. Fuit & Charon Lampsacenus paulò hoc superior, qui & ipse bellum Persicum descripsit. Sed & Hellanicus suas historias ante Herodotum edidit, quas ipse se legisse significat. Fuit hoc nomine Olophyxius Thrax, qui de nymphis & sacris scripsit: & alius, medicus.

Euseb. 131.

DE DIALECTO IONICA, EX EODEM.

ORATIO Herodoti elegans est, & Ionicæ linguæ propria quadam facilitate, sine omnibus veluti anfractibus, defluens. Dialectus autem (id est peculiare orationis genus) Ionum cum Attica lingua magnam habet communitatem. Nam & hæc quodam tempore appellatio Athenienſium, & Ionicæ omnes coloniæ Athenienſium fuere. In quibus accidit vt sonus vocis & forma sermonis in alieno scilicet solo Asiæ atque insularum mutaretur. Traditum autem est, appellatos primùm Cranaos incolas Atticæ, quum Pelasgi adhuc Græciam tenerent: regnante deinde Cecrope, Cecropidas. Cui quum successisset Erechtheus, tum illis fuisse inditum nomen Athenienſium: ac mox ab Ione ductore, Ionum. Hic fuit Xuthi, vel Apollinis (vt poëtæ) filius, susceptus ex Creusa Erechthei filia: & AEgialiae Helices regnum tenuit. Cuius gens postea à Dorienſibus pulsi, ab Athenienſibus in ciuitatem recepti fuêre.

Pausan. Achaicis.

Varietates in Ionica lingua hæ fere annotantur. A in η mutatur, nisi Doricum fuerit. αι mutatur in η. Mutatur & ε in η, diuisa diphthongo, itemque in genitiuis nominum ος. ων mutatum est ex οων. Crassæ mutantur in tenues. Attica mutatio est α in ε. Vsurpant Iones

& ε

& cum ι, in genitiuis nominum ις, vbi Attici ω ponunt: quum ιος quoque communis sit & Ionica flexio. Vertunt π in κ. Item αυ in ωυ. itaque hæc diphthongus, Ionica vocatur. Pro ω accusatiuo faciunt οων. Duo σσ in ξ mutant. Metaplasmus οι, in ες, Ionicus est. similiter & aliæ quædam suæ huius dialecti formæ sunt. Est & mutatio η in α. Mutant ου in ο. item ι in α. Addunt Iones finali σ, litteram ι, & in verbis, σι. Syllabam ῶ circumflexam, εω faciunt. Interdum & non circumflexum ου primæ declinationis, εω faciunt. Vocabulis initialibus τ præponunt. ο & ε producunt, addita υ & ι. Tertiæ declinationis genitiuum in ος, de ϝ, proferunt. ω faciunt ωϊ. Geminant consonantes, vt σσ, ττ, ππ. Inserunt ε, item σ. nam θα primæ personæ pluralis, σθα, & θον dualis, σθον faciunt. Inserunt α in patronymicis. Iones integris & incontractis verbis nominibusque & participiis aduerbiisque, omnibus denique orationis partibus vtuntur. Mutant λω in εα. Augmenta præteritorum & aliarum dictionum initia abiiciunt. τ nominum in ας in declinatione elidunt. Vtuntur reduplicatione. Vtuntur & transpositione tam litterarum quàm syllabarum. Abiiciunt ε de diphthongo ει. Initiales litteras abiiciunt. Ex ιε faciunt ι longum. Suas habent tertias personas plurales præteriti perfecti passiui, posita littera α ante ται finale, vt & in aliis. Infinitiua per syllabam με producunt. Sunt & contractiones & synalœphæ Ionum: sunt & apocopæ.

Horum exempla promiscuè subnotauimus, & aliis quibusdam proprietatibus dialecti Ionicæ indicatis. Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, pro Ἁλικαρνασσέως ἱστορίας ἀπόδειξις. Θωυμαστά, pro θαυμαστά. Ἰοὺν τὴν Ἰνάχεω, pro Ἰοῦς. Πλεῦνας, pro πλέονας. Ἀπ' ἧς, pro ἀφ' ἧς. Ἀπελόμενοι, pro ἀφελόμενοι. & Ἀξιαπηγητότατα, pro ἀξιαφηγητότατα. Διαπεξαμένους καὶ τἆλλα τὰ εἵνεκεν, pro Διατεχξαμένους καὶ τὰ ἄλλα ὧν ἕνεκα. Ἐγεγόνεε, pro ἐγεγόνει. Ἤιδεε, pro ἤδει. Διατότα, pro διατοῦτο. Μίδης, pro Μίδας. Θρόνον βασιληίον, pro βασίλειον. Ἐτέμψαν, pro ἐπέμψαν. Ἐπικρατέον, pro ἐπικρατέων. Κυρίλλῃ τ' ἡμερέων, pro κυρίαν τ' ἡμερῶν. Κιθῶνας, pro χιτῶνας. Ἐπὶ νόον ποιέεσι, pro ἐπὶ νοῦν ποιῶσι. Περίασε, pro περιῆσε. Ἱρὸν, pro ἱερόν. Ὁρτὴ, pro ἑορτή. Κεῖνος, pro ἐκεῖνος. Ἐὼν, ἐοῦσα, pro ὤν, οὖσα. Κεχωρίδαται, pro κεχωρισμένοι εἰσί. Ἐτετύχατο, pro τεταγμένοι ἦσαν. Τὠρχαῖον, ὦνθρωπε, ὠναξ, ὠνὴρ, ἄτερος, τἀνθρώπου, pro τὸ ἀρχαῖον, ὦ ἄνθρωπε, ὦ ἄναξ, ὁ ἀνὴρ, ὁ ἕτερος, ἡ ἀνθρώπου. quæ Attica synalœpha & in aliis reperitur: vt θατέρᾳ, ἕτερος. Τέλεος, πόλιος, pro ὕβρεως, πόλεως. Ἐγχειρίδιοισι, pro ἐγχειριδίοις. Ἐπαὶ, ἀδελφεὸς, pro ἐπαὶ, ἀδελφός. Τὄνομα, μοῦνος, ξεῖνος, pro τὸ ὄνομα, μόνος, ξένος. Ποιεῦσι, pro ποιῶσι. ἐθικαίευν, pro ἐθικαίουν. Μέγαθος, πέμνειν, pro μέγεθος, τέμνειν. Οἰπέωνες, pro ὀπάονες. Οἰρέων, pro ὀρῶν. ταθμεώμενοι, pro ταθμεύμενοι. χρεωμένων, pro χρωμένων. Κωυὴ, pro κωμὴ. ἀνθρωπείη, pro ἀνθρωπὴ. Τυφὼ, ἄθω, pro τυφῶν, ἄθων. quod plane Atticum est. πλεῦν, pro πλέον. Προσδέκεο, pro προσδέχε. Ὦεα, pro ἰώεα. Διξὰ, τριξὰ, pro δισσὰ, τρισσά. ΑΥτόπλεω, pro αὐτόπλε. Ἐν τῇσι ἁμάξῃσι, pro ἐν ταῖς ἁμάξαις. ac concursum omnino vocalium Iones amant. Ἄδρηστα, pro ἄδεστα, quæ non solerent aufugere. Ἐπιβατέων, pro ἐπιβατῶν. Οκόσον, ὁκως, κότε, pro ὁπόσον, ὅπου, πότε. Βαλίες, ὄφιες, pro βαλίες & ὄφεις. Ἐστεφανωμένοι, pro ἐστεφανωμένοι· & ἑστῶτες, pro ἑστῶτες. Ἀδαίες, pro ἀδαεῖς. Οἵκασι, pro εἰκάσι. Κέρεα & γέρεα, pro κέρα & γέρα, contracto de κέρεα, elisso τ. Ἐσταλάδατο, ἐσταλαγμένοι ἦσαν. Κατισχεφάτο, κατισγραμμένοι ἦσαν. Τρῶμα, pro τραῦμα, omisso υ. nisi magis est à verbo Ionico factum quod τρώειν illi dicunt. id est, τιτρώσκειν. Apud Homerum Ἐείρες, pro ἐερμένοι positum volunt: Ἐρυσάρματες ἵπποι. Herodotus ΑΥτοκέλεες, pro αὐτοκέλευστοι. Contrà μάρτυροι & φύλακοι, Iones, pro μάρτυρες & φύλακες. Οὖρεα, pro ὄψη. quod Atticis est ὄψει. Ἀπικόατο, pro ἀφίκοντο. Οὐρμέατο, pro ὥρμουτο. Μαιανδρέων, pro Μαιανδρῶν. Λάξις, pro λῆξις. ΟΥ in ουο solutio, & σθα, ac σθον, ποιητικώτερον videtur. Τὰ περώια, λώιον, pro ὑπερῷα, λῷον. Κραδίη, pro καρδία. κρατερὸς, pro καρτερός· vt Homero Κράπαθος, pro Κάρπαθος. Reduplicationes sunt Homericæ, Τετύκοντο, ἐκλέλαθον, τετιγών. Herodotus Ἀραιρημένους dixit pro ἠρημένους. Ἐνθεῦτεν, pro ἐντεῦθεν. Ἀποθανεύμενοι, pro ἀποθανούμενοι. Duplicationes consonantium Ionicæ illæ quidem esse perhibentur, sed sunt poëticæ, vt Οἷος Φέρτερός εἰμι. Οἷτε τοι ἐν μεγάροισι. Οἵπερ αὐτῆς ἐθέλει.

EX EODEM.

Ionicus est & articuli pleonasmus. vt, Τὰς μὲν ἀναστήζειν, ὁ δ' Ἀτρείδης ἐναείξαι, pro ἐναείξαι δέ. in quibus ὁ pronomen esse volunt, & significare αὐτὸς, Ionicè. Polymnia, εἰ μή τι νέοι ζΦάλμα Φέρον τῷ βαρβάρῳ, τὸ μὲν ἔλεγεν ὑδέν, ὁ δὲ τὰ εὐτυχέστατα ἐκλεγόμενος, siquid inerat quod fraudi esset barbaro, eorum nihil memorabat, sed eligens maximè fausta.

Est autem & aliorum pronominum hic vsus, εἰ δὲ ταῦτα ὑποδιώκειν οὐκ ἐβουλήσω, σὺ δὲ πάντως πρήγματα αὐξάνειν, pro ἀλλὰ πάντως αὐξάνεις. Et rursum, ἦ σέ γε, pro ἦ γε. Iliad. ρ.

ὅ ς᾽ ἐπὶ ἄρ κε κάμησι κιὼν ἀς τ᾽ αὔδρας τ᾽ ἐρεθίζων,
οἵ τε μιν οὐκ εἰῶσι βοῶν ὀκ πῖαρ ἐλέσθαι,
Παύνυχοι ἐργάζοντες, ὁ δ᾽ ἤρειῶν ἐρατίζων I᾽θύει.

Ionum sunt anastrophæ. vt, ὄρνιθες ὡς. Iliad. β,-ἔ σε ἔοικε κακὸν ὡς δειδίσσεσθαι. Sic ᾧ ἔπι, pro ἐφ᾽ ᾧ. Et, βιοτὴς νῦν μοὶ αὐθρωπήϊος πέλει. Iliad. β. τότε δ᾽ ἤδη ἔχεν κῆρ γαῖα μέλαινα. i. κατεῖχε.

Sunt & ἐπικτασεις Ionicæ verbi substantiui. vt, ἔνι pro ἔνεστι; μέτα pro μέτεστι. Hom. παρ᾽ ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, id est, πάρεσιν ἐμοί.

Cùm aliter, tum interpositio ὧν dirimunt coniungenda. μέχρι μοὶ ὧν τούτων. & βύβλῳ ὧδε τὰ κέρεα ἐλίσσων, id est, ὧδε ἐλίσσων. & καθ᾽ ὧν ὀκάλυψε, pro κατὰ ἐκάλυψε. & κατὰ μὲ ἐφάρμαξας, pro κατεφάρμαξας ἐμέ. & εἶπε τῇ Βαβυλωνίων, pro τῇ Βαβυλωνίων ἧς. Sic ὡς ἢ αὕτως, pro ὡσαύτως δέ. Iliad. β, καδδέ κεν εὐχωλήν. & Iliad. ρ,—ἀπὸ ἢ μελιηδέα θυμὸν ἕλωμαι, pro κῆρ ἢ εὐχωλήν, & ἀφέλωμαι θυμόν. Iliad. α, ὀκ δ᾽ ἔλον Ἀτρεΐδη. i. ἐξεῖλον δέ. Sic ὀπὼ δ᾽ ἤρεον, pro ὑφήρουν. Polymn. ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγεσθαι, i. ἀπάγειν.

Præpositiones absolutè, quasi aduerbialiter, sæpe ponunt: μετὰ ἢ, τὸ στρατιῆς ἀπικομένης εἰς Σάρδεις, *postea verò, quum exercitus Sardis venisset.* Sic, καὶ πρὸς αἰεπιξήμονες ἔσαν, *præterea.* Iliad. χ. Πρὸς δέ μιν τὸ δύσλιον ἔπι φρονέοντ᾽ ἐλέαιρε. Alibi ἐν δ᾽ αὐτὸς ἐδύσατο νώροπα χαλκόν. Item, Διὰ πρὸ ἢ εἴσατο καὶ τῆς. Herod. Polymnia, ἐν ἢ Ἀρτέμιδος ἱρὸν, *in illo litore est fanum Dianæ.*

Ionicum est casum ad præpositionem referri quæ cum verbo adiuncto composita est. vt, ὅτι οἱ ἐνορόῃ, id est ὃ, τι ὀρῶτο ἐν αὐτῷ, *quid in se animaduerteret.* Iliad. β, -τὸ δ᾽ αὖ ἀπεμέμφετο, id est, ἀπὶ τὸν μέμφη. Et ὥμοισιν ἐπείη. i. εἴη ἀπὶ τοῖς ὤμοις. Item Iliad. ν, θέσσαντο Ἕκτορα εἶπε ἀνδρεϊάς. i. ἐπὶ ἀνδρεϊὰς τὸν Ἕκτορα. Herod. Clione, τέλα δ᾽ ἔτεα ἐπανεβάλλετο τὴν Σαρδίων ἅλωσιν, id est, ἐπ᾽ ἔτεα τέλεα, *in tertium annum distulit Sardium expugnationem.* Idem, ἀπέζευξε τὸ χώρης τὸ Ἀθηναίης, id est, ἔζευξε ἀπὸ τὸ χώρης.

Singularis vsus infinitiui εἶναι, Ionicus est, hoc modo, καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐν ἀδεεῖ λόγῳ πεποιέμθαι καὶ τὸν πρώτιον εἶναι, *vt hæc prima quidem cura esset.* Et, ἀδὲ ὁμολογήσαμθαι ἐόντες εἶναι, *quod volentibus quidem nobis fiat.* Et, τὸ ἢ σύμπαν εἶναι, *In quo totum verteret,* aut *Re ipsa.*

HERO-

HERODOTI VOCABVLA IONICA, ET QVÆDAM LOQVENDI GENERA, ILLI CVM HOMERO MAGNA ex parte communia: necnon alia.

COLLECTA ET LATINE REDDITA, PARTIM AB IOACHIMO CAmerario, partim ab Henrico Stephano: littera C *illius nomen,* H *huius nomen indicante. à quo & addita nunc fuerunt aliquibus Camerarii interpretationibus exempla.*

HENRICVS STEPHANVS LECTIOnis Herodoti ſtudioſis.

SI vulgo receptum morem vſurpare, quàm meum tenere, maluiſſem, Ioachimi Camerarii nomen ſilentio prætériiſſem: ac titulum huic opuſculo præfixiſſem quo hanc recenſionem pariter & interpretationem vocabulorum, quæ quum Herodotus ſibi habere peculiaria videatur, habet tamen cum ceteris Ionibus, & nominatim cum ipſo etiam Homero (adplera-que quod attinet) communia, totam ſuſcepiſſem & in me recepiſſem. Nec tamen magnum onus humeris meis impoſuiſſem. quæ enim Camerarius de illis vocabulis antea ſcripſerat, meis infarciendo, eaq; pro meis oſtentando, magnum oneris leuamentum in promptu mihi fore animaduertebam. Præſertim vero quum multo plures à me quam ab illo voces recenſerentur & exponerentur, ſub meæ commentationis prætextu dominium in illius quoque commentatiunculam vſurpare, res fuiſſet quæ multorum exemplis defendi (ſi exemplis malam defendere cauſſam queunt) potuiſſet. Verùm ego non ſolùm, alienis tantummodo plumis ſe veſtire, corniculæ in morem, ſed etiam vel miſcere ſuis alienas, atque id diſſimulare, vix ingenui eſſe hominis, ſemper exiſtimaui. Atque hoc & meus Theſaurus teſtari abundè poteſt. Quinetiam Paralipomena tantùm inſtitutionis grammatices (aut ſaltem eorum partem) ſcribere malui, quàm meam inſtitutionem grammatices ad tam multas aliorum addendo, in aliena plurima manum iniicere, ſimulq; miſeros lectores crambe toties repetita occidere. Neque tamen ſum neſcius, reperiri quotidie qui multo maiori cum turpitudine plagiarii ſint: id eſt, multo turpius & magis pudendum plagium committant, dum aliena, & quidem è multorum nonnunquam libris conſarcinata, ſiue conſuta, aut (ſicui Græca vox magis placet) συραράμμενα (licet eorum nonnulli ne artem quidem talia conſarcinandi, ſiue conſuendi, ſiue τὸ συρράπτειν, calleant) impudentiſſimo noui tituli libri, aut noui ſaltem nominis autoris, mendacio, pro ſuis obtrudentes, & obtruſa venditantes, fucum faciunt: etiamſi nulla futura ſit quæ vel χεῦ tam multis alienis οἴκοθεν (id eſt, de ſuo) inſuiſſe dici poſſint.

Ceterùm, quamuis pauca illa quæ Camerarii ſunt, ita meis inſeruerim (appoſito vbique eius nomine) vt intacta in illis omnia reliquerim, fuiſſe tamen vbi eius interpretationi nonnullarum vocum aliquid adiicere, aut in eam non ſine aliquo fortaſſe lectoris fructu inquirere potuerim, oſtendam alias (deo fauente) in iis quibus Herodoti lectores, præſertimq; eius valde ſtudioſos, amplius iuuabo. Sed malui exemplorum alicubi adiectione, aut exempli, vbi Camerarius nullum attulerat, contentus eſſe. Ne hoc quidem tacebo, me in quibusdam vocabulis exempla Homeri, in quibusdam Hippocratis, (quæ Erotiani, & Galeni lexicis, quum ea excudi, deſtinaueram) in nonnullis, vtriusque, attuliſſe.

A.

Ἄγειν καὶ φέρειν, Ionicum est de hostilibus direptionibus. Herodot. lib. I. c. 88. φέρεσί τε ἢ ἄγεσι τὰ σφέα. Et rursum I, 166. καὶ ἄγων δὴ ἤδη ἐς ἔφερον τοὺς περιοίκους ἅπαντας. Iliad. ε, οἷόν κ' ἠὲ φέρουεν Ἀχαιοὶ ἦκεν ἄγοιεν. Neq; me fugit, & apud Xenophontem & alios Atticos autores hãc figuram reperiri. nam & alia, quæ vt Ionica annotauimus, illi vsurparunt. vtriusq; enim linguæ eadẽ (vt suprà diximus) origo fuit. C.

Ἀγινέων vide in Ἀπαγινέειν. Pass. Ἀγινεόμην. & actiua significat. *Adducens*, VII, 33. ἀγινεόμην γυναῖκας. H.

Ἀγοράομαι, ὦμαι, *Concionor*, *Concionem habeo*. Vnde ἠγορέωντο, VI, 11. ἐγένοντο ἀγοραί. καὶ δὴ καὶ τότε καὶ ἄλλοτε ἠγορέωντο. Sic Hom. Il. δ, versu 1. οἱ δὲ θεοὶ παρὰ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο. Sed hic est potius *Concilium habebant*, *Consultabant*. At quum dicit, ἀγορήσατο δὲ μετέπειτα, est *Concionem habuit*. Verbum autem Ἀγοράζω apud hunc (sicut apud Thucyd. & Aristoph.) est, *Inforo versor*. H.

Ἀγχίστροφα, *In contrarium mutata*, *Contraria*. ἀγχίστροφα βουλεύομαι, VII, 13. Propriè autem Ἀγχίστροφον q. d. *Conuersionem*, id est, mutationem, *propinquam habens*, siue *Mutationi propinquum*. H.

Ἀγωνίδαται pro ἠγωνισμένοι εἰσὶ, sed passiua significat. pro *Decertati sunt*: IX, 26: 2. πολλοὶ μὲν γάρ τε καὶ εὖ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἡμῖν ἄνδρες Σπαρτιῆται, ἀγῶνες ἀγωνίδαται, *multa certamina decertata sunt*. Sed perperam in Aldina & Germ. edit. ἀγῶνες pro ἀγῶνες scriptum est. H.

Ἀδαέες, *Ignari*, *Imperiti*. IX, 45. ἡμεῖς δὲ ἄπειροί τε εἰμὲν καὶ ἀδαέες τουτέων τῶν ἀνδρῶν. H.

Ab eodem pro Ἀδαὴς dicitur Ἀδαήμων, vt VIII, 65. ἀδαήμονα τῶν ἱρῶν. Quinetiam verbum Δεδάηκε, *didicit*. H.

Ἀδεῖν & Ἀνδάνειν, *Placere*, Ἀλλ' οὐκ Ἀρεσθῆ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ. Et, Ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἐΐδεῖν κακός. C. Vide Ἀπαδεῖν & Ἐπάδε.

Αἱμασιαὶ, *Septa*. Sed addit Herod. in primo, c. 180. αἱμασιὴ πάλιη ὀπίσω. Odyss. σ. αἱμασιάς τε λέγων, *Septa struens*. C.

Αἴνη, *Existimatio*. C.

Αἰχμὴ κακῶς ἐσηκέναι dicitur πρός τινα, ab Herodoto, rarissimo sed elegantissimo loquendi genere, lib. VIII. c. 132. de Argiuis, ἐπεὶ δὲ σφι πρὸς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἐσήκει, hoc sensu, *Quum minimè secundum iis aduersus Lacedæmonios prælium fuisset*. Quam interpretationem etsi aperte præcedentia & sequentia confirmant, possit tamen ea & Eustathii testimonio comprobari: qui postquam dixit δόρυ nonnunquam significare πόλεμον, id est, *bellum*, (veluti quum aliquis vocatur δουρὶ πλυτὸς) itidemque vocem αἰχμὴ vsum istum habere: vnde δορυάλωτος & αἰχμάλωτος significare pariter ὁ ἐν πολέμῳ ἁλούς. subiungit, λέγει δέπου καὶ Ἡρόδοτος περὶ Ἰώνων, ὡς κακῶς αὐτοῖς ἡ αἰχμὴ ἔσχε πρὸς τοὺς δεῖνα, ἤγουν ἐδυσχέρησε αὐτοῖς ὁ πόλεμος. Additque, hoc ex consequenti esse dictum. ὡδυσκόλυνθη γὰρ τοῖς ἐν μάχῃ δυσχεῦσι, κακῶς αὐτοῖς ἐπάγουσι τὴν αἰχμήν. Ceterum in compositione quoque nomen hoc pro *bello* vsitatum esse apud Iones sciendum est, quum videlicet appellant ὁμαιχμίην quod alii συμμαχίαν. vt VIII, 140: 1. ὁμαιχμίην συνῆψαν. Ab eadem voce est μεταίχμιος. vnde μεταίχμιον γῆν legimus, VIII, 140: 2. μεταίχμιον τὴν γῆν ἐκτημένων. H.

Ἀλέες, *Conferti*. Et Ἀλίζεσθαι ac Συναλίζεσθαι, *Colligi* seu *Congregari*. Et Ἀλίη, *Cœtus*. C. Exemplum verbi Ἀλίζεσθαι, I, 79. ἀλίζεσθαι τὴν τῶν Λυδῶν δύναμιν. Vtitur & Hippocr. hoc verbo Ἀλίζεσθαι. Inuenitur autem & actiuum Ἀλίζειν apud Herod. VII, 12. necnon compositum Συναλίζειν, I, 126. Ad nomen autem ἀλέες quod attinet, sciendum est, ἄλες quoq; apud Hipp. exstare: atque alicubi ἄλες & πολὸν copulari.

Ἀλεεινὴ χώρα, *Calida regio*. Et Ἀλέα, *Calor*, vt in locis apricis. C.

Ἀλεωρὴ à Valla redditur *Remedium*, IX, 6. ὡς καὶ αὐτοὶ ἴνα ἀλεωρὴν εὑρήσουσι. Proprie autẽ sonat *Euitatio*, *Declinatio*, *Effugium*. Ac redditur etiam *Leuamen*, & *Laxamentum*, necnon *Solatium*. Hippocr. ἐν ὠδῖνος ἐλαίῃ vtitur, Ἄνεσις γὰρ γίνεται κάμνουσι παρέχει μεγάλην ἀλεωρὴν.

Ἀλκὴ vt ab Homero, ita etiam ab Herod. quibusdam loquendi generibus adhibetur: quorum vel frequentissimũ est (nisi me memoria fallit) ἐς ἀλκὴν τρέπεσθαι. quo videtur significari quod vulgò dicimus, *Se mettre en defense*. Hoc autem existimatur dici à Liuio, *Vim parare*: veluti quum scribit, *Alios vim parantes occidit*. III, 78. αἱ δὲ τὸ ἕδραμον πάλιν ἀμφότεροι, καὶ ὡς ἔμαθον τὸ πιεύμενον πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο. Quibus verbis subiungit, ὁμοῦ δὴ αὐτέων φθαὶ τὰ τόξα κατελόμενοι, ὁ δὴ πρὸς τὴν αἰχμὴν ἐτράπετο. (vbi obserua simul eundẽ vsum verbi τρέπεσθαι cum alio accusatiuo.) Estque πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι tanquam genus, at πρὸς αἰχμὴν τρέπεσθαι, velut species. Paulo pòst τῇ χειρὶ χρῆσθαι hac in signif. vsurpat: ὀρέων δὲ μὴν λόγον ἐστεῶτα ὁ Γοβρύης εἵρετο ὅτι ἐ χρῆται τῇ χειρί. Alioquin χειρὶ χρῆσθαι reddi etiam potest *Manum conserere*. Fortassis tamen πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο eo in loco reddendum potius fuerit, *Vi agere cœperunt*, vel, *Vim moliti sunt*, aut *Totis viribus obsistere cœperunt*. Nam illud *Vim parare*, minus est in quibusdam locis quàm πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι. veluti quum in principio II, 45. dicitur de Hercule, ἐς ἀλκὴν τραπόμενον πάντας ζῴους καταφονεῦσαι. H.

Ἀλογίαν

Ἀλογέω, *Nullam rationem alicuius rei habeo, Contemno.* Vnde ἀλογήσας, III, 124. Sic & cõpos. καταλογέω· vnde καταλογέσαντες, III, 121. H.

Ἁμαρτὶς pro ἁμαρτία, *Peccatum.* vt I, 167. ἀλέεσθαι τὴν ἁμαρτίδα. H.

Ἀμβώσας, ἀναβοήσας. C. Sic Ἐπιβώσασθαι pro ἐπιβοήσασθαι, I, 87. initio. H.

Ἀμύνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, *Seipsos vicerunt.* C.

Ἀμφισσία, *Disceptatio*, vel *Dissensio.* C.

Ἀναγνώσκω, *Suadeo, persuadeo*, (quēadmodũ πείθω vtrunque vsum habet) vt VII, 10, γνόντα ἐπ' οἷσι ἄνδρες ἀναγνώσεις βασιλῆα στρατεύεσθαι. vbi est potius *suades*, quàm *persuades*: quamuis postea persuaserit. At IV, 158. ἀνέγνωσαν ἐκλιπεῖν non solùm *suaserunt*, sed etiam *persuaserunt.* Sic etiam I, 187. τίς σε ἀνθρώπων ἀνέγνωσε, sequente infinitiuo κατασῆναι. Itidem pass. Ἀναγνωσθείς, *persuasus*, in IV, 154. ὁ δὲ ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἔργον οὐκ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ἐπὶ τῇ γυναικὶ, *Is autem, ab vxore persuasus, rem nefariam aduersus filiã moliri cœpit.* At interpres malè ἀναγνωσθεὶς reddidit *deceptus.* Omnemque illi excusationem præripit verbum πειθοῖ, quod proximè præcedit, de eadem, πειθοῖ τὸν ἄνδρα ταῦτα ἔχειν ἕτω. Quinetiam lib. III, c. 61, actiuæ voci ἀναγνώσας aliam tribuit significationem idem interpres: τῶν τὸν ἄνδρα ἀναγνώσας ὁ μάγος Πατιζείθης ὡς οἱ αὐτὸς πάντα διαπρήξει, εἶσε ἄγων ἐς βασιλήιον θρόνον. ita enim hæc reddidit, *Hunc virum magus Patizithes instructum quemadmodum ipse illi omnia peracturus esset, in regium solium perducit.* Quum debuisset ita vertere, *Huic viro quum persuasisset magus Patizithes fore vt ipse illi omnia effecta redderet.* Erat enim Patizithes qui Smerdi omnia confecturus erat, non contrà: quod tamen potius præ se ferre videtur altera interpretatio. Vt autem Ἀναγνώσκω, sic etiam Συγγινώσκω apud Herodotũ à vulgari vsu discedit. Sed quid de Galeno & Erotiano dicemus, verbum ἀναγνῶναι apud Hippocratem, Ionica dialecto vtentem & ipsum, non πεῖσαι, id est, *Persuadere*, sed μεταπεῖσαι, (id est, *Dissuadere*, vel *De sententia deducere*, *A sententia dimouere*) necnon μεταδιδάξαι exponentibus? ᾧ οὐκ ἠδυνάμην (inquit Hippocr. lib. De artic.) αὐτὺς ἀναγνῶναι, εἰ μὴ μόλις, ὅτι τοῦ' ἐστὶ τοιόνδε. Suspicor, vnum ex altero sumpsisse, qui loco præpropere (vt fit) lecto, nec bene memoriæ mandato, horum tantùm verborum recordatus sit, αὐτὺς ἀναγνῶναι· (ac non horum etiam quæ subiunguntur, ὅτι τοῦ' ἐστὶ τοιόνδε) simulque præpositionis ἀνὰ verbo γνῶναι præfixæ vsum eum imaginatus sit quem habet in aliis quibusdam verbis, & nominatim in Ἀναδιδάσκομαι, apud ipsum Herodotũ. Hoc etiam addo, perperam Galenum, & Erotianũ ἀναγνῶναι, non ἀναγνῶσαι legisse apud Hippocratem: & quosdam malè lectionem hanc in illam mutandam censuisse. Nam & hîc ex I, 87 habes ἀνέγνωσε, & legitur itidē VI, 75, Eodēq; modo exstat ἀνέγνωσαν I, 128. Sic autē & I, 85. ἄλλον γνώσας: vbi repono ἀλλογνώσας.

Ἀναγκαίη pro ἀνάγκη· vt in I, 11. μή μιν ἀναγκαίη ἐνδεῖν. H.

Ἀναδιδάσκεσθαι vide VIII, 63 initio, & quę adscripsi margini. H.

Ἀναιρεῖσθαι, vide in Ἐπαναιρεῖσθαι.

Ἀναισιμοῦσθαι. vt I, 72 fine, πέντε ἡμέρας ἀναισιμοῦνται, *Quinque dies insumuntur.* siue *impenduntur.* H.

Ἀνακῶς ἔχειν, Φροντίζειν, seu ἐπιμελῶς ἔχειν. VIII, 109, fine, ὅπως ἀνακῶς ἐχέτω. C.

Ἀνακλῶσαι pro ἀναπλεῦσαι. C.

Ἀνάπυστον, *Quod innotuit*, Patefactum, *Palam factum.* VI, 66. extremo, ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ ἀνάπυστα ἐγένετο ταῦτα. Sed malè in Ald. & German. edit. ἀνάπειστα. contrà verò rectè in iisdem, paulo antè, ἀνάπυστα γενόμενα ταῦτα. H.

Ἀνεθέλητον, quod ab aliis dicitur ἀβούλητον, *de eo quod triste nobis accidit.* VII, 133 ὅ, τι ἢ τῆσι Ἀθηναίοισι ταῦτα ποιήσουσι τὰς πήρυκας σμικρὰ ἀνεθέλητον γενέσθαι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, πλὴν ὅτι σφέων ἡ χώρη καὶ ἡ πόλις ἐδηώθη, *quid aduersi illis contigerit.* Et ἀνεθέλητος συμφορὴ apud eundem, (sicut dicitur ἀβούλητος συμφορὰ) alibi ἄχαρις συμφορή. Quibus in locis vocabulũ συμφορὰ ponitur tanquã μέσον, more antiquo. H.

Ἀνειμένος. II, 167. τὰς εἰς πόλεμον ἀνειμένους. *bello deditos.* Sic paulo ante, ἀνέωντας ἐς τὸ μάχιμον. Sed ibi, sicut & in Ald. edit. malè ἀνέωντας. H.

Ἀνελεῖν, est *Respondere*, vt de oraculis Latini dixere. I, 13. ἐὰν μὲν δὴ τὸ χρηστήριον ἀνέλῃ μιν βασιλέα εἶναι τῶν Λυδῶν. *Si oraculum responderit, ipsum regem Lydorum esse.* Euterpe, c. 139. ἀνεῖλε ὡς δέοι αὐτὸν Αἰγύπτιον βασιλεῦσαι ἔτεα πεντήκοντα. C.

Ἀνέωνται, vide in Ἀνειμένος.

Ἀντάω, ῶ, ex quo λῶτησι pro ἔτυχε II, 119, initio, καὶ ξεινίων λώτησι μεγάλων. quum præcedenti cap. 115. dixisset, ξεινίων τυχών. Sic Homerus Iliad. α, αἰτιάσας dixit pro τυχών, siue ἀπολαύσας, aut μεταχών· vbi canit Αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσης αἰγῶν τε τελείων βάλεται αἰδέσας, ἡμῖν δὲ τοῦτον ἀμῦναι. Facit autē illud αὐτὰν vt minus mirari debeamus participium ἀπαντήσαντες genitiuo itidem iunctum, hoc in versu, Ἀ δειλὰ νεότητος ἀπαντήσαντες ἑκείνης· Πρωτοπόρου, δι' ὅσης ἤλθετε πυρκαιῆς. vel πρωτοζόλους, vt alibi legitur. pro quo tamen malim πρωτοβόλους. Suspicor autem priorem illum versum mutatum fuisse ab iis quibus insolens videbatur ille vsus participii ἀπαντήσαντες. Pro illo enim habetur hic, Anthol. epigr. lib. III, pag. 232. meæ editionis, Ἦν νέον ἡδήσαντες ἀποδρέψαντες ἐρατεινόν. H.

Ἀντίος, Aduersarius, Hostis, ἐναντίος, πολέμιος. In cap. 218. lib. VII. ἐλπόμενοι γὰρ οὐδένα σφι φανήσεσθαι ἀντίον, ἐνεκήρυσαν στρατῷ. Et

adiectiuè, γνώμη αὐτίξοος, *Sententia contraria, Sententia repugnans*, VIII, 119. H.

Ἀντιούμενοι sunt Ionibus qui aliis ἐναντίοι, siue ἐναντίοι. vt initio Melpomenes, καὶ νικήσαντες μάχῃ ἐς αὐτεμένεας. Paulo pòst, εὗρον γὰρ αὐτοὺς μάχῃ ἐλασσωθέντας σφι ἐς τὰ τείχεα οὐκ ὀλίγην. At verò alibi VII, 9, cum accus. personę, sequente etiam præpositione ἐς, habente suum accusatiuum, pro *Occurrere* seu *obuiam venire hostiliter*. H.

Ἀντιπόλεμοι, *Hostes, Aduersarii*, πολέμιοι. VII, 236, fine. H.

Ἤτοι δὴ ἔφερε τὴν ἀληθείην πᾶσαν. Tale est in nostro sermone, *On luy apporta toute la verité du faict.* VIII, 8.

Φέρει καὶ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα, *Il emporte à toute la Grece.* VIII, 142.

Ἐξέμαθον πᾶν τὸ ἐὸν, *Ils sceurent tout ce qui en estoit* IX, 11

Ἐκατὸν ὀργυιὰς δικαίας, vt Gall. *Iustes*, id est, *De iuste mesure.* Iustæ mensuræ.

Δέζοντα, aliquot in locis ad regem: vt illi dicimus *Sire:* pro quo scribi *Cyre*, postularet deriuatio à voce κύρε (id est, *domine*) quæ postea deprauata fuit in κύρι.

ALIA DE HERODOTI VOCIBVS, ET VARIA IN QVIBVSDAM MS. SCRIPTVRA &c.

Ex eiusdem prolegomenis in eadem secunda editione.

RATIONI autem consentaneum mihi videtur vt à quibusdam illius recensionis [*præcedentis vocum Herodoti*] locis initium sumam, super quibus habeo quod te moneam. Primus erit vbi vocabulum ἀτίοντες (VII, 223. in fine) ~~Camerarius~~ interpretatur *Nihil curantes*, addens, Homerum similiter esse vsum. Nam ἀτίοντα quidem legimus apud Homer. Iliad. υ, sed pro βεβλαμμένον, (videlicet εἰς τὰς φρένας, siue τὴν φρένα. vnde dicitur aliquis voce composita βλαψίφρων) ab ἄτη. Pro illo igitur ἀτίοντα, ego vel ἀτίοντα (fuit autem facilis lapsus ex ἀτίοντα in ἀτίοντα) vel ἀτίζοντα reponendum censeo. Illud tamen mihi nullum lexicum sed memoria diu solicitata suppeditauit. Recordatus sum enim me legisse (apud Theognin, ni fallor) hunc versum,

Πᾶς τις πλέσιον αὐδεμὶ ἴκει, ἀτίει ἢ πενιχρόν.

At verò ἀτίζων, pro κακοφρονῶν apud Homerum extat Iliad. υ. Quòd si etiam incidisset ~~Camerario~~ in aliquem Herodoti locum vbi vox ἀτίοντες vsum illum haberet, eam pro mendosa habendam esse, ex iis quæ dixi constat.

Fuerunt alioqui vocabula quædam inter illa quæ idem recensuit, in quorum scriptura ab editione Basilensi discedere non dubitaui, quum manifestus esse error videretur. Sed tamen, ne meo stare iudicio necesse habeas, hæc sunt, αἰγινέφι, mutatum in ἀγινέειν· & εὐμαρέϊ, in εὐμαρείη· necnon ϑρτὶ, (quod barbarum potius quàm Græcum videri poterat) mutatum in ϑορός. Item χῆνες in ψῆνες, de bestiolis quæ in caprificis nascuntur. Monui autem & de nomine σαγήνεις, tanquam suspecto, pro σαγάνεις· quod apud Herodotum legitur.

SED hinc ad alia venio, quæ scrupulum iniicere cuipiam possint circa interpretationem. Ex his est εὐμαρείη, quod ille interpretatus est *stercus*: quum potius *ventris exoneratio* significetur: sicut & ἀποπάτῳ (quo illud exponitur) hoc sonat.

In vocabuli Ἐπιτρεφέως interpretatione dubitari potest de illa voce Latina *Obliquè*, posita inter hasce duas *Accuratè* & *Vehementer*: & suspicatus sum primo aspectu, *Obnixè* eum scripsisse: sed quum postea cogitaui, Suidam testari, Herodotum esse vsum pro ἀπατητικῶς, id est, *Fallaciter, Decepторiè* (si & hac vti voce licet) *Fraudulenter*, illud *Obliquè* retinendum, & tantùm sedem ei suam mutandam censui.

In voce χρῆμα locos aliquot, tanquam eiusdem rei exempla, affert, quum tamen non eundem in omnibus illis locis vsum habeat vox ea de qua agitur. Quatuor enim exemplorum, quæ proponit, primum ei est hic locus, συὸς μέγα χρῆμα· secundum, iste, τυραννὶς, χρῆμα σφαλερόν· tertium, χρῆμα πλοῦν νεῶν· quartum, χρῆμα χειμῶν & ἀφόρητον. atqui in illo secundo loco vbi dicitur, τυραννὶς, χρῆμα σφαλερὸν, non idem est vius vocabuli χρῆμα, qui in ceteris tribus: adeo vt hic χρῆμα in πρᾶγμα mutando, dici queat eodem sensu τυραννὶς, πρᾶγμα σφαλερόν· at in ceteris illis locis vbi genitiuus iungitur illi nomini χρῆμα, hæc mutatio locum non habeat. Quoniam autem huius loquendi generis nullam ille expositionem addit, ideoque lector eam se à me expectare non immerito dicturus est, oro vt meum Thesaurum consulere, & ita vicariam operam illum mihi præstare, malit: simulque diligenter eum quem ibi propono Plauti locum expendere, annon in eo Ionicam illam phrasin repræsentare, aut saltem ad eam alludere, voluerit. Simul autem inde disces, non minus Atticis quam Ionibus vsitatum illud loquendi genus fuisse, quum & Aristophanes eo vtatur. Ac sunt certe & alia plurima quæ Attici ab Ionibus mutuari non dubitarunt.

In iis quæ paruo interuallo sequuntur (pauca enim tantùm verba interiecta sunt, quibus vox ψῆνες exponitur: pro qua perperam scriptum esse χλῶες in editione Basilienſi, paulo ante dixi) postquam ὥρλω ἔχειν, interpretatus est *Respectum habere aut curam*: subiungit, *Et*, ἀδημίη ὥρη ἔσει, *Nihil momenti attulerit*. Quæ tamen interpretatio conuenire loco non potest. Sunt enim verba illa ex hoc lib. III, 155. loco, τ̃ σεωυτοῦ σρατιῆς τ̃ ἀδημίη ὥρη ἔσει ἀπολυμένης. Sonant autem hæc, *Cuius amissionem nemo curabit*, vel, *De cuius amissione nihil pensi cuiquam erit*.

Sed nec ad verbi γνωσιμαχέειν interpretationem non satis attentionis attuliſſe videtur: atque id vel ex iis intelligere poteris quæ in meo Thesauro de verbo illo dicuntur.

VENIO nunc ad aliud cuius mentionem obiter tantùm feci in illa ipsa recensione, ne, si forte diutius differam, obliuiscar. Id autem est de vocabulo ἔγκοτος. Dixi enim me vix persuadere mihi posse, ἔγκοτον in duobus quos legissem Herodoti locis, pro κότον positum esse. Ideo autem à me dictum hoc est, quòd vocem hanc pro adiectiuo tantum nomine habeam, & nihilomagis substantiuum esse nomen posse existimem quàm ἔγκυκλον, aut ἔγγονον, aut ἔμπονον. Confirmant autem mihi hanc opinionem quatuor nostri scriptoris loci: quorum primus sit hic, VI, 73. δεινὸν ἁνὰ σφι ἔγκοτον ἁλὰ τ̃ σεσηλακισμὸν ἔχων. Secundus autem hic, VI, 133. ἀτὰρ ἁνὰ ἔγκοτον εἶχε. Tertius sit iste, VIII, 29. ἔγκοτὸν σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες. Ad quartum autem antequam veniam, considerare te iubebo in duobus locis sequi participium ἔχων, in vno ipsum verbum εἶχε. Quid tum? dices. Quoniam dico scriptam ab Herodoto fuisse præpositionem ἐν seorsum ab illis duabus syllabis quæ sunt secunda & tertia in voce ἔγκοτον, & illam præpositionem per tmesin à participio & alibi à verbo separasse, remanente in medio voce κότον. vt perinde sit acsi scriptum esset, δεινὸν ἁνά σφι ἐν κότον ἔχων, pro δεινὸν ἁνά σφι κότον ἐνέχων. Item, ἀτὰρ ἁνὰ κότον ἐνεῖχε. Eodem modo in illo tertio loco, κότον σφι ἀμφοτέρων ἐνέχοντες. Sed quid me in hanc suspicionem, vel potius sententiam (omnino enim illud mihi persuadeo) adducit? Locus ille qui supereſt ex iis quos me allaturum promiseram. Is legitur in Clione, c. 118. Ἀ συάγης ὁ, κρύπλων τὸν οἱ ἐνεῖχε χόλον. Esse enim scribendum ἐνεῖχε, vt habet posterior hæc editio, non ἐνέχει, vt in priore legebatur, (Aldinam & Basilienſem perperam sequente) luce clarius est. Quomodo enim ab ἐνέχω esse ἐνέχει possit? Iam vero & absque adiectione dici ἐνέχειν λυπί, Thesaurus meus docebit. Ac meminit certè huius vsus verbi ἐνέχειν Eustathius quoque: scribit enim, ἐπέχειν apud Homerum in Odyssea esse χ̃ λυπὸς ἔχειν· atque hoc dici etiam ἐνέχειν. Ille autem Odyssææ locus est hic, ex libro τ,

ὦ Δαιμονίη, τί μοι ὧδ' ἐπέχεις κεκοτηότι θυμῷ;

Vbi postquam dixit idem scholiastes, ἐπέχεις (intellige tamen ἐπέχεις μοι) idem esse quod κατ' ἐμοῦ ἔχεις, & præpositione hac indicari interdum ἐναντιότητα, exemplis quibusdam docuit, eandem subiungit, simile verbo ἐνέχειν esse hoc ἐπέχειν. Hoc tantùm supereſt nunc vt videamus an Herodotus libenter tali tmesi vtatur seu dialysi seu diæresi qualem haberet illa quã apud eum repono scriptura. Sed præter vnum quod habemus in eodem scholiastæ loco huius figuræ exemplum ex historico, VI, 49. ἁπὶ σφίσιν ἔχοντας τοὺς Αἰγινήτας pro σφίσιν ἐπέχοντας (nam hoc esse dictum διαλελυμένως scribit: & alicubi διηρημένως eadem de re dicit) alia passim apud eum occurrunt. vt αὖατ' ἔδεσμον, pro αὐέδεσμον & ἀπὸ μὲν ἔθανε, pro ἀπέθανε· & χ̃ μὲν ἔκλεινεν, pro κατέκλεινε. Ac (vt de alia dialysi loquar quæ illi vel potius dialecto illius est peculiaris) interiicitur & vocula ὧν. vt ἀπ' ὧν ἔδωκαν· & κὰ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. Hæc autem quum ita sint, non immeritò (vt opinor) vocabulum illud ἔγκοτος, quatenus quidem substantiui, non adiectiui tantum, sedem obtinebat, è Græcæ linguæ finibus procul amandatur. Nec mirum est tamen tam multis doctis viris & in Græca lingua exercitatis, ac nominatim, Ioachimo Camerario, viro doctissimo & huius linguæ peritissimo, (scribit enim Μῆνις, Κότος, Ἔγκοτος, *Vehemens ira*) non mihi tantum, vocem illam fucum fecisse, quum & Græcis lexicographis fecerit: ac potissimùm Suidæ: qui eo etiam magis est reprehendendus quod ex hoc epigrammatis loco, ___ ὃς φθόνος αἰὲν Θησείδας ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει, colligat, ἔγκοτος σωφρονικὸν ὀργή; & non animaduertat, ἔγκοτος vt adiectiuum, iungi cum substantiuo φθόνος.

Libet autem eadem opera & de quibusdam aliis vocabulis te commonefacere, quæ quum ex Herodoto afferantur, vt scripta sunt in typographicis editionibus, suspicione tamen haud carent, præsertim veteris libri autoritate (ad nonnulla quod attinet) eam augente. Ex his est verbum διαφθορέει, in hoc lib. I, cap. 88. loco, πόλιν τε τὴν οὐκ διαφθείρει, καὶ χρήματα τὰ σὰ διαφθορέει. Quamuis enim primo aspectu videri possit verbum istud διαφθορέει admitti posse (vt ex nomine διαφθορεὺς factum) tamen Herodoti seculo in vsu fuisse, vix credibile est. Huc autem accedit quòd in vet. exempl. non διαφθορέει sed διαφορέει legitur.

Quòd

Quòd ſiquis aliud exemplum afferat eodem è ſcriptore, videlicet VII, 10. extremo, ἀλαφθορεύμην ἀπὸ κυνῶν· is ex me audiet, ibi pariter in vet. exempl. non ἀλαφθορεύμην, ſed ἀλαφορμύμην legi. Hunc autem verbi iſtius vſum exprimere videtur voluiſſe Horatius Latino illi omnino reſpondente, quum dixit, *Poſt inſepulta membra different lupi.*

Sic autem, quum ὑποθέμην apud hunc ſcriptorem habeamus I, 107. vbi ſcriptum eſt, ὑποθέμην ἢ τὸ μάγων τῶν ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον, non dubito quin vet. exempl. ſequi oporteat, ex quibus annotatum eſt ὑπερθέμην pro ὑποθέμην, in eo qui hunc non magno interuallo c. 108. ſequitur, ἰδὼν ἢ τοῦτο, ὃ ὑποθέμην τῶν ὀνειροπόλοισι. Nam in priori editione mea non minus hîc quàm illic ὑπερθέμην ſcriptum erat: ſed quum hic ex vet. exempl. adſcriptum margini inuenirem ὑπερθέμην, malui huic locum illius dare. Quod autem factum hic fuit non dubito quin & priore faciendum loco fuerit, ſcribendo, ὑπερθέμην ἢ τὸ μάγων τῶν ὀνειροπόλων. Haud enim dubito quin haud aliunde quàm ex incuria contigerit vt illi etiam præcedenti loco appoſita ex iisdem veteribus libris illa lectionis diuerſitas non eſſet, eo in libro (ſcriptus autem & ipſe erat, ſed minus vetuſtatem præ ſe ferens) quem poſterior in margine ſibi appoſitum habebat. At editio Aldina in priore quidem loco ὑποθέμην, at in poſteriore ὑπερθέμην nobis exhibet. Eſtque & hoc ſciendum, fuiſſe repertum exemplar, quod viciſſim pro illo ὑπερθέμην haberet idem illud ὑποθέμην, quod non longo interuallo præceſſerat. Quorſum tam multa? vt oſtendam, quàm veriſimile ſit quædam vocabula, præſertimq; verba, ob ſignificationem quæ pleriſque lectoribus inſolens videbatur, ab eorum aliquo (nimirum eo qui ceteris audacior erat) mutata in alia fuiſſe, hunc etiam apud ſcriptorem. Sed quis (dices) verbo ὑπερτίθεσθαι ita vnquam vſus eſt? nimirum ſignificare volens, communicare quidpiam alicui: eo modo quo dicimus nos communicare aliquid ei, quod ita exponimus vt ſimul eius ſuper eo cõſilium audire cupiamus. Ipſemet Herodotus (inquam) ita eſt alibi vſus, non vno in loco. E duobus ſaltem vnus quidem exſtat, ἐπεί τοι ὑμῖν ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε, καὶ ἐμοὶ ὑπερθέσθαι, ἢ πάντως σήμερον, &c. Vbi interpres non omnino malè vertit, *Sed quoniã ſtatuiſtis ad plures referendum, & me adhibendum.* Dicens autem, nõ omnino male hunc locum ab eo eſſe redditum, hoc addo, dummodo verba iſta quibus vtitur, *& me adhibendum*, recte intelligantur. Significare enim voluit, *& mè adhibendum in conſilium.* Alioqui non dubium eſt quin potius, *& mihi communicandum*, dicere debuerit. Alter autem locus eſt hic, ex lib. III, c. 71. εἰ μὲν τοι ὑπερτίθεσθαι τὰ ἔμελλον ποιήσειν, οὐκ ἂν μοι ταῦτα ἐπῄνεες· νῦν δ' ἐπ' ἐμεωυτοῦ βαλλόμενος, ἔπαινέω. Vbi interpres tandem animaduertit quod alibi animaduertere non potuerat: videlicet ὑπερτίθεσθαι (nam hic voce actiua vtitur, quum potius paſſiuæ vſum hunc dare ſoleat) eſſe quod Latini *communicare* dicunt. Vt autem minus mireris iſtum verbi ὑπερτίθεσθαι vſum non tantum nouum & mirum vſum fuiſſe, ſed etiam mendi ſuſpectã ſcripturam habuiſſe, hoc facit, quòd verbum quoque ἀναπίθεμαι quum apud quendam hiſtoricum ſignificationem iſtam haberet, interpres *differre* vertit: quemadmodum & ὑπερτίθεσθαι hunc vulgo vſum habet. Iam verò & quum apud Appianum ἀναθέσθαι τὰ κεκελευσμένα, ſonaret *reuocare*, ſeu *retractare*, interpres *differre* reddidit, vt in Annotationibus admonui. Verùm, vt ad mentionem diuerſitatis lectionum redeam, ſciendum eſt, ſicut in præcedente loco pro ὑπερθέμην ſcriptum in quibusdam fuiſſe dixi ὑποθέμην, ita etiam in eo Herodoti de quo nunc agitur loco, aliam quandam ex vno manuſcripto codice habemus, & eam quidem valde miram, videlicet ὑπερφέρεσθε· quam ſi loco huic accommodare lector velit, valde ſuum ingenium, & quidem fruſtra, fatiget.

Sunt verò & alii loci in quibus contigiſſe idem videmus. Nec dubito quin eorum ſit è numero iſte, è lib. V, cap. 92: 5. καὶ ἀλαπαλεύσουτα τὸν βίον εὖ. Suſpicor enim è lectoribus quempiam, cui inſolens valdè hæc metaphora lectori videbatur, vocem illam ἀλαπαλεύσουτα in hanc quam margini adſcriptam vides, ἀλαπαλέξαντα, mutaſſe. Atqui cogitandum erat, Herodotum habere nonnulla eiusmodi, & quæ quum in aliis tantùm ſcriptoribus verſato, mira & pluſquam mira videri queant, eſſe tamen ſuſpecta non debeant. Ad hoc quidem certe ἀλαπαλεύσουτα quod attinet, talem eius vſum apud hunc ipſum animaduertiſſe mihi videor: quòd ſi tamen nullum aliud apud eum exſtaret huiusphraſis exemplum, ſaltem nõ minus admitti poſſe quiuis conceſſerit quàm quod alibi apud eum legitur, videlicet III, 155. πῶς οὐκ ἐξεπάλασσας τὸν φρενῶν, σεωυτὸν ἀλαφθείρας; Nam (vt dixi in recenſione & interpretatione vocum Herodoti) ἐκπαλῶσαι τὸν φρενῶν eſt *De ſtatu mentis deiectum eſſe*: ſiquidem ad illud ἐξεπάλασσας reſpiciamus. Alioqui, ſi præſentis ſignificatio alicubi huic aoriſto detur, ſignificat *De ſtatu mentis deiici.* vel breuius, *De mente exire.* vel, *è mente.* Aut elegantius, *E poteſtate mentis exire.* Quòd ſi verbum verbo reddatur, *E mente enauigare.* nam ἐκπαλῶσαι τὸν φρενῶν, quid aliud eſt? Eſt autem ἐκπαλῶσαι pro ἐκπαλεῦσαι. nec dubito quin pro illo ἀλαπαλεύσουτα Herodotus

ἀμφαλώσωνται. itidem scripserit. Sed de hac apud illum scripturæ inconstantia dicendum in sequentibus erit.

Sunt autem quædam loquendi genera quibus verba adhibentur valde vicina, (præsertim ad scripturam quod attinet) & ita quidem vt modò hoc modo illud verbum iis esse adhibitum videamus, non sine dissensione exemplarium. Horum vnum est ἀεικίῃ ϖϵιϛωϵῖν cum accusatiuo personæ, & interdum τϵηχέως ϖϵιϛωϵῖν. Nam & ϖϵιέπϵιν huic loquendi generi adhibetur. Ac lib. I, c. 115. legimus quidem, τὸ πϵῖδϵ παῖδα ἀεικίῃ τιμῇδϵ ϖϵμπωϵῖν, in Aldina etiam editione: sed paulò ante, c. præced. vbi habes itidem τϵηχέως κάρτα ϖϵιϛωϵῖν, in Aldina legitur ϖϵίπϵι. at ϖϵιϛωϵῖν è vet. exempl. est sumptum. Sed tamen initio libri V occurrit, ϖϵιφήνϛας ϖϵσέτϵρον καὶ ὑπὸ Παιόνων τρηχέως. quod est a ϖϵιέπομαι. Quinetiam III, 115. extremo habemus ἄτϵ πολϵμίϵς ϖϵιέψϵυδον.

Ac sunt è diuersis lectionibus nonnullæ quæ haud vno in loco annotantur. vt νομφόισι pro νόμοισι. nam vt in hoc lib. III, c. 99. loco, νόμοισι δὲ τοῖσδϵ λέγονται χϵῶδϵν, habes ex vet. cod. νομφόισι pro νόμοισι· sic & alibi hæc diuersa lectio in iisdem libris se offert.

Sunt denique & lectiones nonnullæ margini adscriptæ, quæ germanæ esse videntur: quum illæ quæ in textu sunt, videantur esse vocabula quæ margini expositionis loco adscriptæ à quopiam fuerant. Exemplum nobis suggerit I, 85. vbi pro εὐθυμίᾳ margini adscriptum est εὐεσῖ. nam illud εὐθυμίᾳ fuisse adscriptum margini, ad exponendum illud εὐεσῖ, & ex margine (vt fit) in contextum irrepsisse verisimile est.

Sunt verò & nonnullæ lectiones, quæ quamuis meritò suspectæ esse videantur, tamen eadem illa vocabula non vno in loco leguntur. Ex his est verbum ϖϵοϛῆναι pro ϖϵδηϛῆναι.

Sunt deniq; & quædam ex illis lectionibus quæ quum per se nullo admitti modo queãt, si aliquantum adiuuentur (hoc autem fit aliquid in illis emendando) dignæ sunt quæ magis aut saltem non minus quàm quæ in textu sunt recipiantur. Sed hoc in meis Annotationibus aliquando (deo fauente) exemplis planum faciam.

Vt autem interim intelligas lector quanto accuratius in hac editione fuerit à me emendata Vallæ interpretatio, quàm in priore, quæ illis typographis pro exemplari fuit: magnum maioris huius accurationis indicium vel in prima totius libri periodo habes. Magis tamen insigne exemplum occurret, lib. I, 10. nam ibi si Vallæ interpretationem sequeris, & totum locum attentè considerabis, Herodotum sibi non constare, sed aperte sibi repugnare, dicere cogeris. Hæc enim verba, in illa tam celebri historia de Candaule malè merito de vxoris suæ pulchritudine, μαθοῦσα ἡ τὸ πιθῆν ὑπ' ἀνδρὸς, ὅτι αἰδέσσϵσθαι αἰσχωθῆϵαι· ὅτι ἔδοξϵ μαθῆϵιν, Laurentius Valla ita vertit, *Hæc vt didicit à viro quid actum esset, neque præ pudore exclamauit, neque visa est percepisse.* Quid (respondebunt hic plerique) peccatum à Valla dici potest? Nonne μαθοῦσα ὑπ' ἀνδρὸς, significat id quod apud eum legitur? *vt didicit à viro.* siue, *vt didicit ex viro.* Certè, μαθοῦσα ὑπ' ἀνδρὸς, non aliud significare potest: sed dico repugnare hoc prorsus illi tam bellæ dissimulationi ipsius, quæ his etiam verbis describitur, ὅτι ἔδοξϵ μαθῆϵιν, & quam quum in ea permansisset, sequutus est is quem ex ea sperabat exitus. Sed quæ tamen alia loci illius excogitari interpretatio potest? Aliam nihilominus excogitandam esse aio: nec tamen aliam (meo quidem iudicio) excogitari posse quàm hanc quæ à me margini est adscripta, *Hæc vt animaduertit quod à viro factum erat.* Sed tu (dices fortasse) ita interpretando, præpositionem ὑπ cum πιθῆν iungis, perinde acsi dictum esset πιθῆν ὑπὸ ἀνδρός. Atque plane nouum in Græca lingua hoc esse arbitror. At ego, quidquid tibi & plurimis fortasse aliis in ea nouum est, mihi nouum esse nego: atque adeo talis vsus præpositionis huius exempla tibi iam nunc duo, duobus è locis, cedo. Vnus est, ex eod. lib. I, c. 87. ϵἴ τι οἱ κϵχαρισμϵνον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη. Alter autem legitur eod. lib. I, c. 114. non procul ab initio, ἤδϵι δὴ ἐπίνοσϵ τὸ ϖϵοσταχθὲν ὑπ' ἐκϵίνου Κύρου. Animaduerti autem & Dionem, Herodoti imitatione, aliquoties hac præpositione ita esse vsum. Iam considera lector quantũ errorem inducat interdum ignoratus tam paruæ particulæ extraordinarius (vt ita dicam) vsus. Sed libet obiter & aliud de iis quæ in eodem (I, 10.) sequuntur loco addere. Quum igitur hæc subiungantur, ὅτι αἰδέσσϵσθαι αἰσχωθῆϵαι, & hæc ita vertantur à Valla, *neque præ pudore exclamauit*, quasi pudor efficere debuerit vt exclamaret: ego, qui aliam atque adeo contrariam, esse video mentem Herodoti, ita eam expressi *neque exclamauit, vtpote pudore retenta.* Quinetiam, vt lectori hanc esse mentem Herodoti subindicarem, inter αἰδέσσϵσθαι & αἰσχωθῆϵαι, interpunctionem posui. Illa autem verba, ὅτι ἔδοξϵ μαθῆϵιν, quæ vertit, *neque visa est percepisse*, maluissem vt vertisset, *neque visa est animaduertisse*: aut *neque præsit tulit animaduertisse*: vt habes margini à me cum præcedentibus adscriptum.

Alia

Alia exempla maioris in hac posteriori editione accurationis (& quidem nonnulla haud minus fortasse insignia) circa emẽdationes interpretationis Vallæ, ipsemet editionem hanc cum altera conferens, aut annotationes meas legens, inuenies: atque in iisdem plurimatum eius emendationum, margini adscriptarum (quarum pleraſque & prior editio habuit) quæ alioqui dubitationem tibi mouere possent, reddetur. Simul verò & de quibusdam quæ in ipsa Herodoti dictione (vulgo textũ vocamus) vel emendata sunt, vel videntur emendanda, in illis differetur. De emendationibus autem loquor siue iis quas iam prior editio exhibuit, siue iis quas ista nunc exhibet. Emendata porro fuerunt ex veteris quidem exemplaris autoritate plurima, vel potius veterum exemplarium (nam rarò absque duorum saltem consensu id facere sum ausus) verùm & vnus interdum locus ex collatione cum aliis. Sic enim lib. I. cap. 46. ἐς Ἀΐδας pro ἐς Σάδας, alio è loco: & lib. II, cap. 40. pro τῆσι repositum τῇ ἴσῃ fuit, alio itidem è loco. Dicitur autem ἴσῃ pro ἴσηδι. Verùm & quædam (ac non paucæ fortasse) emendationes coniecturales in illis annotationibus proponentur: & quidem nonnullæ quæ noua etiam vocabula Herodoto dabunt; (noua voco quæ antea apud illum non comparebant in illis quæ vsquam comparebant exemplaribus) ex quibus sunt ἀλλογνώσας & διαπρησιωύμενον. sed de illo quidem ἀλλογνώσας vix vlla dubitatio relinquitur: at de hoc διαπρησιωύμενον relinqui mihi dubitationẽ fateor. Reponetur autem hoc διαπρησιωύμενον pro διαπρησσόμενον, quod legitur lib. I, c. 59. initio, adiunctum participio καπηλεύμενον interpositio particulæ καὶ vinculo. Iam verò & ex Plutarcho atque aliis qui locos huius scriptoris citant, emendationes depromentur. Horum autem in numero est Eustathius suis tum in Homerũ tum in Dionysii de situ orbis poëmatium commentariis. Quinetiam ex ipso interprete Valla nonnullæ emendationes sumentur: quarum tales sunt nonnullæ vt quod in nostra lectione affirmatur, id lectio eius neget, aut vice versa.

Qvod verò ad eam scripturæ inconstantiam attinet, de qua me verba facturum promisi, (vnde nimirum fit vt eadem vocabula non vbique eam litteræ aut litterarum mutationem habeant quam dialectus Ionica poscit aut poscere videtur) eam inconstantiam non Herodoto sed librariis, dialecti qua ille vtitur, sæpe obliuiscentibus, imputandam esse aio: aut certè nonnullis qui alicubi vocum quæ Ionicè scriptæ erant scripturam à lingua communi receptam margini appositam fuisse. Vt enim à mentione verbi ἐκπωλῶσι (quod sermonis huius occasionẽ mihi præbuit) initium sumam, quis credat Herodotũ ita inconstantẽ fuisse vt modò πωλῶσι, aut ἐκπωλῶσι, aut ἀποπωλῶσι, modo πωλεῦσι, vel ἐκπωλεῦσι, vel ἀποπωλεῦσι diceret? Atq; vt de hac ipsa littera ω loqui pergam, in eiusdẽ formæ vocabulis, aut etiã iisdem, modò litterã illam ω modò ο habemus, haud enim χρέωντας tantùm, sed χρέοντας etiam legitur: itidemque ὀφείλοντες & ὀφέοντες. illud III, 157, hoc, IV, 125. Ac scimus tamen a Corintho scribi, Iones ὀφείλω pro ὀφέλω, itidemque ἐχρέοντο pro ἐχρέωντο dicere. Quinetiam modò hæc littera α, modò η, in vno eodemq; verbo occurrit. nam & χρᾶσθαι & χρῆσθαι legitur. Sic ἐχρᾶτο & ἐχρῆτο. Ac quamuis ἡσυχάσαθαι & ἡσυχάσαι pro ἡσυχᾶσθαι & ἡσυχᾶσαι scriptum sit, cùm alibi cùm I, 8. itidemque ἡσυχώμενος, non ἡσυχάμενος, I, 59. item alibi ἀξιοθέητον pro ἀξιοθέατον· quumque in his non alia sit mutatio quam litteræ α in η, tamen ἐθηήτο, non ἐθεήτο, alicubi nostris se oculis offert, mutato etiam ε in η. Atque, vt in mentione mutationis litteræ α in aliam maneam, quamuis μέγαθος pro μέγεθος tot loci nobis exhibeant, eodemque modo alicubi ὑπερμεγάθεας pro ὑπερμεγέθεας legamus: tamen & μέγαθος locis aliquot scriptum est: vt I, 60. Sic etiam πίμνω dicit, pro πέμνω, vocali α locum vocalis ε tribuens: sed ne hæc quidem mutatio vbique fit.

De vocali α vt veniam ad ε, quum hæc Ionico more auferri à principio quorundam vocabulorum dicatur, & ἐκεῖνος inter illa ponatur, tanquam κεῖνος non ἐκεῖνος, Ionicum sit: tamen ἐκεῖνος quoque hunc apud scriptorem sæpe occurrit. Sic non solùm ὥρων pro ἑώρων, sed etiam hoc ipsum ἑώρων apud eum legimus. Ac ne ὄρτη quidem pro ἑορτὴ constanter scriptum est. Vtque loquar de iis quoque locis vbi contrà inseritur hæc vocalis, præter morem linguæ communis, sciendum est, non μηχανεώμενος tantùm sed μηχανώμενος etiam, itidemq; μηχανεῶνται, legi.

Ab ε ad η transiens, mutari quidem & hanc vocalem η dico in aliam, Ionicq; more: sed ne hîc quidem constantiam seruari. nam quum vox νηὸς Ionicæ dialecto assignata sit, nõ minus tamen νεὸς, vel νέα seu νέας· quàm νῆα, seu νῆας apud eum esse scriptum videmus. Ac pro ἤσσων & ἡσσωθῆναι legimus ἔσσων & ἐσσωθῆναι multis quidem in locis, (in quorum vno ita est allucinatus Valla interpres, vt VII, 18, ex genitiuo plurali ἐσσόνων, dicto pro ἡσσόνων, fecerit gentem quæ *Hessones* diceretur) sed non tamen in omnibus. Quumq; pro οἰκεῖος scribi debeat οἰκῆος, tamen & illud interdum occurrit. Sic etiam μαντεῖον pro μαντήιον· nec solum ἀτρεκείη, sed & ἀτρεκίη. Atq; adeo IV, 33. ἀσφαλείης, non ἀσφαλίης, legitur.

Ad vocalem ι quod attinet, alicubi nec in ipſa lex Ionicæ dialecti ſeruatur. Nam haud tantùm εἰμὶ ſed ἐσμὶ quoque apud eum habemus. Ac initio Terpſichores πεσοκλήσεω, pro πεσοκλήσιω, vt alibi καλεσάσιω. Ac, quum ι ſæpe ab Ionibus inſeratur, veluti quum ξεῖνω pro ξένω dicitur, in omnibus tamen ejuſmodi vocabulis id factum non videmus. Quúmque viciſſim in multis detrahatur ι, veluti in ἐπιτήδεω (item in ἔων, in ἐώλεσαν, atque aliis) tamen & ἐπιτήδειω legitur. Et alicubi αὐτέα, alicubi αὐτέη legitur. Vocalem ο plerique loci habent in pronominibus ἐμέο & σέο, ſed illam (tanta eſt ſcripturæ inconſtantia) eadem pronomina non minus frequenter coguntur relinquere, eius locum occupantibus ἐμεῦ & σεῦ. Eodemque modo participii πιεόμεν locum ſæpe à πιεύμεν occupari, idemque in aliis huiuſmodi participiis, quinetiam in ipſis verbis, fieri videmus.

Vocalis υ non minus habet & ipſa quod queratur. Quum enim quodam ſuo iure debeat cum vocali ο, ad efficiendam diphthongum, coaleſcere, in pleriſque vocabulis, è quorum numero eſt ὄνομα pro ὄνομα, (quod idem iuris cum ὀνομαίνω & ὀνομάζω communicat:) en tibi nihilominus ὀνομάζων, non ὀνομάζων, I, 44.

Nec melior eſt vocalis ω, quàm aliarum conditio: quum eam ex verbo πλώω, ſuperueniens ι ſæpe expellat, vt dictum eſt: nec ζωὴ ſemper, ſed plerunque ζόη, ſcribatur.

In vltima vocali vltimus ſit meus hoc de genere inconſtantiæ, qua leges Ioniſmi violantur, ſermo: (alioqui enim, quo plura de illa dico, eo plura ſupereſſe dicenda video) donec non ſolùm has lectiones διφασίας (vt Herodoti vocabulo vtar) proferre, ſed de iis iudicium ferre vacet.

EX EIVSDEM ~~H. STEPHANI~~ PROLEGOMENIS

aliis ibidem, de opera à ſe præſtita in ſecunda editione, quam in noſtra ſequuti ſumus.

AC primùm quidem, ad eos quod attinet quibus ſine cortice natare in Græcorum ſcriptorum lectione datur, id eſt, qui interpretis operã, tanquam χειραγωγῦ cuiuſdam, non requirunt, (quamuis multo pauciores in Herodoto & Thucydide, quam aliis, eam non requirere notum ſatis ſit) ſed ceteris ad hanc lectionem adminiculis eſſe contenti poſſunt: non eas tantùm quas antea diuerſas ſcripturas (vt Græci διαφόρως γεγραφὰς appellant) exhibui, ſed numerum earum auxi: & cenſura adhibita, quaſdam exautoraui: non tamen ita vt amandarem, ſed tantùm vt loco ſuo motis alium minus honorificum darem. Ex ipſo enim textu (vt hodie moris eſt vocare) in marginem tranſtuli. Sed quaſdam viciſſim maiore dignas honore iudicaui, ideoque eas hinc illuc tranſtuli. Iam verò & pleroſque locos emendaui, qui tibi faceſſere alioqui negotium poterant: & quidem haud parum negotii nonnulli. Quorum in numero eſt hic qui in Euterpe cap. 40. legitur, ἐπὶλὼ πεσοπεπύσωσι τῆσι, καὶ ἐπλὼ καπεύξωνται, θύσι τλὼ βῶν. Quem enim illa vocula τῆσι non torqueat? cui crucem non figat? Sed eſto, veriſimilem poſſe videri hanc emendationem, vnde tamen tantum confidentiæ (dices) vt eas voculas τῇ Γσι margini non adſcripſeris, ſed ipſis Herodoti verbis inſerere auſus fueris? Quoniam Herodotum ex Herodoto me emendare, vel (ſi mauis) Herodotum eſſe ſui ipſius emendatorem, videbam. Ita enim ille in ſequentibus, eadem in Muſa, paucarum paginarum interuallo, cap. 61. ἐν δὲ Βύσῃ πόλι ὡς ἀπάγουσι τῇ Γσι τλὼ ὀρτλὼ, εἴρηται πρόσθεν μοι. τύπτονται δὲ δὴ μετ' ἤν θυσίλω πάντες κῶπασαι, μυρ. Sunt verò & alii loci quibus malè affectis ex ipſo Herodoto medicinã adhibui. Sed ſupereſſe fateor qui eandem à me aut ab alio quopiam opem exſpectent. Parum autem abfuit quin & alium quendam emendare mihi permiſerim: ſuum illi vocabulum, antiquum certè, & multorum auribus, etiam in Græca lingua valde exercitatorum, inſolens futurum, reſtituendo. id autem eſt ἀλλοιγνώσας. Nec dubito quin, ſi de hac emendatione, tanquã ex nimia fiducia proficiſcente, accuſatus fuiſſem, cauſæ meæ patrocinium Heſychius ſuſcepiſſet. Sed (vt opinor) nec Hippocrates Ion, quum me ſcriptori Ioni operam præſtantem vidiſſet, opem viciſſim præſtare mihi recuſaſſet: præſertim quum eodem & ipſe vocabulo vtatur, paulo quidem alium ſed tamen non alienum ab eo quem apud Herodotum habuiſſet, dans ei vſum. Vt taceam, non abſimile vero eſſe, vtrunque ab illo, Hippocrate inquam, datum ei vſum fuiſſe. Eſt verò & alius quidam noſtri hiſtorici locus, qui vocabulum quoddam non minus Hippocrati quàm Homero vſitatum requirere videtur: vt in meis annotationibus (deo fauente) declarabo. Immo quid obſtat quominus iam nunc illam ſaltem libri illius portiunculam (aut ſiquid portiuncula minus dici poteſt) repræſentem? Scito igitur agi de hoc loco, quem habes lib. II, c. 47. οἱ δὲ πένη-

τες

ἀπ' αὐτῶν, ὑπ' ἀσθενείης βίης ϛρατίνας πολάσαντες ὗς, καὶ ἐπήσαντες ταύτας, ϑύσι. Nam quum in Aldina ista pariter & Basilienſi editione habeamus, ὑπ' ἀσθενείης βιὰς τ' πινας πολάσαντες ὗς, quid vetat quominus quis pro voce βιὰς ſcribendum βαιὰς ſuſpicetur? Saltem è ſcriptura qua nihil ſignificari poteſt, aliam quæ non incommodum ſenſum habeat, efficiet: idque minima cum mutatione. Talem autem mutationem, id eſt minimam ſiue leuiſſimam, quum ſufficere ad quorundam locorum emendationem viderem, pro religioſo ſuperſtitioſus eſſe noui. Atque hinc factum eſt vt in hac poſteriore editione (hoc exemplo contentus ero) pro ἀπιπᾶσι ſcribere ἀπιπᾶσι non dubitauerim, lib. II, cap. 94. quum manifeſtum ſit ἀπιπωῦ eſſe quod Dioſcorides ἐξιπωῦ dicit. Adſcripta autem margini lectio ἀπειτᾶσι, quæ nihil poteſt ſignificare, fieri poteſt vt ex alia manarit, aliis litteris ſcripta, ſed eandem tamen pronunciationem (vt iampridem litteris diuerſis eadem pronunciatio dari cœpit) habente: ac audiens aliquis verbum ἀπηϑᾶσι (quod eſſe poterat expoſitio illius ἀπιπᾶσι) non illo modo ſcripſerit, ſed hoc, ἀπειτᾶσι.

Iam verò & commoda quorundam locorum interpunctione magis etiam quàm antea lectoribus commodaſſe, & labore illos leuaſſe, ex ipſa collatione apparebit. Alicubi tamen eorum diligentiæ hoc reliqui, vt quam interpunctionem in annotatione margini adſcripta ſequutus eſſem, eam in ipſis Herodoti verbis (niſi fortè à me diſſentirent) ſequerentur. Ac huius etiam rei exemplum ſuggeret illa ipſa quæ modò propoſita fuit pagina. In eadem enim, lib. II. c. 95. legitur, τὸν δὲ νύκτα αἰπὺ χρᾶπα ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ· ὡδὲ ταύτῳ ἴσῃσι τὸ ἀμφιλήσιον· ſed tamen ſequendo ea quæ margini adſcripſi, poſt χρᾶπα ponenda eſt πλείαστιγμὴ, at poſt κοίτῃ, tantùm ὑποστιγμή. Fateor interim me ſimul etiam mutaturum libenter αἰπὺ in ἄντω.

Paulo poſt.

Ad eos autem vt veniam, quibus contrà ſine cortice natare in Græcorum ſcriptorum lectione eſt negatum, eos qui ſine Theſeo è multis illorum locis emergere non poſſunt, eos qui duce filo, vt in aliquo labyrintho, ſua ponere veſtigia neceſſe habent: multo plus & ipſi huic editioni, quàm priori, ſe debere, meritò fatebuntur: quum me in multo pluribus locis interpretationem Vallæ emendaſſe, in quibuſdam in meipſum etiam, ad emendationem quod attinet, inquiſiuiſſe animaduertent. Hoc enim de quibuſdam locis poſſe mihi videor dicere, vbi quæ me non ſatis tum temporis oculatum ſubterfugerant, à me nunc, ceu facto oculatiore, deprehenſa fuerunt. De locis tamen iis non iam loquor, vbi tales erant commiſſi errores quales in nominum quorundam interpretatione: qui nimirū ſunt eorum è genere quos μεταμορφωτὰς ſiue μεταμορφωλικὰς appellare ſoleo, quòd metamorphoſes, & miras quidem eas, in quibuſdam ſcriptorum Græcorum locis interpretandis faciant. Atque horum è numero vnus eſt vbi nomen ἦσονες, quod ſonat *inferiores*, ſeu *viribus minus valentes*, mutatū fuit ab interprete in nomen populi omnib. geographis, omnib. hiſtoricis incogniti: quum is ab illo vocetur *Hiſſones*. Locus ille eſt in Polymnia, c. 18. ἰδών τι πολλὰ ἐὼν μεγάλα πεσόντα σήγματα ὑπὸ ἠσόνων. vbi vide quæ margini adſcripta ſunt. Ac eodē modo eod. lib. c. 93. nomen vel potius pronomen relatiuum οἵτινες, quod reſpondet Latino *qui*, videbis transformatum in quendam populum. ita enim ille, *quos prius appellatos fuiſſe Hætines, dictum eſt*: quum verba Herodoti (de Caribus loquentis) hæc ſint, ἔτι δ', οἵτινες πρότερον ἐκαλέοντο, εἴρηται. Sonant verò hæc, *Hi autem, quinam* (id eſt, quo nomine) *prius vocarentur, dictum eſt*. Sic lib. I, c. 176. vides, ex ἰστέων, quod Ionica dialecto dicitur pro ἱστῶν, ab ἱστίη, (cuius nominatiuus ſingularis eſt ἰστίη, quo ſignificatur *familia*) quendam populum ſeu quandam gentem ab interprete nobis fieri, cui nomen ſit *Iſtiei*. Atque his adiiciendus eſt mons *Hirus*, per eandem metamorphoſin factus, lib. I, cap. 80. nam ibi legitur, *qui è monte Hiro matris Dindymenæ lapſus*. vbi admonitiunculam margini adſcriptam vide. Quòd ſi ad aliud genus errorum interpretis à me emendatorum veniendum ſit, illi non cedens, quin potius id ſuperans, de nullo potius hoc dici poſſe exiſtimo quàm de eo vbi contrarium omnino ſenſum verbis autoris dat interpres. Exemplum quod in mentem venit primum, eſt in Euterpe, cap. 167. hæc enim exhibet iſta Herodoti verba, ἦκισε δὲ Κορίνθιοι ὄνοντο τὰς χειροτέχνας, à Valla ſic interpretata, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices*: quum Herodotus contrarium de Corinthiis teſtetur, eos nequaquam minimi facere opifices, vel potius, contemptui habere. Aliunde autem non contigit tam magnus error quàm ex non intellecto verbi ὄνομαι vſu: ſicut nec compoſitum ex hoc factum κατονοθῆς intellexit Euterp. cap. 136. vbi exſtat inſcriptio, cuius principium hoc eſt, ΜΗ' ΜΕ ΚΑΤΟΝΟΘΗΣ ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΛΙΘΙΝΑΣ ΠΥΡΑΜΙΔΑΣ. nam has voces ille ita reddit, NE ME LAPIDEIS PYRAMIDIBVS COMPARES. Vbi

illum videri aliud verbum quàm κρατινοθῆς legisse, dixi in iis quæ margini adscripta sunt: sed quum ne illius quidem verbi ὄνονται significationem assequutus sit, facilè mihi persuadeo, nō aliam eum lectionem illic sequutum esse, sed idem ei in illo etiam verbo quod ex hoc compositum est vsuenisse. Quis igitur est illorum verborum sensus? Illorum regis Asychis verborū sensum (lectores enim ibi suspensos reliqui) esse hunc arbitror, NE ME CONTEMNAS PRÆ LAPIDEIS PYRAMIDIBVS. Vel, Ne me asperneris. Ceterùm, ad priorem illum quod attinet locum, quem Valla ita vertit, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices*, suam ei interpretationem vel hoc reddere suspectam debebat, quòd vlla vix artificia magis celebrarentur quàm quæ Κορινθιουργῆ (eo modo quo Ἀθηνουργῆ, & Μιλησιουργῆ, & Ναξιουργῆ) nominabantur. Haud scio autem an ex vllo nobis clarius & certius esse id possit loco, quàm ex Actorum apostolicorum capite XIX. Ibi enim quidam nomine Demetrius vel ex vno artificio procudendi templa Dianæ argentea (siue thecas templi effigie, aut scriniola, siue nummos celeberrimi illius templi formam repræsentantes, aut alias eius imagines, intelligere oporteat) magnum artificibus præbuisse quæstum dicitur. In dubium igitur vocari non potest quin mea quàm vera est, tam falsa sit illa meæ contraria interpretatio. Quòd si librum hunc euoluere libeat, alios plerosque locos inuenies vbi meam itidem interpretationem, & quidem alteri omnino repugnantem, propono. Taceo de locis vbi Latina eius verba negant quod Herodotus ait, aut vice versa: sed ita vt id è lectione contraria nostræ contigerit, ei qui imputari debeat. Ac fateor posse alicubi, vtri potius lectioni acquiescendum sit, dubitari: atque hæc, vt opinor, incidere dubitatio poterit non procul ab initio Clionis, cap. 24. vbi de Arione legimus, καὶ Ἀρίονος ἐστὶ ἀνάθημα χάλκεον, ὡ μέγα, ὅτι Ταινάρῳ. contrà enim, χάλκεον, μέγα, legisse Vallam videmus. At eod. lib. cap. 37. vicissim negationem ille habet vbi nullam habemus. nam pro ἀποχρεωμένων lectum ab illo fuit οὐκ ἀποχρεωμένων.

Verùm, vt de locis in quorum interpretatione peccauit, verba pergam facere, eorum in numero nonnulli sunt vbi hoc inde contigit, quod non animaduerteret verbum quodpiam vsum quendam Herodoto, aut certè eius dialecto, peculiarem habere. vt I, 45, συγγινωσκόμενος. Nam & actiuam vocem συγγινώσκειν longe aliud sonare passim apud hunc scriptorem, quàm *ignoscere*, in recensione & expositione quorundam eius vocabulorum à me aliquot exemplis ostensum fuit. Minus autem quis miretur fortasse illum ἀπιστολὴν reddidisse *epistolam*, lib. VI, c. 50. quum potius *mandatum* significare videatur. Ac fallitur Eustathius in eo quòd credit, vocem ἀπιστολὴν, quæ apud Æschylum id sonat, pro ἀπιτολὴν positam esse, adiectione litteræ σ. quasi verò à verbo ἀπίτλομαι, quod Homero vsitatissimum est, deduci eam necesse foret, ac non ἀπιτέλλω quoque, & quidem in soluta etiam oratione, eum vsum haberet. Qua de re si quis cum Eustathio dubitat, omnē vtrique meus Thesaurus Græcæ linguæ dubitationem tollet.

Inter illa autem de quibus nunc demum in hac posteriore editione monui, est quidam vsus præpositionis ἐκ, qui non animaduersus fecit vt in eorum interpretatione quę de Cambyse & Gyge narrantur, I, 10. aliquid sit absurdi: ex eo quòd, vbi dicitur, μαθεῖν δὲ τὸ πεπρηγὸς ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, interpres non viderit, intelligi debere, non μαθεῖν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, sed τὸ πεπρηγὸς ἐκ τοῦ ἀνδρός: vt ostendi in iis quæ recensioni & expositioni vocabulorum huius scriptoris subiunxi.

At eorum è numero de quibus in annotationibus agetur, est quod dicitur de Persis, I, 133, μεθυσκόμενοι δὲ ἐνθαῦτα βουλεύεσθαι τὰ κατοὐδαμόπεσι τῶν πραγμάτων. Nec enim eos tantùm facere iniuriam Herodoto arbitror, qui ista ex eo afferunt, at quæ subiungit tacent: sed eos etiam qui μεθυσκόμενοι interpretantur *ebrii*: vt intelligamus, Persas, quum iam sunt ebrii, de rebus maximè seriis consultare. Cur enim μεθυσκόμενοι pro μεθυσθέντες accipiamus, potius quàm id quod propriè sonat intelligamus? Id verò non aliud est quàm *dum se inebriant*. Quantum autem sit discriminis inter eum qui ad ebrietatem iter facit, eumq; qui iam iter illud confecit, atque ad eam peruenit, cuilibet iudicandum relinquo. Tantum certè discriminis est quantum inter eum qui vrbem quampiam oppugnat, & eum qui iam expugnauit. Quæ comparatio est eo aptior, quòd is etiam qui se inebriat, mentem suam velut oppugnat, & de statu suo deturbare conatur: at postquam hoc effecit, iam dici potest eā expugnasse. Quamobrem non video quid obstet quin participium illud μεθυσκόμενοι interpretemur (si verbum verbo reddere nolimus) *inter pocula*, aut saltem *inter larga pocula*. Quod πανηγυρικώτερον esse fateor: quamuis Liuius largius vinum etiam dicat. *Largiore vino* (inquit) *vsus*. Nec verò videtur contrà me facere quod sequitur, de eo qui domui in qua sunt præest, proponente postridie quod ipsis in ea consultatione potatoria visum fuit. Proponit enim tanquam iis qui è mensa (si tamen ea tum vtebantur) tandem nonnisi ebrii surrexerint, ideoque illorum quæ à se

statuta fuerint, recordari haud queant. at nihil obstat interim (meo quidem iudicio) quin intelligamus illis inter larga pocula, & tamen antequam essent ebrii, consultantibus, ebrietatem solitam superuenire. Sed viderit alius quispiam quid pro Persis afferri possit, super eo etiam quod subiungitur, & quomodo illud quoque factum ostendi minus absurdum queat quàm prima fronte videatur: τὰ δ' αὐτὰ φρονέειν πρὸς βουλεύσωνται, μεθυσκόμενοι ὀπὶ βραχυνώσκουσι.

Exhibebunt porro illæ annotationes meæ, deo fauente, & quorundam locorum emendationes, ex coniectura: quandoquidem vetere exemplari (cuius etiam exspectatio fecit vt editionem huius scriptoris differrem) video me ante bellorum nostrorum finem potiri haud posse. Atque vt huius quoq; operæ aliquod tibi velut γεῦμα interim præbeam, quandam loci quem habet Thalia, c. 130, proponam. Nam ibi pro ἐκτονίπλεον scribo ἐκτονύπλεον, leui cum mutatione, sed eiusmodi tamen, vt quum ex illo ἐκτονίπλεον nihil nisi ineptum elici possit (præsertim si quis Vallæ interpretationem sequatur) contrà in ἐκτονύπλεον non dubitem quin Herodoti mentem habeamus.

Eodem in opere, eademq; opera, de illa quoq; scripturæ diuersitate agam, qua fit vt eiusdem vocabuli scriptura modò dialecti Herodoti, id est, Ionicæ, legem seruare, modò ab ea discedere videatur: & è duabus tribúsve (tot enim sunt interdum) quam potius recipiendam arbitrer, declarabo. Interim certè adeo in hac parte nihil mutare sum ausus, vt in ipso etiam principio Ἁλικαρνασσῆος retinuerim, & in Ἁλικαρνησσῆος mutare noluerim: quamuis sit Ἁλικαρνησσεὺς II, 4. & Ἁλικαρνησσοῦ VIII, 104. In eo quidem magna est constantia, quam valde quis mirari possit, quòd nusquam (si memoria non me fallit) genitiuo Ionico, id est, in ω desinente, vtatur: sed quemadmodum prima totius operis vox est Ἡροδότου, non Ἡροδότοιο, sic alibi alia virorum nomina illo non hoc scripta modo, & Νείλου, non Νείλοιο, πολεμέω itidem, non πολεμοῦμαι, atque adeo λόγου etiam, non λόγοιο, habeamus.

Sed quamuis de multis te monuerim, non dubito quin aliqua quæ in eorum esse numero debebant, mihi exciderint: quod si ita est, suus illis eodem in opere locus erit.

Iam verò, quoniam, si εἰδότι λέγειν non oportet, multo minus, ὁρῶντι λέγειν, quid attinet, quæ hæc EDITIO POSTERIOR adiuncta priori habeat dicere? Sed ea quidem quę huic Herodoti libro præfixa sunt, partim mea, partim ~~Ioachimi Camerarii~~, fuerunt tantùm locupletata, & quidem ea in parte quę mea est: at quæ subiuncta, DE LEGIBVS ET INSTITVTIS TAM PERSICIS QVAM ÆGYPTIACIS, ex variis scriptoribus sumpta, nunc primùm adiecta sunt. At poterant tamen (inquies) ex aliis etiam alia quædam sumi. Poterant, fateor: sed iis quæ præcipua videbantur, esse contentus volebam.

EX EIVSDEM ~~H. STEPHANI~~ PRÆFATIONE
in primam editionem.

HErodoteæ autem historiæ virtutes non ex ore meo, sed ~~Ioachimi Camerarii, omnigenere doctrinæ celeberrimi~~, accipies. Quem ego virum cum antea plurimum dilexi, (vt vicissim ab eo plurimum me diligi animaduerti) tum verò ex quo ipsum quoque vehementi amore Herodotum complecti cognoui, illa certè amoris in Herodotum nostrum societas, pristinam illam amicitiam, quantum augeri potuit, tantum auxit. Quòd si lectis illis ~~Camerarii~~ de Herodoto scriptis aliquid tibi otii superfuerit, meæ etiam editioni Latinæ interpretationis præfixa quædam à me eiusdem argumenti inuenies: in quibus satis prolixè illis respondeo qui mendacem esse Herodotum mentiuntur: adeo vt præfationem illam, apologiam Herodoti ideo inscribendam censuerim. Inter alia multa ibi, miram illam historiam & quæ præ ceteris omnibus iudicari fabulosa posset, de Scythis seruis dominis absentibus in vxorum illorum possessionem inuolarant, tandémq; quum iusto prœlio repelli ab armatis dominis non potuissent, solis flagellis repulsi fuerunt: illam inquam historiam annalibus posterorum (in his enim & Moschouitæ numerantur) testatam ad hunc vsque diem extare leges: detortis duntaxat (vt fit) nonnullis facti circunstantiis. Leges item, quod de Thressis mulieribus narrat Herodotus, eas excedentibus è vita maritis comites se certatim offerre, simili Indicarum mulierum facto (cuius testes oculati hodieque extant) confirmari. Quid quòd illa de mulieribus Babylonicis historia, quæ viris extraneis semel in vita se prostituere necesse habebant, Ieremiæ Prophetæ testimonio confirmatur? Quod autem ad quasdam de rebus leuioribus historias attinet, (in quibus tamen non minus fides eius suspecta est) eas ab aliis quoq; scriptoribus, addito non eius sed aliorum testimonio, referri scimus. Cuiusmodi est quod de Amasidis thorace apud hunc nostrum historicum legimus. ab illo enim proditum est, vnamquanq; eius ἀριστοδούλῳ, quanuis alioqui

ἐῶσαν λεπίδι, habuisse in se ἀρπεδόνας τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντα πάσας φανερὰς. At Plinius nullam Herodoti mentionem faciens, certam tamen huic rei fidem affert, quum ita scribit, *Mirentur hoc, ignorantes in Aegyptii quondam regis (quem Amasin vocant) thorace, in Rhodiorum insula ostendi in templo Minervæ* CCCLXV *filis singula fila constare. quod se expertum nuper Romæ prodidit Mutianus ter consul: paruasq; iam reliquias eius superesse, hac experientium iniuria.* (Taceo insignem errorem quem interpres hîc commiserat, ἀρπεδόνας non *fila* sed *venationes* interpretatus.) Hæc ego aliaq; huiusmodi mecum reputans, & mendacem tamen subinde vocari Herodotum audiens, hoc epigramma inter scribendam illam apologiam, in calumniatores illos lusi, tanquam ipsum Herodotum compellans:

Ἀ Φρων ὃς ψεύσεω σε καλεῖ, ὅτι πεύθεται ἄλλα.
Καὶ τί γὰρ εἰ ψεύσεω ψεύδεται ὅς σε καλεῖ;
Εἰ δὴ παλαιὰ λέγεις δεδαπέναι αὐτὸς ἄμεινον,
Ἀ Φρων καὶ ψεύσης εὖθυς ἄλωκεν ἐών.

Huic certè potissimum scriptori id accidit quod præ quouis alio metuisse videmus, nimirũ ne mendacis à posteris nomen acciperet. Sed si quæcunque incredibilia videntur (dum ea experientia nostra vel sensu nostro siue ingenii captu metimur) mendacii insimulanda essent, quàm multa in sacris historiis, quæ tam certæ sunt fidei, mendacii insimularentur? Quem autem librum post sacrosanctos illos habemus in quo res adeo magnæ commemorentur? in quo prouidentiæ potentiæq; diuinæ, quæ superbos deprimit, tot támq; luculenta exempla conspiciantur? vbi regum, potentissimorum alioqui (quorum & ipse superbiam ac vesaniam nobis ante oculos sæpe ponit) regnorúmq; adeo horrendæ euersiones narrentur? Quis est ex quo certius sacra chronologia cum profanis historiis conciliari possit? Addo etiam (quod vel maxime commendare nobis hunc scriptorem debet) qui religiosius de diuina prouidentia & quidem valde similibus verbis, interdum etiam iisdem, loquatur? Omitto, prisci illius sęculi simplicitatem, & humile (in quibusdam etiam regibus) vitæ genus eodem nobis modo vtrobiq; describi. Omitto & hoc, nullum vsquam extare apud Græcos autores scribendi genus, quod (vt in omnino diuersa lingua) ad Hebraici breuitatẽ simplicitatémq; magis accedat. Nemo certè est qui quum legit apud Herodotum hanc inscriptionem, *Amasis Polycrati ita dicit*: item, *Mardonius hæc dicit*: non possit vsitatum prophetis præsertim stylum agnoscere, *Hæc dicit Dominus Deus.* Nemo est item qui quum Herodotum ita ordientem suam historiam audit, *Herodoti Halicarnassei historiæ editio hæc*: (de qua interpretatione alibi dicendum erit) simile esse hoc Esaię exordium fassurus non sit, *Visio Esaiæ filii Amos.* Nec non istud Ieremiæ, *Verba Ieremiæ filii Helciæ.* Cui simile est omnino apud prophetam Amos, *Verba Amos.*

Iam verò quod ad Homerum attinet (vt à sacris ad profana veniamus) quisquis lectionis illius studiosus est, ad eam profectò neq; magis compendiariam neq; magis expeditam viam, quam hunc autorem peruolutando, sternere sibi potest: nec aliunde melius quæ apud Homerum Ionica sint, & quæ non tam Ionica quam poëtica, cognoscere.

adeo vt qui sit φιλόμηρος, eum esse etiam φιληρόδοτον, rationi consentaneum sit.

ΛΕΞΙΚΟΝ ΤΩΝ ΗΡΟΔΟΤΕΙΩΝ ΛΕΞΕΩΝ.

Ex mſ. codice [illegible]

Α.

Α'ΝΕΛΗ· χρήση.
Α'ναξυρίδας· τὰ βαθέα Ϛ βασιλικὰ τῶν ὑποδημάτων.
Αὐλὸς· εἶδος ἀκολάστου ὀρχήματος.
Α'ναχῶς· ὀλιγωρῶς, φυλακικῶς.
Α'ξρόν· καλὸν, αὔριον, τεύφρον.
Α'ναισιμᾶν· δαπανᾶν, αἰναλίσκειν.
Α'νέγνωσεν· ἀνέπεισεν, ἐδίδαξεν.
Α'νηΐχον· τὸ ἐναντιούμενον.
Α'λεξομένους· ἀμυνομένους.
Α'ρδις· φαρέτρα· καὶ τὸ βέλος.
Α'πίσας· ἱκανώσας.
[1] Α'φιδέας· ἀλύσεις. εἰ ἢ, ψέλλια.
[2] Α'πφθιὸν· τὸν πλεμένιον πυμὸν ὑπὸ τῶν δένδρων τῆς δεσπότιδος.
Α'πλιμοτέρους· ἀτίμους.
Α'πεμαπάισεν· ἐμώρανεν.
Α'πηλικέστερον· πρεσβύτερον.
[1] f. ἀπορρώγα. III, 108. Α'μύσσειν· [3] περάσσειν, ἑλκύειν, ξέειν.
Α'νδρόσφιγξ· σώματος ἄνθρωπος καὶ σφίγξ δημιούργημα.
Α'ημωρητί· ἤγνοια καὶ φρενήσας.
Α'νδρόγυνος· ἑρμαφρόδιτος.
Α'μβολάδην· καθ' ὑπερβολήν.
Αἰγίς· ἢν λίβυες φορέουσι δορᾶ.
Α'νθερικης· τὰς καυλὰς τῶν ἀσφοδέλων.
Α'γλατέφη· διώκφη, φυκαδεύφη, ἐπιτάφη, ὑβρίζφη.
[4] Α'χαρεσίη· τὸ μὴ χάριν τοῖς πολλοῖς ζῆν, καὶ τὸ ἐπιδόσεις χρημάτων ποιεῖσθαι.
Α'φλασον· τὸ ἄκρον τῆς πύμνης.
Α'ρθμία· φιλία.
Αἰσωρηθέντες· μετεωρισθέντες.
Α'ναιρεόμενον· τὸ ἐν χερσὶ συλλαμβανόμενον.
Α'κανθοπλήξ· ὁ ἀκανθοτόμος.
Α'ξὶ· ὁ πολύδι· ὡς ἄξυλος, ὁ πολύξυλος.

Β.

ΒΥΣΣΟ'Σ· βυθός.
Βάρις· ναῦς.
Βυτόρυς· ὀβελὸς μεγάλος.
Βαλανάγρα· κλεὶς.

Γ.

ΓΑΥΛΟ'Σ· ἀκάτιον Φοινίκιον. καὶ φρέαρ· καὶ ἀντλητήριον, καὶ χαλκοτοδόχον ἀγγεῖον.
Γεωπεῖναι· οἱ γῆς πεινῶντες καὶ ἄποροι.
Γνωσιμαχεῖν· τὸ γνώναι τὴν αὐτοῦ ἀσθένειαν καὶ τὸ ἐναντίων τὴν ἰσχύν.
Γοργύρη· πλεσμωτήριον ὑφάσματος.
Γυμνοπαιδίαι· ἑορτὴ ἐν Σπάρτῃ, ἐν ᾗ γυμνοὶ χορὸς ἰστᾶσι.

Δ.

ΔΗΜΟ'ΕΡΓΟΙ· εἰς τὸ δημόσιον κάμνοντες.
Διϋφεσμός· ὕμνος· εἰς Διόνυσον.
Διασφᾶγες· αἱ θλίψεις ὦσαι πέτραι.
Διφροφορευμβύες· φορείοις φορυμβύες.

Ε.

ΕΓΧΡΙΨΑΙ· ἐμπεσεῖν, προσπελάσαι.
Ε'σηθίσαντες· ὑλίσαντες.
Ε'νηοητήρια· ἐνευωχητήρια.
Ε'λόχισεν· εἰς λόχους κατέταξεν.
Εὐλέων· σκωλήκων.
Ε'πιφορήματα· τραγήματα.
Ε'πίλαμπος· καταφανής.
Ε'παῖς· φανερός.
Ε'πταλα· ἡ μὴ βεβαία κλῆσις, ἀλλ' ἐπιπόλαιος. ἔπταλα Ϛ τὰ ἐπάνω τῶν γραμμάτων.
Εὔκηλα· ῥαδίως εἰργασμένα.
Ε'ννώσας· ἐννοήσας.
Εὐμάρεια· ἡσυχία, εὐκολία.
Ε'μβολος· χάλκωμα προσιδρυμένον πρὸς τὴν πρῷραν τῆς νεώς.
Ε'ναέριες· οἱ ὁπλῖται.
Ε'φεδρον· ἐπίπλεκτον.
Ε'πίσιον· ἔπικτον, κατάλυμα.
Ε'κνιζεν· ἔδακνεν, δηκτὸν τῆς πόας.
Ε'ναγίζειν· χοὰς ἐπιφέρειν τοῖς κατοιχομένοις.
[5] Ε'δώλοισι· ὑποστρώμασι νηός. [5] Scr. Hesych. v. Ι, 94.
Ε'κύρησεν· ἔτυχεν.
Ε'πικάρσιον· πλάγιον.
Ε'πιρρέως· ἐπιμελῶς.
Ε'λᾶν· ἐλάσαι.
Ε'παμησάμφη· ἀναπνήσας.
Ε'νωμοτία· τάξις ἢ ἀφὸ τῶν Λακεδαιμονίων.
Ε'ρμὶς· ὁ κλινόπους.
Ε'λυτρον· σκέπη, δέρμα.
Εἰρεῖν· ἀφὸ Λακεδαιμονίου ἐν τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ ὁ παῖς ῥωβίδας καλεῖται, τῷ δευτέρῳ μισοκομιζόμενος, τῷ τρίτῳ μικιζόμενος, τῷ τετάρτῳ μέσπυς, τῷ πέμπτῳ παῖς, τῷ ἕκτῳ μελείρων. Ἐφηβεύει ἢ παρ' αὐτοῖς ὁ παῖς ἀπὸ ἐτῶν ιϛ' μέχρι κ'. Βαρυτόνως ἢ τὸ μελείρων, ὥσπερ πυθμὴν ἀπύθμην, αὐχὴν ὑψαύχην.
Ε'πίδοξα· αἱ τὰ προσδόκιμα.
Εὐεσίη· ἡ εὐημερία, εὐετηρία· ἡ καλλίστη τῶν ὡρῶν διαγωγή. Διονυσιακὸς αὐτὸς τῷ σχάφει.
[6] Εἰρά· μίτρα, ζώνη. [6] Scribendum quoque ἔρρε & mox ad Ζ. vide VII, 69, & 75.

Ζ.

ΖΤΓΑΙΣ· καθέδρας.
Ζώνη· πορφυρᾶν ἔνδυμα.
Ζάκορος· νεωκόρος, ἱερεύς.

Η.

Η'ΜΕΚΤΕ'ΩΝ· δυσφορῶν.
Η'δονὴν· μετ' ἰσχύος, μετ' ἀκολασίας, ὀρχηδόν.
Η'λιωσιν· ἔφοδον, πορείαν.

I.

Ἴλη· τάξις ἱππική, συρροφή.
Ἰθαγμεῖς· οἱ γηήσιοι παῖδες.
Ἰσία· σλεῖπνα.
Ἰαχάζουσι· λέγουσι, φλυδρῶσι.

K.

Κνάφος· ἄκανθα ἔλκουσα ἱμάτια.
Καταπέλεα· τὰ ἀναλώματα, ἢ σωτήρια.
Κυζημάτων· χοιρῶν ἀποφλεγμάτων.
Κορύνη· ξύλον ὀπίκαμπες.
Κρέξ· ὄρνεον δυσιώνισον τοῖς γαμοῦσι.
Κάπηλοι· ἀποδεχόμενοι.
Καινῶν· τὸ χρήσασθαι λόγῳ καινῷ.
Κομιδή· ἀνάσωσις, ἐπιμέλεια.
Κέρκυρος· νεὼς εἶδος.
Κληρεῦχος· γεωργός.
Κρησφύγετον· χῶμα, ὀχύρωμα.
Καταγινέων· χῶν λύων.
Καλλιερεῖσθαι· θύειν.
Κυμαλώγη· ὑπαγωγή, αἰγιαλός.
Κυρβασίας· πίλους.

Λ.

Λεύκη· πάθος ποιεῖ ὅλον τὸ σῶμα.
Λαῦρει· ῥύμαι, ἀμφόδια.
Λίνον· λύρας χορδή, ἢ ᾠδῆς ὄνομα.
Λάζιν· λῆξιν, μερισμόν, κλῆρον.
Λάθη· αἰσχύνη.

M.

Μετεξέτεροι· τινές.
Μύδρον· σίδηρον ἀργόν.
Μελεδωνοί· φρονίμοι.
Μυχοί· χῶν δύσεις.

N.

Νεοχμῶσαι· νεωστὶ κινῆσαι.
Ναυλόχιον· λιμήν.

Ξ.

Ξενίην σεσυθήκασι· ὡς ξενίαν ἐδωρήσαντο.

O.

Ὄρθιος νόμος· τρόπος μελῳδίας.
Οὖρον· ὁροθεσία.
Ὀχανα ἀσπίδων· πόρπακες καὶ δεσμοί.
Οὐ χῶν ποιεῖσθαι· ποιῆσαι.
Ὀργίσας· μαλάξας.
Οἰσύπη· ῥυπῶδες ποδάτων ἔρια.
Οὐκ ἰκνεομένους· ἢ ποσὶ κινοῦντας.
Ὄν· τὸ ποιεῖ τὰ τῶν ὑδάτων ἀγγεῖα πλύνειν καὶ συρροφοῦν.
Ὀρχηδόν· ἡδονόν.

Π.

Πηκτίς· ὄργανον, ψαλτήριον.
Πεσσοί· ψῆφοι.
Πρυτανεῖον· θεσμοθέτιον, ὅλος, καὶ ἡ τοῦ σίτου δίκη.
Πρόχυσις· τὸ ἀπαρχαῖσιν.
Πρόπολος· νεωκόρος. μετὰ τοῦ σ, ὁ σῆλος.
Πάπυκες· θεοὶ Φοινικικοὶ ἐν ταῖς πρύμναις ἱδρυμένοι.
Παλάθας· τὰ ἐκ τυγὸς πλάσματα. κυρίως ἢ ἡ τῶν σύκων ἐπάλληλος θέσις.
Περιφορητός· ἁπτός.
Πρόξενοι· πρεσβεῖαι.
Πολέμαρχος· ἄρχων τῶν ξένων.
Πρόκα· εὐθύς.

P.

Ῥῆπίς· πλέγμα.
Ῥηχίης· φαγμοῦ, ἢ σχίσμης τοῦ φαγμοῦ.
Ῥῆχος· φαγμός.

Σ.

Σπερχθείς· παραχθείς.
Σκευή· ὅπλισις καὶ στολή.
Συμψήσας· συντρίψας.
Σαγάρεις· πελέκεις.
Σχοινοτενές· μακρόν.
Συρμαΐζειν· καθαίρειν πρώτιστα τῷ ἐκ ζειῶν ὕδατος.
Σπαδίξας· ἐκδείρας. Σπάδιξ γὰρ φλοιὸς ῥίζης τερινίνης. οἱ δέ, φοίνικος ῥάβδον. Σπάδακες δὲ καὶ οἱ κύνες. καὶ σπάδιξ, ὄργανόν τι κιθαριστικόν.
Συρμαία· βρῶμα ἀπὸ τέφρας καὶ μέλιτος, ἢ λάχανον σελίνῳ ἐοικός.
Σκυτάλας· ῥάβδους.
Σῶρα· σωτήρια, λύτρα.
Σώχουσι· τρίβουσι.
Σχοίνου συμβολεῖς· οἱ ψιαθοπλόκοι.
Στρόφος· τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν ἱρεῖον.
Σταθμός· ὁδὸς μέτρον, καὶ πάλυμα.
Σινάμωρον· κακόσχολον.
Σαυρωτήρ· ξυστόν, δόρυ. ἢ σύριγξ ὃν ἔνιοι καλοῦσιν ἐλαχον.

T.

Τρικάδας· σλεῖπνα καὶ σλήμνας καὶ ἀριθμὸς ἀνδρῶν λ'.
Ταρσοὶ καλάμων· τρόποι ἐν ἢ ἐξήραναν τὸν πλίνθον.
Τελφάσιοι· τελφῶνοι, τελπλάσιοι.
Τόρνιον· τὸ τρῆμα, καὶ τὸ ἐνιέμενον εἰς αὐτό.
Τέμπεα· τὰ σενὰ τῶν ὀρῶν, καὶ οἱ σώδενδροι τόποι.
Ταινίαν· διάδημα.
Ταρσός· ἢ τῶν ὀρνίθων πτέρωσις.

Φ.

Φαρμάκοις· βαφαῖς.
Φάλαρα· τὰ περὶ τοὺς γνάθους σκεπάσματα.
Φάρσος· τρύφος, κλᾶσμα.
Φρενήρης· σώφρων.
Φλεμάζασθαι· φρυάξασθαι, φυσῆσαι.
Φόρμος· πλέγμα, ὁ κόφινος.
Φυλάξαντες· ἐπιτηρήσαντες.
Φερέγγυος· βεβαιωτής.

X.

Χρήματος· πρόγματος.
Χαραδρίες· πέτραι λεῖαι ἐν θαλάσσῃ.
Χορδεύων· τέμνων.

Ψ.

Ψῆνες· κωνώπια τὰ ἐν τοῖς ὀλύνθοις τοῖς ἄρσεσι.

ΤΕΛΟΣ.

VETE-

VETERVM ALIQVOT TESTIMONIA ET ELOGIA DE HERODOTI VITA, SCRIPTIS, ET DICTIONE.

IN QVIBVS AVCTORIS LAVDES, ET eius historiæ & styli cum aliorum comparatio.

HERODOTI VITA, ex Suida.

HErodotvs, Lyxi & Dryonis filius, Halicarnasseus, ex illustri genere natus, fratrem habuit Theodorum. Samum se contulit, propter Lygdamin, tertium ab Artemisia tyrannum Halicarnassi. Pisindelis enim, Artemisiæ, Lygdamis autem, Pisindelidis filius fuit. Sami autem Ionicam dialectum excoluit, & historiam libris IX scripsit, auspicatus à Cyro Persa, & Candaule Lydorum rege. Sed Halicarnassum reuersus, quum tyrannum expulisset, & tandem sibi à ciuibus inuideri cerneret, Thurium, quò tum Athenienses coloniam deducebant, vltro abiit: ibique defunctus & in foro sepultus est. Alii Pellæ mortuum tradunt. Libri eius Musæ inscribuntur. De HERODOTO, in epistola scribit Iulianus apostata, *Quis ignorat AEthiopum sermonem de cibo qui apud nos optimi est alimenti? Nam quum mazam attigissent, se mirari dixerunt quomodo stercoribus vescentes viueremus: sicui fide dignus Thurius historicus videtur. Gentes autem ichthyophagas & sarcophagas ne per somnium quidem nostram victus rationem vidisse tradunt ii qui orbem terrarum describunt. Quorum vi[illegible]m siquis apud nos æmulari vellet, nihilo cum eo melius quàm cum iis qui cicutam aut aconitum aut elleborum bibissent, ageretur.*

Ἡροδότου βίος, ἐκ τῶν Σουίδα.

Ἡρόδοτος, Λύξου καὶ Δρυοῦς, Ἁλικαρνασσεὺς τὸ γένος ἐπιφανής· καὶ ἀδελφὸν ἐσχηκὼς, Θεόδωρον. μετέστη δὲ ἐν Σάμῳ διὰ Λύγδαμιν τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίας τρίτον τύραννον γενόμενον Ἁλικαρνασσοῦ. Πισινδήλις γὰρ ἦν ὁ Ἀρτεμισίας· ὁ δὲ Πισινδήλιος, Λύγδαμις. ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον. καὶ ἔγραψεν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ'. ἀρξάμενος ἀπὸ Κύρου τοῦ Πέρσου καὶ Κανδαύλου τοῦ Λυδῶν βασιλέως. ἐλθὼν δὲ εἰς Ἁλικαρνασσὸν, καὶ τὸν τύραννον ἐξελάσας, ἐπεὶ δὲ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, εἰς τὸ Θούριον ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐθελοντὴς ἦλθε. κἀκεῖ τελευτήσας, ἐτάφη τῆς ἀγορᾶς πεπλησίακε. Ἔνιοι δὲ ἐν Πέλλῃ αὐτὸν τελευτῆσαί φασιν. ἐπιγέγραπται δὲ οἱ λόγοι αὐτοῦ Μοῦσαι, ὡς Ἡρόδοτος λέγει ὁ Ἁλικαρνασσεύς ἐν Ἐπιστολῇ, Τίς οὖν ἀγνοεῖ τὰ Αἰθιόπων ὑπὲρ δὲ παρ' ἡμῖν τροφιμωτάτου σιτίου λόγον; ἀψάμενοι γὰρ μάζης, θαυμάζειν ἔφασαν, ὅπως κόπρια σιτούμενοι ζῶμεν· εἴ τῳ πιστὸς ὁ Θούριος δοκεῖ. ἰχθυοφάγων δὲ καὶ σαρκοφάγων ἀνθρώπων γῆν, μηδὲ ὄναρ ἰδόντα τὰ παρ' ἡμῶν διαιτᾶσθαι, οἱ τὰ οἰκουμένης ἅπασι γεγραμμένοι γεωγράφοι. ὧν εἴτις παρ' ἡμῖν ζηλώσας τὰ διαίτης ἐπιχειρήσει, οὐδὲν ἄμεινον διακείσεται τοῦ κώνειον ἀποσεσιγκαμένου, ἢ τοῦ ἀκόνιτον, ἢ τὸν ἑλλέβορον.

Ex Strabonis Geographicis, lib. XIV.

VIRI illustres nati sunt ibi [*Halicarnassi*] HERODOTVS historiæ scriptor: qui deinde Thurius est appellatus, quod socium se deducendæ in Thurios coloniæ præbuisset. tum Heracletus poëta, Callimachi socius: & nostra ætate Dionysius historiæ conditor.

Ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν, βιβλ. ιδ'

Ἄνδρες δὲ ἐγένοντο ἐξ αὐτῆς· [Ἁλικαρνασσοῦ] Ἡρόδοτος τε ὁ συγγραφεύς, ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν, διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας· ὁ Ἡράκλειτος ὁ ποιητὴς, ὁ Καλλιμάχου ἑταῖρος· καθ' ἡμᾶς Διονύσιος ὁ συγγραφεύς.

Ex Luciani Herodoto seu Aetione.

VTINAM vero & alias HERODOTI virtutes mihi imitari concessum fuisset,

Ἐκ τοῦ Λουκιανοῦ Ἡροδότου, ἢ Αἰτίωνι.

Ἡρόδοτε εἴθε μοὶ καὶ τἆλλα μιμήσασθαι δυνατὸν ἦν,

ἐ πάντα φημὶ, ὅσα πρόσθεν αὐτὸ, μεῖζον γὸ εὐχῆς ἦν τὸ γε, ἀλλ' ἐ καὶ ἐν ἐκ τ ἁπάντων, οἷον, ἢ κάλλ@ τ λόγων, ἢ ἁρμονίαν αὐτῶν, ἢ τὸ οἰκεῖον ἦ Ἰωνίας καὶ πρόσφυες, ἢ τ γνώμης τὸ σφοδρὸν, ἢ ὅσα μυρία καλὰ ἐκεῖν@ ἅμα ζυλλαβὼν ἔχει, πέρα τ εἰς μίμησιν ἐλπίδ@. ἀ ἐποίησεν ὅτι τοῖς συγγράμμασι, ὡς πολλαχῶς τῆς Ἑλλησιν ἐν βραχεῖ κατέση, ἐγὼ καὶ σὺ καὶ ἄλλ@ αὐ μιμησόμεθα. πολεύσας γὸ οἴκοθεν, ἐκ τ Καρίας, εὐθὺ τ Ἑλλάδ@. ἐσκοπεῖτο πρὸς ἑαυτὸν, ὅπως αὐ τάχιστα καὶ ἀπραγμονέστατα ἐπίσημ@ καὶ σφόδρ@ γένοιτο, καὶ αὐτὸς καὶ τὰ συγγράμματα. τὸ μὲν ὂν πρόσθεν ἐνόσουν τε, νῦν μὲν Ἀθηναίοις, νῦν δὲ Κορινθίοις αὐαγιγνώσκων, ἢ Ἀργείοις, ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ μέρει, ἐργῶδες καὶ μακρὸν ἡγεῖτο εἶναι, καὶ τελέως ὀλίγα μικρὰν ἐν τῷ τοιούτῳ ἔσεσθαι. σκοπῶν ἠξίου Δρασσάν τὸ πρᾶγμα, ὅδε κῆ Δρόμοις ἄτομα κατ' ὀλίγον ἀγείρων καὶ συλλέγων τὴν γνῶσιν. ἐπεβάλευε ἦ, εἰ δυνατὸν εἴη, ἀθρόως πως λαβεῖν πᾶς Ἕλληνας ἅπαντας. ἐνίσταται ἐν Ὀλύμπια τὰ μεγάλα, καὶ ὁ Ἡρόδοτ@ τοῦτ' ἐκεῖνο, ἥκειν οἰόμενος τ καιρὸν, ὃ μάλιστα ἐγλίχετο, πληθούσαν τηρήσας τὴν πανήγυριν, ἅπαντα χόθεν ἤδη τ ἀρίστων συνειλεγμένων, παρελθὼν ἐς τ ὀπισθόδομον, ὑ θεατὴν, ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ἄσμασι τὰς ἱστορίας, καὶ κηλῶν τὰς παρόντας, ἄχρι ὧ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας. ἤδη ἦν ἄπαυστος αὐτὸν ἡδέσαν πολὺ μᾶλλον, ἢ τὰς Ὀλυμπιονίκας αὐτούς. καὶ οὐκ ἔστιν, ὅστις αἰτήσ@ λω ὄ Ἡροδότ@ ὄνομα@, οἱ μὴ αὐτοὶ ἀκούσαντες ἐν Ὀλυμπίᾳ, οἱ ἦ ἐκ τ πανηγύρεως ἑκάστων πυνθανόμενοι. καὶ εἴ που γε φανείη μόνον, ἐδείκνυτο αὐ τῷ δακτύλῳ, ὅτ@ ἐκεῖν@ Ἡρόδοτός ἐστιν, ὁ τὰς μάχας τὰς Περσικὰς Ἰὰς συγγεγραφὼς, ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ὑμνήσας. τοιαῦτ' ἐκεῖν@ ἀπέλαυσε τ ἱστορίων, ἐν μιᾷ σῳόδῳ πάνδημόν τινα κτησάμενος ὑ φῶν τ Ἑλλάδ@ λαβὼν, καὶ αὐακηρυχθεὶς ἀχύφ' ἑνὸς μὰ Δία κήρυκ@, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ πόλει, οὗ ἦν ἕκας@ ἦν τ πανηγυριστῶν. ὅπερ ὕστερον καταμαθόντες, ἐπεπαμόν τινα ταὐτὸν ὁδὸν ἐς γνῶσιν, Ἱππίας τε ὁ ἐπιχώρι@ αὐτῶν σοφιστὴς, καὶ Πρόδικ@ ὁ Κεῖ@, καὶ Ἀναξιμένης ὁ Χί@, καὶ Πῶλ@ ὁ Ἀκραγαντῖν@, καὶ ἄλλοι ζυχνοὶ, λόγους ἔλεγον αἰεὶ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν πανήγυριν, ἀφ' ὧν γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγίγνοντο. &c. Ἡρόδοτ@ μὲν ὂν, ἐπαίειμι γὸ ἐπ' ἐκεῖνον, ἱκανῶς τῶν Ὀλυμπίων τ πανήγυριν ἡγεῖτο, καὶ ζυγγεγραφέα θαυμαστὸν δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι, τὰς Ἑλληνικὰς διεξιόντα, ὡς ἐκεῖν@ διεξῆλθεν. &c.

non omnes dico quibus ille præditus præcelluit (maior enim voto hæc res fuerit) verum vnam ex omnibus, videlicet aut orationum elegantissimarum munditiem, aut illarum numerosam concinnitatem, aut propriam & naturalem linguæ Ionicæ dictionem, aut sententiarum grauitatem & præstantiam, aut quæcumque alia (quæ & infinita sunt & elegantia) ille vno quasi fasciculo comprehensa possidet, omnem imitationis spem excedentia. Ceterum quæ cum libris à se elucubratis fecerit, tũ quemadmodum passim in breui temporis spatio apud Græcos in notitiam venerit, mihi & tibi & alteri cuicumq; tandem imitari haudquaquam fuerit difficile. Cum enim relicta patria soluisset ex Caria, recto cursu in Græciã delatus est, vbi de seipso eam cogitationẽ suscepit, quo pacto quam celerrime & minimo cum negotio inclaresceret, ac famigerabilis fieret cum ipse, tum eius quoq; elucubratæ vigiliæ. At enim obambulantem, nunc quidem Athenienſibus, nunc autem Corinthiis recitare historiarum monumenta à se condita, mox Argiuis aut Lacedæmoniis, partim laboriosum esse existimabat & longum: partim cunctationem & morã non mediocrem in illo fore prospiciebat. Voluit ergo negotiũ omne in compendium contrahere, neque ita particulatim innotescere, notitiam modice & pedetentim congregans & colligens. Callide vero obseruabat si vspiam locorum Græcos vna congregatos omnes deprehenderet. Commodum itaq; instabant magna Olympia. HERODOTVS autem hanc solam sibi venisse occasionẽ arbitratus, cuius maxime erat cupidus, frequentissimis ludis obseruatis, iamque ex omnibus locis collectis Græcorum optimatibus, progressus in opisthodomum, non spectatorẽ sed certatorem se ipse exhibebat, cantillans historias memoriæ à se proditas, ac præsentium aures orationis suauitate demulcens, donec & Musarum nominibus eius libri nobilitari & vocari cœpti sint, & illis nouem existentibus. Proinde iam omnes illum nouerant multo profecto magis quàm Olympicorum certaminũ victores: nec quisquam erat cui HERODOTI nomen inauditum fuerat, quem nonnulli ipsi audiuerant in Olympia, alii vero ex iis qui ex ludis regressi fuerant, audita & ipsi perceperant. Tum vero vbicumque in publico saltem apparuisset, certatim commonstrabatur digitis: Hic ille est HERODOTVS, qui pugnas Persicas lingua Ionica condidit atque conscripsit, qui victorias nostras venustissime concelebrauit. Talem ipse laudem historiarum nomine consecutus est, in vno conuentu ab omni populo totius Græciæ commune nactus suffragium, non ab vno per Iouem præcone ebuccinatus, sed in omnibus quaqua versum ciuitatibus, vnde quisque erat eorum qui ad ludos publicos confluxerant. Hoc cum animaduertissent postea ad parandam cognitionem viam esse compendiosissimam & Hippias illius gentis sophista, & Prodicus Cius, & Anaximenes Chius, tum Polus Acragantinus, aliique complures, orationes semper habuerunt & illi in ludis publicis, vnde breui notitiam sibi parauerunt.

E Photii bibliotheca.

LEGVNTVR historiarum HERODOTI libri nouem, numero & nomine totidem Musarum. Hic Ionicæ dialecti norma esse queat, vt Atticæ Thucydides. Fabulas adhibet, crebrasq; digressiones, per quæ sensus ipsi atq; sententiæ dulcedo fluit: quanquam pro historiæ modo, proprioque ipsius & conuenienti charactere, hæc ipsa interdum obscuritatem pariant, recusante veritate fabulis suam obfuscari accurationem, aut plus æquo à re proposita scriptorem digredi.

Auspicatur historiam à Cyri imperio, qui primus Persarum regnum tenuit: vnde natus, quomodoque educatus creuerit, atque regnarit: & pertingit adusque Xerxis imperium, eiusque contra Athenienses expeditionem ac fugam. Quartus vero à Cyro rex fuit Xerxes: nam secundus Cambyses erat, & tertius Darius. Qui enim interiectus est Smerdes magus, his non adnumeratur; quod tyrannus fuerit, sibique minime debitum regnum, dolo malo ac fraudibus occuparit. Darii successor, Xerxes filius fuit, in quem historia desinit; neque ad regni eius finem vsque progressa: quia his temporibus HERODOTVS ipse floruit, vt inter ceteros & Diodorus Siculus testatur. Thucydidem ferunt cùm adolescens admodum apud patrem adstans, hunc suam historiam recitantem audiret, illacrymasse, HERODOTVMQVE de illo subiecisse: Quam est tuus hic filius, Olure, ardenti ad discendum ingenio?

Ἐκ τῆς Φωτίου.

Ἀνεγνώσθη Ἡροδότου ἱστορίων λόγοι θ', κατὰ ἀριθμὸν καὶ ἐπωνυμίαν τῶν ἐννέα Μουσῶν. Ἰωνικῆς δὲ διαλέκτου κανὼν οὐτος ἂν εἴη, οἵα Ἀττικῆς Θουκυδίδης. Κέχρηται δὲ μυθολογίαις καὶ παρεκβάσεσι πολλαῖς, δι' ἧν αὐτῷ ἡ κατὰ διήνοιαν γλυκύτης διέρρει, εἰ καὶ πρὸς τὸν τῆς ἱστορίας κατάληψιν, καὶ τὸν οἰκεῖον αὐτῆς καὶ κατάλληλον τύπον, ὁμοίστε ταῦτα ἔπεσχητο, οὐκ ἐθελούσης τῆς ἀληθείας μύθοις αὐτῆς ἀμαυροῦσθαι τὸ ἀκρίβειαν, δι' ὃ πλέον τοῦ πρόσηκον ἐκτοπλανᾶσθαι τῆς παρεκβάσεως.

Ἀρχὴ δὲ τῆς ἱστορίας ἀπὸ τοῦ Κύρου βασιλείας, τοῦ πρώτου Περσῶν βασιλεύσαντος· ὅθεν τὸ ἔφυ, καὶ ὅπως ἐτράφη τι, καὶ ηὐξήθη, καὶ ἐβασίλευσε καὶ κάτεισι μέχρι τῆς Ξέρξου βασιλείας, καὶ τῆς κατὰ τοὺς Ἀθηναίων ἐπελάσεως, καὶ τῆς φυγῆς τῆς ἐκεῖθεν. τέταρτος δέ ἐστιν ἀπὸ Κύρου Ξέρξης. δεύτερος δὲ Καμβύσης, καὶ τέτταρος Δαρεῖος. ὁ δὲ μεταξὺ Σμέρδης ὁ μάγος οὐκ ἀριθμεῖται τούτοις, ἅτε δὴ τύραννος, καὶ ἃ προσήκουσαν αὐτῷ ἀρχὴν δόλῳ καὶ ἀπάτῃ κατελθών. Δαρείου δὲ Ἀβάδοχος, ὁ υἱὸς Ξέρξης, ἐφ' ὃν ἡ ἱστορία καταλήγει, οὐδὲ μέχρι τέλους τὴν αὐτὸν προελθοῦσα βασιλείαν. ὁ δὲ Ἡρόδοτος ἐν αὐτοῖς τούτοις ἤκμασε τοῖς χρόνοις, ὡς ἄλλοι τε καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος ἱστορεῖ. λέγεται δέ, ἀκηκοέναι αὐτὸν τὴν ἱστορίαν, κεκμηκότα ἤδη νέον ὄντα ὑπὸ τῷ πολέμῳ Θουκυδίδου ἀκοῦσαι, καὶ δακρῦσαι τε δι' ὃ Ἡρόδοτον ἀποφήναθαι, Ὡς εἴη ὁ παῖς, ὦ Ὄλουρε, ὁ σὸς ὀργῶσαν ἔχων τὴν φύσιν πρὸς μαθήματα.

Hoc etiam apud Marcellinum de vita Thucydidis exstat ita:

HERODOTI autem temporibus videtur vixisse (Thucydides,) siquidem HERODOTVS meminit irruptionis in vrbem Platæam factæ, quam historiam narrat Thucydides libro secundo. Aiunt etiam, quum HERODOTVS suas historias in hominum cœtu recitaret, Thucydidem recitationi illi interfuisse, & quum eas audiuisset, lacrymasse. quod vbi animaduertisset HERODOTVS, dixisse eum ferunt Oloro patri Thucydidis, Filii tui ô Olore ingenium magno impetu ad litterarum studia fertur.

Τοῦτο καὶ παρὰ τῷ Μαρκελλίνῳ περὶ τοῦ Θουκυδίδου βίου εἰσκείμενον ἔστω.

Φαίνεται δὲ ὅπι τοῦ Ἡροδότου χρόνων γενόμενος, ἔγε ὁ μὲν Ἡρόδοτος μέμνηται τῆς Θηβαίων ἐσβολῆς εἰς τὴν Πλάταιαν, περὶ ἧς ἱστορεῖ Θουκυδίδης ἐν τῇ δευτέρᾳ. λέγεται δέ τι καὶ τοιοῦτον, ὡς ποτε τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ἐπιδεικνυμένου, παρὼν ᾐ ἀκροατὴς Θουκυδίδης. καὶ ἀκούσας, ἐδάκρυσεν. ἔπειτα φασὶ τὸν Ἡρόδοτον πρὸς τὸν πατέρα τὸν Ὄλορον, Ὦ Ὄλορε, ὀργᾷ ἡ φύσις σου πρὸς μαθήματα.

Diodorus Siculus biblioth. histor. lib. IX.

PORRO inter scriptores HERODOTVS vltra Troiani belli tempora exorsus, quicquid fere toto orbe terrarum est gestum, id nouem libris exposuit. Cum pugna tandem Græcorum cum Persis ad Mycalen & oppugnatione Sesti opus illud finit.

Διόδωρος ὁ Σικελιώτης βιβλιοθ. ἱστορ. ἐν τῷ θ'.

Τῶν δὲ συγγραφέων Ἡρόδοτος ἀξιόλογος περὶ τοὺς Τρωικοὺς χρόνους, γέγραφε κατὰ τὸν ἑξῆς τὰς τοῦ οἰκουμένου πράξεις ἐν βίβλοις ἐννέα· καταστρέφει δὲ τὴν σύνταξιν εἰς τὸν περὶ Μυκάλην μάχην τῶν Ἑλλήνων πρὸς τοὺς Πέρσας, καὶ Σηστοῦ πολιορκίαν.

Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς τῷ ἐπιστολὴ πρὸς Γν. Πομπήϊον.

Περὶ μὲν Ἡροδότου καὶ Ξενοφῶντος καὶ ἐβουλήθης μαθεῖν τίνα περὶ αὐτῶν ὑπόληψιν ἔχω, καὶ γράψαι με περὶ αὐτῶν ἐβουλήθης. [1] πεποίηκα καὶ τοῦτο εἰς Δημήτριον ὑπομνηματισμὸν περὶ μιμήσεως. τούτων ὁ μὲν πρῶτος, αὐτὴν περιείληφε τὴν περὶ [2] τῆς ζητήσεως μίμησιν· ὁ δὲ δεύτερος, περὶ τοῦ, τίνας ἄνδρας μιμεῖσθαι δεῖ ποιητάς τε καὶ φιλοσόφους, ἱστοριογράφους καὶ ῥήτορας· ὁ δὲ τρίτος, περὶ τοῦ πῶς δεῖ μιμεῖσθαι· [3] περὶ τούτου δὲ ἀπλῆς. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ περὶ Ἡροδότου τε καὶ Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος καὶ Φιλίστου καὶ Θεοπόμπου· τούτους γὰρ ἐκκρίνω τοὺς ἄνδρας εἰς μίμησιν ἐπιτηδειοτάτους· τάδε γράφω· εἰ δεῖ δεῖ καὶ περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, περὶ μὲν Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάδε φρονῶ.

Πρῶτον, ὅτι καὶ σχεδὸν ἀναγκαιότατον ἔργον ἁπάντων ἐστὶ τοῖς γράφουσιν ἱστορίας, ὑποθέσιν ἐκλέξασθαι καλὴν καὶ κεχαρισμένην τοῖς ἀναγνωσομένοις. τοῦτο Ἡρόδοτος κρεῖττον μοι δοκεῖ πεποιηκέναι Θουκυδίδου. [4] ἐκεῖνος μὲν γὰρ, κοινὴν Ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβάρων πράξεων ἐξενήνοχεν ἱστορίαν, ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων ἐξίτηλα γένηται, μήτε τὰ ἔργα, καὶ ἅπερ αὐτὸς εἴρηκε. τὸ γὰρ αὐτὸ προοίμιόν τε καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶ τῆς ἱστορίας. ὁ δὲ Θουκυδίδης πόλεμον ἕνα γράφει, καὶ τοῦτον οὔτε καλὸν οὔτε εὐτυχῆ· ὃς μάλιστα μὲν ὤφειλε μὴ γεγράφθαι· εἰ δὲ μή, σιωπῇ καὶ λήθῃ παραδοθείς, ὑπὸ τῶν ἐπιγιγνομένων ἠγνοῆσθαι. ὅτι δὲ πονηρὰν ὕλην ἔλαβεν ὑποθέσιν, καὶ αὐτὸς μοι δοκεῖ φανερὸν ἐν τῷ προοιμίῳ. πόλεις τε γὰρ δι' αὐτὸν ἐξερημωθῆναί φησιν Ἑλλήνιδας πολλάς, τὰς μὲν ὑπὸ βαρβάρων, τὰς δ' ὑπὸ σφῶν αὐτῶν, καὶ φυγὰς, καὶ φόνους ἀνθρώπων ὅσους ἄπω πρότερον γεγόνασι, σεισμούς τε καὶ αὐχμοὺς καὶ νόσους, καὶ ἄλλας πολλὰς συμφοράς. ὥστε τοὺς ἀναγνόντας τὸ προοίμιον, ἠλλοτριῶσθαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, Ἑλληνικῶν μέλλοντας ἀκούειν. ὅσῳ δὲ κρείττων ἡ τὰ θαυμαστὰ ἔργα δηλοῦσα Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων γραφὴ, τῶν τε οἰκτρὰ καὶ δεινὰ πάθη τῶν Ἑλλήνων διαγελάσεσθε, ἴσως τοσούτῳ φρονιμώτερος Ἡροδότου Θουκυδίδης κέκρικε τὴν ὑπόθεσιν. ἐγὼ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ἔνεστιν εἰπεῖν, ὅτι δι' ἀνάγκην ἦλθεν ἐπὶ ταύτην τὴν γραφὴν, ἐπιτάττοντος ἐκείνου καὶ λίαν, βουλόμενος δὲ μὴ ταῦτα ἑτέροις γράφειν. πᾶν γὰρ τοὐναντίον, ἐν τῷ προοιμίῳ θαυμασιώτατα τὰ παλαιὰ ἔργα, κάλλιστα καὶ θαυμασιώτατα τὰ καθ' αὑτὸν ἐπιτελεσθέντα φησὶν εἶναι· καὶ φανερὸς ἐστὶ παθεῖν

Dionysius Halicarnasseus epistolâ ad Cn. Pompeium.

DE HERODOTO & Xenophonte quid sentiam scire cupis; ac me etiã de eis scribere vis: quod iam feci in illo Commentario quem de Imitatione ad Demetriũ scripsimus. Primus liber,* ipsam imitationem de inuestigatione comprehendit: Secundus, qui poëtæ, philosophi, historici & oratores, sequendi sint: Tertius, quomodo imitandi; sed ea de re nondum absolutus. In secundo vero, de Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Philisto, & Theopompo, (hos enim viros ad imitandum aptissimos iudico) hæc scribo: Quod si etiam de his dicendum est, de HERODOTO quidem & THVCYDIDE hæc sentio.

Primum officium esse puto, & id vel maxime omnibus necessarium, qui res gestas hominum, monumentis annalium mandare student, materiam eligere pulchram & iucundã, ac eam quæ animos legentium voluptate afficiat atque perfundat: quod HERODOTVS mea quidem sententia melius vidisse & expressisse videtur, quam Thucydides. Ille enim, communem Græcorum & barbarorum historiam conscripsit; ne & res gestæ maiorum oblitterarentur, & ne eorum facta & alia quæ enumerat, intercidirent, atque ex hominum memoria tollerentur. idem enim est ipsum proœmiũ, idem exorsus & finis historiæ. Thucydides autem vnum tantummodo bellum scriptura persequitur, & id neque honestum, neque fortunatum, & quod numquam geri oportuit: sin minus, obliuioni & silentio traditum à posteris ignorari debuit. Quod autem malam materiam sibi sumpserit, etiam ipse in exorsu planũ facit. Ciuitates enim multas ait eo bello partim à barbaris, partim à seipsis vastatas & funditus euersas fuisse: & exsilia, proscriptiones, cædes hominũ tantas factas esse, quantas post hominum memoriam vmquam; & terræ motus, siccitates, morbos, inualetudines, & alias multas calamitates importatas: ita vt statim in principio lectores, qui totius Græciæ calamitates sint audituri, abalienentur. Quanto autẽ ea scriptio quæ admiranda opera & facta tam Græcorum quam barbarorũ aperit, antecellit eam quæ miseranda & funesta mala Græcorũ nunciat, tanto meliores partes HERODOTVM Thucydide in eligenda materia secutũ esse video. Neq; enim illud afferre licet, cum necessitate coactum, ad eam se scriptionem contulisse; cum eum nõ præteriret, & illa pulchriora esse, & nollet hæc in aliorum manus venire. Aliter. n. se res habet, dum maiorũ res gestas in exordio cõuitiis afficit, & sua ætate pulcras & admirandas gestas esse asserit: quæ manifeste

Herodotus & Thucydides comparatur a nonnull. hominib.

* ipsum de imitatione disquisitionem.

1 legendum hic videtur vel cum Hoeschelio, περὶ τ. τοῦτο τοῖς Δημ. ὑπομνηματισμοῖς. vel, (quod minus aptum est) περὶ τ. ᾗ οἷς τοῦτο πρὸς Δημ. ὑπομνηματισμοὺς: vt infra Dionys. ἐκεῖ τῶν Θουκυδ. ἰδίωμ. initio: ἐν τοῖς ἐκεῖ τῶν ἐγκαίρων ῥητόρων πρὸς τὸ σπουδαῖον συντεταχθεῖσιν ὑπομνηματισμοῖς. Huius commentarii (inquit Steph.) Dionysius meminit etiam in tractatu de Thucydide, quem Q. Aelio Tuberoni dicauit. *Fr. Sylb.* 2 rectius τῆς μιμήσεως ζήτησιν. *Fr. Sylb.* 3 Forsan. leg. ὅτι ἢ ἁπλῆς. *Fr. Sylb.* 4 Principium quidem Herodoteæ historiæ cum his Dionysianis consentit, at non finis. Ibidem fortasse legendum, καὶ ἀπαρ. pro ᾗ ἅπερ. *Fr. Sylb.*

decla-

declarant, eum nō præter voluntatem ad hanc se materiam contulisse. Hoc tamen HERODOTVS minime fecit: & quāuis Hellanicus & Charon, qui ante eius tempora vixerunt, eandem materiam persecuti sint, non tamen eum à proposito auocarunt: quinetiam sperabat se ipsis aliquid pulchrius allaturum; quod etiam fecit.

Secundum munus est eius qui facta hominum memoriæ mandare volet, scire vnde principium sumendum est, & quousque progrediendum. qua in re HERODOTVS longe prudentior Thucydide esse videtur. primo enim loco causſam deſcribit, ob quam barbari Græcis iniurias inferre cœperunt: & progrediēs, in barbarorum punitione & vltione deſcribenda conquieſcit. Thucydides vero, exordium ſumit ſuæ hiſtoriæ à parum felici & florenti ſtatu rerum Græcarum: quod eum facere (cum & Græcus eſſet & ciuis Athenienſis) non oportebat; & vel maxime, cum non eſſet ex humili & plebeio genere ciuium, ſed ex his quibus Athenienſes primas deferebant, & quos militari præfectura ac aliis ſummis honoribus dignos cenſebant: neque ita aperte, vt apertiſſime belli cauſſas ſuæ vrbi adſcriberet; cum alias multas occaſiones haberet quibus eas attribueret. Ac initium narrationis facere debebat nō à Corcyrenſibus, ſed à præſtantiſſimis patriæ factis, quæ ſtatim poſt bellum Perſicum ediderant: quorum deinde tamen in conuenienti loco non ita recte, ſed quaſi curſim mentionē facit. At cum hæc narraſſet, ſumma cum beneuolentia & ſtudio, vt vir amans ciuitatis, deinde inferre debebat, Lacedæmonios horū inuidia & metu commotos, alias interim cauſſas prætendentes, bellum ſuſcepiſſe. ac tum demum Locrenſium res, & contra Megarenſes ſcitum, & ſiqua alia voluit, exponere debuit. Fines autem pluribus erroribus ſcatent. quamuis enim dicat ſe omni bello interfuiſſe, & ſe omnia polliceatur eſſe narraturum: tamen in nauale prœlium Athenienſium & Peloponneſiorum, quod prope Cynoſſema geſtum fuit anno XXII, finem facit. Satius vero erat, dum perſequeretur omnia, hiſtoriam terminare admirando & auditoribus gratiſſimo* reditu exſulum à Phyle; qui fuit initium ciuitati recuperandæ libertatis.

*Phylaſio- n exſu- reditu.

Tertium munus eſt hiſtorici, conſiderare quæ res illi in hiſtoriam referendæ, quæ ſilentio prætereundæ ſint. qua etiam in re poſtremas mihi partes ferre videtur Thucydidēs. Nam cum HERODOTVM non præteriret, omnem narrationē quæ longitudine quadam ſermonis prædita eſſet, ſi reſpirationes & moras quaſdā reciperet, animos auditorum ſumma ſuauitate perfundere: ſin autē in eodem rerum ſtatu permaneret, etiamſi res maxime ſuccederet, auribus tamen quandā ſatietatem parere: Homerum ſecutus, in omnem partem effu-

τα ἐκὼν ἐλόμην. ὃ μὲν Ἡρόδοτος γε τοῦτο ἐπόιησεν, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ συγγραφέων ἡμῶν Ἑλλανίκου τε καὶ [1] Χάρωνι τῷ αὐτῶν ἀνθρώπων συγκεδωκότων, οὐκ ἀπετράπετο, ἀλλ' ἐπίστευσεν αὐτῶν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν· ὅπερ καὶ πεποίηκε.

Δεύτερόν ἐστι τῆς ἱστορικῆς πραγματείας ἔργον, γνῶναι πόθεν τε ἄρξασθαι καὶ μέχρι [2] τοῦ προελθεῖν δεῖ. φαίνεται μὲν καὶ τοῦτο Θουκυδίδῃ πολὺ Ἡρόδοτος φρονιμώτερος. ἄρχεταί τι ἀφ' ἧς αἰτίας ἤρξαντο πρῶτον κακῶς ποιεῖν τοὺς Ἕλληνας οἱ βάρβαροι καὶ προελθών, εἰς τὸν βαρβάρων κόλασιν καὶ τιμωρίαν λήγει. ὁ μὲν Θουκυδίδης, δεχόμενος ἐποιήσατο ἀφ' ἧς ἤρξατο καλῶς πράττειν τὸ Ἑλληνικὸν ὅπερ Ἕλλησι μὲν ὄντα Ἀθηναῖον οὐκ ἔδει ποιεῖν καὶ τοῦτο, ἀτέ τε ἔτι ἠρεμούντων ὄντα, ἀλλ' ὧν ἐν πρώτοις ἦγον Ἀθηναῖοι, στρατηγῶν τε καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν ἀξιούντες καὶ ἔτι γε φανερῶς, ὥστε ἐν τῇ πόλει τῇ ἑαυτοῦ τὰς φανερὰς αἰτίας τοῦ πολέμου προείπειν, ἑτέρας ἔχοντα πολλῷ ἀφορμὰς προφάσεις ἐπιφέρειν τὰς αἰτίας· ἐν ἄρξασθαί γε τοῦ διηγήσεως μὴ ἀπὸ τῶν Κερκυραϊκῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν μάλιστα μεγίστων ἔργων, ἃ μετὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον εὐθὺς ἔπραξαν· ὧν ὕστερον καὶ ἐν ἐπιτηδείῳ τόπῳ μνήμην ἐποιήσατο φαύλως πως καὶ ἐξ ἐπιδρομῆς. διελθόντα δὲ ταῦτα μετὰ πολλῆς εὐνοίας, ὡς ἀνδρα φιλόπολιν, ἔπειτ' ἐπενεγκεῖν ὅτι τούτων φθόνῳ ἐν δέοι προελθόντες Λακεδαιμόνιοι, προφάσεις ποιησάμενοι [3] ἑτέρας, ἦλθον διὰ τὸν πόλεμον· καὶ τότε λέγειν τὰ Κερκυραϊκὰ καὶ τὸ κατ' Μεγαρέων ψήφισμα, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο λέγειν ἐβούλετο. τὰ δὲ τέλη, τελείου ἁμαρτίας τελήεν· καίπερ γὰρ λέγων ὅτι παντὶ τῷ πολέμῳ παρεγένετο, καὶ πάντα δηλώσειν ὑπεσχόμην, εἰς τὴν ναυμαχίαν τελευτᾷ τὴν περὶ Κνίδου σῆμα γεγενημένην Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων, ἣ συνέβη κατ' ἔτος εἰκοστὸν καὶ δεύτερον. κρεῖττον δὲ ἦν, διελθόντα τὰ παύτα, τελευτῆσαι τοιήσαντα τὴν ἰσορίας τὴν θαυμασιωτάτην καὶ μάλιστα τοῖς ἀκούουσι κεχαρισμένην, τὴν κάθοδον τῶν Φυλάδων ἀπὸ Φυλῆς, ἀφ' ἧς ἡ πόλις ἀρξαμένη τὴν ἐλευθερίαν ἀνομάσατο.

Τρίτον ἐστὶν [1] ἀνδρὸς ἱστορικοῦ, τίνα τε δεῖ παραλαβεῖν ἐπὶ τὴν γραφὴν πράγματα, καὶ τίνα παραλιπεῖν. δοκεῖ δή μοι καὶ λίαν λείπεσθαι Θουκυδίδης. σφοδρὰ γὰρ Ἡρόδοτος ὅτι πᾶσα μὲν ἔχεται ἀπὸ λόγου διηγησις, ἂν μὴ αἰεὶ παύσεις ἡμᾶς λαμβάνῃ, τὰς ψυχὰς τῶν ἀκροωμένων ἡδέως ἀναπήσειν· ἐὰν δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένῃ πραγμάτων, καὶ τὰ μάλιστα ἐπιτυγχάνῃ, λυπεῖ τὴν ἀκοὴν τῷ κόρῳ· ποικίλλει ἐβελήθη ποιῆσαι τὴν γραφήν, ὁ μέρου ζηλωτὴς ἡγούμενος· καὶ γὰρ τὸ βιβλίον ἦν

1 H. St. mauult Χάρωνι. cuius mentio fit etiam in libro ad Q. Ael. Tuberonem. apud Suidam tres ſunt Charones hiſtorici: primus, Lampſacenus; ſecundus, Carthaginienſis; tertius, Naucratita. at Χάρων apud eundem alius. 2 τοῦ interrogatiue accipiendum hic pro πότε vel legendum πῇ. 3 in exemplari eſt ἑτέρους· ego ἑτέρας, à Stephano ex aliis codicibus adnotatum, ſequi malui. 1 poſt τρίτον ἐστὶν, ſubaudiendum ſubſt. ἔργον, vti ſupra.

αὐτὸ λαβωμὴν, μέχρι τ ἐσχάτης συλλαβῆς ἀγαμεθα, καὶ ἀεὶ τὸ πλεῖον ἐπιζητοῦμεν. Θουκυδίδης γ, πόλεμον ἕνα καὶ πίνας ἀπτευστὶ διεξέρχεται μάχας δι' μάχαις, & παρασκευὰς ἐπὶ παρασκευαῖς, καὶ λόγους ἐπὶ λόγοις συντιθεὶς· ὥστε μοχθεῖν μὴν τ Δημόκριτον τ ἀκροωμένων· κόρον δ' ἔχει, φησὶν ὁ Πίνδαρος, καὶ μέλι καὶ τὰ τερπνὰ ἀφροδίσια. ἤδη γ ἐγὼ καὶ κεῖνο ἐνεθυμήθην, ὡς ἡδὺ χρῆμα ἐν ἱστορίαις, γραφῆς μεταβολὴ, καὶ ποικιλία· καὶ πάντα ἐν δυοὶ ἢ τρισὶ τόποις ἐποίησεν, ἐπί τε τῆς Ὀδρυσῶν ἀρχῆς, δι' ἃς αἰτίας ἐγένετο μεγάλη, καὶ ἐπὶ τ ἐν Σικελίᾳ πόλεων.

Μετὰ ταῦτα, ἔργον ἐστὶν ἱστοριογράφου, διελέσθαι τε καὶ τάξαι τ δηλουμένων ἕκαστον ἐν ᾧ δεῖ τόπῳ. πῶς ἂν ἐκάστῳ Δημοκρίτου τε & τάττοι τὰ λεγόμενα; Θουκυδίδης μὲν, τοῖς χρόνοις ἀκολουθῶν, Ἡρόδοτος γ, τ ῥᾳθυμοχαῖς τ πραγμάτων. καὶ γίνεται Θουκυδίδης μὲν, ἀσαφὴς καὶ δυζπαρακολούθητος· πολλῶν γὰρ κατὰ τὸ αὐτὸ θέρος καὶ χειμῶνα γιγνομένων ἐν Δαρείοις ὡς εἰκὸς τόποις, ἡμιτελεῖς τὰς πρώτας πράξεις καταλιπὼν, ἑτέρων ἅπτεται τ κατὰ τὸ αὐτὸ θέρος ἢ χειμῶνα γιγνομένων. πλανᾶσθαι δὴ, καθάπερ εἰκὸς, καὶ δυσκόλως τοῖς δηλουμένοις παρακολουθοῦντα, παρατιθεμένης τ Δημοκρίτου. Ἡρόδοτος γ, ἀπὸ τ Λυδῶν βασιλείας ἐξαίρων γ, καὶ μέχρι τ Κροίσου καταβαίνει, ἐπὶ Κῦρον εὐθέως τ καταλύσαντα τ Κροίσου ἀρχὴν μεταβαίνει· Αἰγυπτίων τε ἄρξαντα διηγημάτων καὶ Σκυθικῶν καὶ Λιβυκῶν, τὰ μὲν ὡς ἀκολουθοῦντα δηλῶν, τὰ δ' ὡς χαριέστερον ποιήσοντα τὴν διήγησιν, ἐπεισάγων. διεξελθὼν τε πράξεις Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἔτεσιν ὁμοῦ Δακοσίοις καὶ εἴκοσι γιγνομένας ἐν τ τρισὶν ἠπείροις καὶ τ ἐκχεάσας τῆς πρώτης φυγῆς τ ἰσορροπίαν, ἃ διέπαυσε τὴν διήγησιν, ἀλλὰ συμβέβηκε, τῷ μὲν μίαν ὑποθέσιν λαβόντι, πολλὰ ποιῆσαι μέρη τὸ ἓν σῶμα· τῷ δ', ἃς πολλὰς καὶ ἀδένυκτους ἰσορροπίας ὑποθέσεις πραγματεύομένῳ, σύμφωνον ἓν σῶμα πεποιηκέναι. μιᾶς δ' ἰδέας [1] ἀπομνημονεύσαι πραγματικῆς, ἣν ἐδήμιος τ εἰρημένων ἦτον ἐν ἀπάσαις ἱστορίαις ζητοῦμεν, τ αὐτὸ τῷ συγγραφέως Δημοκρίτου, ἢ κέχρηται πρὸς τὰ πράγματα περὶ ὧν γράφει. ἡ μὲν Ἡροδότου Δημοκρίτου, ἐν ἅπασιν ἐπιεικὴς, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς συνηδομένη, τοῖς δὲ κακοῖς συναλγοῦσα· ἡ δὲ Θουκυδίδου Δημοκρίτου, αὐθέκαστός τις καὶ πικρὰ & τῇ πολεμίᾳ τ φυγῆς μνησικακοῦσα. τὰ μὲν γὰρ ἁμαρτήματα ἐπεξέρχεται & μάλα ἀκριβῶς, τ δὲ καλῶν νεωτέρων κεχωρηκότων καθάπαξ ἀμέμνηται, ἢ ὥσπερ ἠναγκασμένως. καὶ καὶ μὴν τ πραγματικὸν [2] τύπον ἤτιον ἐστὶν Ἡροδότου Δημοκρίτου ταῦτα Θουκυδίδης καὶ γ τ λεκτικὸν, τὰ μὲν ἤτιον, τὰ δὲ κρείττων, τὰ δ' ἴσος. ἐρῶ δὲ καὶ περὶ τούτων ὡς ἐπῆλθα.

sam; ac summa varietate conditam efficere voluit scriptionem. Libros enim eius cum in manus sumimus, vsque ad extremam syllabam suspicimus, & semper nescio quid magis requirimus. Thucydides autē vnum bellum & aliquot pugnas sine vlla interspiratione persequitur, pugnas pugnis, apparatus belli apparatibus, orationes orationibus congerens & coaceruans; ita vt mens & cogitatio eorum qui audiunt, laborare cogatur. Satietatem enim gignit, ait Pindarus, & mel & dulces res venereæ. Iam vero & illud in animo meo reputaui, quam suauis & iucunda res sit in historia, scriptionis varietas & immutatio: atque hoc in duobus aut tribus locis fecit, tum in Odrysarum principatu exponendo, quibus de caussis ad magnam deuenerint potestatem; tum in Siciliæ vrbibus.

Adhæc est etiam munus historici, in partes tribuere, & vnumquodque eorum quæ exponuntur, suo loco collocare. Quæ est igitur vtriusque dispositio? Thucydides tempora sequitur, Herodotvs rerum complexiones. Fit autem Thucydides obscurus, & cuius sententiam difficile animo comprehendere possis cum enim multa eadem æstate & hyeme in diuersis (vt fit) locis gererentur, imperfectas primas res gestas relinquens, alias attingit quæ eadem æstate & hyeme gestæ fuerunt. Erramus igitur, quemadmodū par est, & summa cum difficultate res expositas mente iam turbata assequimur. Herodotvs vero initium capiens ab imperio Lydorum, & vsque ad Crœsum descendens, ad Cyrum confestim, qui Crœsi imperiū euertit, transit: atque deinde rex Ægyptiorum, Scytharum, Libycorum exponere aggreditur, partim propter rerum seriem, partim vt iucundiorem redderet narrationem suam. Persequens autem & exponens res gestas Græcorum & barbarorum, quæ ducentis & viginti annis gestæ sunt in tribus continentibus, & fugam Xerxis describens, non diuellit orationem: sed accidit huic quidem, vt vno sumpto argumento, vnum corpus multas in partes diducat: ille vero, vt multis & variis argumētis assumptis, vnum corpus sibi consentiens faciat. Vnum* autem genus historiæ negocioſæ commemorabo; quod non minus quam quæ recēsuimus in historiis requirimus; animum inquā scribentis, quo in rebus conscribendis vtitur. Herodoti quidem animus in omnibus lenis & mansuetus est, & qui bonis quidem collætatur, malis vero condolet. Thucydidis vero animus, natura sua quadam rigidus & acerbus est, ac patriæ exsilii recordatione offensus. peccata n. accuratissime persequitur: eorum vero quæ ex animi sententia gesta sunt, omnino non meminit, aut velut inuitus. Atq; ob hæc in ea parte quæ ad res pertinet, vincitur ab Herodoto Thucydides. In ea vero parte quæ continet elocutionē, alias superior interdū inferior: in nonnullis etiā æquas partes tenet. Dicam vero etiā de iis quemadmodum sentio.

* Vnum adhuc notam in rebus positam comm.

1 Possis etiam legere ὅτι μνημόνευμα. 2 In exemplari est τοῦτον. perperam. τύπος vero in hoc loquendi genere supra quoque habuimus aliquoties, & infra. pro eodem μεγαπρεπὲς dicit mox vbi Xenophontem confert. & infra. & alibi. Reperitur tamen τόπος vocabulum in ead. significatione; vt supra prolixius adnotauimus ad initium T. II. Halicarnassi. F. S.

Virtus

Virtus omnium prima est, sine qua nulla alia est orationis vtilitas. Quænam illa est? Sermo purus, proprietatem linguæ Græcæ retinens. hanc ambo studiose conseruant. HERODOTVS enim, Ionicæ linguæ optima regula est; Thucydides vero, Atticæ. Tertium locum habet breuitas, in qua videtur Thucydides HERODOTVM antecelluisse. quamquam dicere aliquis posset, breuitatem iucundam videri, si cum perspicuitate coniuncta & elaborata fuerit: sin ea caruerit, acerbam & austeram. verum nihil esto præterea. Post hæc perspicuitas collocata est; quæ cum virtutibus adiunctis primas tenet, in qua satis diligenter ambo elaborarunt. Post hanc virtutem constituitur lenium & vehementium affectuum imitatio: quam inter se partiti sunt scriptores. Thucydides enim, in grauioribus affectibus exprimendis melior; HERODOTVS, in lenioribus effingendis præstantior. Secundum hæc statuuntur illæ virtutes, quæ summum & admirandum studium & apparatum ostendunt: in quibus historici pares sunt. Succedunt iis aliæ, quæ orationis vim & vehementiam & similes facultates complectuntur: quibus HERODOTVM Thucydides superat. Suauitatem autem, persuasionem, delectationem, & alias virtutes cognatas, longe præstantiores HERODOTVS Thucydide inducit. In verborum elocutione, proprietatem naturæ HERODOTVS secutus est; grauitatem Thucydides, qui & in verbis sui similis est totus. Virtutum omnium maxima & quasi princeps est Decorum: quam diligentius Thucydide HERODOTVS seruauit. similis. n. hic in omnib. ac in concionib. magis quã in narrationibus. Mihi quidẽ, & carissimo Cęcilio, Demosthenes eius enthymemata vel maxime expressisse & imitatus esse videtur. Vt autẽ vno verbo omnia complectar, elegantissimæ sunt vtriusq; poeses: (non n. verebor poeses eas appellare) sed hoc vel maxime a se inuicẽ differunt, q, constructio HERODOTI hilaris est, horribilis vero Thucydidis. Sed de his historicis hæc dixisse sufficiat, cum multa nobis alia dicenda sint, de quibus alius erit differẽdi locus.

Πρώτη τ̃ ἀρετῶν ἥμιτ' ἂν, ἧς χωρὶς οὐδὲν τῶν ἄλλων τ̃ ὠφελεῖ τοὺς λόγους ὄφελος. τίς; ἡ καθαρεύουσα τοῖς ὀνόμασι. ἔστ' Ἡρόδοτος χαρακτὴρ σάφειάς. Θουκυδίδης τὸ τ̃ Ἀττικίδος. τρίτων ἔχει χώραν ἡ καλουμένη συντομία. ἐν ταύτῃ δοκεῖ πρωτεύειν Ἡρόδοτος Θουκυδίδης. καίτοι λέγοι τις ἂν ὡς μετὰ τοῦ σαφοῦς ἡδέως ἀκούσεσθαι, ἡδὺ φαίνεται τὸ βραχύ· εἰ δ' ὑπολάβοιτ' οὐτοσί, πικρόν. ἀλλὰ μὴ σὲ ἔγωγε ταῦτα τοῦτο. ἐν ἀρετῇ μετὰ ταῦτα τέτακται δ' πρώτη μετὰ τ̃ ἐπιβλητῶν ἀρετῶν. ἱκανῶς ἐν ταύτῃ κατορθοῦσιν ἀμφότεροι. μετὰ ταύτην συνίσταται τ̃ ἀρετὴν, τ̃ ἠθῶν τε καὶ παθῶν μίμησις. δηλοῖ δ' τ̃ ἀρετὴν ταύτην οἱ συγγραφεῖς. Θουκυδίδης μὲν γὰρ, τὰ παθητικὰ σπουδῇ κρείττων Ἡρόδοτος δ', τάχα δ' ἂν καὶ θαρρήσαιμι δύο τούτοις μέγιστα ἐπιφαίνεσθαι τ̃ κατασκευῆς ἀρεταί. ἴσοι καὶ ταύτῃς οἱ συγγραφεῖς. ἑκάτεροι γὰρ αὐτῆς αἱ τ̃ ἰσχὺν καὶ τ̃ λόγου τὸ τοῖς ὁμοιοτρόποις δυνάμεις τῆς φράσεως ἀρετὴν παρέχουσαν. κρείττων ἐν ταύτῃς Ἡρόδοτος Θουκυδίδης. ἡδὺς μὲν δ' ἐστὶν ἐν πειθοῖ τ̃ περὶ τὴν τοῖς ὁμοιοήθεσι ἀρετὴν εἰσφέρεται μακρῷ Θουκυδίδης κρείττονας Ἡρόδοτος τ̃ δ' φράσεως τ̃ ὀνομάτων τὸ μὲν καὶ φύσιν Ἡρόδοτος ἐζήλωκε, τὸ δὲ δεινὸν Θουκυδίδης, ὁμοιοτρόπως ἂν ἐν λόγοις. ἀρετῶν ἡ κυριωτάτη τὸ πρέπον. ταύτην ὁ Ἡρόδοτος ἀκριβοῖ μᾶλλον ἢ Θουκυδίδης. ὁμοιοτρόπως γὰρ ἔστ' ἐν πᾶσι, καὶ ταῖς δημηγορίαις μᾶλλον ἢ τ̃ διηγήσεσιν. ἐμοὶ μὲν τοι τ̃ Φιλίστου Καικιλίῳ δοκεῖ τὰ ἐνθυμήματα αὐτὸ μάλιστα γε καὶ ζηλῶσαι Δημοσθένης. ἵνα δὲ συνελὼν εἶπω, καλλίστην μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· ἃ γὰρ αὐ αἰσχυνθείην ποιήσεις αὐτὰς λέγων· διαφέρουσι δὲ κἀ τοῦτο μάλιστα ἀλλήλων, ὅτι τὸ μὲν Ἡροδότου κάλλος ἱλαρόν ἐστι, φοβερὸν δὲ τὸ Θουκυδίδου. ὑποπτεύω ταῦτα εἰρῆσθαι τοῖς ἰδίοις τ̃ συγγραφέων, πολλῶν δ' ἄλλων ἐνόντων λεχθῆναι, τοῖς ὧν καὶ ἕτερος ἑτέρου κριτής.

1 Sufficiat dicendi virtus hæc esse, si est, vt sapiens & nauis aliquis κρίνῃ. vtrum Lysia videre liceat supra, an ex Isocrate. F. S.

Xenophon enim, HERODOTVM in vtroque genere, tum in eo quod in materia cernitur, tum quod in elocutione, imitatur. &c. Non solum vero ob materiam in cęlum ferendus est, (in qua HERODOTVM sequitur) sed etiam propter dispositionem suspiciendus. &c. Atque hæc quidem est forma rei & argumenti eius. Forma vero elocutionis, partim similis HERODOTO, partim nõ adeo redundans & fluens. Purus quidem satis in verbis, & apertus; quem admodum & HERODOTVS: delegit autem verba vsitata, & rebus ipsis à natura insita: quæ omnino non minus suauiter & iucunde quam HERODOTVS ipse componit. Excellentiã vero & splendorem, amplitudinẽ iucundã, & suauem cõformationem historicã, quem admodum HERODOTVS, non habet. nõ modo enim hoc ab ipso mutuari nõ potuit, sed etiam si aliquando voluit suã excitare elocutionem, paululum inspirãs, veluti terena aura extemplo langueſcit & exstinguitur. In multis enim plus æquo longior fit; nec adeo feliciter vt HERODOTVS personarum dignitatem attingit & exprimit: sed in multis, si quis recte consideret & perpendat, eum negligentiorem reperiet.

Ξενοφῶν μὲν γὰρ, Ἡροδότῳ ζηλωτὴς ἐγένετο κατ' ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας, τόν τε πραγματικὸν καὶ τ̃ λεκτικόν. &c. ἃ μόνον δ' τ̃ ὑποθέσεων χάριν ἄξιος ἐστ' ἀγαπᾶσθαι, ζηλωτὴς Ἡροδότου γενόμενος, ἀλλὰ καὶ τ̃ οἰκονομίας. &c. καὶ ὁ μὲν πραγματικὸς τύπος αὐτῷ ταὐτός ἐστ'. ὁ δ' λεκτικὸς, πῇ μὲν ὅμοιος Ἡροδότῳ, πῇ δ' ἐνδεέστερος. καθαρὸς μὲν γὰρ τοῖς ὀνόμασιν ἱκανῶς, καὶ σαφὴς, καθάπερ ἐκεῖνος· ἐκλέγει δ' ὀνόματα συνηθῆ τὰ μὲν πεσοῦσι τοῖς πράγμασι, καὶ συντιθησιν αὐτὰ ἡδέως πάνυ καὶ κεχαρισμένως, οὐκ ἧττον Ἡροδότου. ὕψος δ' ἐκ καλλος ἐμεγαλοπρέπειαν τε τὸ λεγόμενον ἰδίως παλάσμα ἰσορικὸν Ἡρόδοτος ἔχει. ἃ γὰρ μόνον σπανίως τοῦτο παρ' αὐτῷ λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ ποτὲ διεγείραι δυνηθείη τ̃ φράσιν, ὀλίγον ἐμπνεύσας ὥσπερ δόκησις αὔρα ταχέως θνητή. μακρότερος γὰρ γίνεται δ' θεσπίλος ἐν πολλοῖς καὶ ἐν πρέπουσι, καὶ οὐκ ὡς Ἡρόδοτος, ἐφάπτεται τ̃ πρεπόντων εὐτυχῶς, ἀλλ' ἐν πολλοῖς ὀλιγωρότερός ἐστιν, αὐλὸς ὀρθῶς σκοπῶν.

1 Stephano videtur legendum Ἡροδότου ἐκ ἔχει vel ἔστιν Ἡροδότου, ἐκ ἔχων. nisi mauis, imo quis, particulam, quæ ex aduerso respondeat τοῖς ἔτεσιν, reponere. S. d. siue hoc, siue illo modo legas, desideratur negatio. F. S.

2 Pro γὰρ aptius forsan legeris δὲ. F. S.

EX EIVSDEM DIONYSII CAPITE

περὶ τῶν λόγων ἐξετάσεως, siue παλαιῶν χαρακτῆρας, vel ἀρχαίων κρίσιν cum Sylburgio nominare placet.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ καὶ Θουκυδίδης.

ΤΩΝ μὲν τὰ συγγραφέων Ἡρόδοτος μὲν ἐξείργασται τὸ βέλτιον, τὸ πραγματικὸν εἶδος· τῶν δὲ λεκτικῶν πολλαχοῦ μὲν ἀκολουθεῖ Θουκυδίδης, πολλαχοῦ δὲ ἔμπαλιν· ἔστι δ' ἐν οἷς ἐξισοῦσθον. τῇ μὲν ἀκριβείᾳ τῶν ὀνομάτων, ἐν οἷς ἑκάτεροι περιεργάζονται διαλέγοις, διαπρέπουσι τὸ ἴδιον· τῇ δὲ σαφηνείας καὶ ἀμφιβολίας ἀμφοτέρων Ἡροδότῳ τὸ κατόρθωμα δέδοται. καὶ τὸ μὲν σαφὲς τομόν ἐστι παρὰ ἀμφοτέροις. ἐν μὲν τοῖς ἠθικοῖς κρατεῖ Ἡρόδοτος, ἐν οἷς δὲ τοῖς παθητικοῖς ὁ Θουκυδίδης. πάλιν καλλιλογίᾳ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ διαφέρουσιν οὐδὲν ἀλλήλων, ἀλλ' ἑκάτεροι τούτων τε καὶ τοιούτων ἀρετῶν κρατοῦσι. ῥώμῃ δὲ καὶ ἰσχύϊ τόνῳ τε τῷ σφοδρῷ καὶ πολυχρωμάτῳ παρηυδοκίμησε Θουκυδίδης· ἡδονῇ δὲ καὶ πειθοῖ καὶ χάρεσι καὶ τῷ ἀφελεῖ αὐτοφυεῖ βασανίσαντι, μακρῷ διενεγκόντα τὸν Ἡρόδοτον εὑρίσκομεν. καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ τρόπου, πραγματείαν καὶ σοφιστοπλείαν μᾶλλον ἀπεῖπεν.

HERODOTVS & THVCYDIDES.

EX iis qui res gestas litterarum monumentis mandarunt, HERODOTVS optime omnium eam partem historiæ quæ res continet, elaborauit atq; expressit: ea vero parte quæ elocutionem continet, nonnunquam superior Thucydides, nonnunquam è diuerso HERODOTVS. Est etiam vbi pares inveniuntur. Accurata enim verborum electione in his sermocinationibus, in quibus ambo tractandis occupantur, vterque suam quandam proprietatem seruat. ceterum perspicuitatis laudem omnes sine controuersia HERODOTO deferunt. Ac breuitas quidem familiaris & propria est Thucydidi: euidentia autem & illustratio, vtrique communis. In moribus exprimendis primas fert HERODOTVS; in affectibus autem, Thucydides. Rursum dictionis elegantia ac magnificētia nihil alter ab altero differt; sed in his & huiusmodi virtutibus ambo excellunt. Viribus, robore, neruis, & orationis grauitate, ac figurarum varietate, Thucydides HERODOTVM superauit: suauitate verò, ac persuadēdi facultate, iucūditate, & sponte nata simplicitate, nō elaborata, longe præstare HERODOTVM inuenimus. atque nullam compositionem & personarum confictionem minus seruauit, quam hanc morum & ingenii simplicitatem. interp. Stanisl. Iouio.

Quæ sequitur Philisti & Xenophontis comparatio, paria plane insperſa habet de nostro cum iis quæ ante retulimus ex epistola ad Pompeium.

Ὁ αὐτὸς Διονύσιος περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος.

ΟΔ' Ἁλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος, γηρόμυος ὀλίγῳ πρότερον τῆς Περσικῶν, παρεκτείνας δὲ μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν πρός τε πραγματικὴν προαίρεσιν ὅπερ τὸ μεῖζον ἐξήνεγκε καὶ λαμπρότερον, οὔτε πόλεως μιᾶς, οὔτ' ἔθνους ἑνὸς ἱστορίαν προεκόμισε· πολλὰς δὲ διαφόρους πράξεις ἔκτε τῆς Εὐρώπης, ἔκτε τῆς Ἀσίας, εἰς μίαν βιβλιοθήκην πραγματείας ἀγαγεῖν. ἀρξάμενος δὲ ἐν ὅτῳ τῆς τῶν Λυδῶν δυναστείας μέχρι τοῦ Περσικοῦ πολέμου κατέβη τὰς ἱστορίας, πράξας τὰς ἐν τοῖς πεπραγμένοις καὶ διακοσίοις ἔτεσι γηρύσας· αἱ πράξεις ὅπερ Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων, μιᾷ συντάξει βιβλίων καὶ τῇ λέξει προστιθοῦσι τοὺς ὠφελημένους τὸν τε αὐτὸν συγγραφέων ἀρετάς.

Idem Dionysius in iudicio de Thucydidis historia.

HERODOTVS autem Halicarnassæus, qui ad Peloponnesiaca tempora vitam perduxit, cum paulo ante Persica natus esset, tum materiam historiæ paulo altius extulit, atque illustrauit; neque vnius vrbis, aut vnius gentis, sed Europæ Asiæque res gestas, & multas & varias, vno libro complexus est: (nam à Lydorū imperiō exorsus, ad vsq; bellū Persicū opere perducto, quæcumque per annos CCXL gesta à Græcis & à barbaris erant, ex iis illustriora quæque delegit, & in vnum quasi corpus historiæ contulit) tum omissas à superioribus dicendi virtutes ad suam orationem adiunxit. Interp. A. Dudithio.

His subiicit de Thucydidis historia, eiusq; consilio in rebus, quas describeret, deligendis, inter alia quod nihil fabulosi inserat, nec deos deasq; mixtas narret, & portentosa alia: quæ tamen se non adserre vt nostro ideo impingat dicam vel aliis antiquioribus, qui eiusmodi historiæ suæ inspersere. eorum enim facti rationem constare, quam ipse eleganter exponit: πολλὰ δ' εἰπεῖν προήχθην, ὧν ἀπιστῶν ἐκείνοις τοῖς αἰδράσιν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἔχων συγγνώμην, εἰ καὶ τὰ μυθικὰ ἤψαντο πλασμάτων, ἐθνικὰς δὲ τοπικὰς ἐκφέροντες ἱστορίας. ἐν ἅπασι γὰρ ἀνθρωπίς, καὶ κοινὴ καὶ τόπος, καὶ καὶ πόλεις ἰδίαν μνήμην τινὲς ἐσώζοντο δὲ τῶν τοιούτων ἀκοσμάτων, ὥσπερ ἐφην. αἱ δὲ διδεχόμενοι παῖδες παρὰ πατέρων, ἐπιμελεῖς ἐπειδὴ τὸ παραδιδόναι τοῖς ἐκγόνοις καὶ τοὺς βελτιόνους αὐτὰς εἰς τὸ κοινὸν ἐκφέρον, ἕτως ἤξιον συγγράφειν, ὡς παρὰ

1 ms. Pompil. Amasæi παρακτῆρας. F. S. 1 Dudithius mauult παραλειφθείσας, *omissas*. videtur tamen & hæc ferri posse loco: sicut scilicet infra dicit auctor σωιδὲν ἐκ τοῦ αὐτῶν ἔσχεν ἀρετάς. F. S.

τῶν

τῶν ἀρχαίων ἐθέξαντο. ἐκείνοις μὲν ἐν τοῖς ἀνδράσιν ἀναγκαῖον ἦν ποικίλλειν τοῖς μυθώδεσιν ἐπεισοδίοις τὰς τοπικὰς ἀναγραφάς. *i. interprete A. Dudithio,* Neq; vero vt hęc dicerem, eo sum adductus, quod illos viros accusem; quibus etiam veniæ multum tribuo, si, cũ in explicanda nationum & locorum historia versarentur, fabulosa figmenta receperunt: quandoquidem apud omnes homines, tum communiter de locis, tum proprie de vrbibus, monumenta quędam seruabãtur huiusmodi, quas dixi, rerũ, auditione perceptarum: quas filii à patribus acceptas suis deinde posteris vt traderent, elaborarunt. quod si qui litteris eas consignare vellent, ab his vt ita plane exponerentur quo modo de veteribus acceperant, dignum putabant. quapropter illos viros, vt locorum descriptiones fabulosis additamentis variarent, atq; distinguerent, necessitas compulit.

Et iterum eodem libro.

Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ.

Scriptores autem qui ante Peloponnesiacum bellum fuerunt, atq; ad Thucydidis vsq; ætatem peruenerunt, omnes propemodum idem consilium secuti sunt. quos quidem aut Ionica lingua, vt quę illis temporibus maxime omnium floreret, aut Attica illa vetus, non admodũ ei dissimilis, oblectauit. Hi sane omnes, vt est ante dictum, sermonis proprietatem magis, quam dicẽdi tropos adamauerunt; tropos vero velut condimenta orationi insperserunt: verborum autem compositionem omnes eandem ferè affectarunt, simplicem, minimeq; affectatam. Neq; vero in sententiis figura aliqua exornandis tantum diligentiæ posuerunt, vt supra communem vulgoq; tritam, atq; ab omnibus vsurpatam dicendi rationẽ efferrent. Itaq; eas virtutes quas necessarias vocauimus, illorum omnium habet dictio. est enim & pura, & perspicua, & breuis, satis proprium cuiusq; dialecti characterem seruans. eas autem dicendi virtutes quas adiectitias nominauimus, quib. omnis oratoria vis maxime fit perspicua, neq; omnes, neq; summas adhibuerunt, sed paucas, ac modice: sublimitatem videlicet, elegantiam, grauitatem, magnificentiam: neque τόνον item, neq; βάρος; quæ nos neruorum contentionem, & pondus possumus appellare; neq; πάθος vllum, quo animi affectiones excitarentur; neq; spiritus illos magnos & certaminibus aptos, ex quibus illa dicendi species conformatur, quæ Græcæ δεινότης dicitur; Latine vim in dicendo possis nominare. Vnum HERODOTVM excipio. is enim & in verborum delectu, & compositione, atque in ipsa figurarum varietate, longè ceteris antecelluit, & ita suam orationem instituit, vt vel optimæ poesi solutam orationem similem faciat, propter suadelam illam & venustatem, ac ad summum vsque perductam voluptatem. qui ne illas quidem maximas, quas diximus, & præclarissimas dicendi virtutes omisit, præter genus illud certaminibus aptum: idque siue quod natura ab eo dicendi genere abhorrebat, siue quod suis quibusdam rationibus adductus, sponte illud, tamquam historiis minime accommodatum, contempsit. is enim, neque concionibus multis, neque aliis ad contentionem accommodatis orationibus vtitur; neque vllam ad concitandos animorum motus, & res augendas amplificandasque vim habet.

Οἱ μὲν οὖν πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ γενόμενοι πολέμου, ἐς μέχρι τῆς Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας, ὁμοίως ἔσχον ἅπαντες ὡς ὀλίγου τὸ πολὺ τῶν αἱρέσεως· οἵ τε τὴν Ἰάδα τῶν λόγων διελόμενοι διάλεκτον, τήν τε τότε χρόνοις μάλιστα αὐξηθεῖσαν, καὶ οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἀττικὴν, μικράς τινας ἔχουσαν διαφορὰς πρὸς τὴν Ἰάδα. πάντες γάρ ἔτι, καθάπερ ἔφην, τῇ τῆς κυρίας λέξιν μᾶλλον ἐπῃδέσαν, ἢ τοῖς τροπικοῖς· ταύτην δ' ὥσπερ ἡδύσμα παρελάμβανον. σύνθεσίν τε ὀνομάτων ὁμοίαν ἅπαντες ἐπετηδεύσαν, τὴν ἀφελῆ καὶ ἀνεπιτήδευτον, καὶ δὲ ἐν τῷ σχηματίζειν τὰς λέξεις, τὰς νοήσεις ἐξέθεσαν ὀλίγου τῆς τετριμμένης καὶ κοινῆς καὶ συνήθους ἅπασι διαλέκτου. τὰς μὲν οὖν ἀναγκαίας ἀρετὰς ἡ λέξις αὐτῶν πάντων ἔχει· καὶ γὰρ καθαρά, καὶ σαφής, καὶ συντομός ἐστιν, ὀλίγοις τε ὀνόμασι τὸν ἴδιον ἑκάστης διαλέκτου χαρακτῆρα τὰς δ' ὀνομαζομένας, ἐξ ὧν μάλιστα διαδηλοῦται ἡ τῆς ῥήτορος γένεται δυνάμις, ὅτε ἀπάδουσι, ὅτε εἰς ἄκρον ἠκόντισαν, ἀλλ' ὀλίγοις καὶ ὀλίγου βεβηκὸς ὕψος λέγω, καὶ καλλιρρημοσύνην, καὶ σεμνολογίαν, καὶ μεγαλοπρέπειαν· ὀλιγοδεῖ τόνου, ὀδὲ βάρους, ὀλιγοπάθους, διεγείροντα τὸν νοῦν· ὀλίγον τὸ ἐρρωμένον καὶ ἀναγώνιον πνεῦμα, ἐξ ὧν ἡ καλουμένη γένεται δεινότης, πολλοῦ ἐνὸς Ἡροδότου. ὅτου γὰρ τῷ συλλογῇ τῶν ὀνομάτων, καὶ τῇ συνθέσει, καὶ κατὰ τὴν τῶν σχηματισμῶν ποικιλίαν, μακρῷ δή τινι τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλετο, καὶ περισκύασε τῇ κράσει ποιητικήν τε πεζὴν φράσιν ὁμοίαν γενέσθαι, πιθανῆς τε καὶ χαρίτων, καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἡδονῆς ἠκούσης ἕνεκα· ἀρετάς τε τὰς μεγίστας καὶ λαμπροτάτας ἔξω τῶν ἐναγωνίων ὀλίγου ἐν ταύταις ἐνέλιπεν· εἴτε δὲ ἐξ ἐμφυοῦς πρὸς αὐτὰς, εἴτε κατὰ λογισμόν τινα ἐκουσίως ὑπερεῖδεν, ὡς ἐκ ἁρμοττόντων ἱστορίαις· ὀλίγου δημηγορίαις πολλαῖς ὁ αὐτὸς, ὀλίγου ἐναγωνίοις χρῆται λόγοις, ὀλίγου ἐν τῷ παραινεῖν, καὶ δεινοπαθεῖν τε προφέρεται, τῷ ἀλκιμῷ ἔχει.

---

1 τε post articulum τὴν rectius expungetur. 2 scriptus cod. h. καλλιρρημοσύνην vno λ. contra morem. F.S.

ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ.

Οὕτε τοῖς τόποις, ἐν οἷς αἱ πράξεις ἐπετελέσθησαν, ἐπελθὼν ἐμέρισε τὰς διηγήσεις, ὡς Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑλλάνικος, καὶ ἄλλοι τινες τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων ἐπίστευσαν.

Eodem libro.

Narrationes enim ita disposuit (*Thucydides*) vt neq; loca persequeretur, vbi gestæ res erant; quod HERODOTVS, Hellanicusq;, & alii nonnulli ante illius ætatem historici fecerant.

ὁ αὐτὸς Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς, ἐν τῷ περὶ συνθέσ. ὀνομ.

Ἡ δὲ τοῦ Θουκυδίδου λέξις, καὶ ἡ Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου, καλῶς μὲν συγκειται τῇ Δίᾳ, εἴπερ τινες καὶ ἄλλαι, ἁ μὲν ἡδέως γε πάνυ· ἡ δὲ γε τοῦ Κνιδίου συγγραφέως Κτησίου, καὶ ἡ τοῦ Σωκρατικοῦ Ξενοφῶντος, ἡδέως μὲν ὡς ἔνι μάλιστα, ἁ μὲν καλῶς γε ἐφ' ὅσον ἔδει. λέγω δὲ κοινότερον, ἀλλ' οὐχὶ καθαίπαξ· ἐπεὶ καὶ παρ' ἐκείνοις ἥρμοσται ἵνα ἡδέως, καὶ ὡδὶ τούτοις καλῶς. ἡ δὲ Ἡροδότου σύνθεσις, ἀμφότερα ταῦτα ἔχει· καὶ γὰρ ἡδεῖά ἐστι καὶ καλή.

Dictio autem Thucydidis, & Antiphontis Rhamnusii, quod ad compositionem attinet, mehercle pulcra est, si vllæ etiam aliæ, non tamen vbiq; suauis: Ctesiæ autē historici Cnidii, & Xenophontis Socratici, suauis quidē est quam maximè, sed non quantum oportebat etiam pulcra. In commune autem ita pronuncio, non quod prorsus ita se res habeat. quippe & apud illos quædam suauiter composita inueniuntur, & apud hos pulcrè. HERODOTI autem compositio vtrumq; obtinet. Non iucunda enim solùm est, sed & pulcra.

καὶ μετὰ πολλά.

Et longe post.

Τῶν δ' ἄλλων ὅσοι τῷ αὐτῷ ἐκείνῳ (Ὁμήρῳ) μεσότητα ἐπετήδευσαν, [1] ὕστερον μὲν ἐκεῖνοι μακρῷ παρ' Ὅμηρον ἐξεταζόμενοι φαίνοιντ' ἂν· καθ' ἑαυτοὺς δὲ εἰ θεωροῖη τις αὐτούς, ἀξιοθέατοι· μελοποιῶν μὲν, Στησίχορός τε καὶ Ἀλκαῖος· τραγῳδοποιῶν δὲ, Σοφοκλῆς· συγγραφέων δὲ, Ἡρόδοτος· ῥητόρων δὲ, Δημοσθένης.

Ceteri quicumq; eundem quem ille (Homerus) medium characterē in compositione fuere sectati, si cum Homero eos compares, longo illū sequuntur interuallo: singulos vero si consideret quis seorsim, eximii hi: inter melicos quidem, Stesichorus & Alcæus: inter tragicos autem Sophocles: inter historicos autem HERODOTVS: inter oratores Demosthenes.

τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ μετὰ τὰ ἀρχαῖα φησί.

Eodem modo & ibidem post initium libri ait.

Λαμβανέσθω δὲ ποιητῶν μὲν, Ὅμηρος· συγγραφέων δὲ, Ἡρόδοτος. ἀποχρῆ γὰρ ἐκ τούτων καὶ τῶν ἄλλων εἰκάσαι.

Sumatur è poëtis, Homerus, ex historicis vero HERODOTVS. Satis enim ex his coniicere de aliis possumus.

καὶ πάλιν μετὰ πολλά.

Et iterum post multa.

contraria atq; ipse fuerat opinatus. Post hæc inter eos ita conuentum est vt mutuo hospites essent ac socii: proque vno duo delubra apud Assesum ædificauit. Alyattes ipse ex morbo conualuit. Et quæ ad bellum quidem Alyattis cum Milesiis atque Thrasybulo pertinent, ita habuere. ¶ Periander autem Cypseli filius, fuit is qui Thrasybulo indicauit oraculum, Corinthi tyrannus: cui maximum miraculum fuisse oblatum populares sui prædicant, & his Lesbii assentiuntur. Arionem Methymnæum delphino insidentem ad Tænaron fuisse euectum, qui erat citharœdorum sui sæculi nulli secundus: quique primus hominũ quos nouimus, & fecit & nominauit & docuit Corinthi dithyrambum. Hunc Arionẽ ferunt, quum permultum temporis triuisset apud Periandrum, concupisse in Italiam Siciliamque nauigare: rursusque, parta ingenti pecunia, voluisse Corinthum [1] reuerti: &, quum profecturus Tarento esset, quia nullis magis quam Corinthiis fideret, nauigium virorum Corinthiorum conduxisse. Quum igitur altum tenerent, [2] istos Arioni insidiatos, vt eo deturbato, pecunia potirentur. Hoc illum intelligentem, oblata eis pecunia, mortem tantum fuisse deprecatum. Non persuadenti nautas iussisse vt aut sibi manus inferret, vt sepulturam in terra nanciscereturꝰ aut illico in mare desiliret. Arionem ad hanc [3] difficultatem redactum, obsecrasse vt quandoquidem ipsis ita placitum esset, paterentur se omni suo ornatu coopertum, stantemque super foros, cantare: & quum decantasset, pollicebatur se sibi manus illaturum. Istos igitur (inuaserat enim eos libido audiendi præstantissimum inter homines modulatorem) è puppe in mediam nauem concessisse. Illum, induto sibi omni ornatu, ac sumpta cithara stantem super foros, inchoasse carmen quod dicitur orthium: eoque decantato, sese, vt erat ornatus, in mare iecisse. Et hos quidem cursum tenuisse Corinthum: illum vero aiunt à delphino exceptum, Tænaron fuisse transuectum: & quum è delphino descendisset, Corinthum eodem habitu perrexisse: & vbi peruenit, quicquid contigerat enarrasse. Periandrum autem, quia non crederet, tenuisse hominem in custodia, nequò prodiret: ceterum curauisse

XXIII

XXIV

τοὺς ἐναντίους λόγους ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε. μετὰ δὲ, ἤ τε ἀφάλαγή σφι ἐγίνετο, ἐών ὥστε ξείνους ἀλλήλοισι εἶναι καὶ ξυμμάχους. καὶ δύο τε δὴ τοι ἐνὸς νηοὺς τῇ Ἀθηναίῃ ἀκοδόμησεν ὁ Ἀλυάττης ἐν τῇ Ἀσσησῷ, αὐτός τε ἐκ τῆς νούσου ἀνέστη. καὶ τὰ μὲν κατὰ δὴ τοὺς Μιλησίους τε καὶ Θρασύβουλον πόλεμον Ἀλυάττῃ ὧδε ἔσχε. Περίανδρος δὲ ἦν Κυψέλου παῖς, οὗτος ὁ τῷ Θρασυβούλῳ δόξης τέρας μεγιστοποιήσας. ἐτυραννεύετο δὲ ὁ Περίανδρος Κορίνθου, τῷ δὴ λέγουσι Κορίνθιοι (ὁμολογέουσι δὲ σφι Λέσβιοι) ἐν τῷ βίῳ θαῦμα μέγιστον παραστῆναι. Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον ἐπὶ δελφῖνος ἐξενειχθέντα ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον, καὶ διθυράμβου, πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. Τοῦτον δὲ Ἀρίονα λέγουσι, ὄντα πολλὸν τοῦ χρόνου παρατείνοντα παρὰ Περιάνδρῳ, ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς Ἰταλίην τε καὶ Σικελίην· ἐργασάμενον δὲ χρήματα μεγάλα, θελῆσαι ὀπίσω ἐς Κόρινθον ἀπικέσθαι. ὁρμᾶσθαι μὲν νυν ἐκ Τάραντος, πίστιν δὲ οὐδαμοῖσι μᾶλλον ἢ Κορινθίοισι, μισθώσασθαι πλοῖον ἀνδρῶν Κορινθίων. τοὺς δὲ ἐν τῷ πελάγεϊ ὑποβουλεύειν, ὄν Ἀρίονα ἐκβαλόντας, ἔχειν τὰ χρήματα. ὃν δὲ, συνιέντα τοῦτο, λίσσεσθαι, χρήματα μὲν παρεχόντα σφι, ψυχὴν δὲ παραιτέεσθαι. οὐκων δὴ πείθειν αὐτὸν τούτοισι, ἀλλὰ κελεύειν τοὺς πορθμέας ἢ αὐτὸν ἀφανέα ἑωυτὸν ποιέειν, ὡς ἂν ταφῆς ἐν γῇ τύχῃ, ἢ ἐκπηδᾶν ἐς τὴν θάλασσαν τὴν ταχίστην. ἀπειλήσαντα δὲ τὸν Ἀρίονα ἐς ἀπορίην, παραιτήσασθαι, ἐπείδή σφι οὕτω δοκέοι, περιιδεῖν αὐτὸν ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ στάντα ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι, ἀείσαντα. ἀείσας δέ, ὑπεδέκετο ἑωυτὸν κατεργάσασθαι. καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν, εἰ μέλλοιεν ἀκούσεσθαι τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπων ἀοιδοῦ, ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς πρύμνης ἐς μέσην νέα. τὸν δὲ, ἐνδεδυκότα τε πᾶσαν τὴν σκευὴν, καὶ λαβόντα τὴν κιθάρην, στάντα ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι, διεξελθεῖν νόμον τὸν ὄρθιον. τελευτῶντος δὲ τοῦ νόμου, ῥίψαι μὲν ἐς τὴν θάλασσαν ἑωυτὸν, ὡς εἶχε, σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ. καὶ τοὺς μὲν ἀποπλέειν ἐς τὴν Κόρινθον· τὸν δὲ, δελφῖνα λέγουσι ὑποδέξαντα, ἐξενεῖκαι ἐς Ταίναρον. ἀποβάντα δὲ αὐτὸν χωρέειν ἐς Κόρινθον σὺν τῇ σκευῇ. καὶ ἀπικόμενον ἀπηγέεσθαι πᾶν τὸ γεγονός. Περίανδρον δὲ ὑπὸ ἀπιστίης Ἀρίονα μὲν ὑπὸ φυλακῇ ἔχειν, οὐδαμῇ μετιέντα, αὐτὰρ ὅδε

1 *Hic ὀπίσω est potius* retro, *vel* retrorsum. 2 Istos machinatos esse vt Arione deturbato, pec. 3 Consilii inopiam.

ἔχῃ τῶν περθμέων· ὡς δὲ ἄρα παρῆσαν αὐτὸς κληθέντας, ἱστορέεσθαι εἴ τι λέγοιεν περὶ Ἀρίονος. Φαμένων δὲ ἐκείνων ὡς εἴη τε σῶς περὶ τὴν Ἰταλίην, καὶ μιν ἐν Τάραντι λίποιεν εὖ πρήσσοντα· ἐπιφῆναί σφι δὲ Ἀρίονα, ὥσπερ ἔχων ἐξεπίδησε ἐς τοὺς σκευαλφίζας, οὐκ ἔχειν ἔπι ἐλέγχομένους ἀρνέεσθαι. Ταῦτα μὲν νυν Κορίνθιοί τε καὶ Λέσβιοι λέγουσι· καὶ Ἀρίονός ἐστι ἀνάθημα χάλκεον ἐὸν μέγα ἐπὶ Ταινάρῳ, ἐπὶ Δελφῖνος ἐπέων ἀνθρώπος. Ἀλυάττης ὁ Λυδὸς ὃν πρὸς Μιλησίους πόλεμον διενείκας, μετέπεσε τελευτὴ τοιήδε, βασιλεύσας ἔτεα ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα· ἀπέθανε δ', ἐκφυγὼν τὸ ἴσον, δεύτερος τοῦτο τὸ οἰκίης τοῦτο, ἐς Δελφοὺς χρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν, καὶ στόμα χρητηρίδιον σιδήρεον κολλητόν, θέης ἄξιον ἐκ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων· Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε. Τελευτήσαντος δὲ Ἀλυάττεω, ἐξεδέξατο τὴν βασιληίην Κροῖσος ὁ Ἀλυάττεω, ἐτέων ἐὼν ἡλικίην πέντε καὶ τεσσερήκοντα· ὃς δὴ Ἑλλήνων πρώτοισι ἐπεθήκατο Ἐφεσίοισι. ἔνθα δὴ οἱ Ἔφεσιοι πολιορκεόμενοι ὑπ' αὐτοῦ, ἀνέθεσαν τὴν πόλιν τῇ Ἀρτέμιδι, ἐξάψαντες σχοινίου ἐκ τοῦ νηοῦ ἐς τὸ τεῖχος. ἔστι δὲ μεταξὺ τῆς παλαιῆς πόλιος, ἣν τότε ἐπολιορκέετο, καὶ τοῦ νηοῦ, ἐπὶ στάδιοι. πρώτοισι μὲν δὴ τούτοισι ἐπεχείρησε Κροῖσος· μετὰ δὲ, τὰ μέρεα ἐκάστοισι Ἰώνων τε καὶ Αἰολέων, ἄλλοισι ἄλλας αἰτίας ἐπιφέρων, τὰς μὲν εὐδυνάτο μείζονας παρεξείσκων, μείζονα ἐπαιτιώμενος, τοῖσι δὲ αὐτέων, καὶ φαυλοτάτας ἐπιφέρων. Ὡς δὲ ἄρα οἱ ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἕλληνες κατεστράφατο ἐς φόρου ἀπαγωγήν, ἐνθεῦτεν ἐπενόεε, νέας ποιησάμενος, ἐπὶ Χρέφη τοῖσι νησιώτῃσι. ἐόντων δὲ οἱ πάντων ἕτοιμα ἐς τὴν ναυπηγίην, οἱ μὲν Βίαντα λέγουσι τὸν Πριηνέα ἀπικόμενον ἐς Σάρδις, οἱ δὲ, Πιττακὸν τὸν Μιτυληναῖον. εἰρομένου δὲ Κροίσου εἴ τι εἴη νεώτερον περὶ τὴν Ἑλλάδα, εἰπόντα τάδε, καταπαῦσαι τὸν ναυπηγίην, Ὦ βασιλεῦ, νησιῶται ἵππον συνωνέονται μυρίην, ἐς Σάρδις τε καὶ σὲ ἐπὶ σοὶ ἐόντες ἐν τῷ στρατεύεσθαι. Κροῖσον δὲ, ἐλπίσαντα λέγειν ἀληθέα, εἰπεῖν, Αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν, ἐπὶ νόον νησιώτῃσι, ἐλθεῖν ἐπὶ Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισι. τὸν δ', ὑπολαβόντα φάναι, Ὦ βασιλεῦ, εὔχεαι μὲν φαίνεαι εὔξασθαι νησιώτας ἱππευομένους λαβεῖν ἐν ἠπείρῳ εἰκότα ἐλπίζων. νησιώτας δὲ τί δοκέεις ἄλλο ἢ ἐπί τε τάχιστα ἐπεύξεσθαι σε

vt nautas haberet. Eos accitos, vbi adfuerunt, percontatũ ſiquid de Arione memorarent: & referentibus illum ſoſpitem circa Italiam agere, fortunatumque Tarenti ſe reliquiſſe, Arionem apparuiſſe eodem quo deſiliiſſet habitu: iſtos terrefactos, nihil amplius habuiſſe quod conuicti inficiarentur. Hęc Corinthii ac Lesbii aiunt: extatque apud Tænarum [1] ingens Arionis ex ære donariũ, ſuper delphinum ſedens. Porro Alyattes Lydus, confecto cum Mileſiis bello, poſtea, quum ſeptem & quinquaginta regnaſſet annos, vita exceſſit: qui ſecũdus ex hac domo, quum è morbo conualuiſſet, apud Delphos dedicauit grandem ex argento pateram: itemque alteram ex ferro paruulam, compactilem, ſpectatu dignam inter omnia quæ ſunt Delphis donaria: opus Glauci Chii, qui ſolus omnium compactionem ferri excogitauit. ¶ Defuncto Alyatte, ſucceſſit in regno CROESVS, annos natus quinque & triginta: qui primus Græcorum Epheſiis bellum intulit. Vnde Epheſii ab eo obſeſſi, vrbem Dianę donarunt, funem ex æde Dianę ad murũ alligato. Eſt autem inter veterem vrbem quæ tunc obſidebatur, & templum, ſeptem ſtadiorum interuallum. Hos primos Crœſus aggreſſus eſt, deinde vero carptim ſingulos Ionum Æolumq; alias in alios cauſſas prætendens, vt in quoſque maximas reperire poterat: in quoſdam etiam friuola cauſatus. Poſtea vero quam Græcos in Aſia ſubegit ad tributum pendendum, tunc conſtituit ædificatis nauibus aggredi inſulanos. Ad quas compingendas, quum omnia in expedito eſſent, dicunt alii Biantem Prienæum, alii Pittacum Mitylenæum, quum ſe Sardis contuliſſet, interrogatum à Crœſo numquid apud Græciam noui eſſet: reſpondiſſe quod illum à compingenda claſſe inhibuit. Inquit enim, Inſulani, ô rex, [2] decem millia equorum coemerunt, habentes in animo aduerſus Sardis atque te exire in expeditionem. Et Crœſum vera loqui ratum, dixiſſe, Vtinam dent dii hanc inſulanis mentem Lydos inuadendi cum equis. Atque hunc excipientem dixiſſe, Videris mihi, ô rex, cupide vota facturus vt inſulanos in continente adipiſcaris equitãtes, haud abſurda ſpe. Verum quid aliud inſulanos optare cenſes [3] quam, ſimulac audierint conſtitu-

XXV

XXVI

XXVII

τὸν Κροῖσον,

---

1 Legit μέγα, non οὐ μέγα. id eſt, non magnum. Deinde omittitur ἄνθρωπος, id eſt homo, poſt ſedens. Niſi quis malit, delphino inſidens homo. 2 Vel, Infinitum equitatum coemunt 3 Quin quoniam audiuerunt conſt.

iſſe

ſſe te aduerſus ſe claſſem ædificare, vt nacti Lydos in mari intercipiant, teque pro his Græcis quos tu in continente [1] tibi adieciſti, vlciſcantur? [2] Hoc ſermone delectatum admodum Crœſum, atque inductum (eſt enim viſus ille perquã ſcite dixiſſe) ab ædificanda claſſe deſtitiſſe, atque ita cum Ionibus qui inſulas incolerent, hoſpitium contraxiſſe.

XXVIII Interiecto autem tempore, ſubactis ferme omnibus qui intra Halym colunt. nam præter Cilices ac Lycios ceteros omnes Crœſus in ſuam poteſtatem redegit, qui ſunt, Lydi, Phryges, Myſi, Mariandyni, Chalybes, Paphlagones, Thraces, Thynique & Bithyni, Cares, Iones, Dores, Æoles, Pamphylii.

XXIX ¶ His inquam ſubactis, & potentia Lydorum per Crœſum aucta, contulerunt ſe Sardis opibus florentes, tum ceteri omnes è Græcia ſophiſtæ, qui ea tempeſtate erant, pro ſe quiſque proficiſcentes: tum vero Solon, vir Athenienſis, qui quum leges iubentibus Athenienſibus tuliſſet, decem annos per cauſſam contemplandi, nauigando erat peregrinatus, vt ne quam legum quas condiderat abrogare cogeretur. Nam hoc Athenienſes ipſi facere nequibant, maximo iureiurando adacti ad eas decem per annos ſeruandas quas ipſis Solon

XXX condidiſſet. Harum itaque legum ac contemplandi gratia Solon peregre profectus, in Ægyptum ad Amaſim ſe contulit, & Sardis ad Crœſum. Eo quum peruenifſet, hoſpitaliter in regiã à Crœſo exceptus eſt: tertioque aut quarto quam venerat die, iuſſu Crœſi, miniſtri circumduxerunt hominem circa theſauros: omniaque quæ illic inerant magna ac beata, oſtentarunt. Eum porro contemplatum cuncta, & vt ſibi opportunum fuerat intuitum, talibus percontatus eſt Crœſus, Hoſpes Athenienſis, quia multus ad nos rumor de te emanauit ob tuam ſapientiam, tuamq; [3] diſcurſationem, qui philoſophando permulta videndi gratia es peregrinatus: ideo mihi nunc cupido inceſſit ſciſcitandi ex te [4] ecquem vidiſti omnium beatiſſimum. Sperans videlicet ſe inter homines beatiſſimum eſſe, ita ſciſcitabatur. Solon autem nihil admodum aſſentatus, ſed vt res erat reſpondens, Ego vero (inquit) ô rex, vidi beatiſſimum Tellum

μέλλοντα ὅτι σφίσι ναυτικὴν ἐπιθήσεσθαι νέας, λαβεῖν ἀρᾶσθαι Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ, ἵνα ἀντὶ τῶν ἐκ τῆς ἠπείρου οἰκημένων Ἑλλήνων πίσωνται σε, τοὺς σὺ δουλώσας ἔχεις; κάρτα τε ἀθηναῖ Κροῖσον τῷ ἐπιλόγῳ· καί οἱ (ἦν γὰρ δόξαι λέγειν) πειθόμενον, παύσασθαι τῆς ναυτικῆς· καὶ οὕτω τοῖσι τοὺς νήσους οἰκημένοισι Ἴωσι ξεινίην συνεθήκατο. Χρόνου δὲ ἐπιγενομένου, καὶ κατεστραμμένων σχεδὸν πάντων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ οἰκημένων. πλὴν γὰρ Κιλίκων καὶ Λυκίων, τοὺς ἄλλους πάντας ὑπὸ ἑωυτῷ εἶχε καταστρεψάμενος ὁ Κροῖσος. εἰσὶ δὲ οἵδε, Λυδοί, Φρύγες, Μυσοί, Μαριανδυνοί, Χάλυβες, Παφλαγόνες, Θρῆικες, οἵ Θυνοί τε καὶ Βιθυνοί, Κᾶρες, Ἴωνες, Δωριέες, Αἰολέες, Πάμφυλοι. Κατεστραμμένων δὲ τούτων, καὶ προσεπικτωμένου Κροίσου Λυδοῖσι, ἀπικνέονται ἐς Σάρδις ἀκμαζούσας πλούτῳ ἄλλοι τε οἱ πάντες ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος σοφισταί, οἳ τῦτον τὸν χρόνον ἐτύγχανον ἐόντες, ὡς ἕκαστος αὐτέων ἀπικνέοιτο· καὶ δὴ καὶ Σόλων, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασι ποιήσας, ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα, κατὰ θωρείης πρόφασιν ἐκπλώσας, ἵνα μὴ δή τινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι τῶν ἔθετο. αὐτοὶ γὰρ οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὸ ποιῆσαι Ἀθηναῖοι. ὁρκίοισι γὰρ μεγάλοισι κατείχοντο, δέκα ἔτεα χρήσεσθαι νόμοισι τοῖσι ἄν σφίσι Σόλων θῆται. Αὐτῷ δὴ τῷ Σόλωνι ὧν τούτου καὶ τῆς θωρείης ἐκδημήσας ὁ Σόλων εἵνεκα, ἐς Αἴγυπτον ἀπίκετο παρὰ Ἄμασιν, καὶ δὴ καὶ ἐς Σάρδις παρὰ Κροῖσον. ἀπικόμενος δὲ, ξεινίζετο ἐν τοῖσι βασιληίοισι ὑπὸ τῦ Κροίσου· μετὰ δὲ ἡμέρῃ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ, κελεύσαντος Κροίσου, ὃν Σόλωνα θεράποντες περιῆγον κατὰ τοὺς θησαυροὺς, καὶ ἐπεδείκνυον πάντα ἐόντα μεγάλα τε καὶ ὄλβια. θεησάμενον δέ μιν τὰ πάντα εὖ ἐόντα μεγάλα τε, καὶ σκεψάμενον ὡς οἱ καιρὸς ἦν, εἴρετο ὁ Κροῖσος τάδε, Ξεῖνε Ἀθηναῖε, παρ' ἡμέας γὰρ περὶ σέο λόγος ἀπῖκται πολλὸς, καὶ σοφίης εἵνεκεν τῆς σῆς καὶ πλάνης, ὡς φιλοσοφέων, τῆς πολλῆς θεωρείης εἵνεκεν ἐπελήλυθας· νῦν ὦν ἵμερός ἐστί μοι ἐπειρέσθαι σε, εἴ τινα ἤδη πάντων εἶδες ὀλβιώτατον. ὁμῶς, ἐλπίζων εἶναι ἄνθρωπον ὀλβιώτατον, τοῦτο ἐπηρώτα. Σόλων δὲ, οὐδὲν ὑποθωπεύσας, ἀλλὰ τῷ ἐόντι χρησάμενος, λέγει, Ὦ βασιλεῦ, Τέλλον

1 In ſeruitutem redegiſti. 2 Hoc illius ita reſpondentis ſermone del. *Vel.* His verbis quibus ſermonem ipſius exceperat. *Alioqui ἐπιλόγῳ eſſet pro λόγῳ.* 3 Vagam peregrinationem [*proprie* vagationem] quam, vtpote philoſophari volens, multa videndi ſtudio confeciſti. 4 An quempiam vid.

Αθηναῖοι. ἀποθωϋμάσας ὁ Κροῖσος ὁ λεχθὲν, εἰ-
» ρετο ὁπισχρεφέως, Κοίη δὴ κρίνεις Τελλον εἶ ὀλβι-
» ώτατον; ὁ δὲ εἶπε, Τέλλῳ τούτῳ μὲν, τῆς πόλιος εὖ
» ἠκούσης, παῖδες ἦσαν καλοί τε κἀγαθοὶ, καὶ σφι εἶ-
» δε ἅπασι τέκνα ἐκλελόμενα, καὶ πάντα τὰ δικαιό-
» τατα. ἐς τοῦτο δὲ τοῦ βίου εὖ ἠκοντι, ὡς τὰ παρ' ἡμῖν,
» τελευτὴ τοῦ βίου λαμπροτάτη ἐπεγένετο. γενο-
» μένης γὰρ Ἀθηναίοισι μάχης πρὸς τοὺς ἀστυγεί-
» τονας ἐν Ἐλευσῖνι, βοηθήσας, καὶ τρόπαιον ποιήσας
8 » τῶν πολεμίων, ἀπέθανε κάλλιστα. καί μιν Ἀθηναῖ- 10
» οι δημοσίη τε ἔθαψαν αὐτοῦ τῇ περ ἔπεσε, καὶ ἐτίμη-
» σαν μεγάλως. Ὡς δὲ τὰ πρῶτα ὄν Τέλλον προσε-
τρέψατο ὁ Σόλων ὄν Κροῖσον, εἶπας πολλά τε καὶ
ὄλβια, ἐπηρώτα τίνα δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ἴδοι· δο-
κέων πάγχυ δευτερεῖα γοῦν οἴσεσθαι. ὁ δὲ εἶπε
» Κλέοβίν τε καὶ Βίτωνα. τούτοισι γὰρ ἐοῦσι γένος
» Ἀργείοισι βίος τε ἀρκέων ὑπῆν, καὶ πρὸς τού-
» τῳ, ῥώμη σώματος τοιήδε, ἀεθλοφόροι τε ἀμφότε-
» ροι ὁμοίως ἔσαν. καὶ δὴ καὶ λέγεται ὧδε λόγος ἐ-
» ούσης ὁρτῆς τῇ Ἥρῃ τοῖσι Ἀργείοισι, ἔδεε πάντως 20
» τὼ μητέρα αὐτοῖν ζεύγεϊ κομισθῆναι ἐς τὸ ἱερόν·
» οἱ δέ σφι βόες οὐκ ἐκ τοῦ ἀγροῦ οὐ παρεγίνοντο ἐν
» ὥρῃ. ἐκκλησιζόμενοι δὲ τῇ ὥρῃ οἱ νεηνίαι, ὑπο-
» δυόμενοι αὐτοὶ ὑπὸ τὼ ζεύγλω, εἵλκον τὼ
» ἅμαξαν. ἐπὶ τῆς ἁμάξης δὲ σφι ὀχέετο ἡ μή-
» τηρ. σταδίους δὲ πέντε καὶ τετταράκοντα διακο-
» μίσαντες, ἀπίκοντο ἐπὶ τὸ ἱερόν. ταῦτα δὲ σφι
» ποιήσασι, καὶ ὀφθεῖσι ὑπὸ τῆς πανηγύριος,
» τελευτὴ τοῦ βίου ἀρίστη ἐπεγένετο. διέδεξέ τε
» ἐν τούτοισι ὁ θεὸς, ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τε- 30
» θνάναι μᾶλλον ἢ ζώειν. Ἀργεῖοι μὲν γὰρ περι-
» στάντες ἐμακάριζον τῶν τεκνίων τὼ γενόμενοι· αἱ
» δὲ Ἀργεῖαι, τὴν μητέρα αὐτῶν, οἷον τέκνων ἐ-
» κύρησε, ἡ δὲ μήτηρ, περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ τε ἔρ-
» γῳ καὶ τῇ φήμῃ, στᾶσα αἰτίον τοῦ ἀγάλματος, εὔ-
» χετο, Κλεόβι τε καὶ Βίτωνι, τοῖσι ἑωυτῆς τέ-
» κνοισι, οἵ μιν ἐτίμησαν μεγάλως, δοῦναι τὴν
» θεὸν τὸ ἀνθρώπῳ τυχεῖν ἄριστον ὅτι. μετὰ τοῦ-
» την δὲ τὴν εὐχὴν, ὡς ἔθυσάν τε καὶ δειπνήσα-
» σαν, κατακοιμηθέντες ἐν αὐτῷ τῷ ἱρῷ οἱ νεη- 40
» νίαι, οὐκέτι ἀνέστησαν, ἀλλ' ἐν τέλει τούτῳ ἔ-
» σχοντο. Ἀργεῖοι δὲ σφέων εἰκόνας ποιησάμε-
» νοι, ἀνέθεσαν ἐς Δελφοὺς, ὡς ἀνδρῶν ἀρίστων
» γενομένων. Σόλων μὲν δὴ δεύτερα νέμων ἐκόσμη-
σε τούτοισι· Κροῖσος δὲ σκαιχθεὶς,

Athenienſem. Quod dictum admiratus Crœſus, inſtat interrogare, Qua de re Tellum iudicas eſſe beatiſſimum? Quia, inquit, Tello, republica bene inſtituta, filii fuerunt honeſti & boni, [1] eorumque ſingulis liberi, hique omnes ſuperſtites: & quum hoc vitæ, quantū in nobis ſitum eſt, bene traduxiſſet, obitus ſplendidiſſimus ei obtigit. Siquidem prœlio quod Athenienſes cum finitimis geſſere apud Eleuſinē, quum auxilio veniſſet, hoſtemque in fugam vertiſſet, pulcherrimam oppetiit mortē. Quem Athenienſes, quo loco occubuerat, eo ipſo publice humarunt, magnificeque honorarunt. Tum vero multa de Tello ac beata Solone referente, excitatus Crœſus, interrogat quemnam ſecundū ab illo vidiſſet: putans haud dubie ſecundas ſe partes eſſe laturū. Cleobin, inquit ille, & Bitonem: quippe his & genus Argiuum erat, & victus ſuppeditabat: adhæc corporis robur tantum vt & in certaminibus ambo pariter victores extiterint: & de his etiam iſta memorentur: Quum dies feſtus Iunonis apud Argiuos eſſet, oporteretque omnino matrem horum ad templum ferri bobus iunctis, hique boues ex agro eis ad horam præſto non eſſent: tunc iuuenes excluſi tempore, iugum ſubeuntes, plauſtrū pertraxerunt quo mater vehebatur, & quinque ac quadraginta per ſtadia trahentes ad templum peruenerunt. Quibus quum hæc feciſſent, & ab omni cœtu conſpecti fuiſſent, optimus obtigit vitæ exitus: & per hæc deus iudicauit, Satius homini eſſe mori quam viuere. Nam quum circunſtantes Argiui, laudibus tollerent, viri quidem, conſilium filiorum: feminæ vero, matrem eorum, quod talibus filiis prædita eſſet: mater gaudio perfuſa cum liberorum facto tum fama, ante ſimulacrum ſtans, precata eſt eam vt Cleobi & Bitoni filiis ſuis daret id quod optimum eſſet homini contingere. Poſt hanc precationem, vbi ſacrificarunt epulatique ſunt, qui eſcentes in ipſo delubro, nō ſunt amplius excitati, ſed hoc vitæ exitu perfuncti. Quorum effigies, tanquam virorum qui præſtantiſſimi extitiſſent, Argiui factas, apud Delphos collocarunt. Et his quidem Solon ſecundas beatitudinis partes attribuit. [2] Crœſus autē conturbatus,

XXXI

XXXII

1 Ex quibus ſingulis vidit natos liberos, eoſque ὀν. 2 Cr. autem *hoc reſponſo* offenſus. *vel*, in iram concitatus.

inquit,

inquit, Hospes Athenienſis, adeone à te deiicitur in nihilum noſtra felicitas, vt ne priuatis quidem viris nos æquiparandos ducas? Cui ille, Me Crœſe gnarum omne numen inuidum eſſe & turbulentum, de rebus humanis interrogas? In diuturno enim tempore multa videntur quæ nemo velit videre, & tolerantur multa quæ nolit quiſpiam tolerare. Proponamus enim homini terminum vitæ ad ſeptuaginta annos, qui anni conſtant ex vigintiquinque millibus ac ducentis diebus, menſe intercalari non poſito.[1] Quod ſi velis alternos iſtorum annorum addito menſe prolixiores fieri, vt tempora opportune incidentia congruant, menſes quidem intercalares per annos ſeptuaginta, fient trigintaquinque, dies autem ex his menſibus mille[2] quingenti. Horum dierum omnium, qui ſunt in ſeptuaginta annos, numero vigintiſex millia ducenti quinquaginta,[3] nullus prorſus qualem alius rem affert. Ita igitur, Crœſe, omnino calamitoſus eſt homo. Ceterum tu quidem mihi videris & diuitiis valde pollere, & permultorum hominũ rex eſſe: ſed id de quo me interrogaſti, nondum te eſſe dixero priuſquam te bene vita defunctum eſſe audiero. Neque enim beatior eſt qui magnis opibus præditus eſt, eo qui[4] diurnum victum habet: niſi eidem omnibus bonis prædito, fortuna conceſſerit bene vita defungi. Etenim complures homines ſunt perquã locupletes, minime tamen beati: complures item mediocria habentes patrimonia, fortunati. Quorum is qui diuitiis affluit, ſed nõ beatus eſt, duabus tantummodo rebus antecellit fortunatum: at hic illum pluribus. Ille ad cupiditates implendas, & ad grandem quæ incidat offenſam ſuperandam validior eſt:[5] hic, etſi illo inferior eſt in his duobus quæ bene illi à fortuna denegantur, tamen excellit quod illorum inexpertus eſt, quod proſpera fruitur valetudine, quod malorum expers, quod bonorum liberorum parens, quod formoſus eſt. Quod ſi præter hæc, diem quoq; ſuũ recte obierit, is eſt (quẽ queris) dignus qui vocetur beatus: prius tamen quam ad obitum peruenerit, nequaquam beatus appellandus, ſed fortunatus. Sed hæc omnia conſequi hominem impoſſi-

εἶπε, Ὦ ξεῖνε Ἀθηναῖε, ἡ δὲ ἡμετέρη εὐδαιμονίη οὕτω τοι ἀπέρριπται ἐς τὸ μηδέν, ὥστε καὶ ἰδιωτέων αὐτῶν ἀξίους ἡμέας ἐποίησας; ὁ δὲ εἶπε, Ὦ Κροῖσε, ἐπισταμένου με τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες, ἐπειρωτᾷς ἀνθρωπηίων πρηγμάτων πείρῃ; ἐν γὰρ τῷ μακρῷ χρόνῳ πολλὰ μὲν ἔστι ἰδέειν τὰ μὴ τις ἐθέλει, πολλὰ δὲ καὶ παθέειν. ἐς γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτεα κεῖται τῆς ζωῆς ἀνθρώπῳ προτίθημι. οὗτοι ἐόντες ἐναυσοὶ ἑβδομήκοντα, παρέχονται ἡμέρας δισχιλίας καὶ πεντακισχιλίας καὶ δισμυρίας, ἐμβολίμου μηνὸς μὴ γενομένου. εἰ δὲ δὴ ἐθελήσει τοῦτέων τῶν ἐτέων μηνὶ μακρότερον γίνεσθαι, ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι τῷ χρόνῳ γινόμεναι ἐς τὸ δέον, μηνῶες μὲν τῷ πρὸ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτεα οἱ ἐμβόλιμοι γίνονται τριάκοντα πέντε· ἡμέραι δὲ ἐκ τῶν μηνῶν τούτων, χίλιαι πεντήκοντα. τούτων τῶν ἀτασθάλων ἡμερέων τῶν ἐς τὰ ἑβδομήκοντα ἔτεα, ἐουσέων πεντήκοντα καὶ δισχιλίων καὶ ἑξακισχιλίων καὶ δισμυρίων, ἡ ἑτέρη αὐτέων τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ τὸ παράπαν οὐδὲν ὅμοιον προσάγει πρῆγμα. οὕτω ὦν ὦ Κροῖσε πᾶς ἐστὶ αὐθρωπος συμφορή. ἐμοὶ δὲ σὺ καὶ πλουτέων μέγα φαίνεαι, καὶ βασιλεὺς εἶ πολλῶν ἀνθρώπων· ἐκεῖνο δὲ τὸ εἰρέο με, οὐκω σε ἐγὼ λέγω, πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς ὄν αἰῶνα πύθωμαι. οὐ γάρ τοι ὁ μέγα πλούσιος μᾶλλον τοῦ ἐπ' ἡμέρῃ ἔχοντος, ὀλβιώτερός ἐστι· εἰ μὴ ἡ τύχη ὑπίσσοιτο, πρὸς τὰ καλὰ ἔχοντι τελευτῆσαι τὸν βίον. πολλοὶ μὲν γὰρ ζάπλουτοι ἀνθρώπων, ἀόλβιοί εἰσι· πολλοὶ δὲ μετρίως ἔχοντες βίου, εὐτυχέες. ὁ μὲν δὴ μέγα πλούσιος, ἀνόλβιος δὲ, δυοῖσι προέχει τοῦ εὐτυχέος μοίρῃσι· οὗτος δὲ, τοῦ πλουσίου καὶ ἀνολβίου πολλῇσι. ὁ μὲν, ἐπιθυμίῃ ἐκτελέσας, καὶ ἄτῃ μεγάλῃ προσπεσοῦσαν ἀείρας, δυνατώτερος· ὁ δὲ, πῇσι δὴ προέχει ἐκείνου, ἄτῃ μὲν καὶ ἐπιθυμίῃ σὺν ὁμοίως δυνατὸς ἐκείνῳ ἐὼν, τοῦτο ἔχει τὸ εὐτυχέες οἱ ἀφύκει. ἄπειρος δὲ ἐστὶ, αἴσχεος, ἀπαθὴς κακῶν, εὐπαὶς, εὐειδής. εἰ δὲ πρὸς τούτοισι ἐπὶ τελευτήσει τὸν βίον εὖ, οὗτός ἐκεῖνος, ὃν σὺ ζητεῖς, ὄλβιος κεκλῆσθαι ἄξιός ἐστι. πρὶν δ' ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχεθέν, μηδὲ καλέειν κω ὄλβιον, ἀλλ' εὐτυχέα. τὰ πρήγματα μὲν νυν τοῦτα συλλαβεῖν αὐθρωπον ἐόντα, ἀδύ-

1 Quod ſi volet annum vnum eſſe quam alterum vno menſe maiorem, vt tempora eodem opportune recurrant, menſ. 2 Quinquaginta, *ſequendo noſtram lectionem.* 3 Alter nihil affert quod alteri ſit prorſus ſimile. Ita igitur, Crœſe, omnis homo eſt ipſa calamitas. 4 Viuit in diem. 5 Hic vero iſtis illum ſuperat, quod damnum quidem ferre & deſiderium explere nõ ita poteſt vt ille: ſed hæc ab eo arcet felicitas, expers autem eſt malorum, ſanus, felix ſobole, & formoſus.

" ναται ὄντι· ὥσωρ χώρη ὁκόσην καταρκέῃ πᾶσα
" ἑωυτῇ παρέχεσθαι, ἄλλα ἄλλο μὲν ἔχει, ἑτέρου δὲ
" δεόμενος ἢ ὃ αὖ τὰ πλείω ἔχοι, ἀρίστη αὕτη. ὡς
" ὃ κῆ αὖ ἀνθρώπου σῶμα ἓν ὁκόσον αὐτάρκες ἐστί. ὃ μὲν
" γὰρ ἔχει, ἄλλου ὃ ἐνδεές ἐστι. ὃς δ' ἂν αὐτέων πλεί-
" στα ἔχων ἁβρα τελέῃ, κῆ ἔπειτα τελευτήσῃ ἐὺ αἰεί-
" ρως ὃν βίον, οὗτος παρ' ἐμοὶ ὃ οὔνομα τοῦτο, ὡς
" βασιλεὺς, δίκαιός ἐστι φέρεσθαι. σκοπέειν δὲ χρὴ
" πάντος χρήματος τὴν τελευτὴν κῆ ἀποβήσεται. πολ-
" λοῖσι γὰρ δὴ ὄλβον δέξας ὄλβον ὁ θεὸς προῤῥίζους ἀνέ-
ψε. Ταῦτα λέγων τῷ Κροίσῳ, ἄκως ἤρτε ἐ-
χαίρετο, ἤρτε λόγου μιν ποιησάμενος ἐνδεὴς, ἀπο-
πέμπεται· κάρτα δόξας ἀμαθέα εἶναι, ὃς τὰ παρε-
όντα ἀγαθὰ μετεὶς, τὴν τελευτὴν πάντος χρήματος
ὁρᾶν ἐκέλευε. Μετὰ δὲ Σόλωνα οἰχόμενον, ἔ-
λαβε ἐκ θεῶν νέμεσις μεγάλη Κροῖσον, (ὡς εἰκά-
σαι) ὅτι ἑωυτὸν ἐνόμισε εἶναι ἀνθρώπων ἁπάντων ὀλ-
βιώτατον. αὐτίκα δέ οἱ ὄνειρον ἐπέστη ὄνειρος, ὃς οἱ τῶν
ἀληθείην ἔφαινε τῶν μελλόντων γενέσθαι κακῶν
κατὰ τὸν παῖδα. ἦσαν δὲ τῷ Κροίσῳ δύο παῖδες· τῶν
τοῦτερος μὲν διέφθαρτο· (ἐὼν γὰρ δὴ κωφός) ὁ δὲ ἕ-
τερος, τῶν ἡλίκων μακρῷ τὰ πρῶτα φέρετο. οὔνο-
μα δέ οἱ ἦν Ἄτυς. τοῦτον δὴ ὧν ὄνειρον Ἄτυν σημαίνει
τῷ Κροίσῳ ὁ ὄνειρος ὡς ἀπολέει μιν αἰχμὴ σιδη-
ρέη βληθέντα. ὁ δὲ ἐπεί τ' ἐξηγέρθη, καὶ ἐωϋτῷ
λογον ἔδωκε, καταῤῥωδήσας δὲ ὄνειρον, ἄγεται μὲν
τῷ παιδὶ γυναῖκα· ἐώθοτα δ' ὡς στρατηλέειν μιν τῶν
Λυδῶν, οὐδαμῇ ἔτι ἐπὶ τοιοῦτον τρῶγμα ἐξέπεμ-
πε. ἀκόντια δ' ἢ δοράτια, ἢ τὰ τοιαῦτα πάντα τοῖ-
σι χρέονται ἐς πόλεμον ἄνθρωποι, ἐκ τῶν οἰκίων·
ωνων ἐκκομίσας, ἐς τοὺς θαλάμους συνέπισε, μὴ τι
οἱ κρεμάμενον τῷ παιδὶ ἐμπέσῃ. Ἐχόντος δὲ
οἱ ἐν χερσὶ τὸν γάμον, ἀπικνέεται ἐς Σάρδις ἀνὴρ συμφορῇ ἐχόμενος, καὶ οὐ καθαρὸς
χεῖρας ἐών, Φρὺξ μὲν γλῶσσαν, γένεος δὲ τοῦ βασιληίου.
παρῆλθε δὲ δὴ ἐς τὰ Κροίσου εἰκία, καὶ νόμους τοὺς ἐ-
πιχωρίους καθαρσίου ἐδέετο τύχας ποιήσασθαι. Κροῖ-
σος δέ μιν ἐκάθηρε. ἔστι δὲ τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι Ἕλλησι ἐπεί τε ὁ τὰ νομιζο-
μενα ἐποίησε ὁ Κροῖσος, ἐπυθέσθαι ἐκέλευε τε καὶ τίς
εἴη· λέγων τάδε, Ἄνθρωπε, τίς ἐς ἐών, ὁκόθεν τε Φρυ-
γίης ἵκαν, ὁποῖος ἐμοὶ ἐγένεο; τίνα τε αἰδρῶν ἢ γυ-
ναικῶν ἐφόνευσας; ὁ δ' ἀμείβετο, Ὦ βασιλεῦ, Γορ-
δίεω μὲν τοῦ Μίδεω εἰμὶ παῖς, ὀνομάζομαι δὲ

bile est: sicut nec vna regio cuncta sibi ipsi suppeditat: sed aliud habens, alio indiget: quę tamen habet plurima, ea est optima. quemadmodū etiam hominis corpus vnum aliquod non est consummatum: quia aliud habet, alio caret. Sed quisquis horum plurima constanter habuerit, & postea placido animo è vita excesserit, [1] hic apud me nomine hoc, veluti rex, donari meretur. Omnis autem rei oportet inspicere exitum, quò sit euasura: quoniam multos deus, quibus [2] fortunas suppeditauerat, radicitus euertit. Hæc Solon, neque assentando Crœso, neque vllius eum momenti faciendo, loquutus dimittitur: saneque est visus esse indoctus, qui bonis præsentibus prætermissis, iuberet omnium rerū inspicere exitum. ¶ Post abitum Solonis ingens deorū indignatio Crœsum excepit, quod (vt coniicere licet) seipsum omnium hominum beatissimum arbitraretur. Statim igitur ei quiescenti somnium oblatum est, veritatem indicans malorum quæ circa filium erant euentura. Erant autē Crœsō liberi duo: quorum alter [3] qui mutus, inutilis erat: alter inter æquales in omnibus longe primus, nomine Atys. Hunc itaque Atym Crœso significat somnium, fore vt ferrea cuspis traiectum interimeret. Experrectus, & secum rem versans, somnio territus, accipit filio vxorem: & quum solitus esset præesse copiis Lydorum, nusquā eum amplius ad tale munus dimittit: iacula & hastas, omniaque huiusce modi quibus homines in bello vtuntur, è porticibus amouens, in thalamos infert, nequid suspensum in filium decideret. Quum autem nuptias filii in manibus haberet, aduenit Sardis quidam in calamitate positus, manibusque non puris, natione Phryx, regio ex genere. Hunc, quum ad ædes Crœsi veniſſet, ex rituque domestico, vt sibi expiari liceret, orasset, Crœsus expiauit. Modus autem expiandi propemodum is est apud Lydos qui apud Græcos. Vbi vero legitima peregit Crœsus, percontatus est vnde ille, quisnam foret, inquiens, Homo, quis tu? & quo Phrygiæ loco profectus, domesticus mihi factus es? & quem virum aut quam feminam interemisti? Ad quē ille respondit, [3] Midæ, Gordio prognati, sum filius, nomine

1 Is (meo quidem iudicio) dignus est, ô rex, qui nomē illud ferat. *scribendo ô βασιλεῦ, pro ὡς βασιλεύς.* 2 Felicitatem ostentarat. 3 Vitio corporis laborabat: erat enim surdus. 4 *Μίδεω μὲν τοῦ Γορδίεω. Sic etiam in sequentibus.*

Adrastus:

Adraſtus: quia fratrem meum ipſius imprudēs interemi, adſum eiectus à patre, & omnibus rebus exutus. Crœſus autē inuicem ad eum his verbis inquit, Ex viris nobis amicis oriundus es, & ad amicos veniſti: hīc in noſtris ædibus tu manens, nullius rei indigebis. Iſtam porro calamitatem quam leuiſſime ferendo, plurimum lucrifacies. Atque ille quidem apud Crœſum domicilium habuit. ¶ Verum per hoc idem tempus apud Olympum montem Myſiæ, aper eximiæ magnitudinis extitit, qui ex hoc monte progreſſus, Myſorum opera peruaſtabat: quemque ſæpenumero Myſi aggreſſi, nihil admodum mali ei fecerāt, ſed ab eo acceperant. Ad extremum igitur miſſis ad Crœſum nunciis ita dixere, Apparuit, ô rex, apud nos maximus aper, qui agreſtia corrumpit opera: quem ſtudioſiſſime captantes, interimere tamen non valuimus. Nunc itaque te obſecramus vt nobiſcum filium tuum ac delectos iuuenes caneſque mittas, quò belluam è regione tollamus. Hæc illis precantibus, Crœſus ſomnia memoria repetens, ita reſpondit, Filii quidē mei nolite amplius facere mentionem: neque enim eum vobis dimitterem. nam eſt nouus maritus, & iſta nunc ſunt ei cordi. Lydorum tamen delectos & venatores omnes cum canibus vna mittam, mandaboque euntibus vt promptiſſime vobiſcū belluā de regione ſummoueant. Hæc Crœſus reſpondit. Cuius verbis quum contenti [1] non eſſent Myſii, interuenit Crœſi filius, auditiſque quæ Myſii precarentur, & Crœſo negante cum illis miſſurum ſe filium, hęc inquit ad eū adoleſcens, [2] Pater, quæ nobis antehac aliquando honeſtiſſima ac magnificentiſſima erant, vel in bella vel in venationes eundo, ſpecimen ſui dare, horum vtroque nunc excluſum me tenes, nulla in me animaduerſa neque ignauia neque ſocordia. Nunc ergo quibus me oculis conſpici oportet euntem in forum, atque illinc redeuntem? qualis ciuibus, qualis vxori recens nuptæ videbor? cui illa viro videbitur nupta? Proinde me tu aut ſinas venatum ire, aut mihi verbis perſuadeas, potiora iſta eſſe quæ facis. Cui reſpondens Crœſus, Fili, inquit, neque quod ignauiam, neque quod aliud quippiam iniucundum

Ἄδρηστος. Φοιβίσας δὲ ἀδελφεὸν ἐμεωυτῦ ἀέκων ἀπέρχομαι, ὀξελήλαμαι τε ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐστέρημαι πάντων. Κροῖσος δέ μιν ἀμείβετο τοῖσδε, Ἀνδρῶν τε φίλων τυγχάνεις ἐκγονος ἐών, καὶ ἐλήλυθας ἐς φίλους· ἔνθα ἐμὴ χαπησεις χρήματος σοδενος, μάλιστα δὲ ἡμετέρῃσι συμφορῇσι τοιαύτῃσι ὡς κου φάτα τὰ φέρων, κερδανέεις πλεῖστον. ὁ μὲν δὴ δίαιταν εἶχε παρὰ Κροίσου. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τούτῳ, ἐν τῷ Μυσίῳ Ὀλύμπῳ συὸς χρῆμα μέγα ὀρμεώμενος ἐκ τοῦ ὄρεος τούτου, τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα ἀφανίζεσκε. πολλάκις δὲ οἱ Μυσοὶ ἐπ' αὐτὸν ἐλθόντες, ποιέεσκον μὲν οὐδὲν κακόν, ἔπασχον δὲ τοιάδε αὐτοί. τέλος δὲ, ἀπικόμενοι ὡδὲ ὁ Κροῖσον τῶν Μυσῶν ἄγγελοι, ἔλεγον τάδε, Ὦ βασιλεῦ, υἱὸς χρῆμα μέγιστον ἀνεφάνη ἡμῖν ἐν τῇ χώρῃ, ὃς τὰ ἔργα ἀφανίζει τῶν δυνάμεθα. νῦν ὦν σε δεόμεθα σεῦ, τὸν παῖδα καὶ λογάδας νεηνίας καὶ κύνας συμπέμψαι ἡμῖν, ὡς αὐτὸν ἐξέλωμεν ἐκ τῆς χώρης. οἱ μὲν δὴ τούτων ἐδέοντο. Κροῖσος δὲ μνημονεύων τῶν ὀνείρου τὰ ἔπεα ἔλεγέ σφι τάδε, Παιδὸς μὲν τοῦ ἐμοῦ μὴ μνησθῆτε ἔτι· οὐ γὰρ ἂν ὑμῖν συμπέμψαιμι· (νεόγαμός τε γάρ ἐστι, καὶ ταῦτα οἱ νῦν μέλει.) Λυδῶν μέντοι λογάδας καὶ τὸ κυνηγέσιον πᾶν συμπέμψω. καὶ ἐξαγελεύσομαι τοῖσι ἰοῦσι, εἰ ὡς προθυμότατοι σφι συνεξελεῖν ὑμῖν τὸ θηρίον ἐκ τῆς χώρης. Ταῦτα ἀμείψατο. Ἀποχρεωμένων δὲ τούτοισι τῶν Μυσῶν, ἐπεισέρχεται ὁ τοῦ Κροίσου παῖς, ἀκηκοὼς τῶν ἐδέοντο οἱ Μυσοί. οὐ φαμένου δὲ τοῦ Κροίσου τόν γε παῖδά σφι συμπέμψειν, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ νεηνίης τάδε, Ὦ πάτερ, τὰ κάλλιστα πρότερόν κοτε καὶ γλυκύτατα ἡμῖν ἦν, ἔς τε πολέμους καὶ ἐς ἄγρας φοιτέοντα δόκιμέν· νῦν δὲ ἀμφοτέρων με τούτων ἀποκλήσας ἔχεις, οὔτε τινα δειλίην μοι παρειδών, οὔτε ἀθυμίην. νῦν τε τοῖσί με χρὴ ὄμμασι ἔς τε ἀγορὴν καὶ ἐξ ἀγορῆς φοιτέοντα φαίνεσθαι; κοῖός μέν τις τοῖσι πολίτῃσι δόξω εἶναι; κοῖος δέ τις τῇ νεογάμῳ γυναικί; κοίῳ δέ τινι ἐκείνη δόξει ἀνδρὶ συνοικέειν; ἐμὲ ὦν σὺ ἢ μέθες ἵεναι θήρην, ἢ λόγῳ ἀνάπεισον ὡς μοι ἄμεινόν ἐστι ταῦτα οὕτω ποιεόμενα. Ἀμείβεται Κροῖσος τοῖσδε, Ὦ παῖ, οὔτε δειλίην, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἄχαρι

1 *Legit* οὐκ ἀποχρεωμένων. *quæ eſſet vera lectio videtur.* 2 Antehac quidem, pater, nobis licebat ex rebus pulcherrimis, & in primis generoſis, nempe bella & venationes frequentando, nominis celebritatem quærere. at tu nunc vtroque iſtorum exclu-

» παιδών τοι, ποιέω ταῦτα· ἀλλά μοι ὄψις ὀνείρου
» ἐν τῷ ὕπνῳ ὀπισᾶσα ἔφη σε ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι.
» ἐκ τοῦ γὰρ αἰχμῆς σιδηρέης ἀπολέεσθαι. τοιῆς ὦν
» τοὶ ὄψιν ταύτην, τόν τε γάμον τοι τοῦτον ἔσπευσα,
» καὶ ὅπως τὰ τοιαῦτα μεμβαινόμενα οὐκ ἀποπέμπω,
» φυλακὴν ἔχων εἰκὼς διωκήμεν ὅπως τῆς ἐμῆς σε
» ζωῆς ἀφαιρεύσεται. εἰς γάρ μοι μούνος τυγχά-
» νεις ἐὼν παῖς· ὁ γὰρ δὴ ἕτερος, διεφθαρμένον τὸ
» ἀκοὴν, οὐκ εἶναί μοι λογίζομαι. Ἀμείβεται ὁ
» νεηνίης τοῖσδε, Συγγνώμην μὲν ὦ πάτερ τοι, ἰδόντι γε
» ὄψιν τοιαύτην, τοι ἐμὲ φυλακὴν ἔχειν. Ὃ δὲ οὐ
» μανθάνεις, ἀλλὰ λέληθέ σε ὄνειρον, ἐμέ τοι δίκαιόν
» ἐστι φράζειν. Φῆς τοι ὄνειρον ἐκ τοῦ αἰχμῆς σιδη-
» ρέης φανὲν ἐμὲ τελευτήσειν· ὑὸς δὲ κοῖαι μοί εἰσι
» χεῖρες, κοῖον δὲ αἰχμὴ σιδηρέη, ὥστε σὺ φοβέαι; εἰ μοὶ
» γὰρ ἐκ τοῦ ὀδόντος τοι εἶπε τελευτήσειν με, ἢ ἄλλου
» τευ ὅτευ, τι τούτῳ ἔοικε, χρεὼν δή σε ποιέειν τὰ ποιέεις·
» νῦν δὲ ἐκ τοῦ αἰχμῆς. ἐπεί τε οὖν οὐ τοιῆς αἴδεσαι
» ἡμῖν γενέσθαι ἡ μάχη, μέθες με. Ἀμείβεται Κροῖ-
» σος τοῖσδε, Ὦ παῖ, ἔξι τῇ με νικᾷς γνώμῃ ἀπο-
» φαίνων τοι τὸ ἐνύπνιον. ὡς ὦν νενικημένος ἐκ τοῦ
» σέο, μεταγινώσκω, μεθίημί τέ σε ἰέναι ὅπῃ τοὶ ἄν-
» δρην. Εἴπας δὲ ταῦτα ὁ Κροῖσος, μεταπέμπε-
» ται ὃν Φρύγα Ἄδρηστον· ἀπικομένῳ δέ οἱ λέγει
» τάδε, Ἄδρηστε, ἐγώ σε συμφορῇ πεπληγμένον, ἃ-
» χαρί τι τοι οὐκ ὀνειδίζων, ἐκάθηρα, τε οἰκίοισι ἐκτε-
» δεγμένος ἔχω, πάρεχόν τε πᾶσαν δαπάνην· νῦν
» ὦν (ὀφείλεις γὰρ, ἐμεῦ πρόσθεν ποιήσαντος χρηστὰ ἐς σε,
» χρηστοῖσί με ἀμείβεσθαι) φύλακα τοιῆσδε σε τοῦ-
» μοῦ χρήζω γενέσθαι, ἐς ἄγρην ὁρμεωμένου· μή τι-
» νες κατ' ὁδὸν κλῶπες κακοῦργοι ὅπῃ δηλήσονται φανέ-
» ωσι ὑμῖν. χρεὼν δὲ τοῦτο, καὶ σέ τοι χρεὼν ἐστὶ ἰέναι
» ἔνθα ἀπολαμπρυνέεαι τοῖσι ἔργοισι. πατρώ-
» ιόν τε γὰρ τοι ἐστὶ, καὶ πρόσεστι ῥώμην ἐκτήσθαι.
Ἀμείβεται ὁ Ἄδρηστος, Ὦ βασιλεῦ, ἄλλως μὲν
» ἐγώ γε δὴ οὐκ ἂν ἐς ἄεθλον τοιόνδε (οὔτε γὰρ
» συμφορῇ τοιῇδε κεχρημένον εἰκὸς ἐστὶ ἐς ὁμήλικας
» δὴ φοιτᾶν ἰέναι, οὔτε δ' βουλόμενον πάρα) πολ-
» λαχῇ τε ἀπίσχοντα ἐμεωυτόν· νῦν δ', ἐπεί τε σὺ σπεύ-
» δεις, καὶ δεῖ τοι χαρίζεσθαι (ὀφείλω γὰρ σε ἀμείβεσθαι
» χρηστοῖσι) ποιέειν ἕτοιμός εἰμι. παῖδά τε σὸν, τὸν
» ἐγκελεύεαι φυλάσσειν ἀπήμονα, τῶν φυλάσσοντος
εἵνεκεν τοιῆσδε τοι σπουδῆς ἔσται, ἀπονόν τοι ἔσεσθαι.
Τοιούτοισι ἐπεί τε ἐπ' ἀμείλατο Κροῖσον, ἅμα τούτοισι ἐξ-
ηρτυμένοι λεγάσι τε νεηνίῃσί τε καὶ κυσί. ἀπι-

mihi animaduerterim in te, hæc facio: sed visum quod in somnis mihi oblatum est, dixit te breuis æui futurum: quippe ferrea periturum cuspide. Cuius visi gratia & has maturaui nuptias, nec ad ea quæ suscipiuntur, dimitto, obseruans siquo pacto queam te, dum viuo, à clade subtrahere. Filius enim mihi vnicus es. nanque alterum auribus captum pro nullo existimo. Ad XXXIX
quem vicissim adolescens, Pater, inquit, tibi equidem ignosco agenti circa me custodiam, qui talem videris visionem: verum tu illam non probè percipis: quam (quoniam te latet) æquum est me tibi interpretari. Ais tibi somnum ostendisse, me ferrea periturum cuspide. At vero quænam manus sunt, quæve cuspis ferrea quam tu pertimescas? Nam si dente dixisset aut aliquo huius simili periturum me, deberes facere quæ facis: nunc autem dixit, cuspide. Quare quum non sit nobis pugna cum viris, ire me sinas. Et Crœsus, XL
Euincis me, inquit, fili ista loquens de somnio intelligendo. Quapropter, vt abs te victus, muto sententiam, & tibi veniam do eundi ad venationem. Hęc XLI
loquutus Crœsus, Adrastum Phrygem accersit, eique, vbi adfuit, talia inquit, Ego te Adraste [1] calamitate præditum (non ingrato tibi hæc exprobro) expiaui, & receptum domi habeo, omnem suppeditans sumptũ: nunc ergo de me, qui prior de te bene meritus sum, debes inuicem bene mereri. Custodem te opus est esse filii mei, venatum proficiscentis, nequi inter viam occulti grassatores in vestram perniciem prodeant. Ad hæc, tua interest eò te ire vbi splendor ex rebus gestis paratur: quod tibi paternum est: & præterea tibi robur adest. Cui Adrastus, Ego, inquit, ô XLII
rex, in istud certamen alioqui non pergerem: quem tali calamitate affectum, nefas est ad æquales se conferre fortunatos, [2] aut velle inter eos adesse. & frequenter meipsum continui: nunc tamen quoniam tibi hoc in animo est, cui gratificari debeo & gratiam referre pro beneficiis, istud exequi paratus sum: filiumque tuum, quem me custodire iubes, expecta incolumem rediturum [3] custodis caussa. Posteaquam his verbis Adrastus Crœso re- XLIII
spondit, mox instructi viris delectis, iuuenibusque & canibus, discedunt. Qui vbi ad

1 Calamitate percussum (quod non dico vt quicquam ingratum tibi exprobrem) 2 Neque mihi ea est voluntas.
3 Quod ad custodem attinet.

mon-

montem Olympum peruenere, belluam indagant, & inuentam circumfusi iaculis incessunt. Ibi hospes, is qui à cæde fuerat expiatus, & vocabatur Adrastus, vibrato in aprum iaculo, non illum, sed frustrato ictu filium Crœsi adeptus est. Ille, cuspide ictus, vocem somni impleuit. Quod factum quidam Crœso nunciaturus cucurrit, peruenitque Sardis, pugnam illi & filii necem indicauit. Crœsus autem morte
XLIV filii perturbatus, eò grauius eam ferebat, quòd is eum necasset quem expiasset à cæde. Et pergrauiter cladem suam lamentans, Iouem expiatorem inuocabat, testificans quæ ab hospite passus esset. [1] Inuocabat etiam hospitalem & familiarem, hunc eundem nominans deum: hospitalem quidem, quod quum domum excepisset hospitem, percussorem filii sui imprudens aluisset: familiarem vero, quod quem pro illius custode misisset, eum comperisset maximum hostem. Secundũ hæc, Lydi ad-
XLV fuerunt qui mortuum adferebant: post ipsum interfector sequebatur. Stans autem hic ante cadauer, sese Crœso tradebat manus protendens, iubensque vt se super cadauer mactaret, referendo, tum priorem calamitatem suam, tum, quoniam suum etiam expiatorem interemisset, sibi viuendum amplius non esse. Hæc Crœsus audiens, etsi in tanto domestico luctu positus, tamen Adrastum miseratus est, & ad eum inquit, Habeo abs te hospes omnem satisfactionem, quoniam teipsum morte condemnas. Neque vero tu huius mihi cladis autor es, nisi quatenus id fecisti imprudens: sed deorum quispiam, qui iampridem mihi ventura significauit. Crœsus ergo filium pro dignitate sepeliuit. Adrastus autem [2] Midæ filius, Gordii nepos, is qui tum fratris tum expiatoris interfector extiterat, vbi silentium hominum fuit, ad sepulcrum, [3] ignoscentibus ei hominibus ob quæ ipse grauissime afflictabatur, sese super bustum transfodit. ¶ Porro Crœsus, filio
XLVI orbatus, ingenti in luctu duos annos egit. [4] Quem luctum postea finiuit Astyagis Cyaxaris filii dominatio à Cyro Cambysis filio sublata, & res Persarum

χήμωνοι δὲ ἐς ὄν Οὔλυμπον ὄρος, ἐζήτεον θηρίον· ἀνεύρετες δὲ, καὶ περισάντες αὐτὸ κύκλῳ, ἐσηκόντιζον. ἔνθα δὴ ὁ ξεῖνος αὐτὸς δὴ ὁ καθαρθεὶς τὸν φόνον, καλεόμενος δὲ Ἄδρηστος, ἀκοντίζων τὸν συὸν, τοῦ μὲν ἁμαρτάνει, τυγχάνει δὲ τοῦ Κρήσσου παιδός. ὁ μὲν δὴ βληθεὶς τῇ αἰχμῇ, ὄζε πλησι τοῦ ὀνείρου τὸ φήμιον. ἔδεε δέ τις ἀγγελέων τῷ Κρήσσῳ τὸ γεγονός· ἀπικόμενος δὲ ἐς τὰς Σάρδις, τόν τε μάχιμον καὶ τὸν τοῦ παιδὸς μόρον ἐσήμαινε τῷ πατρί. Ὁ δὲ Κρῆσσος, τῷ θανάτῳ τοῦ παιδὸς συντετραγμένος, μᾶλλόν τι ἐδεινολογέετο ὅτι μιν ἀπέκτεινε τὸν αὐτὸς φόνου ἐκάθηρε. περιημεκτέων δὲ τῇ συμφορῇ δεινῶς, ἐκάλεε μὲν Δία καθάρσιον, μαρτυρόμενος τὰ ἐπὶ τοῦ ξείνου πεποιθώς εἴη. ἐκάλεε δὲ ἑταιρήιόν τε καὶ ἑταιρήιον, τὸν αὐτὸν τοῦτον ὀνομάζων θεόν· τὸν μὲν ἑταιρήιον καλέων, ὅτι δὴ οἰκίοισι ἐπιδεξάμενος τὸν ξεῖνον, φονέα τοῦ παιδὸς ἐλάθετο βόσκων· τὸν δὲ ἑταιρήιον, ὡς φύλακα συμπέμψας αὐτῷ, δι' ἐκείνου πολεμιώτατον.
Παρῆσαν δὲ μετὰ τοῦτο οἱ Λυδοὶ φέροντες τὸν νεκρὸν, ὄπισθεν δὲ εἵπετο ὁ φονεύς. στὰς δὲ οὗτος πρὸ τοῦ νεκροῦ, παρεδίδου ἑωυτὸν Κρήσσῳ, προτείνων τὰς χεῖρας, ὑπερκατασφάξαι μιν κελεύων τῷ νεκρῷ· λέγων τό τε πρότερον ἑωυτοῦ συμφορὴν, καὶ ὡς ἐπ' ἐκείνῃ τὸν καθάρσιον ἀπολωλεκὼς εἴη· οὐδέ οἱ εἶη βιώσιμον. Κρῆσσος δὲ τούτων ἀκηκουὼς, τόν τε Ἄδρηστον κατοικτείρει, καίπερ ἐὼν ἐν κακῷ οἰκηίῳ τοσούτῳ, καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν, Ἔ- « χω ὦ ξεῖνε πάντα σεῦ πᾶσαν τὴν δίκην, ὅτε σε- « αὐτοῦ κατεδικάζεις θάνατον. εἰς δὲ οὐ σύ μοι τοῦ- « δε τοῦ κακοῦ αἴτιος, εἰ μὴ ὅσον ἀέκων ἔρεξας· « ἀλλά τις θεῶν τυγχάνει, ὅς μοι καὶ πάλαι προεσήμαι- « νε τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. Κρῆσσος μὲν νυν ἔθαψε ὡς εἰκὸς ἦν τὸν ἑωυτοῦ παῖδα. Ἄδρηστος δὲ ὁ Γορδίεω τοῦ Μίδεω, οὗτος δὴ ὁ φονεὺς μὲν τοῦ ἑωυτοῦ ἀδελφεοῦ γενόμενος, φονεὺς δὲ τοῦ καθήραντος, ἐπεί τε ἡσυχίη τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο, τοῦδε τὸ σῆμα, συνιεὶς ἀνθρώπων εἶναι τὸν αὐτὸς εἰδὼς βαρυσυμφορώτατος, ἑωυτὸν ὑπερκατασφάζει τῷ τύμβῳ. Κρῆσσος δὲ ὅτι δύο ἔτεα ἐν πένθεϊ μεγάλῳ καθῆστο, τοῦ παιδὸς ἐστερημένος, μετὰ δὲ ἀπὸ Ἀστυάγεος τοῦ Κυαξάρεω ἡγεμονίη καταιρεθεῖσα ὑπὸ Κύρου τοῦ Καμβύσεω, καὶ τὰ τῶν Περσέων πρήγματα

1 Hospitalem & sodalitium, eundem illum deum appellans. 2 *Legit, ὁ Μίδεω τοῦ Γορδίεω, vt in præcedentibus.* 3 Sese existimans omnium hominum quos vnquam vidisset, esse miserrimum, seipsum sup. 4 Postea vero Astyagis Cyaxaris filii principatus a Cyro Cambysæ filio sublatus, Crœsi luctum inhibuit, eumque in solicitudinem coniecit quomodo posset, priusquam Persæ——

αὐξομένην, πείθειν μὲν Κροῖσον ἀπέπαυσε, ὡς ἑ-
[a] μεγάλως ὅπως οἱ ἐς Φρυγίδα, εἰκὼς δυνατὸς, πρὶν μεγάλους
ἀξιοθώμαι γενέσθαι τοὺς Πέρσας, καταβαλεῖν αὐτῶν αὐξανο-
μένην τὴν δύναμιν. μετὰ ταῦτα Ἁλυάττεω τοῦτον αὖ-
τις ἀπέπεμψε τῶν μαντηίων τῶν τε ἐν Ἕλλησι,
[b] τῶν ἐν καὶ τὸ ἐν Λιβύῃ· Ἁλυάττης ἄλλους ἄλλη, τοὺς
[c] τοὺς Φ. μὲν ἐς Δελφοὺς ἰέναι, τοὺς δὲ ἐς Ἄβας τῶν Φωκέ-
ων, τοὺς δὲ ἐς Δωδώνην. οἱ δὲ τινες ἐπέμποντο καὶ ἐς τε
Ἀμφιαρεωτέων καὶ ἐς Τροφώνιον· οἱ δὲ, τῆς Μιλη-
σίης ἐς Βραγχίδας. ταῦτα μὲν νυν τὰ Ἑλληνικὰ
μαντήια, ἐς τὰ ἀπέπεμψε μαντευσόμενος Κρῖ-
σος. Λιβύης δὲ τῆδε Ἄμμωνα ἀπέστειλε ἄλλους
χρησομένους. διέπεμπε δὲ πειρώμενος τῶν μαντη-
ίων ὅ, τι φρονέοιεν. ὡς εἰ φρονέοντα τὰ ἀληθέα ἐξευ-
ρεῖν, ἐπείρητο σφέα δεύτερα πέμπων, εἰ ὅπι χωρέ-
οι ὅτι Πέρσας στρατεύεσθαι. Ἐντειλάμενος δὲ
τοῖσι Λυδοῖσι τάδε, ἀπέπεμπε ἐς τὰ Σάρδις πειρησο-
μένους τὰ χρηστήρια, ἢν δὴ ἡμέρης ὁρμηθέωσι ἐκ Σαρ-
δίων, ἀπὸ ταύτης ἡμερολογέοντας ὃν λοιπὸν χρόνον
ἕκαστον τῇ ἡμέρῃ χρᾶσθαι τοῖσι χρηστηρίοισι, ἐπει-
ρωτέοντας ὅ, τι ποιέων τυγχάνοι ὁ Λυδῶν βασιλεὺς
Κροῖσος ὁ Ἁλυάττεω. ἅτινα δὴ αἱ ἔκαστα τῶν χρη-
στηρίων θεσπίσωσι, συγγραψαμένους ἀναφέρειν παρ'
[d] ἑωυτόν. ὅ, τι μέν νυν τὰ λοιπὰ τῶν χρηστηρίων θεσπί-
σαντα, οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν· ἐν δὲ Δελφοῖσι ὡς ἐσῆλ-
θον τάχιστα ἐς τὸ μέγαρον οἱ Λυδοὶ χρησόμενοι τῷ
θεῷ, καὶ ἐπειρώτεον τὸ εἰρημένον, ἡ Πυθίη ἐν ἑξα-
μέτρῳ τόνῳ λέγει τάδε,

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης,
Καὶ κωφοῦ συνίημι, καὶ οὐ φωνοῦντος ἀκούω.
[e] κρα- Ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρινοῖο χελώνης
ταιρίνοιο Ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσιν,
Ἦ χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, χαλκὸν δ' ἐπίεσται.

Ταῦτα οἱ Λυδοὶ θεσπισάσης τῆς Πυθίης συγγρα-
ψάμενοι, οἴχοντο ἀπιόντες ἐς τὰς Σάρδις. ὡς δὲ καὶ
οἱ ἄλλοι οἱ πανταχόθεν ἐπεμφθέντες ἀπῆσαν φέροντες τοὺς
12 χρησμούς, ἐνθαῦτα ὁ Κροῖσος ἀναπτύσσων ἕκαστα ἐπῶν ἐπε-
ῶν τῶν συγγεγραμμένων. τὸ μὲν δὴ πρῶτον ἐπεσκέ-
ετο μὲν ὁ, ὡς οὐκ ἔστι Δελφῶν ἐπίσταται, αὐτίκα τε ἐπε-
δέξατο τε καὶ ἐπεδέξατο, νομίσας μούνον εἶναι μαν-
τήιον ἐν Δελφοῖσι, ὅτι οἱ ἔξευρήκεε τὰ αὐτὸς ἐποίη-
σε. ἐπεί τε γὰρ δὴ διέπεμψε τοὺς τὰ χρηστήρια
τοὺς θεοπρόπους, φυλάξας τὴν εἰρεμένην τῶν ἡμερέων,
[f] ἐμηχανήσατο τοιάδε· λαβὼν τὰ ἑωυτοῦ ἀμήχανον
ἔξευρε τε καὶ ποιήσας χελώνην καὶ ἄρνα

augescentes: atque in solicitudinem venit, siqua ratione posset, potentiam Persicam, priusquam magna efficeretur, occupare. Sub hanc ergo cogitationem, statim tentare statuit vaticinia, quæque apud Græcos quæque in Africa essent, aliis aliò dimissis, quibusdam Delphos,[1] quibusdam Dodonam: nonnulli etiam ad Amphiaraum ac Trophonium, & alii quidã ierunt ad Branchidas oræ Milesiæ. Atque hæc sunt Græca ad quæ consulenda Crœsus misit oracula. In Africa vero ad Ammonem alios responsa petituros dimisit. Omnes autem misit exploratum oracula quid sentirent: vt, si consentanea in vero deprehenderentur ea, secundò per suos tentaret nunquid in Persas expeditionem moliretur. Mittens itaque XLVII ad oracula tentanda Lydos, hæc dedit eis mandata, vt qua die proficiscerentur ex Sardibus, ab ea reliquum tempus supputantes,[2] quotidie oraculis vterentur, sciscitantes quidnam faceret Lydorum rex Crœsus Halyattę filius: & quod singula oracula responsa dissent, id omne conscriptum ad se referrent. Quid porro cetera responderint oracula, à nemine commemoratur: apud Delphos autem, simulatque ingressi sunt Lydi domum, consulturi deum, & sciscitaturi quod sibi esset iniunctum, Pythia hexametro tenore hæc inquit,

Æquoris est spatium & numerus mihi notus arenæ.
Mutum percipio, fantis nihil audio vocem.
Venit ad hos sensus nidor testudinis acris,
Quæ simul agnina coquitur cum carne lebete,
Ære infra strato, & stratum cui desuper est æs.

His oraculis quæ Pythia reddidit, con- XLVIII scriptis, Lydi digressi, Sardis rediere. Quumq; alii quos circumsiserat Crœsus, affuissent, tunc singula resignans, quod scriptum esset inspexit: quorum quidem nullum probauit. Vbi autem illud Delphicum audiuit, protinus veneratus est, & excepit: existimans solum esse Delphicum illud oraculum: quippe quòd comperisset quod ipse fecerat. Nam posteaquam ad petẽda oracula nuntios dimiserat, statuto illo die obseruato, tale quiddã est machinat[9], cõmentando ea quæ ad deprehendendũ & explicandũ perdifficilia forent: testudinẽ pariter & agnũ

magni facti essent, crescentem eorum potentiam subuertere.

1 Quibusdam ad Phocensium vrbem, Abas, quibusdam.

2 Singuli eodem die oraculum consulerent.

concisos in aheno coxit, operculo a-
XLIX heneo impositō. Atque ita è Delphis Crœso responsum est. Ex Amphiarai vaticinio quidnam responsum sit Lydis, quum in sacro illo rite sacrificassent, non queo dicere. Nam de eo nil fertur aliud quam quod & hoc Crœsus verax vaticinium se nactum esse existimauit. L Post hæc autem ingentibus hostiis deum qui est apud Delphos exorandum statuit. Immolauit enim lecta pecora numero ter mille: præterea lectos aureos & argenteos, phialas aureas, & amictus purpureos, ac tunicas ingenti pyra extructa concremauit, sperans sese aliquanto magis his rebus posse deū illum sibi adiungere, iussis etiam Lydis omnibus, vt sua ipsorum, quicquid tale haberet quisq;, immolaret. [1] Quo ex sacrificio quū immēsa vis auri defluxisset, ex ea dimidiatos lateres cōflauit, longiores quidē, sex palmorū, breuiores autē, triū, crassitudine palmari, numero centum decem & septem: quorum quatuor erant auri excocti, singuli pondo duorum & dimidii talenti: ceteri vero, auri albidi, pondo binûm talentorum. Fecit quoque leonis effigiem ex auro excocto, decem talentorum pondo. qui leo dum templum Delphicum deflagrauit, à semilateribus decidit: (super illos enim erat collocatus) & nunc in Corinthiorum thesauro repositus est, pondo sex talentorum atque dimidii, eli-
LI quatis tribus talentis ac dimidio. Hęc Crœsus vbi perfecit, Delphos misit, cūque eis hæc alia, duas grandi forma pateras, auream argenteamque: quarum aurea intrantibus templum ad dexteram posita erat, argentea ad sinistram. Quæ & ipsæ, quum templum incensum est, amotæ fuerunt, aureaque in Clazomeniorum thesauro posita, pondo talentorū octo & dimidii, prēterea minarum duodecim: argentea ad suggrundā anguli templi, sexcentarum amphorarum capax: in quam miscebatur vinū à Delphis theophaniæ festo: opus (vt Delphi aiūt) Theodori Samii, vt & ego arbitror. nō enim mihi videtur opus vulgare. Misit prætera dolia argentea quatuor, quæ in Corinthiorum thesauro sunt collocata. Donauit item aquiminaria duo, aureum argenteumq; : quorū in aureo inscriptum est, donarium esse Lacedęmoniorum: non recte, quoniam

καπαλύψας, ὁμοῦ ἔψεε αὐτὸς ἐν λέβητι χαλκέῳ, χάλκεον ἐπίθημα ἐπιθείς. Τὰ μὲν δὴ ἐς Δελφοὺς ἔπεμπε τῷ Κροίσῳ ἐχρήσθη κατὰ τὸ Ἀμφιάρεω τοῦ μαντηίου ἀποκρισιν, οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅ, τι τοῖσι Λυδοῖσι ἔχρησε, ποιήσασι τωὐτὰ τὰ νομιζόμενα. οὐδὲ γὰρ ὧν τοῦτό γε λέγεται ἄλλο γε, ἢ ὅτι καὶ τοῦτο ἐνόμισε μαντήιον ἀψευδὲς ἐκτῆσθαι. Μετὰ δὲ ταῦτα θυσίῃσι μεγάλῃσι δὴ ἐπειρᾶτο Δελφοῖσι θεὸν ἱλάσκετο. κτηνεά τε γὰρ τὰ θύσιμα πάντα τεχίλια ἔθυσε, κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους, καὶ φιάλας χρυσέας, καὶ εἵματα πορφύρεα, καὶ κιθῶνας, ταῦτα πάντα συμπυρώσας μεγάλην, κατέκαιε· ἐλπίζων δὴ θεὸν μᾶλλόν τοι τούτοισι οἱακτήσασθαι. Λυδοῖσί τε πᾶσι προεῖπε θύειν πάντα τινὰ αὐτῷ τούτῳ ὅ, τι ἔχοι ἕκαστος· ὡς δὲ ἐκ τῆς θυσίης ἐλήλυθε, καταχάλκωμα χρυσοῦν ἄπλετον, ἡμιπλίνθια δὲ αὐτοῦ ἐξήλαυνε· ἐπὶ μὲν τὰ μακρότερα, πεντέων ἐξαπάλαιστα, ἐπὶ δὲ τὰ βραχύτερα, τεσσερπάλαιστα· ὕψος δὲ, παλαιστιαῖα. Ἀριθμὸν δὲ, ἑπτακαίδεκα καὶ ἑκατόν. καὶ τουτέων, ἀπέφθου χρυσοῦ τέσσερα, τρία ἡμιπάλαιστα ἕκαστον ἔλκυσε· τὰ δὲ ἄλλα, ἡμιπλίνθια, λευκοῦ χρυσοῦ, ταθμὸν διπάλαιστα. ἐποιέετο δὲ καὶ λέοντος εἰκόνα χρυσοῦ ἀπέφθου, ἕλκυσαν ταθμὸν τάλαντα δέκα. ταῦτα ὁ λέων, ἐπεί τε κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι νηός, κατέπεσε ἀπὸ τῶν ἡμιπλινθίων (ἐπὶ γὰρ τούτοισι ἵδρυτο) καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, ἕλκων ταθμὸν ἕβδομον ἡμιτάλαντον. ἀπεπάκη γὰρ αὐτοῦ τέταρτον ἡμιτάλαντον.

Ἐπιτελέσας δὲ ὁ Κροῖσος ταῦτα, ἀπέπεμπε ἐς Δελφοὺς καὶ τάδε ἄλλα ἅμα τοῖσι, κρητῆρας δύο μεγάθεϊ μεγάλους, χρύσεον καὶ ἀργύρεον· τῷ μὲν χρύσεος ἐκλέετο ἔνθα δεξιὰ ἐσίοντι ἐς τὸν νηόν· ὁ δὲ ἀργύρεος, ἐς τὰ ἀριστερά. μετεκινήθησαν δὲ καὶ οὗτοι ὑπὸ τὸν νηὸν κατακαέντα. καὶ ὁ μὲν χρύσεος κεῖται ἐν τῷ Κλαζομενίων θησαυρῷ, ἕλκων ταθμὸν ἔννατον ἡμιτάλαντον, καὶ ἐπὶ δυώδεκα μνέας· ὁ δὲ ἀργύρεος, ἔνθα τὸ περιφερὲς τῆς γωνίης, χωρέων ἀμφορέας ἑξακοσίους. ἐπιχίρνανται γὰρ ὑπὸ Δελφῶν θεοφανίῃσι. φασὶ δὲ μιν Δελφοὶ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ἔργον εἶναι. καὶ ἐγὼ δοκέω· οὐ γὰρ τὸ συντυχὸν φαίνεταί μοι ἔργον εἶναι. καὶ τῶν δοὺς τε ἀργυρέους τέσσερας ἀπέπεμψε, οἱ ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ ἑστᾶσι· καὶ τὸ περίῤῥαντήριον δύο ἀνέθηκε, χρύσεόν τε καὶ ἀργύρεον, τῷ τὸ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται, Λακεδαιμονίων φαμένων εἶ) ἀνάθημα· οὐκ ὀρθῶς λέγοντες. ἔστι γὰρ

1 Quum autem huic sacrificio finem imposuisset, magnam auri vim liquefecit, & ex ea dim.

ἡμέρης δικάζειν. ἐούσης ὦν ἁρπαγῆς καὶ ἀνομίης
ἐπὶ πολλῷ μᾶλλον κατὰ τὰς κώμας ἢ πρότε-
ρον ἦν, συνελέχθησαν οἱ Μῆδοι ἐς τωὐτὸ, καὶ ἐδί-
27 δοσάν σφισι λόγον, λέγοντες πρὸς τῶν κατηκόν-
μάλιστα
των. ὡς δὲ ἐγὼ δοκέω, κάλλιστα ἔλεγον οἱ τοῦ
" Δηϊόκεω φίλοι, Οὐ γὰρ δὴ τρόπῳ τῷ παρεόν-
" τι χρεώμενοι, δυνατοὶ ἐσόμεθα οἰκέειν τὴν χώρην,
" φέρε σφέων αὐτῶν βασιλέα. καὶ οὕτω
" ἥ τε χώρη εὐνομήσεται, καὶ αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρε-
" φόμεθα, οὐδὲ ὑπ' ἀνομίης μαίεσθαι ἐσόμεθα.
Ταῦτά κη λέγοντες, πείθουσι ἑωυτοὺς βασιλεύεσθαι.
Αὐτίκα δὲ προβαλλομένων ὁντινα χρήσονται βα-
σιλέα, ὁ Δηϊόκης ἦν πολλοῦ τοῦ πρόσθε ἀνδρὸς καὶ
προβαλλόμενος καὶ αἰνεόμενος· ἐς ὃ τέλος καταινέ-
σασι βασιλεύσας σφίσι εἴη. ὁ δὲ ἐπελθὼν αὐτοῖς οἰκία
τε ἑωυτῷ ἀξίας ἐκ βασιληίης οἰκοδομήσατο, καὶ κατ-
ῦναι αὐτῷ δορυφόρους. ποιέοισι δὲ ταῦτα οἱ Μῆδοι.
οἰκοδο-

Quum Medi per vicos passim habitarẽt, Deioces [1] cum ante apud suos probatus, tum magis studiosiusque æquitatem affectitabat venditabatque, quod videret apud Medos vniuersos magnam quandam licentiam: sat sciens æquitati iniquitatem esse inuisam. Medi vero qui eundem habitabant vicum, intuentes hominis mores, iudicem ipsum controuersiarũ sibi constituunt. Hic, vt qui principatum ambiret, rectũ se æquumque præbuit. Quæ quum faceret, laudem apud populares suos obtinuit haud quaquam exiguam: [2] adeo vt hæc intelligentes qui apud ceteros pagos habitabant, nempe Deiocem solum esse qui incorrupte iudicaret, læti vndiq; affluerent quotquot prius iniquis sententiis fuerant superati, ad Deiocem, & ipsi lites finiendas transferrent: postremo nulli alii hanc prouinciã permitterent. Quum vero numerus accurrentiũ cresceret, vtpote qui intelligerent sentẽtias iuste terminari, Deioces, animaduertens, vniuersa in se vnum incumbere, neque amplius illic considere vbi prius ius dicere consueuerat, volebat, neque omnino iudicare amplius. Siquidem non è re sua esse inquiebat si totos dies rebus suis domi neglectis, dirimendis aliorũ litibus operam impenderet. Quũ igitur rapinæ sceleraque passim per vicos multo etiam magis quã prius patrarentur, Medi habito cõcilio, de cõmuni rerũ statu colloqui cœperunt. [3] Et quãtum mihi videtur, Deiocis amici ex cõposito in hanc sententiam loquebantur, Nequaquã, inquiẽtes, hisce modis vsuri hanc nostram regionem poterimus diu habitare. Agite igitur, constituamus nobisipsis regẽ, vt videlicet ditio nostra bonis legibus administretur, [4] & nos, ad sua quisq; opera diuertentes, nusquam impunitate sceleratorum violemur. Quæ quum sic referrentur, persuasi Medi regibus sese subiiciunt. ¶ Continuo consultatũ est quemnã regem crearent. Deioces adeo ab omnib. cõmendatus, produ-

XCVII

XCVIII

ctusq; in medium vt omnium suffragio rex comprobaretur. At ille iussit ædificia sibi erigi imperio digna, stipatoresq; ad custodiam corporis sui adiungi. [5] Huic Medi hæc præstiterũt,

---

1 Ipse, quum iam ante apud suos celebris esset, tum vero magis etiam quam antea iustitiam sectari aggressus est: quod videret apud Medos vniuersos magnam licentiam, & sat scire iuri iniuriam aduersari. 2 Adeo vt quum in aliis pagis intellexissent Deiocem solum esse qui incorrupte iudicaret, qui prius iniqua iudicia erant experti, ad Deiocem disceptaturi vltro accurrerent: postremo nulli alii arbitrium deferrent. Quũ autem in dies ventitarent plures, vtpote q. 3 Hic (vt ego quidem existimo) Deiocis amici bellissimum sermonem sunt exorti. Enumero inquiebant, si pergamus his moribus viuere, hanc nostram regionem diu non potetimus incolere. 4 Et nos res nostras agimus, neque male agendi licentia nostris sedibus pellamur. His verbis persuasi Medi regio imperio se subiicere, statim consultant quemnam regem creent. Tum Deioces ab omnibus nominari & prædicati, adeo vt omnium tandem suffragio rex approbaretur. 5 Hæc in eius gratiam Medi fecerunt, eique, &c.

eique

eique ædificia ingentia probeque munita extruxerunt in ea quam designauerat regione: permiserunt quoque satellites ex vniuersis Medis quos vellet, sibi deligeret. Deioces igitur imperio potitus, Medos compulit vnum oppidum condere: vt hoc vno communito exornatoque, aliorum non ita magnam curam haberent. Obsequentibus quoque hac in re Medis, mœnia constituit ampla simul & valida, quæ nunc Ecbatana appellantur, in quibus murus vnus alteri veluti confinis erat: sic nimirum constitutis mœnibus, [1] vt ambitus singuli alteris gradatim essent sublimiores, solisque pinnis prominerent. [2] Adiuuabat huc loci ipsius commoditas, vt qui collis instar esset eleuatus. Sed accessit etiam maius quiddam data opera factum. siquidem ambitus isti numero erant septem contigui, in quorum postremo regia est & thesauri. Hæc mœnia quum amplissima sint magnitudine, prorsus illum Athenienſium æquant ambitum. *Atque singulæ quidem pinnæ suis atque hunc in modum distinctis fulgent coloribus.* *Nempe* primi ambitus pinnæ colore sunt albicanti, secundi nigro, tertii purpureo, quarti cæsio, quinti sandaracino: postremi vero duo, alter argentatas, alter inauratas habet
XCIX pinnas. Et his quidem munimentis Deioces se suamque regiam circumsepsit, ac reliquum populum seorsum circumquaque habitare iussit. Ceterum vniuersis hoc ornatu constructis, primus Deioces cauit necui ad regem ingredi liceret, sed per internuncios cuncta transigerentur: adeo vt nec conspici regem à quoquam fas esset. [3] ad hæc, nec ridere, nec expuere (propterea quod omnibus factu deformia essent) coram liceret. Hæc ideo faciunt apud regem, ne videlicet eum cernentes æquales & vna cum eo educati strenui & fortes, indoleant atq; insidientur: quin potius quiddam à reliquis hominibus diuersum ipsis esse videatur, si coram i-
C psum non intuentur. Quibus quũ se se Deioces iam adornasset, atque in imperio confirmasset, in exercenda iustitia valde seuerum se præbuit. Etenim litigantes causas suas conscriptas intro per internuncios mittebant, quas ille decisas

οἰκοδομέεσί τε γὰρ αὐτῷ οἰκία μεγάλα τε καὶ ἰσχυρὰ, ἵνα αὐτὸς ἔφερσε τῆς χώρης· καὶ δορυφόρους αὐτῷ ἐπιτρέπουσι ἐκ πάντων Μήδων καταλέξασθαι. ὁ δὲ, ὡς ἔσχε τὸ ἀρχεῖον, τοὺς Μήδους ἠνάγκασε ἓν πόλισμα ποιήσασθαι, καὶ τοῦτο μοῦνον ἐπιμέλεσθαι. πειθομένων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Μήδων, οἰκοδομέει τείχεα μεγάλα τε καὶ καρτερά, ταῦτα τὰ νῦν Ἐκβάτανα κέκληται, ἕτερον ἑτέρῳ κύκλῳ ἐνεζωκότα. μεμηχάνηται δὲ οὕτω ὁ τεῖχος ὥστε ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου κύκλος τοῖσι προμαχεῶσι μοιρίοισι ὑψηλότερος. ὁ μὲν πρῶτος, καὶ ὁ δεύτερος συμμαχέει, χλωνὸς ἐὼν, ὥστε τοιοῦτο εἶναι· ὁ δὲ καὶ μᾶλλόν τι ἐπετηδεύθη, κύκλων ἐόντων τῶν στεφανούντων ἐπὶ τὰ, ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ τὰ βασιλήια ἔνεστι καὶ οἱ θησαυροί. ὁ δὲ αὐτῶν μέγιστός ἐστι τεῖχος, κατὰ τὸν Ἀθηναίων κύκλον μάλιστά κη ὁ μέγαθος. τοῦ μὲν δὴ πρώτου κύκλου οἱ προμαχεῶνες εἰσὶ λευκοί· τοῦ δὲ δευτέρου, μέλανες· τρίτου δὲ κύκλου, φοινίκεοι· τετάρτου δὲ, κυανέοι· πέμπτῳ δὲ, σανδαράκινοι. οὕτω πάντων τῶν κύκλων οἱ προμαχεῶνες ἰωνθισμένοι εἰσὶ φармάκοισι. δύο δὲ οἱ τελευταῖοί εἰσι, ὁ μὲν καταργυρωμένους, ὁ δὲ καταχρυσωμένους ἔχων τοὺς προμαχεῶνας. Ταῦτα μὲν δὴ ὁ Δηϊόκης ἐωυτῷ τε ἐτείχεε, καὶ περὶ τὰ ἐωυτοῦ οἰκία. ὃν δὲ ἄλλον δῆμον πείσας ἐκέλευε ὁ τεῖχος οἰκέειν. οἰκοδομηθέντων δὲ πάντων, κόσμον τόνδε Δηϊόκης πρῶτος ἐστὶ ὁ καταστησάμενος, μήτε ἐσιέναι τινὰ πρὸς βασιλέα μηδένα συγχωρέειν, δι' ἀγγέλων δὲ πάντα χρᾶσθαι· εἶναί τε βασιλέα τοῦτο μηδενός. πρός τε τούτοισι ἐπιγελᾶν τε καὶ πτύειν αὐτόν, καὶ ἄπασι τοῦτό γε εἶναι αἰσχρόν. ταῦτα δὲ πρὶν ἐωυτὸν ποιέεσθαι, ὅκως μὴ ὀρέοντες οἱ ὁμήλικες ἐόντες καὶ συντροφοι, ἀγαθοί τε καὶ ἄλκιμοι, λυπέοιατο, καὶ ἐπιβουλεύοιεν, ἀλλ' ἑτεροῖόν σφι δοκέοι εἶναι μὴ ὁρέουσι. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διεχόσμησε, καὶ ἐκράτυνε ἐωυτὸν τῇ τυραννίδι, ὧδε ὁ δίκαιον φυλάσσων χαλεπός. καὶ ἐδὲ ἐς δεκάτας τὰς δίκας γράφοντες, εἴσω πρὸ ἐκείνου ἐσπέμπεσκον· ἢν δὲ ἐκεῖνος ἀμαχρίνων, τὰς ἐσφερομένας ἐκπέμ-

ὅκως καὶ ἐσμνυοντο τὸν δὲ εἵνεκεν, ὅκως καὶ σιωπροφοί τε ἐκείνῳ οἰκίης οὐ φαυλοτέρης, ἐδὲ ἐς δεκάδα χαθίω λειπόμενοι, λυποίατο,

---

1 Ita vt ambitus alter alterum amplectatur. 2 Adiuuante ipso loci situ, vt qui collis esset. Sed accessit maior etiam ars & industria, factis septem ambitibus inter se contiguis, in quorum postr. regia est & thesauri. Eorum autẽ amplissimus magnitudine plus minus circuitum Athenarum exæquat. Suntque primi ambitus pinnæ albæ: secundi, nigræ: tertii, puniceæ: quarti, cæruleæ: quinti, sandaracenæ. 3 Præterea ne ridere coram vel excreare in quoquam honestum haberetur. Et hæc à Medis apud regem obseruantur, ne videlicet, &c.

οὐκ ἐπέμπετο. ταῦτα μὲν ἐν τῇσι δίκῃσι ἐποίεε. τὰ δὲ ἄλλα οὕτω διεκοσμέατο οἱ ἐπί τινα παρανομήσαντα ὑβρίζοντα, τοῦτον ὅκως μετεπέμψατο κατ' ἀξίωμα ἑκάστου ἀδικήματος ἐδικαίου. ἐν δὲ καὶ κατάσκοποί τε καὶ κατήκοοι ἦσαν αἰεὶ πᾶσαν τὴν χώρην τῆς ἦρχε.

Δηϊόκης μὲν νυν ὁ Μηδικὸν ἔθνος συνέσρεψε μοῦνον, καὶ τούτου ἦρξε· ἔσχε δὲ Μήδων τοσάδε γένεα, Βουσαῖ, Παρητακηνοί, Στρούχατες, Ἀριζαντοί, Βούδιοι, Μάγοι. γένεα μὲν Μήδων ὅδε τοσάδε. Δηϊόκεω δὲ παῖς γίνεται Φραόρτης, ὃς, τελευτήσαντος Δηϊόκεω, βασιλεύσαντος τεσσαράκοντα καὶ πεντήκοντα ἔτεα, παραδέξατο τὴν ἀρχήν. παραδεξάμενος δὲ, οὐκ ἀπεχρᾶτο μούνων ἄρχειν τῶν Μήδων· ἀλλὰ στρατεύσας ἐπὶ τοὺς Πέρσας, προσθεμένοισί τε τούτοισι ἐπεθήκατο, καὶ πρώτους Μήδων ἐποίησε. καὶ ἔχων δύο ταῦτα ἔθνεα, καὶ ἀμφότερα ἰσχυρά, κατεστρέφετο τὴν Ἀσίην, ἀπ' ἄλλου ἐπ' ἄλλο ἰὼν ἔθνος. ἐς ὃ στρατεύσας ἐπὶ τοὺς Ἀσσυρίους, καὶ Ἀσσυρίων τοὺς οἳ Νῖνον ἔχον, καὶ πρόσθεν μὲν πρώτων, τότε δὲ ἦσαν μεμουνωμένοι διὰ συμμάχων, ἅτε ἀποστεώντων, ἄλλως μὲν ἐόντες αὐτοὶ ἐωυτῶν δυνατοί· ἐπὶ τούτους δὴ στρατεύσας ὁ Φραόρτης, αὐτός τε διεφθάρη, ἀρξας δύο τε καὶ πεντήκοντα ἔτεα, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ ὁ πολλός. Φραόρτεω δὲ τελευτήσαντος, ἐδέξατο Κυαξάρης ὁ Φραόρτεω τοῦ Δηϊόκεω παῖς. οὗτος λέγεται πολλὸν ἐπὶ γένεα ἀλκιμώτερος τῶν προγενῶν· καὶ πρῶτός τε ἐλόχισε καὶ τέλεα τὰ ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ πρῶτος διέταξε χωρὶς ἑκάστους εἶναι, τούς τε αἰχμοφόρους, καὶ τοὺς ἱππέας, καὶ τοὺς τοξοφόρους. πρότερον δὲ ἅπαντα μίξ ἦν πρόσω ὁμοίως ἀναπεφυρμένα. οὗτος ὁ τοῖσι Λυδοῖσι γενόμενος μαχεσάμενος, ὅτε νὺξ ἡμέρῃ ἐγένετο σφι μαχομένοισι, καὶ ὁ τὸν Ἅλυος ποταμοῦ πρῶτος ἀπὸ Ἀσίην πᾶσαν συνέσας ἐωυτῷ. συλλέξας δὲ τοὺς ἐπ' ἐωυτῷ ἀρχομένους πόλεας, ἐστρατεύετο διὰ τὸν Νῖνον, τιμωρέων τε τῷ πατρὶ, καὶ τὴν πόλιν ταύτην θέλων ἑλεῖν. καί οἱ, ὡς συμβαλὼν ἐνίκησε τοὺς Ἀσσυρίους, πολιορκεύμενον τὸν Νῖνον, ἐπῆλθε Σκυθέων στρατὸς μέγας. ἦγε δὲ αὐτοὺς βασιλεὺς ὁ Σκυθέων Μαδύης, Πρωτοθύεω παῖς· οἳ ἐξέβαλον μὲν ἐς τὴν Ἀσίην, Κιμμερίους ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Εὐρώπης, διώκοντες δὲ τοὺς ἐκπεπτωκότας φεύγοντας, ἔστω ἐς τὴν Μηδικὴν χώρην ἀπίκοντο. Ἔστι δὲ ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος ἐπὶ Φᾶσιν ποταμὸν καὶ ἐς Κόλχους τεσσεράκοντα ἡμερέων διζωνὶ ὁδός. ἐκ δὲ τῆς Κολχίδος οὐ πολλὸν ὑπερβῆναι ἐς τὴν Μηδικήν, ἀλλὰ εἷς ὅρος μέσον ἔθνος

remittebat. Et haec quidem in iudiciis factitabat. Ceteris autem in rebus hunc ordinem instituerat: Si quem intellexisset iniuriam cuipiam facere, hunc ad se ascitum, indicta pro delicti modo pœna multabat: in quem vsum exploratores auscultatoresque per vniuersam suam ditionem disposuerat. Deioces igitur solam Medicam subegit nationem, eique soli imperauit. Cuius nationis tot numero gentes sunt, Busæ, Paretaceni, Struchates, Arizanti, Budii, Magi. Tot sunt in Media gentes. Deioce defuncto, qui annos tres & quinquaginta regnauit, filius eius PHRAORTES suscepit imperium. Qui solo imperio Medorum non contentus, bellum ante omnes intulit Persis, eosque primos in potestatem Medorum redegit. Quibus nationibus potitus, valida vtraque, mox Asiam subegit, aliam deinceps atque aliam inuadendo gentem: donec ad Assyrios oppugnandos peruenit, ad eos inquam Assyrios qui Ninum incolebant, quondam omnium principes, sed tunc à sociis per defectionem desertos: alioqui per se bene habentes. Aduersus hos expeditione suscepta Phraortes, secundo ac vicesimo quàm regno potitus est anno, cum pleraque exercitus parte periit. Post obitum eius, CYAXARES filius, Deiocis nepos, successit: qui dicitur multo maioribus suis fortior fuisse, & primus Asiaticos populos[1] in prouincias distinxisse, primusque in suum quosque ordinem distribuisse, hastatos, equites, sagittarios: quum prius omnia[2] promiscua fuissent atque implicita. Hic est qui cũ Lydis bellum gessit: quo tempore in ipsa pugna dies in noctem est conuersus: quique tota supra Halym flumen Asia sibi conciliata, collectis suis omnibus, copias duxit aduersus Ninum, simul & patrem vlturus, & ciuitatem ipse euersurus. Ipsi porro, Assyriis prœlio superatis, Ninum obsidenti ingruit ingens Scytharum exercitus, duce Scytharum rege Madye Protothyæ filio. qui Cimmeriis ex Europa eiectis in Asiam eruperunt: & dum illos fugientes persequuntur, ita in Mediam penetrarunt. Est autem à lacu Mæotide ad Phasim vsque & Colchos, expedito viatori iter triginta dierum: è Colchis vero non ita longo itinere peruenitur potest in Mediam: sed vna duntaxat natio inter-

1 In turmas decuriasse. 2 Promiscue fuissent confusa.

iecta

lecta est, Saspires: quos vbi transieris, continuò occurrit Media. Scythæ tamen hâc non irruperunt, sed alia via superiore & multo longiore deflectentes, Caucaso monte ad dextram relicto. Hìc Medi cum Scythis congressi, prœlioque fusi, Asiæ imperium amiserunt. CV Porro Scythæ vniuersa Asia potiti, hinc recta in Ægyptum contendunt. Quibus iam Syriam Palæstinam ingressis Psammitichus occurrens Ægypti rex, muneribus precibusque effecit ne vlterius progrederentur.[1] Scythę, vbi retrocedentes in vrbe essent Palæstinæ Ascalone, bonaq; parte Scytharũ nullam iniuriam inferente, pauci aliquot relicti Veneris Vraniæ fanum depecularunt, inter cetera (quantum equidem scio) huius deæ fana vetustissimum. Siquidem quę in Cypro est *eiusdem deæ* ædes, ex hac prodiit: id quod ipsi etiam Cyprii referuntur. Quinetiam illud apud Cythera delubrum Phœnices ex hac Syriæ regione orti condiderunt. Ac vero dea ipsa templi spoliatoribus eorumque posteris morbum immisit femineum: quemadmodum & ipsi fatentur Scythæ, se videlicet illo morbo ob id laborare.[2] & videre licet apud Scythas hunc morbum curantes, quos Enareas appellant Scythæ. CVI Postquã vero iam vigintiocto annis Asiæ imperium Scythæ obtinuissent, omniaque iam pæne ex negligentia licentiaque depopulata essent (nam præter tributum exactionesque, diripiebant, extorquebantque à quibuslibet quæcunque possidebant) tandem horum potiorem partem Cyaxares atque Medi hospitio acceptam inebriatamque interemerunt. Et sic quidem Medi recuperarunt imperium, receptis iis quibus prius potiebantur, & Ninum expugnauerunt: (vt autem ceperint, in aliis mox scriptis indicabo) Assyriosque, excepta Babylonica quapiam portione, subegerunt. Post hæc Cyaxares, vbi quadraginta annis[3] vna cum Scythis imperasset, vita functus est. CVII ¶ Cuius regnum suscepit ASTYAGES filius. Hic filiam sustulit, appellauitque eam Mandanen: quæ visa est ei per

ἀυτῶν ὁδὸν, Σάσπειρες· τοῦτο δὲ παραμειβομένοισι, ἐς τὴν Μηδικὴν. οὐ μέντοι οἵγε Σκύθαι ταύτην ἐσέβαλον, ἀλλὰ τὴν κατύπερθεν ὁδὸν πολλῷ μακροτέρην ἐκτρεπόμενοι, ἐν δεξιῇ ἔχοντες τὸ Καυκάσιον ὄρος. ἐνθαῦτα οἱ μὲν Μῆδοι συμβαλόντες τοῖσι Σκύθῃσι, ἡττηθέντες τῇ μάχῃ, τῆς ἀρχῆς κατελύθησαν· οἱ δὲ Σκύθαι τὴν Ἀσίην πᾶσαν ἐπέσχον. Ἐνθεῦτεν δὲ ἦσαν ἐπ' Αἴγυπτον· καὶ ἐπείτε ἐγένοντο ἐν τῇ Παλαιστίνῃ Συρίῃ, Ψαμμίτιχος σφέας Αἰγύπτου βασιλεὺς αἰτήσας δώρῳσί τε καὶ λιτῇσι ἀποτρέπει προσωτέρω μὴ προβῆναι. οἱ δέ, ἐπείτε ἀναχωρέοντες ὀπίσω, ἐγένοντο ἐν Συρίης Ἀσκάλωνι πόλει, τῶν πλεόνων Σκυθέων παρεξελθόντων ἀσινέων, ὀλίγοι τινὲς αὐτῶν ὑπολειφθέντες, ἐσύλησαν τὸ ἀφροδίτης Οὐρανίης ἱρόν. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἱρὸν, (ὡς ἐγὼ σκεψάμενος μάλιστα εὑρίσκω) πάντων ἀρχαιότατον ἱρῶν ὅσα ταύτης τὸ θεῦ. καὶ γὰρ τὸ ἐν Κύπρῳ ἱρὸν ἐκτεῦτεν ἐγένετο, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Κύπριοι· καὶ τὸ ἐν Κυθήροισι, Φοινίκες εἰσὶν οἱ ἱδρυσάμενοι, ἐκ ταύτης τῆς Συρίης ὄντες. τοῖσι δὲ τῶν Σκυθέων συλήσασι τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἀσκάλωνι, καὶ τοῖσι τουτέων αἰεὶ ἐκγόνοισι ἐπέσκηψε ὁ θεὸς θηλείην νοῦσον· ὥστε ἔμα λέγουσί τε οἱ Σκύθαι διὰ τοῦτο σφέας νοσέειν, καὶ ὁρᾶν παρ' ἑωυτοῖσι τοὺς ἀπικνεομένους ἐς τὴν Σκυθικὴν χώρην ὡς διάκεανται, τοὺς καλέουσι Ἐναρέας οἱ Σκύθαι. Ἐπὶ μὲν νυν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἔτεα ἦρχον τῆς Ἀσίης οἱ Σκύθαι, καὶ τὰ πάντα σφι ἐπὶ τὸ ὕβριος καὶ ὀλιγωρίης διάσαται ἦν. χωρὶς μὲν γὰρ φόρων, ἐπράσσοντο παρ' ἑκάστων ἃ ἑκάστοισι ἐπέβαλλον. χωρὶς δὲ τοῦ φόρου, ἥρπαζον περιελαύνοντες τοῦτο ὅτου ἕκαστοι ἔχοιεν ἕκαστοι. καὶ τότων μὲν τοὺς πλείστους Κυαξάρης τε καὶ Μῆδοι ξείνισαντες καὶ καταμεθύσαντες κατεφόνευσαν. καὶ οὕτω ἀνεσώθη τὸ ἀρχαῖον Μήδοισι, καὶ ἐπεκράτεον τῶν τε νῦν καὶ πρότερον. καὶ τήν τε Νίνον εἷλον, (ὡς δὲ εἷλον, ἐν ἑτέροισι λόγοισι δηλώσω) καὶ τοὺς Ἀσσυρίους ὑπηκόους ἐποιήσαντο, πλὴν τῆς Βαβυλωνίης μοίρης. μετὰ δὲ ταῦτα, Κυαξάρης μὲν, βασιλεύσας τεσσεράκοντα ἔτεα, σὺν τοῖσι Σκύθῃσι ἦρξε, τελευτᾷ. Ἐκδέκεται δὲ Ἀστυάγης ὁ Κυαξάρεω παῖς τὴν βασιληίην. καὶ οἱ ἐγένετο θυγάτηρ, τῇ οὔνομα ἔθετο Μανδάνην. τὴν ἐδόκεε Ἀστυάγης ὁ

ιεκτρεπόμενοι

29

1 Scythæ vero regredientes, quum in vrbem Syriæ Ascalonem peruenissent, plerisque nullo illato damno prætergressis, pauci aliquot rel. Ven. Vraniæ fanum spoliarunt, omnium (quantum quidē intelligo) huius deæ templorum vetustissimum. 2 Et ab iis qui in Scythiam veniunt, eo morbo affectos conspici: quos Scythæ ipsi enareas, *id est execrabiles, seu execrationi obnoxios*, appellant. Itaque octo & viginti annos Scythæ imperium Asiæ tenuerunt, quo tempore omnia iniuriosè & superbe impetitando vastarunt. Siquidē præter tributa, tantū a singulis exigebant quantum iis impositum fuisset: & tributis non contenti, singulorum etiā bona passim prædabantur. Plerosque igitur ipsorum Cyaxares & Medi hospitio acceptos & inebriatos interemerunt. Et hoc modo recepto imperio, iis quæ prius obtinebant sunt potiti, & Ninum ceperunt. Quomodo autem ceperint, & Assyrios (exceptа Babylonia) sibi subiecerint, alibi declarabo. 3 Comprehenso Scytharum imperio, regnasset.

τῷ ὕπνῳ οὐρῆσαι τοσοῦτον ὥστε πλῆσαι μὲν τὸ ἑωυτῆς πόλιν, ὑπερκαταλύσαι δὲ καὶ τὴν Ἀσίην πᾶσαν. Ἀστυάγης δὲ τῶν μάγων τοῖσι ὀνειροπόλοισι ὃ ἐνύπνιον, ἐφοβήθη, παρ' αὐτέων αὖτα ἕκαστα σκεψάμενος. μετὰ δὲ, τὴν μὲν Μανδάνην ταύτην ἐοῦσαν ἤδη αἰδοίης ὡραίην, Μήδων μὲν τῶν ἑωυτῆς ἀξίων οὐδενὶ δίδοῖ γυναῖκα, δεδοικὼς τὴν ὄψιν· ὁ δὲ Πέρσῃ δίδοῖ, τὸν οὔνομα ἦν Καμβύσης· ὃν ἐδόκεε οἰκηίης μὲν ἐόντα ἀγαθῆς, τέρπου δὲ ἡσυχίου· πολλῷ ἔνερθε ἄνδρα αὐτὸν μέσου αἰδοίης Μήδου. Συνοικεούσης δὲ τῷ Καμβύσῃ τῆς Μανδάνης, ὁ Ἀστυάγης τῷ τοιῷτῳ ἔτεϊ εἶδε ἄλλην ὄψιν· ἐδόκεέ οἱ ἐκ τῶν αἰδοίων τῆς θυγατρὸς ταύτης φυὴν ἄμπελον ἐξανασχεῖν τὴν Ἀσίην πᾶσαν. ἰδὼν δὲ τοῦτο, καὶ ὑποθήμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι, μετεπέμψατο ἐκ τῶν Περσέων τὴν θυγατέρα ἐπίτεκα ἐοῦσαν. ἀπικομένην δὲ ἐφύλασσε, βουλόμενος ἐξ αὐτῆς διαφθεῖραι· καὶ ἐκ γὰρ οἱ τῆς ὄψιος οἱ τῶν μάγων ὀνειροπόλοι ἐσήμηνον ὅτι μέλλει ὁ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς γόνος βασιλεύσειν αὐτ' ἐκείνου. ταῦτα δὴ ὦν φυλασσόμενος ὁ Ἀστυάγης, ὡς ἐγένετο ὁ Κῦρος, καλέσας Ἅρπαγον, ἄνδρα οἰκήιον, καὶ πιστότατον τε Μήδων, καὶ πάντων ἐπίτροπον τῶν ἑωυτῷ, ἔλεγε οἱ τοιάδε, Ἅρπαγε, πρῆγμα ὃ αἴ τοι μεθήω, μηδαμῇ παραλέσῃς μηδὲ ἐμέ τε παραβάλῃ, καὶ ἄλλους ἑλόμενος, ἐξ ὑστέρης σεωυτῷ περιπέσῃς. λάβε δὴ αὐ Μανδάνης ἔτεκε παῖδα. φέρων δὲ ἐς ἑωυτῆς, ἀπόκτεινον· μετὰ δὲ, θάψον τρόπῳ ὅτεῳ αὐτὸς βούλεαι. ὁ δὲ ἀμείβεται, Ὦ βασιλεῦ, οὔτε ἄλλοτέ κω παρεῖδες αἰδοῖ τοῦδε ἄχαρι ὀφθέν, φυλασσόμεθα δὲ ἔς σε καὶ ἐς δύ' μετέπειτα χρόνον μηδὲν ἁμαρτεῖν. ἀλλ' εἴ τοι φίλον τοῦτο οὕτω γίνεσθαι, χρὴ δὴ τόγε ἐμὸν ὑπηρετέεσθαι δεσπότεω. Τούτοισι ἀμειψάμενος ὁ Ἅρπαγος, ὡς οἱ παρεδόθη τὸ παιδίον κεκοσμημένον τὴν ὀπὶ θυσάτω, ἦει κλαίων ἐς τὰ οἰκία. παρελθὼν δὲ ἔφραζε τῇ ἑωυτοῦ γυναικὶ ὅτι πρῶτα Ἀστυάγεος ῥηθέντα λόγον. ἡ δὲ τοῖς αὖτις λέγει, Νῦν ὦν τί σοι ἐν νόῳ ἐστὶ ποιέειν; ὁ δὲ ἀμείβεται οὐκ ἢ ἐπιτέλλετο Ἀστυάγης, Οὐδὲ εἰ παραφρονήσει τε καὶ μαινόμενα κάκιον ἢ νῦν μαίνεται, οὔ οἱ ἔγωγε πειθήσομαι τῇ γνώμῃ, οὐδὲ ἐς φόνον τοιοῦτον

ὑποθέμενος

πρὸς θεὸς, μηδαμᾶ

ἐπίτεκα

quietem tantum vrinæ fundere vt omnem ipsius vrbem oppleret, atque vniuersam Asiam inundaret. Quod somnium quum magis, somniorū interpretibus, exposuisset, conterritus est, singula quæque ab illis edoctus. Ideoque visum hoc reformidans, Mandanen iam viro maturam, nulli Medorum qui ea dignus esset, tradendam statuit, sed Persę cuidam nomine Cambysi, quem compertum habebat familia quidem bona ortum, ceterum ingenio sedato, [1] gerentemque se multo infra mediocris Medi alicuius conditionem. Eodem quo Cambysi collocauerat filiam anno, visionem alteram vidit: videbatur ei ex genitalibus filiæ vitis enasci quę omnem occuparet Asiam. Quod visum quum retulisset ad interpretes somniorum, filiam iam prægnantem & partui vicinam ex Persis accersit, eique, quum venisset, custodiam apponit, volens quod illa peperisset interimere. Etenim magi somniorum interpretes visionem illam portendere dicebant Astyagi, prolem filiæ pro ipso regnaturam. Hoc igitur obseruans Astyages, vbi genitus est Cyrus, adscito Harpago familiari suo, & inter Medos fidissimo, atque omnium rerum suarum procuratori, hæc inquit, Harpage, negotium quod tibi iniungo caue prætermittas, aut vllo modo exequi supersedeas: [2] neve committas vt alios præponendo, postea tibiipsi perniciem crees. Capito quem Mandane peperit puerum, in domumque tuam ferto, atque occidito: postmodum quoquo modo voles ipse sepelito. Cui respondit ille, [3] Neque alias vnquam rex huic viro rem iniunxisti ingratam, & in posterum dabimus operam nequid in te delinquamus. Quod si tibi cordi est hoc ita fieri, [4] mea interest id industrie exequi. Hęc quū respondisset Harpagus, eique [5] puer traditus esset ornatus ad necem, contulit se domum, flens: adiensque vxorem, refert omnem habitum secum ab Astyage sermonem. Ad quem vxor, Quid igitur, inquit, facere tibi in animo est? Ego vero (respondet vir) quanquam Astyages mandauit, etiamsi desipiet, peiusque insaniet quam nunc insanit, non tamen eius voluntati parebo, neque ad hanc necem

CVIII

CIX

1 Et quem ipse infra mediocris conditionis Medos duceret. 2 Neque me decipito, & *ne* aliis *ad hoc agendum* delectis tandem tibi ipse malum crees. 3 Neque alias vnquam animaduertisti in hoc viro quidquam iniucundum [*vel* molestum] & in posterum *vt* παρεῖδε *eum visum habeat quem antea* παρεῖδες. *Legit autem in proxime sequentibus hic interpr.* φυλαξόμεθα. 4 Meum est. 5 Puerulus cum o: natu traditus esset ad necem.

obsequar:

obſequar: idque multis de cauſſis, tum quod puer ipſi mihi cognatus eſt; tum quod Aſtyages grandis natu eſt, & virili prole orbus: quo defuncto, ſi tyrannis ad eius peruentura eſt filiam, cuius nunc filium per me interimit, quid aliud reſtat hinc mihi quam periculum maximum? Enimuero ſecuritatis meæ cauſſa expedit hunc puerum interire, ſed per aliquem ipſius Aſtyagis, non per aliquem meorum.

cx Hæc loquutus, è veſtigio nuncium mittit ad bubulcum Aſtyagis, quem norat [1] paſcuorū maxime idoneorū, & montiū feris frequentiſſimorū eſſe gnariſſimum: cui nomen erat Mitradates: cuius contubernalis & eadem conſerua erat, nomine Cyno, Græca lingua, *id eſt canis*, Medica, Spaco. nam canem Medi ſpaca appellant. Locus vbi boum paſcua ille habebat, montium radices erant, ad ventum boream Ecbatanorum, & ad pontum Euxinum. Hoc enim tractu ad Saſpires vergente, Media valde montoſa eſt & edita, ac nemoribus frequens, reliqua vero tota admodum plana. Hic itaque accerſitus, propere quū veniſſet, inquit ad eum Harpagus, Iubet te Aſtyages hunc capere infantē, quem in deſertiſſimo montium exponas, vt celerrime pereat. & hæc vt tibi dicerem mihi iniunxit: & niſi hunc interemeris, ſed aliquo pacto ſeruaueris, [2] peſſimo exitio te occubiturum. cui expoſitioni infantis inſpector ego

cxi præpoſitus ſum. Hæc vbi audiuit bubulcus, ſumpto infante, rediit quà venerat [3] ad bouile ſuum. Ei, dum in vrbem abiit, vxor ſua, quæ erat prægnans, per totam diem parturiens, è voluntate dæmonis enixa eſt filium. Abſente marito vtriq; mutua tenebantur ſollicitudine: hic quidem vxori parturienti metuens, illa viciſſim marito timens, propterea quod præter conſuetudinem ab Harpago accerſitus eſſet. Vbi autem reuerſus affuit, eum vxor, vtpote ex improuiſo cernens, prior interrogauit quid ita ſtudioſe ipſum Harpagus accerſiſſet. Cui ille, Vxor, inquit, vbi in vrbem veni, & vidi & audiui [4] quod nec viſum oportuit nec agi circa dominos noſtros. Harpagi domus omnis luctu tenebatur: in quam ego perterrefactus ſimulatque introii, video puerulum in medio

ὑπηρετήσω. πολλῶν δὲ εἵνεκα οὐ φονεύσω μιν· καὶ ὅτι αὐτῷ μοι συγγλυτής ἐστιν ὁ παῖς, καὶ ὅτι Ἀστυάγης μοι γέρων, καὶ ἄπαις ἔρσενος γόνου· εἰ ὦν θελήσει τούτου τελευτήσαντος ἐς τὸ θυγατέρα ταύτου διαβιῶαι ἡ τυραννίς, ἧς νῦν ὃν ἐγὼν κτείνει δι' ἐμεῦ, ἄλλο τί ἢ λείπεται ὅ οἱ λυτεῖ ἐμοὶ κινδύνων ὁ μέγιστος; ἀλλὰ τῶ μοι ἀσφαλέος εἵνεκα ἐμοί, δεῖ τῶτον τελευτᾶν ὃν παῖδα· δεῖ μοι τῷ ἔνα Ἀστυάγεος, αὐτῷ φονέα γενέσθαι, καὶ μὴ τῷ ἐμῷ. Ταῦτα εἰπὼν, αὐτίκα ἄγγελον ἔπεμπε ὅτι ὃν βουκόλον ὃν Ἀστυάγεος, ὃν ἤπιστο νομιάς τε ὅτι τηδεωτάτας νέμοντα, καὶ οὔρεα θηριωδέστατα· τῷ οὔνομα ἦν Μιτραδάτης. συνοίκεε δὲ τῇ ἑωυτῦ συνδούλῃ. οὔνομα δὲ τῇ γυναικὶ ἦν τῇ συνοίκεε, Κυνώ, κατὰ τὸν τῶν Ἑλλήνων γλῶσσαν· κατὰ δὲ τὴν Μηδικὴν, Σπακώ. τὴν γὰρ κύνα καλέουσι σπάκα Μῆδοι· αἱ δὲ νομαὶ τῶν βοῶν εἰσὶ τῶν οὐρέων ἔνθα τε καὶ νομὰς τῶν βοῶν εἶχε οὗτος· πρὸς βορέω τε ἀνέμου τῶν Ἐκβατάνων, καὶ πρὸς τὸν πόντον τὸν Εὐξείνου. ταύτη μὲν γὰρ ἡ Μηδικὴ χώρη πρὸς Σαπείρων ὀρεινή ἐστι καρτα, καὶ ὑψηλή τε, καὶ ἰσχηπι συμπρεφής· ἡ δὲ ἄλλη Μηδικὴ χώρη ἐστὶ, πᾶσα ἄπεδος. ἐπεὶ ὦν ὁ βουκόλος κατοὺδὲ πολλῆ καλεόμενος ἀπίκετο, ἔλεγε ὁ Ἅρπαγος τάδε, Κελεύει σε Ἀστυάγης ὅ παιδίον τοῦτο λαβόντα, θεῖναι ἐς ὅ ἐρημότατον τῶν οὐρέων, ὅκως αἶ τάχιστα ἀπολεῖ φθαρέν. καὶ τάδε τοι ἐκέλευσε εἰπεῖν, Ἢν μὴ ἀποκτείνῃς αὐτό, ἀλλά τεῳ τρόπῳ περ ποιήσῃ, ὀλέθρῳ τῷ κακίστῳ σε ἀπολέσθαι. ἐπορᾶν δ' ἐκκείμενον ἀγγελέσταγμαι ἐγώ. Ταῦτα ἀκούσας ὁ βουκόλος, καὶ ἀναλαβὼν ὅ παιδίον, ἦιε τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδὸν, καὶ ἀπικνέεται ἐς τὴν ἔπαυλιν. τῷ δὴ ἄρα καὶ αὐτῷ ἡ γυνὴ ὀπίτεξ ἐοῦσα πᾶσαν ἡμέρην, τότε κως κατὰ δαίμονα τίκτει, οἰχομένου τὸ βουκόλου ἐς πόλιν· ἦσαν δὲ ἐν φρενὶ ἀμφότεροι ἀλλήλων πέρι· ὁ μὲν, τὸ τόκου τῆς γυναικὸς ἀρρωδέων, ἡ δὲ γυνὴ, ὅτι οὐκ ἐωθὼς ὁ Ἅρπαγος μετεπέμψατο αὐτῆς ὃν ἄνδρα· ἐπείτε δὲ ἀπονοστήσας ἐπέστη, οἷα δὴ ἀέλπτου ἰδοῦσα ἡ γυνὴ, εἴρετο πρότερη ὅτι μιν οὕτω προθύμως Ἅρπαγος μετεπέμψατο. ὁ δὲ εἶπε, Ὦ γύναι, εἰδόν τε ἐς πόλιν ἐλθὼν καὶ ἤκουσα ὃ μήτε ἰδεῖν ὄφελον, μήτε κοτε γενέσθαι ἐς δεσπότεας ἡμετέρους. οἶκος μὲν πᾶς Ἁρπάγου κλαυθμῷ κατεῖχετο· ἐγὼ δὲ ἐκπλαγείς, ἧια ἔσω. ὡς δὲ τάχιστα ἐσῆλθον, ὁρέω παιδίον προκεί-

1 Paſcua & montes feris oppletos quam opportuniſsime incolere. 2 Fore vt peſsimo ſupplicio te interficiat. Expoſitum autem intueri ſum iuſſus. 3 Ad caſam ſuam. Huic porro etiam vxor quæ per totum diem parturierat, tunc forte numinis voluntate filium peperterat, dum ipſe in vrbem proficiſceretur: erantque alter de altero ſolliciti. 4 Quod vtinam neque vidiſſem, neque vnquam dominis noſtris eueniat.

„ μῶον, ἀσπαιρόν τε καὶ κραιγανόμενον, κεκοσμημέ-
„ νον χρυσῷ τε καὶ ἐσθῆτι ποικίλῃ. Ἅρπαγος δὲ ὡς
„ εἶδέ με, ἐκέλευε τῷ παχίζωι αἰσθόμενος τὸ
„ παιδίον, οἴχεσθαι φέροντα, καὶ θεῖναι ἔνθα θηρίων δέ-
„ σπον εἴη τῶν οὐρέων· φὰς Ἀστυάγεα εἶναι ὃν τοι-
„ αῦτα ὑπεθέμην μοι· πολλὰ ἀπειλήσας εἰ μὴ σφέα
„ ποιήσαιμι. καὶ ἐγὼ δύα λαβών, ἔφερον, δοκέων τῶν
„ τινος οἰκετέων εἶναι. οὐ γὰρ ἄν κοτε κατέδοξα ἔνθεν
„ γλυκέος. ἐθαμβεόν δὲ ὁρέων χρυσῷ τε καὶ εἵμασι κε-
„ κοσμημένον· ὡς δὲ, καὶ κλαυθμὸν κατεῖχε τὰ
„ ἐμφανέα ἐν Ἅρπάγου. καὶ δὴ κατ' ὁδὸν πυνθά-
„ νομαι τὸν πομπὸν λόγον, τεὸν ποιτος, ὃς ἐμὲ ἐκπέμ-
„ πων ἔξω πόλιος, ἐνεχείρισε τὸ βρέφος· ὡς ἄρα
„ Μανδάνης τε εἴη παῖς τῆς Ἀστυάγεω θυγατρὸς,
„ καὶ Καμβύσεω τοῦ Κύρου. καὶ μιν Ἀστυάγης ἐν-
τέλλεται ἀποκτεῖναι· νῦν τε ὧδε ἔχει. Ἅμα δὲ
ταῦτα ἔλεγε ὁ βουκόλος, καὶ ἐκκαλύψας ἀπεδείκνυε. ἡ δὲ, ὡς εἶδε τὸ παιδίον μέγα τε καὶ εἰδὲς ἐ-
όν, δακρύσασα, καὶ λαβομένη τῶν γονάτων τοῦ ἀν-
δρὸς, ἔχρηζε μηδεμιῇ τέχνῃ ἐκθεῖναί μιν. ὁ δ' οὐκ
ἔφη οἷός τ' εἶναι ἄλλως αὐτὰ ποιέειν. ὑπεφοίτησαν
γὰρ κατασκοποὶ ἐξ Ἅρπάγου κατοψομένοις
ἀπολέεσθαί τε κάκιστα, ἢν μὴ σφέα ποιήσῃ. ὡς δὲ
οὐκ ἔπειθε ἄρα ὁ ἀνὴρ, δεύτερα λέγει ἡ γυνὴ
τάδε, Ἐπεὶ τοίνυν οὐ δυνάμεή σε πείθειν μὴ ἐκθεῖ-
ναι, σὺ δ' ὧδε ποίησον, εἰ δὴ πᾶσά γε ἀνάγκη ὀφθῆναι
ἐκκείμενον. τέτοκα γὰρ καὶ ἐγὼ, τέτοκα δὲ τεθνεός·
τοῦτο μὲν φέρων τοιῆδε· ὃν δ' τῆς Ἀστυάγεος θυ-
γατρὸς παῖδα ὡς ἐξ ἡμέων ἐόντα τρέφομεν. καὶ
οὕτω οὔτε σὺ ἀλώσεαι ἀδικέων τοὺς δεσπότεας, οὔτε
ἡμῖν κακῶς βεβουλευμένα ἔσται. ὅ, τε γὰρ τεθνεὼς
βασιληίης ταφῆς κυρήσει, καὶ ὁ ζωὸς οὐκ ἀπολέ-
σει τὴν ψυχήν. Καρτά τε ἔδοξε τῷ βουκόλῳ
τοιοῖσὶ τὰ παρεόντα μὴ λέγειν ἡμῖν, καὶ αὐτίκα ἐ-
ποίεε τάδε. ὃν μὲν ἔφερε θανατώσων παῖδα, τοῦ-
τον μὲν παραδιδοῖ τῇ ἑωυτοῦ γυναικί· ὃν δ' ἑωυτοῦ
ἐόντα νεκρὸν λαβὼν ἔθηκε ἐς ὃ ἄλσος ἐν τῷ ἔφερε
ὃν ἕτερον. κοσμήσας δ' τῷ κόσμῳ πάντι τῷ ἑτέ-
ρου παιδὸς, φέρων ἐς ὃ ἐρημότατον τῶν οὐρέων πίθει·
ὡς δὲ τρίτη ἡμέρη τῷ παιδίῳ ἐκκειμένῳ ἐγίνετο, ἦιε
ἐς πόλιν ὁ βουκόλος, τῶν πιστοτάτων φύλακα
αὐτὸν καταλιπών. ἐλθὼν δὲ ἐς τοῦ Ἅρπάγου, ἀπο-
δείκνυσθαι ἔφη ἑτοῖμος εἶναι τοῦ παιδίου ὃν νέκυν.
πέμψας δὲ ὁ Ἅρπαγος τῶν ἑωυτοῦ δορυφόρων

positum, palpitantem vagientemque, auro ac versicolori veste ornatum. eum Harpagus, vbi me vidit, iussit celerrime sumere, atque exponendum asportare, in montem quammaxime feris abundantem: dicens Astyagem esse qui hæc mihi iniungeret: magnopere minatus, nisi ea facerem. Ego acceptum puerum attuli, ratus alicuius illum domesticorum esse, [1] non autem illius generis. Admirabar tamen quòd videre auro vestibusque ornatum: prætorea quod planctus manifestus fiebat in Harpagi domo. [2] Atqui inter viam, ex omni oratione famuli qui me extra vrbem deduxit, mihique infantem tradidit, percepi eum Mandanes Astyagis natæ & Cambysis Cyro geniti esse filium, & ab Astyage iussum interfici: atque is hic est. Hæc loquēs bubulcus, CXII puerum detectum ostendit: quem illa intuita procerum ac speciosum, genua viri cum lacrymis amplexa, obsecrat nequa ratione puerum exponat. Hic negare aliter ista fieri posse: superuenturos enim ab Harpago speculatores ad rem explorandam: seque, nisi id exequatur, miserrime periturum. Mulier vbi id viro non persuadet, [3] Quandoquidem, inquit, te nequeo inducere, quod secundum est facito, si modo necessitas prorsus est aspici puerum dum exponitur. Quoniam ego quoque peperi, peperi autem mortuum: ablatum hūc expone, & istum ex Astyagis filia, tanquam ex nobis genitum, alamus. Ita neq; tu iniurius in dominos esse deprehenderis, neque nobis male consulueri-mus. Nam & hic qui obiit, regale sepulchrū nanciscetur, & iste qui supereſt, animā non amittet. Sane quam cōmode CXIII visa est bubulco mulier loqui pro præsenti conditione: atq; ita continuo fecit. Igitur quē necaturus attulerat, eū vxori tradidit: suum autem, qui mortuus erat, acceptum, collocauit in eo vase in quo alterum portauerat. Omnique alterius pueri cultu ornatum, in desertissimo monte exposuit. [4] Ideoque post pueri expositionem, relicto quodam pecuariorum pro se illic vicario, in vrbem se contulit, & ad domum Harpagi: aitque sese paratum illi ostendere pueri cadauer. Harpagus, missis suorum satellitū

[1] Nunquam enim cogitassem ex eo genere esse. [2] Ceterum in via rem totam ex ministro intellexi, qui mihi extra vrbem deducto puerulum in manus tradidit: filium esse videlicet Mandanes Astyagis filiæ, & Cambysis Cyri filii: & Astyagem iubere illū interfici. Nunc igitur hic est. [3] Secundò hæc dixit, Quandoquidem igitur tibi non possum persuadere vt non exponas, tu saltem hoc facito: si quidem omnino necesse est expositum cerni. [4] Tertio vero die quàm puer expositus fuerat.

fidelissi-

fidelissimis, rem per eos inspexit, ac bubulci filium sepeliuit. Et hic quidem infans humatus est. Alterum vero, qui postea Cyrus appellatus est, vxor bubulci sibi sumptum, educauit, impositoque illi alio quopiam ac non Cyri nomine. CXIV Qui posteaquã decennis fuit, eum res ista quæ illi contigit, palam fecit: Ludebat in pago vbi armenta illa erant, & ludebat cum æqualibus in via: quem inter ludendum ceteri pueri quũ pro rege sibi elegissent, cognominatum bubulci filium,[1] ipse eos muniis distinguebat: vt alii domorum structores essent: aliis, vt satellites: alii, vt oculus regis esset: alii, vt mandatorum renunciator, tanquam suum singulis munus assignans. Horum puerorum quidã collusor Artembaris filius erat, viri inter Medos clari, quẽ Cyrus, quod imperata non fecisset, iussit ab aliis pueris comprehendi: & quum illi paruissent, multis verberibus affecit. Quæ puer tanquam se indigna passus, iniquissimo animo ferens, vbi primum dimissus est, in vrbem ad patrem perrexit, & quæ à Cyro pertulisset deplorauit: non tamen Cyrũ nominans (nondum enim eius hoc erat nomen,) sed filium bubulci Astyagis. Artembares, vt erat ira percitus, ad Astyagem, ducens filium secum, contendit: & rem intolerandã passum esse inquiens, eiusque humeros ostendens, Siccine indigne (ait) accipimur, rex, [2] à filio bubulci CXV serui tui? Audiens hæc atq; cernens Astyages, volens Artembaris, honoris gratia, vlcisci puerum, iussit accersi bubulcum & filium. Qui quum ambo adfuissent, intuens in Cyrum Astyages, Tune (inquit) hoc tali patre genitus, ausus es huius filium, viri apud me primarii, tam indignis concidere verberibus? Cui ille, Istud, inquit, here, huic ego iure feci. pueri enim pagani, quorum hic vnus erat, me regem suum ludentes constituerant: quippe qui videbar eis ad hoc maxime esse idoneus. At iste, quũ ceteri pueri iussis obtemperarẽt, audiens dicto esse nolebat, ac me nihili faciebat: propter quod pœnas dedit. Quod si ego propterea vllo malo sum dignus, hîc tibi præsto sum. CXVI Hæc loquente puero, subiit Astyagi agnitio eius, visaque est figura oris referre ac repræsentare ipsũ, & gestus esse liberalior, & tempus expositionis cum pueri ætate congruere. His perculsus Astyages, aliquandiu sine voce mansit.

τὺς πιςοτάτους, εἶδέ τε ἀφ᾽ τύτων, καὶ ἔθαψε τοῦ βουκόλου ὃ παιδίον. καὶ ὃ μὲν ἐθάπτετο· ὃν δ᾽ ὕςερον τύτων Κῦρον ὀνομαθέντα, ἀδελαβοῦσα ἔτρεφε ἡ γυνὴ τ βουκόλου, οὐδὲν ὄμα ἄλλο χρυ τὴ καὶ οὐ Κῦρον ἀπολύσα. Καὶ ὅτε δὴ ἰὼν δεκαέτης ὁ παῖς, τοιῆνδε ἐγνώσθη ἐξέφηνέ μιν. ἔπαιζε ἐν τῇ κώμῃ ταύτῃ ἐν τῇ ἦρξε καὶ αἱ βουκολίαι αὗται· ἔπαιζε δ᾽ μετ᾽ ἀλλων ἡλίκων ἐν ὁδῷ· καὶ οἱ παῖδες παίζοντες εἵλοντο ἑωυτ βασιλέα εἶναι), τὺτον δὴ τ τῦ βουκόλου ὑπάκλησιν παῖδα. ὁ δ᾽ αὐτέων διέταξε τὺς μὲν, οἰκίας οἰκοδομέειν, τὺς δ᾽, δορυφόρυς εἶναι· τ δέ κυ τινὰ αὐτέων, ὀφθαλμὸν βασιλῆος εἶναι· τῷ δέ τινι, ἀγγελίας ἐσφέρειν ἐδίδυ λόγυς, ὡς ἑκάςῳ ἔργον τοιῆσαι. εἷς δὴ τύτων τ παιδίων συμπαίζων, ἦν Ἀρτεμβάρεω παῖς, ἀνδρὸς δοκίμυ ἐν Μήδοισι· (ὃ γὰρ δὴ ἐποίησε ὃ τοιῆσαι ἐκ τ Κύρυ) οὐκ ἐποίησε ἐκέλευε αὐτ τὺς ἄλλυς παῖδας ἀγαλαβέειν. πθομένων δ᾽ τ παίδων, ὁ Κῦρος τ παῖδα λήγεως κάρτα τοιέσας μαςιγόων· ὁ δ᾽, ἐπεί τε ἐμετείθη τάχιςα, ὡς γε δὴ δύναξια ἑωυτ παθὼν, μᾶλλόν τι τοιημένος. καὶ ἐλθὼν ἐς πόλιν, τρὸς τ πατέρα ἀποικίζετο τ ὑπὸ Κύρυ ἰώτησε. λέγων δ᾽ ὁ Κῦρος, (ὃ γὰρ κω ἦν τ τὸ ὄνομα) ἀλλὰ τρὸς ὃν Βυκόλυ τ Ἀςυάγεος παιδός. ὁ δ᾽ Ἀρτεμβάρης ὀργῇ. ὡς εἶχε, ἐλθὼν τρὸς τ Ἀςυάγεα, καὶ ἅμα ἀγόμενος τ παῖδα, δυαρσία ῥήματα ἔφη πεπονθέναι, λέγων, Ὦ βασιλεῦ, ὑπὸ σῦ δύλυ, βυκόλυ δ᾽ παιδὸς, ὧδε ὑβριζόμεθα (δῆλα δὴ παιδὸς τὺς ὤμυς.) Ἀκύσας δ᾽ καὶ ἰδὼν ὁ Ἀςυάγης, θέλων τιμωρῆσαι τῷ παιδὶ τιμῆς τ Ἀρτεμβάρεω ἕνεκα, μετεπέμπετο τόν τε βυκόλον καὶ τ παῖδα. ἐπεί τε δ᾽ παρῆσαν ἀμφότεροι, βλέψας τρὸς τ Κῦρον ὁ Ἀςυάγης ἔφη, Σὺ δὴ ἐὼν ὅδε τοιῦτυ ἐόντος παῖς, ἐτόλμησας τ τ δὲ παῖδα ἐόντος τρῶ τῦτο παρ᾽ ἐμοὶ ἀφκίη τοιῆνδε ὑβρίσαι; ὁ δ᾽ ἀμείβετο ὧδε, Ὦ δέσποτα, ἐγὼ ταῦτα τῦτον ἐποίησα σεῦ δίκη. οἱ γὰρ μὲ ἐκ τ κώμης παῖδες, τ καὶ ὅδε ἰῶ, παίζοντες, σφέων αὐτ ἐςήσαντο βασιλέα. ἐδόκεον γὰρ σφι εἶναι ἐς τὰ ἐπιτηδεώτατος. οἱ μὲν νυν ἄλλοι παῖδες τὰ ἐπιτασσόμενα ἐπετέλεον, ὅδε δ᾽ ἀπικυσέετε καὶ λόγυ οὐδενὸς ἐποιέετο. ἐς ὃ ἔλαβε τ δίκλυ. εἰ ὧν δὴ τ δὲ εἵνεκα ἄξιός τευ κακοῦ εἰμι, ὧδέ τοι πάρειμι. Ταῦτα λέγοντος τ παιδὸς, τ Ἀςυάγεα ἐσῆλθε ἀναγνώσις αὐτ· καὶ οἱ ὅ, τε χρόνος τ ὑποθέσεως τῇ ἡλικίῃ τ παιδὸς ἐδόκεε συμβαίνειν. ἐκπλαγεὶς δὲ τύτοισι, ἐπὶ χρόνυ ἄφθογγος ἐγὼ

1 Ipse quibusdam eorum præcipiebat vt domorum str. 2 A serui tui, & quidem bubulci, filio?

μόγις ὁ δὴ κατε ἀπεικθεὶς, εἶπε (θέλων σκεπέμψαι
τὸν Ἀρτεμβάρεα, ἵνα τὸν βουκόλον μοιῶν λαβὼν
βασανίσῃ) Ἀρτέμβαρες, ἐγὼ τοῦτα ποιήσω, ὥστε
μὴ παῖδα τὸν σὸν μηδὲν ὀπιμέμφεσθαι. τὸν μὲν δὴ
Ἀρτέμβαρεα πέμπει· τὸν δὲ Κῦρον ἤγαγον εἴσω οἱ θε-
ράποντες, κελεύσαντος τοῦ Ἀστυάγεος. ἐπεὶ δὲ ὑπε-
λέλειπτο ὁ βουκόλος μοῦνος, μυθωθέντα τάδε αὐτῷ εἴ-
ρετο ὁ Ἀστυάγης, πόθεν λάβοι τὸν παῖδα, καὶ τίς εἴη ὁ
τοῦτον δούς. ὁ δὲ ἐξ ἐωυτοῦ τε ἔφη γεγονέναι, καὶ τὴν τεκοῦ-
σαν αὐτὸν ἔτι εἶναι παρ' ἑωυτῷ. Ἀστυάγης δέ μιν οὐκ
οἷός τε βουλεύεσθαι ἔφη, ὅπως μὴ ἐς ἀνάγκας μεγά-
λας ἀπικνέεται. ἅμα τε λέγων ταῦτα, ἐσήμαινε τοῖσι
δορυφόροισι λαμβάνειν αὐτόν. ὁ δὲ, ἀγόμενος ἐς τὰς
ἀνάγκας, ὅτω δὴ ἔφαινε τὸ ἐόντα λόγον. ἀρχόμενος
δὲ ἀπ' ἀρχῆς, διεξῆλθε, τὴν ἀληθείην χρεώμενος· καὶ
κατέβαινε ἐς λιτάς τε, καὶ συγγνώμην ἐωυτῷ κελεύων
ἔχειν αὐτοῦ. Ἀστυάγης δὲ, τοῦ μὲν βουκόλου τὴν ἀλη-
θείην ὀκνήσαντος, λόγον ἤδη καὶ ἐλάσσω ἐποιέετο·
Ἁρπάγῳ δὲ καὶ μεγάλως μεμφόμενος, καλέσας αὐτὸν
τοὺς δορυφόρους ἐκέλευε. ὡς δέ οἱ παρῆν ὁ Ἅρπαγος,
εἴρετο μιν ὁ Ἀστυάγης, Ἅρπαγε, τεῷ δὴ μόρῳ τὸν
παῖδα κατεχρήσαο, τὸν τοι παρέδωκα ἐκ θυγατρὸς
γεγονότα τῆς ἐμῆς; ὁ δὲ Ἅρπαγος ὡς εἶδε τὸν βουκόλον
ἔνδον ἐόντα, ἀτρεπτον ὅτι φυλάσσων ὁδὸν, ἵνα μὴ ἐλεγ-
χόμενος ἁλίσκηται· ἀλλὰ λέγε τάδε, Ὦ βασιλεῦ,
ἐπεί τε παρέλαβον τὸ παιδίον, ἐβούλευον σκοπῶν ὅ-
κως σοί τε ποιήσω κατὰ νόον, καὶ ἐγὼ τοῦ σε γεγονότος
αἰτιάματος μήτε θυγατρὶ τῇ σῇ, μήτε αὐτῷ σοι
εἶναι αἴτιος. ποιέω δὴ τάδε· καλέσας τὸν βουκόλον
τόνδε, τοῦτον δίδωμι τὸ παιδίον, φάς σε τὸν ἐμὸν κελεύ-
σαντα ταῦτα ποιῆσαι. καὶ λέγων οὕτω γε, οὐκ ἐψευδόμην,
σὺ γὰρ ἐνετείλεο οὕτω. τοῦτον δίδωμι μέντοι τῷδε κατὰ
τάδε, ἐντειλάμενος θεῖναι μιν ἐς ἔρημον ὄρος, καὶ τοῦτο-
μοῦντα φυλάσσειν ἄχρις οὗ τελευτήσῃ· ἀπειλήσας
πολλὰ καὶ ἄλλα τάδε, ἢν μὴ τάδε οὕτω τελέα ποιήσῃ. ἐπεὶ δὲ
ποιήσαντος τούτου τὰ κελευόμενα, ἐτελεύτησε τὸ παι-
δίον, πέμψας τοὺς πιστοτάτους, καὶ εἰ-
δον δι' ἐκείνων, καὶ ἔθαψά μιν. οὕτως ἔχει, ὦ βασιλεῦ,
περὶ τοῦ πρήγματος τούτου· καὶ τοιούτῳ μόρῳ ἐχρήσα-
το ὁ παῖς. Ἅρπαγος μὲν δὴ τὸ ἰθὺ ἔφαινε λόγον.
Ἀστυάγης δὲ, κρύπτων τὸν οἱ ἐσῆλθε χόλον ἅμα δὲ γε-
γονὸς, πρῶτα μὲν κατὰ τοῦτο ἤκουσε τοῦ βουκόλου τὸ
πρῆγμα, πάλιν ἀπηγέετο τῷ Ἁρπάγῳ· μετὰ δὲ, ὡς οἱ
ἐπεδηλήθη, καλέσαντα λέγειν οἱ τὰ περὶ τὸν παῖδα,
καὶ τὸν γεγονότα ἔχειν καλῶς. τῷ τε δὴ πεποιημένῳ (ἔ-
φη λέγων) ἐς τὸν παῖδα τοῦτον ἔκαμνον μεγάλως,

vixque tandem ad ſe reuerſus, volens à ſe Artembarem dimittere, [1] vt bubulcum ſubmotis arbitris rimaretur, Ego (inquit) Artembares, efficiam vt filius quoque tuus ob hoc nihil conqueri poſſit. Dimiſſo igitur Artembare, & eius iuſſu per famulos Cyro introducto, bubulcum (qui ſolus erat relictus) percontatur vnde puerum accepiſſet, quiſve ei tradidiſſet. Ille ex ſe genitum reſpondere, & genitricem eius apud ſe eſſe. Aſtyages dicere, non bene ſibi illum conſulere qui [2] cuperet ad ingentes deuenire neceſſitates. Simulque hæc dicens, ſatellitibus innuit vt caperent ipſum. Hic autē ad neceſſitates redactus, ita demum rem patefecit: ab initioque exorſus, vera referendo, deſcendit ad preces & petendam ſibi veniā. [3] Bubulco veritatem eloquuto, Aſtyages pauciora iam verba fecit: ſed Harpagum, cui valde ſuccenſebat, vocari à ſatellitibus iuſſit. Quem, vbi adfuit, percontatur Aſtyages, Harpage, qua nece interemiſti quem tibi tradidi puerum è filia mea genitum? Harpagus (vt vidit paſtorē intereſſe) noluit tergiuerſari mendacio, ne argumētis conuinceretur: ſed ita reſpondit, Ego, poſteaquam infantē accepi, rex, cogitaui quo pacto ex animi tui ſententia facerem: [4] & tamen, quum apud te innoxius extitiſſem, ne forē aut filiæ tuæ aut tibi ipſi carnifex. eoque ita ſtatui agendū: Accerſito huic bubulco infantē tradidi, inquiens te eſſe qui iuberes illū interfici. In quo dicendo mentitus non ſum. tu enim ita præceperas. [5] Atq; huic, dū puerum trado ex tuo præcepto, iuſſi exponeret in deſerto monte, perſtaretque in eo obſeruando tantiſper dum expiraſſet: comminatus iſti extrema quæque niſi hæc effecta reddidiſſet. Vbi hic fecit imperata, & infans obiit, miſſis eunuchorum fidiſſimis, rem cognoui, & per eoſdem mortuum ſepeliui. Ita res habet, rex: atque hac morte defunctus eſt puer. Et Harpagus quidem [6] directam habuit orationem. Aſtyages autem diſſimulata qua illi infenſus erat cauſſa, ob id quod contigerat, primum rem ei enarrat quemadmodum ipſe ex bubulco audierat: deinde ea narrata, eò deuenit vt diceret, Quod puer viuit, & quod accidit, bene habet. De eo enim (inquit) quod in hunc puerum factum erat, valde laborabam,

CXVII

CXVIII

1 Vt de bubulco ſeorſum acceptā quæſtionem haberet, Ego, &c. 2 Ac ſi vltro vellet in maximas auguſtias ſeſe dare. 3 Aſtyages bubulci veritatem eloquuti non magnam rationem habuit: ſed Harp. 4 Et tamen, quum in te nihil peccaſſem, neque filiæ tuæ, neque tibi ipſi eſſem carnifex. 5 Tradidi igitur iſti hoc modo: addito mandato vt eum expon. 6 Simplicem.

& à filia mea insimulatus, haud leuiter ferebam. Igitur in bonum conuersa fortuna, tum filium tuum mitte ad puerum hunc qui recens venit: tum vero ad cœnam mihi adesto. siquidem constitui pro recepto filio diis quibus
cxix honor hic conuenit, sacrificare. Harpagus, quum hęc audisset, adorato rege, ac sibi maiorem in modum gratulatus quod peccatum suum commode cessisset, & propter sortem prosperam ad conuiuium vocaretur, domum abiit. Quam ingressus, properanter filium qui ipsi vnicus erat, tredecim circiter natum annos, mittit domum Astyagis, iubens exequi quæcunque ille imperaret. Ipse gestiens, quid sibi successisset vxori exponit. Eius porro filium, vbi aduenit, Astyages iugulatum & in frusta concisum partim torruit, partim elixauit, & probe conditum, paratum habuit. Dehinc sub horam cœnæ, postquam adfuerunt cũ ceteri conuiuæ, tum vero Harpagus, conuiuis quidem aliis atque ipsi Astyagi mensæ appositæ sunt ouilla refertæ carne: Harpago autem, præter caput & manus extremas ac pedes, reliquis filii sui partibus. nam illa in canistro operta, separatim reposita erant. Eum autem, postquam satis depastum illo cibo putauit Astyages, interrogat nunquid sit illis oblectatus epulis. Se vero valde oblectatum dicenti Harpago, ii quibus negotiũ erat datum, adferunt caput filii cum extremis manibus ac pedibus tectum: & adstantes iubent detegere, ac sumere quod vellet ex eis. Harpagus obtemperans, vbi detexit, cernit reliquias filii. non tamen eo spectaculo consternatus est, [1] sed apud seipsum mansit. Et percontanti Astyagi nunquid agnosceret cuius feræ carne pastus esset, se agnoscere respondit: sibique quicquid rex ageret, placere. Hoc reddito responso, receptisque reliquiis carnium, domum abiit, eas (vt ego opinor) illic collectas humaturus. Et Harpagum quidem hac
cxx vltione Astyages prosequutus est. De Cyro autem deliberans, eosdem ex magis accersiuit qui fuerant ipsius somnium sic interpretati. Postquam venerunt, sciscitatur eos [2] quid censeant de visione sibi agendum. Illi necessario fore inquiunt vt puer, si superstes esset, nec hactenus periisset, regnaret.

καὶ θυγατρὶ τῇ ἐμῇ ἀμφιβεβλημένος, οὐκ ἐπιλαφρῷ ἐποιούμην. ὡς ὦν τῆς τύχης δῦ μετρίως ἔσης, τοῦτο μὲν, ὃν σεωυτῦ παῖδα ἀπόπεμψον πρὸς ἐμὲ ὃν παῖδα ὃν νεηλυδα· τοῦτο δὲ (σῶς γὰρ τῦ παιδὸς γε μέλλω δύειν τοῖσι θεῶν τιμὴ αὕτη προσκέεται) παρειδί μοι ὅτι δεῖπνον. Ἅρπαγος μὲν, ὡς ἤκουσι ταῦτα, προσκυνήσας, καὶ μεγάλα ποιησάμενος ὅτι τε ἡ ἁμαρτὰς οἱ ἐς δέον ἐγένετο, καὶ ὅτι ὅτε τύχησι χρηστῇσι ὅτι δεῖπνον ἐκέκλητο, οἴκε ἐς τὰ οἰκία. ἐσελθὼν δὲ τῷ ταχίστῳ, ὡς γὰρ οἱ παῖς εἷς μούνος, ἕτερα τεία καὶ δέκα κου μάλιστα γεγονὼς, τοῦτον ἐκπέμπει, ἰέναι τε κελεύων ἐς Ἀστυάγεος, καὶ ποιέειν ὅ, τι αὐτῷ ἐκεῖνος κελεύοι. αὐτὸς δὲ προσεχαρὴς ἐὼν, φράζει τῇ γυναικὶ τὰ συγκυρήσαντα. Ἀστυάγης δὲ, ὡς οἱ ἀπίκετο ὁ Ἅρπάγου παῖς, σφάξας αὐτὸν, καὶ κατὰ μέλεα διελών, τὰ μὲν ὤπτησε, τὰ δὲ ἕψησε τῶν κρεῶν. εὖ τυκτα δὲ ποιησάμενος, εἶχε ἑτοῖμα. ἔπειτα δὲ, τῆς ὥρης γινομένης τοῦ δείπνου, παρῆσαν οἵ τε ἄλλοι δαιτυμόνες, καὶ ὁ Ἅρπαγος. τοῖσι μὲν ἄλλοισι καὶ αὐτῷ Ἀστυάγει παρετέθη τράπεζα ὑπόπλεα μηλίων κρεῶν· Ἅρπάγῳ δ', τοῦ ἑωυτοῦ παιδὸς, πλὴν τῆς κεφαλῆς τε καὶ ἄκρων χειρῶν τε καὶ ποδῶν, τἄλλα πάντα· ταῦτα δ' ἦν χωρὶς ἔκειτο ὅτι κάλλιστα κατακεκαλυμμένα· ὡς δὲ τῷ Ἅρπάγῳ ἐδόκεε ἄλις ἔχειν τῆς βορῆς, Ἀστυάγης εἴρετο μιν εἰ ἡδείη τι τῇ θοίνῃ. φαμένου δ' Ἅρπάγου καὶ κάρτα ἡδέως, παρέφερον τοῖσι προσέκειτο πρὸ κεφαλὴν τοῦ παιδὸς κατακεκαλυμμένον, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. Ἅρπαγον δ' ἐκέλευον προσελθόντα ἀποκαλύπτειν τε καὶ λαβεῖν ὃ βούλεται αὐτῶν. πειθόμενος δὲ ὁ Ἅρπαγος, καὶ ἀποκαλύπτων, ὁρᾷ τοῦ παιδὸς τὰ λείμματα· ἰδὼν δ', οὔτε ἐξεπλάγη, ἐπός τε ἐωυτῷ γένεται. εἴρετο δ' αὐτὸν ὁ Ἀστυάγης εἰ γινώσκοι ὅτου θηρίου κρέα βεβρώκει. ὁ δὲ καὶ γινώσκειν ἔφη, καὶ δρέσσον εἶναι πᾶν ὅ τι ἂν βασιλεὺς ἔρδοι. τούτοισι δ' ἀμφαμένους, καὶ ἀναλαβόντα τὰ λοιπὰ τῶν κρεῶν, οἴκεε ἐς τὰ οἰκία. σὺν τοῦτον δ' ἔμελλε (ὡς ἐγὼ δοκέω) ἀλίσας θάψειν τὰ πρῶτα. Ἅρπάγῳ μὲν Ἀστυάγης δίκην τοιαύτην ἐπέθηκε. Κύρου δ' περὶ βουλεύων, ἐκάλεε τοὺς αὐτοὺς τῶν μάγων οἵ περ ἐνύπνιον οἱ τοῦτο ἐκρινάν· ἀπικομένους δ' εἴρετο ὁ Ἀστυάγης ἥντινα ἐκρινάν οἱ τὸ ὄψιν. οἱ δὲ κατὰ ταὐτὰ εἶπον, λέγοντες ὡς βασιλεῦσαι χρεὼν τὸ παῖδα εἰ ἐπέζησε, καὶ μὴ ἀπέθανε πρότερον.

1 Sed mentis compos fuit. 2 Quomodo sibi visum illud essent interpretati. Illi idē responsum reddiderunt *quod antea, oportere puerum regnare, si superstes esset, nec prius obiisset. Atqui, &c.*

» ὁ δὲ ἀμείβεται αὐτὸς τοῖσδε, Ἐ ἐστί τε ὁ παῖς καὶ θεῖ-
» ες· καὶ μὲν ἐγὼ ἀγχοῦ ἁμαρτόμενον οἱ ἐκ τῆς
» κώμης παῖδες ἐβασίλευσαν. ὁ δὲ, πάντα ὅ-
» σα περ οἱ ἀληθεῖ λόγῳ βασιλῆες, ἐτελέωσε ποιή-
» σας. καὶ γὰρ δορυφόρους, καὶ θυρωρούς, καὶ ἀγγε-
» ηφόρους, καὶ τἄλλα πάντα ἁμαπάξας ἦρχε. καὶ
» τῶν ἐς τί ὑμῖν τοῦτο φαίνεται φέρειν; εἶπον οἱ μάγοι,
» Εἰ μὴ θεῖός τε, καὶ ἐβασίλευσε ὁ παῖς μὴ ἐκ
» τρηχοίης πιὸς, θαρσέειν τε τούτου εἵνεκα, καὶ θυμὸν ἔ-
» χειν ἀγαθόν. οὐ γὰρ ἔτι δεύτερον ἄρξει. τῶδε 10
» σμικρὰ γὰρ καὶ τῶν λοιπῶν ἡμῖν ἔνια πεφώρηκε.
» καὶ τά γε τῶν ὀνειράτων ἐκβαίνοντα, τελέως ἐς ἀνδρὸς
33' ἀνεῖς ἔρχεται. ἀμείβεται Ἀστυάγης τοῖσδε καὶ αὖ-
τὸ γνώμῃ » τος, Ὦ μάγοι, ταύτῃ πλεῖος τῇ γνώμῃ εἰμί,
» βασιλῆος ὀνομαζομένου τοῦ παιδὸς, ἄρξειν τε ὑπ' ὑ-
» νειρον, καί μοι ὑπὲρ παῖδα τοῦτον εἶναι δεινὸν οὐδὲν ἔτι. ὅ-
» μως μέντοι συμβουλεύσατέ μοι, ὡς θεισκεφάμε-
» νοι, τὰ μέλλει ἀσφαλέστατα ἔσεσθαι οἴκῳ τε τῷ ἐμῷ καὶ
ὑμῖν. εἶπον τοῖσδε τοῦτα οἱ μάγοι, Ὦ βασιλεῦ,
» καὶ ἀρχαίοισι ἡμῖν θεῖ πολλοῦ ὅτι καταρρυῆναι ἄρ- 20
» χοντα τὸν σόν. κείνως μὲν γὰρ ἀλλοτριοῦται, ἐς
» ὃν παῖδα τοῦτον θεῖον ἐόντα Πέρσαι· καὶ ἡμεῖς
» ἐόντες Μῆδοι, δουλούμεθά τε, καὶ λόγου οὐδενὸς νο-
» μόμεθα θεοῖς Περσέων, ἐόντες ξεῖνοι· σέο δὲ ἐόντος
» τοῦτος βασιλῆος, ἐόντος πολίητεω, καὶ ἀρχόμεθα ὃ
» μέρος, καὶ τιμὰς θεοῖς σέο μεγάλας ἐχόμεθα. οὕ-
» τω ὦν πρώτους ἡμῖν σέο τε καὶ τῆς σῆς ἀρχῆς θε-
» ωπέειν δεῖ. νῦν δὲ ἀποσκήψαντος τοῦ ἐνυ-
» πνίου ἐς φλαῦρον, αὐδεῖ τε θαρσέομεν, καὶ σοὶ ἕτερα 30
» τοιαῦτα βλωσκόμενα. ὃν δὲ παῖδα τοῦτον δὲ
» ὀφθαλμῶν ἀπόπεμψαι ἐς Πέρσας τε καὶ τοὺς γεινα-
μένους. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Ἀστυάγης, ἐχάρη
» τε· καὶ καλέσας τὸν Κῦρον, ἔλεγέ οἱ τοιάδε, Ὦ παῖ,
» σὲ γὰρ ἐγὼ δι' ὄψιν ὀνείρου οὐ τελέως ἠδίκεον, τῇ σε-
» ωυτοῦ δὲ μοίρῃ θεὶς· νῦν ὦν ἰὼν χαίρων ἐς Πέρ-
» σας (πομποὺς δέ ἐγώ ἅμα πέμψω) ἐλθὼν δὲ ἐ-
» κεῖ, πατέρα τε καὶ μητέρα εὑρήσεις, οὐ καὶ τὰ Μίθα-
τὴν θ ἡ. » δάτην τε τὸν βουκόλον καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.
μητέρα τὴν λεγο μένην, γυναῖκα δ' αὐτοῦ. Ταῦτα εἰπὰς ὁ Ἀστυάγης, ἀποπέμπει τὸν Κῦ- 40
ρον. νοστήσαντα δὲ μιν ἐς τὸν Καμβύσεω τὰ οἰκία,
ἐδέξαντο οἱ γεινάμενοι· καὶ δεξάμενοι, ὡς ἐπύθοντο, μεγάλως ἠσπάζοντο, οἷα δὴ ὀπισάμενοι αὐτίκα τότε τελευτῆσαι· ἱστόρεόν τε ὅτεῳ τρόπῳ ἀπεφθάνοιτο. ὁ δὲ σφι ἔλεγε, φὰς πρὸ τοῦ μὲν

Atqui puer & viuit & incolumis est, (Astyages excepit) & quum ipsum ruri agentem pueri eius pagi, regem delegissent, quæ faciunt qui reuera sunt reges, ea omnia hic fecit. Nam satellitibus, ianitoribus, internunciis, ac ceteris muniis institutis, imperium exercuit: quæ vobis quonam videntur spectare? Si superest puer (Magi respondent) atque regnauit [1] nulla ex prouidentia, confidito ob id, ac bono sis animo, iam non eum regnaturum iterum. Nam quædam vaticinationes nostræ in exigua reciderunt, [2] & velut insomnia in imbecillum quiddam tandem redactæ sunt. Ego (inquit Astyages respondens) istius vestræ, magi, fere sum sententiæ, [3] me somnio esse defunctum, puero iam rege nominato, nihilque mihi amplius eum esse reformidandum. Vos tamen probe considerantes, quænam futura sint & meæ domui & vobis tutissima consulite. Ad hæc magi, Nostra etiam, rex, (inquiunt) magni interest, tuum stare principatum: [4] qui si immutetur, & ad hunc puerum qui Persa est transeat, nos quoq; qui Medi sumus, in seruitutem redigemur apud Persas, & extranei nullius erimus pretii: te vero regnante, cuius populares sumus, tum ex parte imperamus, tum magnos apud te honores obtinemus. Quo magis per nos & tibi & regno tuo prospiciendum est: & nunc, siquid cerneremus quod timendum esset, tibi aperiremus: verum quum in rem friuolam nunc euaserit somnium, & ipsi confidimus, & te itidē confidere iubemus, & hunc ablegare puerum ab oculis tuis in Persidem ad parentes. His auditis Astyages CXXI gauisus est: accitoque Cyro hæc inquit, Fili, quum ego propter quandam haud sanam somnii visionem in te fuissem iniurius, tuo tamē ipsius fato superstes es. Nunc itaque lætus ad Persas itō cum iis quos ad te deducendū mittam. Eo perueniens, parentes tuos offendes: patrem, non qualis est Mitradates bubulcus, & matrem, non qualis est vxor CXXII eius. Hæc loquutus Astyages, Cyrum dimittit. Quem ad domum Cambysis reuersum, acceperunt sui parentes, & audita re vehementer amplexati sunt, vt quem statim mortem obiisse credideRant. Sciscitabantur igitur quonā modo superstes esset. Hic se vero ait eos antea

1 Non de industria & absque vllo consilio, confid. 2 Et quæ ex insomniis pendent, prorsus ad leue quidpiam deueniunt. 3 Hunc esse somnii exitum, puero, &c. 4 Alioqui enim alienatus, ad hunc puerū qui Persa est, deueniret: ac tum nos qui Medi sumus, in seruitutem redigeremur, nulliusque pretii essemus apud Persas, vtpote extranei. At permanente rege, cuius pop-

non no-

non nouisse,[1] & ob id maximè errasse. Inter viam tamen omne suum infortunium audisse. credidisse enim se bubulci Astyagis esse filium: verum in illo itinere omnem rem gestam, ab iis qui ipsum deduxerant accepisse. Commemorabat autem se ab vxore bubulci fuisse educatum, semper eam laudibus prosequens, ita vt in omni eius sermone esset Cyno. Quod nomen accipientes eius parentes, (vt magis diuinitus videretur Persis filius suus fuisse seruatus) diuulgarunt, à cane Cyrum, quum esset expositus, fuisse educatum.

CXXIII vnde hæc fabula emanauit. ¶ Vbi Cyrus in virilem adoleuit ætatem, & inter æquales virilissimus euasit & idem dilectissimus,[2] constituit Harpagus ad eum dona mittere, Astyagis vlciscendi cupidus. Nam per sese, qui priuatus esset, non videbat futuram de Astyage vindictam: sed Cyrum cernens adultum, cuius casus suis assimilabat, sibi socium comparabat. Prætereà vero hæc ab eo facta erant. Quum esset acerbus Astyages in Medos, Harpagus singulis quibusq; eorũ se insinuans primoribus, persuadebat oportere Astyagem à regno summoueri, Cyro delecto. Harpagus, his transactis ac paratis, ita demum volens Cyro apud Persas agenti suam aperire sententiam, quum aliter non posset, vtpote itineribus custoditis, huiusmodi rem comminiscitur:[3] Exenterato quem solerter obtinuerat lepore, vt nihil omnino rescinderetur, indidit libellum in quo quę libuit conscripserat: resutoque ventre, leporem vna cum retibus tradidit venatori cuidam suorum domesticorũ fidissimo: misitque ad Persas,[4] præcipiens, suo ore, quum daret leporem, Cyro diceret vt ipse suis manibus aperiret,

CXXIV idque sine arbitris faceret. Hæc excequuto nuncio, Cyrus acceptum leporem aperuit, inuentumque libellum qui in eo inerat, legit, in hæc verba: Fili Cambysis, quem dii respiciunt (nam aliter nunquam in tantum fortunæ peruenisses) vlciscere nunc Astyagem tuæ necis autorem. quoniam ex huius tu quidem studio perieras, deorum tamen beneficio & meo superstes es. Quæ omnia quemadmodum circa te gesta sunt, opinor te olim iam rescisse: & itẽ, qualia ego ab Astyage passus sim quod te non occidissem, sed bubulco tradidissẽ.

οὐκ εἰδέναι, ἀλλὰ ἁμαρτεῖν πλεῖστον· κατ' ὁδὸν δὲ πυθέσθαι πᾶσαν τὴν ἑωυτῆς πάθην. ὑπίσασθαι μὲν γὰρ ὡς βουκόλου τοῦ Ἀστυάγεος εἴη παῖς· ἀπὸ δὲ τῆς κείνου ὁδοῦ ἐν πόνῳ λόγου τῶν πομπῶν πυθέσθαι. τεραφῶναι δὲ ἔλεγε ὑπὸ τῆς τοῦ βουκόλου γυναικός· κύνα τε αὐτὴν αἰνέων διαπρησίως· ὥστε τοι ἐν τῷ λόγῳ τὰ πρῶτα ἡ Κυνὼ. οἱ δὲ τοκέες τῶν διαλαβόντες τὸ οὔνομα τοῦτο, (ἵνα θειότερος δοκέῃ τοῖσι Πέρσῃσι τεκεῖναι σφι ὁ παῖς) κατιβαλόντι φάτιν ὡς ἐκκείμενοι Κύρου κυνῶν ἐξέθρεψε. ἐκτεῦσθαι μὲν ἡ φάτις αὕτη κεχωρήκεε. Κύρῳ δὲ ἀνδρὶ μόλις, καὶ ἐόντι τῶν ἡλίκων ἀνδρειοτάτῳ καὶ πρεπωδεστάτῳ, πρόσκειτο ὁ Ἅρπαγος, δῶρα πέμπων, πισσάμενος Ἀστυάγεα ὑπερθυμέων. ἀτὰρ ἑωυτῷ γὰρ ἑόντος ἰδιώτεω οὐκ οἰκεόντως ἐμηχανᾶτο ἐπιθήκην ἐσορμᾶσθαι ἐς Ἀστυάγεα. Κύρου δὲ ἐκ παίδων ὑβριστρεφόμενον, ἐπιεικέστερον σύμμαχον, ἢ τοὺς πολίτας τῷ Κύρῳ τῇ ἑωυτῆς ὁμοιούμενος. πρὸς δὴ ἐπὶ τούτῳ πάντι οἱ κατεργασμένου· ἐόντος τοῦ Ἀστυάγεος πικρεῦ ἐς τοὺς Μήδους, συμμίσγων εἰς ἕκαστον ὁ Ἅρπαγος τῶν πρώτων Μήδων, αἰεπιθὲς ὡς χρὴ Κύρῳ πρὸς ποιεῖσθαι μοῦνον, Ἀστυάγεα παῦσαι τῆς βασιληίης. κατεργασμένου δέ οἱ τούτου, καὶ ἐόντος ἑτοίμου, οὕτω δὴ τῷ Κύρῳ διαιτωμένῳ ἐν Πέρσῃσι βουλόμενος ὁ Ἅρπαγος δηλῶσαι τὴν ἑωυτοῦ γνώμην, ἄλλως μὲν οὐδαμῶς εἶχε, ἅτε τῶν ὁδῶν φυλασσομένων· ὁ δὲ ὧδε τεχνᾶται τοιῷδε λαγὼν μηχανησάμενος, καὶ ἀνασχίσας τοῦτον τὴν γαστέρα, καὶ οὐδὲν ἀποτείλας, ὡς ἔιχε, οὕτω ἐπέθηκε βιβλίον, πάντα ἐδόκεε ἐπιγράψας. ἀποῤῥάψας δὲ τὴν λαγοῦ τὴν γαστέρα, καὶ δίκτυα δοὺς, ἅτε θηρευτῇ, τῶν οἰκετέων τῷ πιστοτάτῳ, ἀπέστειλε ἐς τοὺς Πέρσας· ἐντειλάμενός οἱ, ἀπὸ γλώσσης, δοῦναι τὸν λαγὼν Κύρῳ, ἐπιπεῖν, αὐτοχειρίην μιν διελεῖν, καὶ μηδένα οἱ τῶνδε ποιεῦντι παρεῖναι. Ταῦτα δὴ εἶπε ὧν ἐπιτελέα ἐγίνετο. καὶ ὁ Κῦρος παραλαβὼν τὸν λαγὼν ἀνέσχισε. εὑρὼν δὲ ἐν αὐτῷ τὸ βιβλίον ἐνεὸν, λαβὼν ἐπελέγετο. τὰ δὲ γράμματα ἔλεγε τάδε, Ὦ παῖ Καμβύσεω, σὲ γὰρ θεοὶ ἐπορέωσι (οὐ γὰρ ἂν κοτε ἐς τοσοῦτον τύχης ἀπίκνεο.) σὺ νυν Ἀστυάγεα τὸν ἑωυτοῦ φονέα πίσαι. κατὰ μὲν γὰρ τὸ τότε προθυμίην τέθνηκας, δοὺς κτείνειν τε καὶ ἐμὲ σαώσας. νῦν δὲ καὶ πάλαι δοκέων πρήγματα ἐκμεμαθηκέναι, σέο τε αὐτοῦ πέρι, ὡς ἐτράφης, καὶ οἷα ἐγὼ ὑπὸ Ἀστυάγεος πέπονθα· ὅτι σε οὐκ ἀπέκτεινα, δι' ἓν ἔδωκα ὧδε ἐκτελέσαι. σὺ νυν

1 Et in maximo errore versatũ fuisse. 2 Ei instabat Harpagus, dona mittendo. *Vel, Eius studiosus erat.* 3 Quum leporẽ arte composuisset, eiusque ventrem rescidisset, nihil lacerando, indidit libell. 4 *Vel,* Præcipiens vt quum leporem Cyro daret, suo ore diceret vt &c. *Vel, Cyrum admoneret etiam vt &c.*

» σὺ νῦν ἐμοὶ βούλῃ πείθεσθαι, τῆς δὲ Ἀστυάγης
» ἄρχει χώρης, ταύτης ἁπάσης ἄρξεις. Πέρσας
» γὰρ ἀναπείσας ἀπίσασθαι, σεωυτὸν δείκνυε ὅτι Μή-
» δοισι. καὶ ἴθι τε ἐγὼ ἡγεόμενος Ἀστυάγεος ἀποδεχθῶ
ἢ αἴ- » στρατηγὸς, αὐτίκα σευ, ἔσαι τοι τὰ σὺ βούλεαι, ἴθι τε
τησαι, » τῶν ἄλλων δοκίμων ἄλλος Μήδων. οὗτοι γὰρ οὗτοι
» ἀποστάντες ἀπ' ἐκείνου, ἐς ἡμᾶς μάλιστα ἂν, Ἀ-
» στυάγεα καταρέψαιμεν. ὡς ὦν ἑτοίμων τῶνδε
» ἐόντων, ποίεε ταῦτα, καὶ ποίεε κατὰ τάχος.

Ἀκούσας ταῦτα ὁ Κῦρος ἔφη μιν ἐπαινέσειν ἐπὶ τῷ σοφωτάτῳ Περσέων ἀναπείσαι ἀπίσασθαι φερόντων ὃν ἤνεικε ταῦτα καιριώτατα εἶναι. ἐποίεε δὴ τάδε· γράψας ἐς βιβλίον τὰ ἐβούλετο, ἀλίσας τοὺς Περσέων ἐποιήσατο μιν ἐκκλησίην, ἀναπτύξας δὲ βιβλίον, καὶ ἐπιλεγόμενος ἔφη, Ἀστυάγεά μιν στρατηγὸν Περσέων ἀπο-
» δεικνύω. Νῦν, ἔφη τε λέγων, ὦ Πέρσαι, σε κελεύω
» ῥηϊδίως ὑμῖν, παρεούσης ἑκάστοισι ἑκόντα δρέπεσθαι. Κῦρος μὲν ταῦτα σεσημήνατο. ἔστι δὲ Περσέων συχνὰ γένεα· καὶ τὰ μὲν αὐτέων ὁ Κῦρος συνάλισε, καὶ αὐτὸς ἀπίστα ἀπὸ Μήδων ἐστί· τάδε, ἐξ ὧν ἄλλοι πολλοὶ πάντες, Ἀρτεάται, Πέρσαι, Γασαργάδαι, Μεραφίοι, Μάσιοι. τούτων Πασαργάδαι εἰσὶ ἄριστοι· ἐν τοῖσι καὶ Ἀχαιμενίδαι εἰσὶ φύντες, ἔνθεν οἱ βασιλέες οἱ Περσείδαι γεγόνασι. ἄλλοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ τάδε, Γαθηλαῖοι, Δηρσιαῖοι, Γερμάνιοι. ἅτοι μὲν πάντες ἀροτῆρές εἰσι· οἱ δ' ἄλλοι, νομάδες, Δάοι, Μαρδοί, Δροπίκοι, Σαγάρτιοι. Ὡς δὲ πάρησαν ἅπαντες ἔχοντες ὃ προεῖπε, ἐνταῦτα ὁ Κῦρος· ἴω γάρ τις χῶρος τῆς Περσικῆς ἀκανθώδης ἐὼν τυγχάνει ὅσον τε ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ καὶ δέκα σταδίους, ἢ εἴκοσι· πάντα τοῦτον σφέας χῶρον προεῖπε ἐξημερῶσαι ἐν ἡμέρῃ. ἐπιτελεσάντων δὲ τῶν Περσέων ὃν προεῖπετο ἄεθλον, δεύτερά σφι προεῖπε, ἐς τὴν ὑστεραίην παρεῖναι λελουμένους. ἐν δὲ τούτῳ τά τε αἰπόλια καὶ τοὺς ποίμνας καὶ τὰ βουκόλια ὁ Κῦρος πάντα τὰ τοῦ πατρὸς συνάλισας ἐς ταὐτό, ἔθυε, καὶ παρεσκεύαζε ὡς δεξιωσόμενος τὸν Περσέων τὸν στρατόν. ἐποίεε δή, οἴνῳ τε καὶ σιτίοισι ὡς ἐπιτηδειοτάτοισι. ἀπικομένους δὴ τῇ ὑστεραίῃ τοὺς Πέρσας κατακλίνας ἐς λειμῶνας, δειπνίζεε. ἐπεί τε δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσαν, εἴρετο σφέας ὁ Κῦρος κοτέρα τὰ τῇ προτεραίῃ εἶχον, ἢ τὰ παρεόντα σφι εἴη αἱρετώτερα· οἱ δ' ἔφασαν πολλοῦ ἐς αὐτέων τὸ μέσον. τῇ μὲν γὰρ προτέρην ἡμέρην πάντα σφι κακὰ ἔχοι, τῇ δὲ τότε παρεοῦσαν, πάντα ἀγαθά. τοῦτα λαβὼν ὁ Κῦρος τὸ ἔπος, παρεγύμνου
» τὸν πάντα λόγον· λέγων, Ἄνδρες Πέρσαι, οὕτω ὑ-
» μῖν ἔχει· βουλομένοισι μὲν ἐμέο πείθεσθαι,

Nunc, si mihi auscultare vis, omni tu cui Astyages imperat regioni imperabis. Quum enim Persis vt deficiant persuaseris, expeditionem aduersus Medos suscipe: vtpote ad votum tibi res successura, siue ego dux ab Astyage adhibi occurrendũ creatus fuero, siue alius quispiam Medorum illustrium. Horum enim primi quique ab illo ad te deficientes, Astyagem conabuntur euertere. Tanquam igitur cuncta tibi sint hîc in expedito, ista exequere sine mora. Cyrus, his auditis, considerabat quonam solertissimo modo Persas induceret ad rebellandum. Cogitando tandem comperit hunc esse appositum, vt ita faceret: Scripto libello de iis quæ volebat, concilium Persarum coegit. Deinde resignato libello atque lecto, ducem se inquit Persarum ab Astyage esse designatum. Et nunc Persæ (ait) edico vobis vt præsto mihi sitis cum singulis falcibus. Hoc Cyrus Persis præcepit: quorum complura sunt genera. Eorum quædam Cyrus congregauit, & à Medis ad deficiendum induxit, [1] sub quibus alia omnia. Ea autem hæc sunt, Arteatæ, Persæ, Pasargadæ, Merophii, Masii. Sed horum Pasargadæ sunt præstantissimi, in quibus & Achæmenidarum [2] cognatio est, vnde reges Persidæ sunt oriundi. Alii Persæ hi sunt, Panthelæi, Derusiæi, Germani: atque hi omnes, aratores. Alii vero, pecuarii, Dai, Mardi, Dropici, Sagartii. Vbi cũcti adfuerunt habentes quod eis erat præceptum, ibi Cyrus iubet locum quendam dumosum (erat in Perside is locus circiter decem & octo aut viginti stadiorum) totum detergant intra diem. Quo labore perfunctis Persis, iterum præcipit in posterum diem vt lauti adsint. Interim coactos in vnum caprarum, ouium, boum greges patris sui mactat atque apparat, tanquam Persarum exercitum accepturus vinoque ac cibariis quamlautissimis. Postero die vbi conuenerunt Persæ, iubet eos discumbere in prato atque epulari. Deinde cœnatos interrogat vtrum pridianam an præsentem conditionem præoptarent. Illis respondentibus, multum esse inter hæc duo [3] interualli: pridianam enim omnia mala habuisse, præsentem vero omnia bona habere: excepit Cyrus, & omnem rem denudauit, inquiens, Viri Persæ, ita res vestræ habent: volentibus vobis mihi obtemperare,

CXXV

CXXVI

1 Suat autem hæc, à quibus alii omnes *dependent*. 2 Tribus 3 *discriminis*.

& hæc

& hęc & alia infinita commoda aderunt sine vllo seruitutis labore: nolentibus vero, innumerabiles, quales hesternæ, ærumnæ. Nunc itaque obtemperando mihi, efficiamini liberi. nam & diuina quadam sorte ipse genitus hæc bona videor in manus vestras esse allaturus, & vos non arbitror inferiores esse Medis, cum in aliis tum vero in bellicis rebus. Quæ quum ita sint, rebellate quam-
CXXVII primum ab Astyage. Persæ, vt qui iampridem [1] dedignarentur parere Medis, nacti [2] præsidem, libenter se in libertatem vindicarunt. Hæc moliri Cyrum Astyages quum accepisset, misso nuncio accersiit. Iste nuncium iubet renunciare, se prius illuc venturum quam Astyages ipse velit. His auditis, Astyages Medos cunctos armat, hisque [3] aduerso numine Harpagum præficit, oblitus eorum quæ illi fecisset. Comparato exercitu, vbi Medorum copiæ [4] cum Persicis prœlium conseruerunt, quicunque eorum [5] sermonis Harpagi erant expertes, prœliabantur: qui vero participes, ad Persas transibant. Plerique de industria ignauiter agebant,
CXXVIII fugamque faciebant. Dilapso turpiter Medico exercitu, Astyages vt primum rem cognouit, minitans Cyro, inquit, Ne sic quidem Cyrus gaudebit. Hactenus loquutus, ante omnia eos magos somniorum interpretes qui suasissent ipsi Cyrum dimittendum, patibulis affigit. Deinde reliquos Medorum qui in vrbe erant, adolescentes pariter & senes, armat. Quibus eductis, cum Persis confligens fugatur: viuusque ca-
CXXIX pitur, amissis quos eduxerat Medis. Ei captiuo astans Harpagus insultauit, eumque dicteriis lacessiuit, cum alia quæ homini dolerent, dicens, tum vero percontando eum de cœna sua in qua ille ipsũ carnibus filii pauisset: [6] quoniam regnum eius ad seruitutem decidisset. Eum intuens Astyages vicissim interrogat nunquid [7] ipsius foret Cyri opus. Harpagus vero, suum esse dicere: idque merito, quoniam ipse ad Cyrum scripsisset. [8] Tum Astyages eum improuidissimum atque iniquissimum omnium hominum compellauit. Improuidissimum quidem, quòd, si facultas ei aderat vt rex efficeretur,

ἔσαι πάδε τε ἢ ἄλλα μυρία ἀγαθά. τοῦδέ νυν πό ου δουλοπρεπέα ἔχεισι· μὴ βουλομένοισί γ', εἰσὶ ὑμῖν πόνοι τῷ χθιζῷ τῷδε παπλήσιοι αἰεί θυμπι. ναῶ ὧν ἐμέο πειθομένοι, γίνεσθε ἐλεύθεροι. αὐτός τε γὰρ δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονὼς, πάσης ἐς χεῖρας ἄγεσθαι· ἢ ὑμέας ἤγημαι ἄνδρας Μήδων εἶναι οὐ φαυλοτέρους, οὔτε τἆλλα, οὔτε τὰ πολέμια. ὡς ὦν ἐχόντων ὧδε, ἀπίσασθε ἀπ' Ἀστυάγεος τὸν ταχίστω. Πέρσαι μὲν νυν τοσῷδε ὑπελάβομενοι, ἄσμενοι ἐλεύθεροι ἐγένοντο, ἢ πάλαι δεινὸν ποιεύμενοι ὑπὸ Μήδων ἄρχεσθαι. Ἀστυάγης δ' ὡς ἐπύθετο Κῦρον τοιαῦτα πρήσσοντα, πέμψας ἄγγελον ἐκάλεε αὐτόν. ὁ δὲ Κῦρος ἐκέλευε τὸν ἄγγελον ἀπαγγέλλειν ὅτι τάχιον ἥξοι παρ' ἐκεῖνον ἢ αὐτὸς Ἀστυάγης βουλήσεται. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἀστυάγης, Μήδους τε ὥπλισε πρόσω, καὶ στρατηγὸν αὐτέων, ὥστε θεοβλαβὴς ἐών, ἀπέδειξε Ἅρπαγον· λήθων τοιεύμενος τά μιν εἴργεε. ὡς δὲ οἱ Μῆδοι στρατευσάμενοι τοῖσι Πέρσῃσι συνέμισγον, οἱ μὲν πίνες αὐτέων ἐμάχοντο, ὅσοι μὴ τῆς γνώμης μετέσχον· οἱ δὲ αὐθομόλεον τῷδε τοῖς Πέρσας, οἱ δὲ πλεῖστοι ἐθελοκάκεόν τε καὶ ἔφευγον. Διαλυθέντος δὲ τοῦ Μηδικοῦ στρατεύματος αἰσχρῶς, ὡς ἐπύθετο τάχιστα ὁ Ἀστυάγης, ἔφη, ἀπειλέων τῷ Κύρῳ. Ἀλλ' οὐδὲ ὣς ὁ Κῦρός γε χαιρήσει. τοσαῦτα εἰπὼν, πρῶτον μὲν τοὺς μάγων τοὺς ὀνειροπόλους, οἳ μιν ἀπέγνωσαν μετεῖναι τὸν Κῦρον, τούτους ἀπεσκολόπισε. μετὰ δὲ, ὥπλισε τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν Μήδων ἐν τῷ ἄστεϊ, νέους τε καὶ πρεσβύτας ἄνδρας. ἐξαγαγὼν δὲ τούτους, καὶ συμβαλὼν τοῖσι Πέρσῃσι, ἐσσώθη· καὶ αὐτός τε Ἀστυάγης ἐζωγρήθη, καὶ τοὺς ἐξήγαγε τῶν Μήδων ἀπέβαλε. Ἐόντι δὲ αἰχμαλώτῳ τῷ Ἀστυάγεϊ προσὰς ὁ Ἅρπαγος κατέχαιρέ τε καὶ κατεκερτόμεε. καὶ ἄλλα λέγων ἐς αὐτὸν, ὠμαλγέα ἔπεα· καὶ δὴ καὶ εἴρετό μιν προὔς ὅ ἑωυτῷ δεῖπνον, τὸ μὲν ἐκεῖνος σαρξὶ τῇ παιδὸς ἐδοίνισε, ὅτι εἴη ἡ ἐκείνου δουλοσύνη αὐτὴ τῆς βασιληίης. ὁ δὲ μιν προσιδὼν, αὐτείρετο εἰ ἑωυτῷ ποιέεται ὁ Κύρου ἔργον. Ἅρπαγος δ' ἔφη, αὐτός γὰρ φάγας, καὶ ὁ δεῖπνα δὴ ἑωυτοῦ δικαίως εἶ). Ἀστυάγης δὲ μὲν ἀπέφαινε τῷ λόγῳ σκαιότατόν τε καὶ ἀδικώτατον ἐόντα πάντων ἀνθρώπων· σκαιότατον μὲν γε, εἰ παρεὸν αὐτῷ βασιλέα γενέσθαι, εἰ δὴ δι'

1 Grauiter ferrent 2 Ducem, 3 Tanquam diuinitus mente captus, Harp. 4 Cum Persicis iunctæ fuerunt, *Vel*, Persicis occurrerunt, 5 Propositum Harpagi ignorabãt, prœliabantur: cet. ad Pers. 6 Quod esset illius seruitus pro regno. *Id est, Quod propter illud ex rege seruus factus esset.* 7 Sibi vendicaret Cy. 8 Tum Astyages demonstrare cœpit illum omniũ hominum & stultissimum esse & iniquissimum. Stultissimum quidem, quod quum ipsi liceret regẽ esse (si modo per ipsum res ea gesta esset) alteri imperium tribuisset: iniquissimum &c.

εἰ δὴ δι' ἐωυτὸ ἐπρήχθη τὰ παρεόντα, ἄλλῳ πε-
ριέῤῥηκε ὁ κρητός· ἀδικώτατον δὲ, ὅτι τῷ δείπνου
εἵνεκε Μήδους κατεδούλωσε. εἰ γὰρ δὴ δεῖν πάν-
τως ὠφελεῖναι ἄλλῳ τέῳ τὸν βασιλήϊον, καὶ μὴ
αὐτὸν ἔχειν, δικαιότερον ἦ) Μήδων τέῳ ὠφελεῖν τοῦτο ἢ Περσέων. νῦν δὲ Μήδους μὲν,
αἰτίους τούτου ἐόντας, δούλους ἀντὶ δεσποτέων
γενέναι· Πέρσας δὲ, δούλους ἐόντας πάρος Μή-
δων, νῦν γενέναι δεσπότας. Ἀστυάγης μὲν
νυν βασιλεύσας ἐπ' ἔτεα πέντε καὶ τεσσερεσκαί-
δεκα, οὕτω τῆς βασιληίης κατεπαύθη. Μῆδοι δὲ ὑπ' ἐκ-
είνου ἐσφαλέες Πέρσῃσι ἀπὸ τοῦδε τοῦ χρόνου ἐπεκρά-
τησαν τῆς ἄνω Ἄσιης ἐπ' ἔτεα τριήκοντα καὶ ἑκατὸν καὶ δυῶν δέοντα, παρεξ ἢ ὅσον οἱ
Σκύθαι ἦρχον. ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ μετεμέλησε
τέσφισι τοῦδε ποιήσασι, καὶ ἀπέστησαν ἀπὸ Δα-
ρείου. ἀποστάντες δὲ, ὀπίσω κατεστράφησαν, μά-
χῃ νικηθέντες. τότε δὲ ὅτε Ἀστυάγεος οἱ Πέρσαι
τε καὶ ὁ Κῦρος ἐπαναστάντες τοῖσι Μήδοισι, ἦρχον
ὃ ἀπὸ τούτου τῆς Ἀσίης. Ἀστυάγεα δὲ Κῦρος,
κακὸν οὐδὲν ἄλλο ποιήσας, εἶχε παρ' ἑωυτῷ, ἐς
ὃ ἐτελεύτησε. οὕτω δὴ Κῦρος γεγονώς τε καὶ
τραφεὶς, καὶ βασιλεύσε, καὶ Κροῖσον ὑστέρον
τούτων ἄρξαντα ἀδικίης, κατεστρέψατο, ὡς εἴρη-
ταί μοι τοισσύτερον. τῶνπερ δὲ καταστρεψάμενος,
οὕτω πάσης τῆς Ἀσίης ἦρξε. Πέρσας δὲ οἶδα
νόμοισι τοιοῖσι χρεωμένους. ἀγάλματα μὲν καὶ νη-
οὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιεύμενοι ἱδρύεσθαι,
ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ὑπιφέρουσι· ὡς
ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι οὐκ ἀνθρωπορυέας νομίσαντες
τοὺς θεοὺς, κατάπερ οἱ Ἕλληνες, εἶ). οἱ δὲ νομί-
ζουσι Διὶ μὲν, ὅτι τὰ ὑψηλότατα τῶν οὐρέων ἀ-
ναβαίνοντες, θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τὸν
οὐρανὸν Δία καλέοντες· θύουσι δὲ ἡλίῳ τε καὶ σε-
λήνῃ, καὶ γῇ καὶ πυρὶ καὶ ὕδατι καὶ ἀνέμοισι. τού-
τοισι μὲν δὴ μούνοισι θύουσι ἀρχῆθεν. ὑπὸ με-
μαθήκασι δὲ καὶ τῇ Οὐρανίῃ θύειν, παρὰ τε Ἀσ-
συρίων μαθόντες καὶ Ἀραβίων. καλέουσι γὰρ Ἀσ-
συρίοι τὴν Ἀφροδίτην, Μύλιττα· Ἀράβιοι δὲ,
Ἀλίττα· Πέρσαι δὲ, Μιτρην. Θυσίην δὲ τοιήνδε
Πέρσῃσι πρὸς τοὺς εἰρημένους θεοὺς ἥδε κατέστηκε.
οὔτε βωμοὺς ποιεῦνται, οὔτε πῦρ ἀνακαίουσι, μέλλον-
τες θύειν· οὐ σπονδὴν χρέωνται, οὐκὶ αὐλῷ, οὐ στέμ-
μασι, οὐκὶ ἀλφίτοισι. τῶνδε ὡς ἕκαστος θύειν θέλῃ, ἐς χῶ-
ρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸν κτηνεῖον, καλέει τὸν θε-
όν, ἐστεφανωμένος τὴν τιάρην μάλιστα.

ἑωυτῷ

alteri tribuerit imperium, si modo illa
per ipsum gesta essent: iniquissimum ve-
ro, quod cœnæ caussa Medos in serui-
tutem redegisset. Si enim oportebat o-
mnino eum comparare alteri regnum,
nec sibi habere, satius futurum fuisse
Medorum alicui id bonum comparare
quam Persarum. Nunc Medos, qui hu-
ius peccati affines non extitissent, ex
dominis factos esse seruos: & Persas
qui fuissent hactenus serui, nunc domi-
nos effectos esse Medorum. Hunc in cxxx
modum Astyages, quum quinque & tri-
ginta regnasset annos, regno amotus est:
ob cuius acerbitatem Medi subiecti
fuere Persis centum ac duodetriginta
annos, omni supra Halym fluuium Asiæ
dominati, excepto tempore quo Scythę
regnauerunt. Iidem sequentibus tem-
poribus, quum horum factorum pœni-
teret, à Dario defecerunt: sed prœlio vi-
cti, iterum subacti sunt, Persęq; qui tunc
cum Cyro aduersus Astyagem rebellau-
erunt, deinceps Asiæ imperitauerunt.
Cyrus nullo alio malo afficiens Asty-
agem, penes se habuit quoad vita excessit.
Ita Cyrus genitus educatusque, regno
potitus est. Et mox Crœsum iniuriæ illa-
torem subegit, quemadmodum à me
superius commemoratum est. Quo
subacto, ita omnem Asiam adeptus est.
¶ Porro ritus quibus vtuntur Per- cxxxi
sæ, tales esse comperi. Neque statuas,
neque templa, neque aras extruere con-
suetudo est, quinimmo hoc facientibus
insaniæ tribuere, ob id (vt mea fert opi-
nio) quod non, quemadmodum Græ-
ci, sentiunt deos ex hominibus esse or-
tos. Moris habent, editissimis quibus-
que conscensis montibus, Ioui hostias
immolare, omnem gyrum cæli, Iouem
appellantes. Soli Lunæque sacrificant,
& telluri, igni, aquæ atque ventis: his-
que solis sacra faciunt iam inde ab ini-
tio. [1] Vraniæ quoque sacrificant, sic
nimirum ab Assyriis Arabibusque edo-
cti. Vocant autem Assyrii Venerem My-
littam, Arabes eandem Alittam appel-
lant, Persæ Metram. Sacrorum autem cxxxii
ritum circa hosce iam dictos deos hu-
iusmodi quondam instituerunt. Persæ
quippe sacrificaturi, nec aras erigunt,
neque ignem incendunt prorsus, sed
neque libamentis vtuntur, aut tibiis, in-
fulisve, aut molis: verum, vt quisq; diuis
hisce sacra facere statuit, in locũ mundũ
victimam sistens, deum illum implorat,
myrto maxime cinctam gestans tiaram.

1 Poltea vero didicerunt Vraniæ etiam sacrificare, & ab Assyriis & ab Arabiis edocti.

[1] Sacrifi-

[1] Sacrificans autem, non pro se solo priuatimque vota nuncupat, sed communiter vniuersis Persis bene precatur. in primis quidem regi: quoniam [2] inter Persas omnes idem quoq; comprehenditur. Vbi vero iam in minutas portiunculas membratimque hostiam conscidit, carnibus elixis herbam substernit quammollissimā, maxime trifoliū. Huic impositis carnibus, magus astans, theogoniā accinit. siquidē hanc illi dicūt esse incantationē efficacissimam. Citraque magum nullum illis fit legitimum sacrificium. Mox sacrificus sublatis carnibus vtitur in quencunq; vsum illi fert animus. CXXXIII Ex omnibus diebus præcipue colendum censent suum quiq; natalem: nimirum hoc die plus aliis æquum censentes ciborum apponere. Et ditiores, integros boues, camelos, equos, asinos, eosque in fornacibus tostos, isto die in mensam apponunt: pauperes natalē minoribus pecoribus honorant. Cibis autē vtuntur perpaucis, bellariis multis, neque iis admodum bonis. Hinc est quòd Persæ dicunt, [3] Græcos pastos iam demū non esurire amplius. Nempe ipsis à cœna cibi apponuntur pretii nullius, & siquid apponatur, nō cessant quin edant. Vinum largius illis apponitur. Eisdem nec vomere coram, nec vrinam facere licet: quæ etiam nunc ita obseruantur. Poti, de rebus maxime seriis consultare consueuerunt. [4] nā siquando ipsis cōsultandum videtur, tum postera die ieiunant, proponitque is qui ędibus illis in quibus forte cōsultatur præest: &, si placuerit, atq; ieiunauerint, vtuntur ipso: sin minus comprobetur, abrogant: & de quibus ieiuni deliberauerint, de eisdem CXXXIV poti pronunciant. Quū in via inuicem sibi occurrunt, ex hoc quis cognoscat an pares sint: nam salutationis loco se mutuo osculantur. quod si alter fuerit inferior paulo, malas osculantur duntaxat: sin autē alter fuerit multo ignobilior, prostratus adorat honoratiorem. In primis autē illos obseruāt reuerēter qui proxime habitant: secundas tribuunt iis qui à primis proximi: atque sic deinceps progredientes, quo viciniores, hoc arctiori necessitudine iunctos existimant:

ἑωϋτῷ μὲν δὴ τῷ θύοντι ἰδίῃ μοιρίῳ οὐ οἱ ἐγκέλευται εὔχεσθαι ἀγαθά· ὁ δὲ πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι κατεύχεται εὔχεσθαι, καὶ τῷ βασιλεῖ. ἐν γὰρ δὴ τοῖσι ἅπασι Πέρσῃσι καὶ αὐτὸς γίνεται. ἐπεὰν δὲ θύσας ἰλας κατὰ μέρεα ἕψήσῃ τὰ κρέα, 36
ὑποστορέσας ποίην ὡς ἁπαλωτάτην, μάλιστα τρηχέι τριφύλλῳ, ἔθηκε ὧν πρώτα κρέα. θέντος δὲ αὐτὰ, μάγος ἀνὴρ παρεστεὼς ἐπαείδει θεογονίην, οἵην δὴ καὶ οἱ ἐκεῖνοι λέγουσι εἶναι τὴν ἐπῳδήν. ἄνευ γὰρ δὴ μάγου οὐ σφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι. βραχὺν δὲ ὀλίγον χρόνον, ἀποφέρεται ὁ θύσας τὰ κρέα, καὶ χρᾶται ᾧ, τιμᾷ ὁ λόγος αἱρέει. Ἡμέρην δὲ ἁπασέων μάλιστα ἐκείνην τιμᾶν νομίζουσι τῇ ἕκαστος ἐγένετο. ἐν ταύτῃ δὲ πλέω δαῖτα τῶν ἄλλων διχόθι παρατίθεσθαι· ἐν τῇ οἱ μὲν δυνατοὶ αὐτῶν, βοῦν καὶ ἵππον καὶ κάμηλον καὶ ὄνον παρατιθέασι ὀπτοὺς ἐν καμίνοισι· οἱ δὲ πένητες αὐτέων τὰ λεπτὰ τῶν βράτων παρατιθέασι. οὕτω δὲ ὀλίγοισι χρέωνται, ὀπτοφορήμασι δὲ πολλοῖσι, καὶ οὐ κακοῖσι. ἐν δείπνῳ τοῦτο φασὶ Πέρσας τοὺς Ἕλληνας σιτεομένους, παύεσθαι, ὅτι σφι ἀπὸ δείπνου παντὸς φορέεται οὐδὲν λόγου ἄξιον· εἰ δέ τι παραφέροιτο, ἐθέλοντας ἂν οὐ παύεσθαι. οἴνῳ δὲ χαίρουσι παμπόλλῳ· καὶ σφι οὐκ ἐμέσαι ἔξεστι, οὐκὶ οὐρῆσαι αἰτίην ἄλλου. ταῦτα μὲν νυν οὕτω φυλάσσεται. μεθυσκόμενοι δὲ ἐώθασι βουλεύεσθαι τὰ συμφορώτατα τῶν πρηγμάτων· ὃ δέ κ' αὐτοῖσι δόξῃ σφι βουλευομένοισι, τοῦτο τῇ ὑστεραίῃ νήφουσι παρατίθησι ὁ ἐγκύριος ἀνήρ, ἐν τῷ οἴκῳ ἐόντες βουλεύονται. καὶ ἢν μὲν μὴ ἄδῃ καὶ νήφουσι, χρέωνται αὐτῷ· ἢν δὲ μὴ ἄδῃ, μετίεσι. τὰ δ' αὖ νήφοντες παρεβούλευσαντο, μεθυσκόμενοι ὅτι δόξειε σφι βουλευομένοισι. Ἐντυγχάνοντες δὲ ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι, τῷδε αὖ τις διαγνοίη εἰ ὁμοῖοί εἰσι οἱ ἐντυγχάνοντες. αὐτὴ γὰρ τὸ προσαγορεύειν ἀλλήλους, φιλέουσι τοῖσι στόμασι. ἢν δὲ ἢ οὔτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέονται· ἢν δὲ πολλῷ ἢ οὔτερος ἀζηνέστερος, προσπίπτων προσκυνέει ὃν ἕτερον. τιμῶσι δὲ ἐκ πρώτων τοὺς ἄγχιστα ἑωϋτῶν οἰκέοντας, μετὰ γε ἑωϋτούς· δευτέρους δὲ, τοὺς δευτέρους· μετὰ δὲ, κατὰ λόγον προβαίνοντες τιμῶσι. ἥκιστα δὲ τοὺς ἑωϋτῶν ἐκαστάτω οἰκημένους ἐν τιμῇ ἄγονται, ἐπεὶ

---

1 Illi autem qui sacrificat, non licet sibi priuatim precari bona, sed commun. 2 Inter cunctos Persas ipse etiam *qui sacrificat* comprehend. 3 Græcos finem edendi facere dum adhuc esuriunt, quòd à cœna nihil apponatur illis quod sit alicuius pretii: quod siquid tale apponeretur, non esse finē facturos quoad satiati essent. Vini valde appetentes sunt. 4 Quod autē ipsis placuerit deliberantibus *inter pocula*, id postridie proponit dominus illius domus in qua deliberauerint: & si quidem placuerit sobriis etiam, eo vtuntur: sin minus, relinquunt. De quibuscunque autem sobrii consultauerint, inebriati ea in disquisitionem reuocant. Si im *via &c.*

νομίζοντες ἑωυτοὺς εἶ) αὐθεφτων μακρῷ τὰ πρώτα ἀρίστους· τοὺς δὲ ἄλλους, κατὰ λόγον τῷ λεγομένῳ τῆς ἀρετῆς ἀπέχεσθαι. τοὺς δὲ ἐκκεχάτω οἰκέοντας ἀπ' ἑωυτῶν, κακίστους εἶ). ὅπι δὲ Μήδων ἀρχόντων ἠρχε τὰ ἔθνεα ἀλλήλων, σκοπτώτων μὲν Μῆδοι, καὶ τῶν ἄγχιστα οἰκεόντων σφίσι· οὗτοι δὲ καὶ τῶν ὁμούρων· οἱ δὲ, μάλα τῶν ἐχομένων. κατὰ δὴ καὶ οἱ Πέρσαι νέμωσι. παρεβάλετο γὰρ δὴ ὁ ἔθνος ἄρχον τε καὶ ὑπερφιάλως. Ξεινικὰ δὲ νόμαια Πέρσαι παρεδέξαντο ἀνδρῶν μάλιστα. καὶ γὰρ δὴ τὴν Μηδικὴν ἐσθῆτα νομίσαντες τῆς ἑωυτῶν εἶ) καλλίω, φορέουσι, καὶ ἐς τοὺς πολέμους, τοὺς Αἰγυπτίους θώρηκας. καὶ ὑπαλγίας τε πρηνοδαπὰς σκυθαίνομοι ὑπερτηδέουσι, καὶ δὴ καὶ ἀπ' Ἑλλήνων μαθόντες, σκαμὶ μίσγονται. γαμέουσι δὲ ἕκαστος αὐτῶν πολλὰς μὲν κουριδίους γυναῖκας, πολλῷ δὲ ἔτι πλείους παλλακὰς κτῶνται. Ἀνδραγαθίη δὲ αὕτη ἀποδέδεκται, μετὰ τὸ μάχεσθαι εἶ) ἀγαθὸν, ὃς ἂν πλείστους ἀποδείξῃ σκαίσας. τῷ δὲ τοὺς πλείστους ἀποδειξαμένῳ, δῶρα ἐκ πέμπει ὁ βασιλεὺς αἰεὶ πρὸ ἔτος. ὃ πολλὸν δὴ ἡγέεται ἰσχυρὸν εἶ). σκαιδεύουσι δὲ τοὺς σκαίδας, ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι, μέχρι εἰκοσαέτεος, τρία μοῦνα, ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. πρὶν δὲ ἢ πενταετὴς γένηται, οὐκ ἀπικνέεται ἐς ὄψιν τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ τοῦδε τῆσι γυναιξὶ δίαιταν ἔχει. τοῦτο δὲ εἵνεκα· τοῦτο ποιέεται, ἵνα ἢν ἀποθαίνῃ τρεφόμενος, μηδεμίην ἄσην ἀνδρὶ τοῦ πατρὸς προσβάλῃ. Αἰνέω μὲν νυν τόνδε τὸν νόμον· αἰνέω δὲ καὶ τόνδε, ὃ μὴ μιῆς αἰτίης εἵνεκα μήτε αὐτὸν τὸν βασιλέα μηδένα φονεύειν, μήτε τῶν ἄλλων Περσέων μηδένα τῶν ἑωυτοῦ οἰκετέων ὅτι μὴ αἰτίῃ ἀνήκεστον πάθος ἔρδειν. ἀλλὰ λογισάμενος εἰ δίκαιόν πλέω τε καὶ μέζω τὰ ἀδικήματα ἐόντα τῶν εὐεργεσιῶν, οὕτω τῷ θυμῷ χρᾶται. ἀποκτεῖναι δὲ οὐδένα φασὶ λέγουσι τὸν ἑωυτοῦ πατέρα, ἢ μητέρα. ἀλλὰ ὁκόσα ἤδη τοιαῦτα ἐγένετο, πᾶσαν ἀνάγκην φασὶ ἀναζητεόμενα εὑρεθῆναι ἢ τοι ὑποβολιμαῖα ἐόντα, ἢ μοιχείῃ. οὐ γὰρ δὴ φασι

se nimirum omnium longe optimos arbitrantes:[1] alios vero, quo remotius dissiti sunt, hoc à virtute magis esse alienos. atque illos demum secundum dictam proportionem pessimos esse colligentes qui à Persis absint quam remotissime. Sub Medis imperiũ obtinentibus, pleræque nationes quoque imperitabant: sed quibus omnibus præerant Medi. Iidem & affines perinde atque Persæ colunt. Quæ gens imperii curam gerens, late progressa fuit. Externorum autẽ CXXXV
morum Persæ maxime omnium hominum sunt studiosi. nam & Medicam vestem propria elegantiorem arbitrantes, gestant: & in pugnis thorace vtuntur Ægyptio. Quin voluptatibus etiam omnis generis quas semel rescire potuerunt, frui student. A Græcis edocti, puerorũ quoque indulgent amoribus. Virgines multas ducunt vxorum loco, sed multo plures pallacas habent. Secundum CXXXVI
bellicam fortitudinem potior ducitur numerosæ sobolis procreatio: & illi qui quam plurimos liberos ediderit,[2] huic rex tanquam strenuum quippiam præstiterit, singulis annis munera mittit. Liberos suos, à quinto anno incipientes vsque ad vicesimum, tribus duntaxat instituunt, equitare, arcu sagittas excutere, vera loqui. Ante quinquennium filius in conspectum patris nõ venit, sed apud feminas degit. Quod ea gratia sic fit vt si inter educationem decedat, nullam hæc prolis iactura patri afferat molestiam. Equidem CXXXVII
hunc morem laudo: laudo item illum, ne ob vnam tantum culpam liceat vel ipsi regi occidere quempiam, neque alicui aliorum Persarum atrocius aliquid in familiam suam exercere ob vnum solum delictum:[3] sed expendere iubetur quisque, si plura ac magna patrarit, atque tum demum iusta vtatur indignatione. Suum autem patrem aut matrem aiunt neminem vnquam occidisse: verum quotquot horum forte acciderunt, omni necessitate excusſa, hos tandem deprehensos tradunt aut subdititios, aut spurios. Quippe

1 Minime autem eos qui sedes à se remotissimas incolunt, honore afficiunt: seipsos omnium hominum longe præstantissimos esse arbitrantes in omnibus rebus: ceteros autem, prout propius incolunt, (vt dictum est) virtutem amplecti. At qui longissime ab ipsis habitent deterrimos esse. Porro Medis imperium obtinentibus, quædam etiam gentes mutuo imperabant, *id est, imperium in quasdam obtinebant, & vicissim aliarum imperio subeuant.* Medi enim vniuersis imperabant, & maxime sibi propinquis: hi autem, etiam finitimis: isti vero, iis qui maxime vicini erant. Eadem autem ratione & Persæ vicinos suos colunt. Late enim progrediebatur illa gens, imperans & præfecturas obtinens. Externorum aut. 2 Huic rex munera quotannis mittit. In multitudine autem positum esse robur existimant. Lib. 3 Sed vbi considerauerit, si peccata commissa plura maioraque esse comperiat quam obsequia præstita, tum demum iram suam exercet. Suum autem patr. aut m. aiunt nem. vnq. occidisse: sed quicunque tales fuerint *filii*, necesse esse vt si de illis inquiratur, aut suppositicii, aut spurii comperiantur. Quippe veri-

verisi-

verisimile nequaquam videri aiunt vt is qui verus parens sit, à proprio filio inter-
CXXXIX imatur. Quæcunque apud eos fas non est facere, ea nec dicere. Turpissimum apud eos ducitur, mentiri: secundo loco, æs alienum debere, cum ob alias multas causssas, tum quod necessum sit eundem qui debet, mendacio quoque obnoxium esse. Siquis è ciuibus lepra aut vitiligine infectus sit, huic in ciuitatem accedere non conceditur, neque cum aliis Persis consuetudinem habere. Dicunt enim hos morbos illis immissos quod in solem peccauerint. Externum vero qui iisdem correptus fuerit, è regione sua exigunt: atque[1] ob eandē causssam albas columbas in regionem illam afferunt. In flumen nec immeiunt, nec inspuunt, nec manus abluunt, nec denique simile quippiam faciunt, sed flumina inter omnia religiosissime co-
CXXXIX lunt. Hoc quoque Persis accidit peculiare, quod quanquam illos lateat, nobis minime est obscurum: nempe quæcunque apud illos nomina vel corporibus vel magnificentiæ sunt similia, ea omnia in eadem terminari littera, quam Dores san appellent, Iones sigma. Et, si animaduertas attentius, deprehendes nomina Persarum non quædam, sed o-
CXL mnia similiter claudi. Equidē hęc probe sciens de Persis possum indubitatò affirmare. at ista quæ de mortuis prodūtur, obscuriora, neque perinde certò: cadauera videlicet defunctorum Persarū non prius humari quam aut ab alite aut cane trahantur.[2] Magos tamen sat scio hæc factitare: quandoquidem aperte faciunt. Persæ igitur mortuum[3] cera inuoluentes in terram condunt. Magi vero cum ab aliis hominibus tum à sacerdotibus Ægyptiis differunt. Siquidem hi nullius animantis occisione se polluunt præter ea duntaxat quæ diis immolant: Magi suis ipsorum manibus, excepto homine atq; cane, quiduis occidunt: immo hoc palmarii loco ducunt, si formicas serpentesque, & breuiter reptilia atque volatilia plurima necauerint.
Atque de horum ritibus hunc in modum dictum sit: nos ad institutam nar-
CXLI rationem recurrimus. ¶ PORRO Iones atque Æoles, vbi audierunt Lydos citra negotium à Persis victos, legatos Sardis miserunt ad Cyrum,[4] vltro postulantes vt iisdem conditionibus eos

δὴ φασὶ εἰκὸς εἶναι τὸν γε ἀληθῶς τοκέα ὑπὸ τῦ ἑωϋτῦ παιδὸς ἀποθνήσκειν. Ὁκόσα δὲ σφι ἥ ἄσεμα ποιέειν οὐκ ἔξεστι, ταῦτα οὐδὲ λέγειν ἔξεστι. αἰσχιστον δὲ αὐτοῖσι ὃ ψεύδεσθαι νενόμισται· δεύτερα δὲ, ὃ ὀφείλειν χρέος· πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων εἵνεκα, μάλιστα δὲ ὀφειλόμενο φασὶ εἶ ὃν ὀφείλοντα, καὶ τὸ ψεῦδος λέγειν. ὃς ἂν δὲ τῶν ἀστῶν λέπρην ἢ λεύκην ἔχοι, ἐς πόλιν οὔτε οὐκ ἐπέρχεται, οὐδὲ συμμίσγεται τοῖσι ἄλλοισι Πέρσῃσι. φασὶ δέ μιν ἐς ὃν ἥλιον ἁμαρτάνειν τι, τοῦτ' ἔχειν· ξεῖνον δὲ πάντα, ὃν λαμβανόμενοι ἐπὶ τουτέων, πολλοὶ ἐξελαύνουσι ἐκ τῆς χώρης καὶ τὰς λευκὰς περιστερὰς, τῷ αὐτῷ αἰτίην ἐπιφέροντες. ἐς ποταμὸν δὲ οὔτε ἐνουρέουσι, οὔτε ἐμπτύουσι, οὐ χεῖρας ἀπονίζονται, οὐδὲ ἄλλο ἥ ἄλλον γε τὸ τοιοῦτον ποιοῦσι, ἀλλὰ σέβονται ποταμοὺς πλωτοὺς μάλιστα. Καὶ τόδε ἄλλο σφι ὧδε συμπέπτωκε γίνεσθαι, ὃ Πέρσας μὲν αὐτοὺς λέληθε, ἡμέας δὲ οὔ. τὰ οὐνόματα σφι ἐόντα ὅμοια τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγαλοπρεπείῃ, τελευτῶσι πάντα ἐς τὠῦτὸ γράμμα, ὃ Δωριέες μὲν σὰν καλέουσι, Ἴωνες δὲ, σίγμα. ἐς τοῦτο διζήμενος εὑρήσεις τελευτῶντα τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα, οὐ τὰ μὲν, τὰ δὲ οὔ, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως. Ταῦτα μὲν ἀτρεκέως ἔχω περὶ αὐτῶν εἰδὼς εἰπεῖν. πάντες μέντοι ὡς κρυπτόμενα λέγεται, καὶ οὐ σαφηνέως περὶ τοῦ ἀποθανόντος· ὡς οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ἑκάστου, πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῇ. μάγους μὲν γὰρ ἀτρεκέως οἶδα ταῦτα ποιέοντας· ἐμφανέως γὰρ δὴ ποιοῦσι. καταχρώσαντες δὴ ὦν ὃν νέκυα Πέρσαι, γῇ κρύπτουσι. μάγοι δὲ κεχωρίδαται πολλὸν τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ τῶν δὴ Αἰγυπτίων ἱρέων. οἱ μὲν γὰρ ἁγνεύουσι ἔμψυχον μηδὲν κτείνειν, εἰ μὴ ὅσα θύουσι· οἱ δὲ δὴ μάγοι αὐτοχειρίῃ πάντα, πλὴν κυνὸς καὶ ἀνθρώπου, κτείνουσι. καὶ ἀγώνισμα τοῦτο μέγα ποιεῦνται, κτείνοντες ὁμοίως μύρμηκάς τε καὶ ὄφεις, καὶ τἆλλα ἑρπετὰ καὶ πετεινά. καὶ ἀμφὶ μὲν τῷ νόμῳ τούτῳ ἐχέτω ὡς καὶ ἔρχεν ὑνομάσθη. εἶμι δὲ ὀπὶ τὸν πρότερον λόγον. Ἴωνες δὲ καὶ Αἰολέες, ὡς οἱ Λυδοὶ τάχιστα κατεστρέφατο ὑπὸ Περσέων, ἔπεμπον ἀγγέλους ἐς Σάρδις πρὸς Κῦρον, ἐθέλοντες ὅπῃ τοῖσι αὐτοῖσι ἥ εἶ τοῖσι

1 Columbas *exigunt, vel expellunt* eandem causssam prætendentes. In flum. 2 Magos quidem certe sat sc. 3 *Vel, cera circumlinentes, aut integentes.* 4 Volentes iisdem conditionibus stare quibus & Crœso fuerant subiecti. Verum Cyr.

τῆι) πῖσι καὶ Κροίσῳ ἦσαν κατήκοοι. ὁ δὲ, ἀκούσας αὐτέων τὰ παρεόντα ἔχοντο, ἔλεξέ σφι λόγον, αἴδε φὰς αὐλητῆι ἰδόντα ἰχθῦς ἐν τῇ θαλάσσῃ, αὐλέειν, δοκέοντα σφέας ἐξελεύσεσθαι ἐς γῆν· ὡς δ' ψευδέος ἔσχε τῆς ἐλπίδος, λαβεῖν ἀμφίβληστρον, καὶ περιβαλεῖν τε πλῆθος πολλὸν τῶν ἰχθύων καὶ ἑξειρύσαι. ἰδόντα δὲ παλλομένους, εἰπεῖν ἄρα αὐτὸν
» πρὸς τοὺς ἰχθῦς, Παύεσθέ μοι ὀρχεόμενοι, ἐπεὶ
» οὐκ ἐμέο αὐλέοντος ἠθέλετε ἐκβαίνειν ὀρχεόμενοι.
Κῦρος μὲν τοῦτον τὸν λόγον τοῖσι Ἴωσι καὶ τοῖσι Αἰολεῦσι τοῖσι δι' ἐκεῖνα ἔλεξε, ὅτι δὴ οἱ Ἴωνες πρότερον αὐτῷ Κύρου δεηθέντος δι' ἀγγέλου ἀπίσασθαι σφέας ἀπὸ Κροίσου, οὐκ ἐπείθοντο. τότε δὲ κατεργασμένων τῶν πρηγμάτων, ἦσαν ἕτοιμοι πείθεσθαι Κύρῳ. ὁ μὲν δὴ, ὀργῇ ἐχόμενος, ἔλεγέ σφι τάδε. Ἴωνες δὲ ὡς ἤκουσαν τούτων, ἀπελθόντες ἐς τὰς πόλιας, τείχεά τε περιεβάλλοντο ἕκαστοι, καὶ συνελέγοντο ἐς Πανιώνιον οἱ ἄλλοι πλὴν Μιλησίων· (πρὸς μούνους γὰρ τούτους ὅρκιον Κῦρος ἐποιήσατο, ἐπὶ οἵοισι περ ὁ Λυδός) τοῖσι δὲ λοιποῖσι Ἴωσι ἔδοξε κοινῷ λόγῳ πέμπειν ἀγγέλους ἐς Σπάρτην, δεησομένους Ἴωσι τιμωρέειν. Οἱ δὲ Ἴωνες οὗτοι, τῶν καὶ ὁ Πανιώνιός ἐστι, τὸν μὲν εὐκαιρότατον, καὶ τῶν ὡρέων καὶ τοῦ καλλίστου ἐτύγχανον ἱδρυσάμενοι πόλιας πάντων ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. οὔτε γὰρ
38 τὰ ἄνω αὐτῆς χώρεια τῶν ὁ Ἰωνίη, οὔτε τὰ κάτω, οὔτε τὰ πρὸς τὸν ἥλιον, οὔτε τὰ πρὸς τὸν ἑσπέριον· τὰ μὲν, τοῦ τε ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ πιεζόμενα, τὰ δὲ, τοῦ θερμοῦ καὶ αὐχμώδεος. γλῶσσαν δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οὗτοι νενομίκασι, ἀλλὰ τρόπους τέσσερας ἀπηγητέων. Μίλητος μὲν αὐτῶν πρώτη κεῖται πόλις πρὸς μεσαμβρίην· μετὰ δὲ, Μυοῦς τε καὶ Πριήνη· αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταὐτὰ ἀμφιλεγόμεναί σφι. αἵδε δ' ἐν τῇ Λυδίῃ· Ἔφεσος, Κολοφών, Λέβεδος, Τέως, Κλαζομεναί, Φώκαια. αὗται μὲν αἱ πόλιες τῆσι πρότερον λεχθείσῃσι ὁμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδέν, σφὶ δ' ὁμοφωνέουσι. ἔτι δὲ τρεῖς νῆσοί εἰσι Ἰάδες πόλιες, τῶν αἱ δύο μὲν, νήσους οἰκέαται, Σάμον τε καὶ Χίον· ἡ δὲ μία ἐστὶ τῇ ἠπείρῳ ἵδρυται, Ἐρυθραί. Χῖοι μὲν νυν καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ τοὺς

Ἀμφιλε-

admitteret quibus Crœsi subiectos in ditionem accepisset. Verum Cyrus ad eorum postulata per huiusmodi *similitudinem atque* apologum respondit, Tibicen, inquiens, quidam vbi pisces in mari conspexisset, canere tibia cœpit, ratus nimirum eos *ad cantus suauitatem* in terram progressuros: at spe sua frustratus, misso in mare verriculo, ingentem piscium vim complexus est traxitque. Et quum palpitantes cerneret in sicco, dixit ad pisces, Temperate, inquit, nunc mihi quæso à saltationibus: quando non libuit vobis me canente saliendo progredi. Quæ verba Cyrus Ionibus Æolibusque ideo dixit, quod Iones prius ipso Cyro per legatos *ad amicitiam inuitante*, & flagitante vt à Crœso rebellarent, constanter recusauerant: ac tum demum,[1] rebus non ex sententia succedentibus, parati essent Cyri imperata facere. Hac occasione ira commotus, dicto responso eos dimisit. Iones, his auditis, ad suas quiq; ciuitates reuertuntur, mœniaque communiunt. Congregabantur autem in Panionio alii omnes, præter Milesios. quippe cum his solis fœdus inierat Cyrus, iisdem conditionibus quibus & [2] Lydos receperat. Porro reliquis Ionibus communi sententia videbantur legati in Spartam mittendi, qui *simul & præsentem rerum statum nunciarent &* auxilium rogarent. ¶ Iones vero illi ad CXLII quos Panionium quoque pertinet, ciuitates habent cũ cęli bonitate, tum montium commoditate omnium optime sitas quas nos nouerimus, adeo vt neq; superior regio, neque inferior, neque ea quæ orientẽ nec quæ occidentem spectat plaga, Ioniam hac in parte æmulari possit. Siquidem hæc vel frigore riget, vel premitur aquis: illa rursus calore ac situ squalet. Lingua vtuntur non eadem,[3] sed eius quatuor proprietates ducũt. Miletus, prima apud ipsos ciuitas, ad meridiẽ vergens. Post hãc Myus & Priene: hæ in Caria sitæ sunt, eadẽ lingua vtentes. Illæ vero in Lydia, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocęa, quę cum iam dictis ciuitatibus, quantum ad linguam attinet, non conueniunt, inter se tamen eadem sonant lingua. Reliquæ sunt tres ciuitates Ionicæ, quarum duæ insulas habitant, Samum videlicet & Chium: tertia in continenti sita, Erythræ. Ex his Chii & Erythræi eandem

1 Rebus confectis. 2 *Legit hic interpres* λυδὸς, *non* λυδὸς. 3 *Ad verbum*, Sed quatuor modos deductionum vsurpant. i. *Ea vtuntur in quatuor modos & proprietates deducta.*

sermo-

sermonis proprietatem sibi vendicant: Samii vero ab his discrepantes, propriã quandam receperunt loquendi formã. Atq; hunc in modum quatuor omnino
CXLIII linguarũ fiunt proprietates. Ac vero ex iisdem Ionibus Milesii erant qui cum Cyro metus prætextu fœdus pepigerãt. Insularibus autem nihildũ grauius fuit metuendũ, quod Persis Phœnices nondum essent subiecti, & ipsi Persæ nauigiis non vterentur. Porro hi non aliam ob caussam ab Ionibus defecerunt quã quod cum imbecilles essent omnes alii Græci, tum Iones ꝓppido quam infirmissimi, & nullius propemodum momenti. Siquidem præter vnas Athenas, nulla vrbs alia insignis erat.[1] Iam enim alii Iones, atque ipsi Athenienses, Ionum nomen refugerant, nolentes Iones appellitari. Quinetiam nunc plerosque ex illis videas quos nominis istius pudeat. Cæterum duodecim istę ciuitates nomine ipso gloriabantur: *& quum semel nomen sibi Panioniis indidissent*, fanum quoque de suo nomine construxerunt Panionium. Cuius nullos participes facere in animum sibi induxere: nec erant qui magnopere postularent eiusdem participes fieri, exceptis tantum Smyrnæis.
CXLIV Tale quippiam Dorien sibus accidit qui Pentapolin incolunt, quæ ante Hexapolis vocabatur. nam & hi cauent ne quem è finitimis Dorien sibus ad Triopium[2] sacrum admittant: adeo vt etiam ex popularibus suis, qui sacri legem trãsgressi essent, à ludorum communicatione excluserint. Nã in certamine Apollinis Triopii tripodes victoribus constituebantur ærei: quos acceptos nõ è[3] sacro efferre, sed deo ipsi donare ibidem oportebat. At vir quidã Halicarnasseus, nomine Agasicles, in eodem certamine victoria potitus, ausus est legem hanc violare, tripodemque domum ferens[4] sibi asseruare. Propter quod commissum, quinque hæ ciuitates, Lindos, Ialysius, Camirus, Cos atq; Cnidus, sextã ciuitatem Halicarnassum à sacrorum participatione remouerunt: hac videli-
CXLV cet pœna Halicarnasseos multãtes. Atqui mihi sane videntur Iones duodecim fecisse ciuitates: nec voluisse plures recipere, propterea quod eorundem Peloponnesum habitantium totidem fuerint partes: quemadmodum nunc quoque

ἀφαλέγηται, Σάμιοι δὲ ἐπ' ἐωυτῶν μιῶοι. ἔστοι χαρακτῆρες γλώσσης τέσσαρες γίνονται. Τούτων δὴ ὧν τῶν Ἰώνων οἱ Μιλήσιοι μὲν ἦσαν ἐν σκέψῃ τοῦ φόβου ὄρχια ποιησάμενοι· τοῖσι δὲ ἀυτέων νησιώτῃσι ἐῶ λεινὸν οὐδέν. οὔτε γὰρ Φοίνικες ἦσάν κω Περσέων κατήκοοι, οὔτε αὖ οἱ Πέρσαι ναυβάται. ἀπεσχίσθησαν δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων Ἰώνων οὗτοι κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ἀσθενέος δὲ ἐόντος τοῦ πάντος τότε Ἑλληνικοῦ γένεος. πολλῷ δὲ ἐῶ ἀσθενέστατον τῶν ἐθνέων τὸ Ἰωνικὸν, καὶ λόγου ἐλαχίστου. ὅτι γὰρ μὴ Ἀθῆναι, ἐῶ οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον. οἱ μὲν νυν ἄλλοι Ἴωνες καὶ Ἀθηναῖοι ἔφυγον τοὔνομα, οὐ βουλόμενοι Ἴωνες κεκλῆσθαι. ἀλλὰ καὶ νῦν φαίνονταί μοι οἱ πολλοὶ αὐτέων ἐπαισχύνεσθαι τῷ ὀνόματι· αἱ δὲ δυώδεκα πόλιες αὗται τῷ τε οὐνόματι ἠγάλλοντο καὶ ἱρὸν ἱδρύσαντο, ὅπῃ τε σφέων αὐτέων τοὔνομα ἔθεντο Πανιώνιον· ἐβουλεύσαντο δὲ αὐτὸ μεταλοῦναι μηδαμοῖσι ἄλλοισι Ἰώνων. οὐδὲ ἐδεήθησαν οὐδαμοὶ μεταλαχεῖν, ὅτι μὴ Σμυρναῖοι. Κατάπερ οἱ ἀπὸ τῆς Πενταπόλιος νῦν χώρης Δωριέες, πρότερον Ἑξαπόλιος τῆς αὐτῆς καλεομένης, φυλάσσονται ὧν μηδαμοὺς ἐσδέξασθαι τῶν περιοίκων Δωριέων ἐς τὸ Τριοπικὸν ἱρόν· ἀλλὰ καὶ σφέων αὐτῶν τοὺς περὶ τὸ ἱρὸν αἰρομήσαντας ἐξεκλήισαν τῆς μετοχῆς. ἐν γὰρ τῷ ἀγῶνι τῷ Τριοπίου Ἀπόλλωνος ἐπίθεσαν ποτὲ ἀλαὶ τρίποδας χαλκέους τοῖσι νικῶσι· καὶ τούτους χρεῶν τὰς λαμβάνοντας ἐκ τοῦ ἱροῦ μὴ ἐκφέρειν, ἀλλ' αὐτοῦ ἀναθεῖναι τῷ θεῷ. αἰπὴρ ὧν Ἁλικαρνησσεὺς, τῷ οὔνομα ἐῶ Ἀγασικλέης, νικήσας, ἔν νόμον κατέλυσε· φέρων δὲ πρὸς τὰ ἑωυτοῦ οἰκία προσεπαναλοῦσι ἓν τρίποδα. Διὰ ταύτην τὴν αἰτίην αἱ πέντε πόλιες, Λίνδος, καὶ Ἰηλυσός τε καὶ Κάμειρος, καὶ Κως τε καὶ Κνίδος, ἐξεκλήισαν τῆς μετοχῆς τὴν ἕκτην πόλιν Ἁλικαρνησσόν. τούτοισι μὲν νυν ταύτην τὴν ζημίην οὗτοι ἐπέθηκαν. Δοκέουσι δέ μοι δυώδεκα πόλιας ποιήσασθαι οἱ Ἴωνες, καὶ οὐκ ἑπτὰ ἢ πλέονας ἐσδέξασθαι, τοῦδε εἵνεκα· ὅτι καὶ ὅτε ἐν Πελοποννήσῳ οἴκεον, δυώδεκα ἐῶ αὐτῶν μέρεα, κατάπερ νῦν Ἀχαιῶν,

1 Adeo quidem vt cum alii Iones, tum ipsi Athenienses hoc nomen refugerent, Ioneſque appellari nollent. Sed etiamnum multi eorum nomen hoc sibi pudendum ducere videntur. At hæ duodecim ciuit. 2 Templum. 3 Templo. 4 Ad clauum suspendere. Propt.

Ἀχαιῶν, τῶν ἐξελασάντων Ἴωνας, δυώδεκα ὄντι μέρεα. Πελλήνη μὲν τε πρώτη τοῦ Σικυωνίου· μετὰ δὲ, Αἴγειρα, καὶ Αἴγαι· ἐν τῇ Κράθις ποταμὸς ἀένναός ὄντι, ἀπὸ τοῦ ὁ ἐν Ἰταλίῃ ποταμὸς ὁ οὔνομα ἔσχε· καὶ Βοῦρα, καὶ Ἑλίκη, (ἐς τὴν καταφυγόν Ἴωνες ἀπὸ Ἀχαιῶν μάχῃ ἐσσωθέντες) καὶ Αἴγιον, καὶ Ῥύπες, καὶ Πατρέες, καὶ Φαρέες, καὶ Ὤλενος, ἐν τῷ Πείρος ποταμὸς μέγας ὄντι· καὶ Δύμη, καὶ Τριταιέες, οἱ μοῦνοι τουτέων μεσόγαιοι οἰκέουσι. Ταῦτα δυώδεκα μέρεα νῦν Ἀχαιῶν ὄντι, καὶ τότε γε Ἰώνων ἦν. τουτέων δὴ εἵνεκα καὶ οἱ Ἴωνες δυώδεκα πόλιας ἐποιήσαντο· ἐτεῖ ὡς γέ τοι μᾶλλον οὗτοι Ἴωνές εἰσι τῶν ἄλλων Ἰώνων, ἢ κάλλιόν τι γεγόνασι, μωρίη πολλὴ λέγειν· τῶν Ἀβαντες μὲν ἐξ Εὐβοίης εἰσὶ οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα, τοῖσι Ἰωνίης μέτα οὐδὲ τοῦ οὐνόματος οὐδέν. Μινύαι δὲ Ὀρχομενίοισι ἀναμεμίχαται, καὶ Καδμεῖοι, καὶ Δρύοπες, καὶ Φωκέων ἀποδάσμιοι, καὶ Μολοσσοί, καὶ Ἀρκάδες Πελασγοὶ, καὶ Δωριέες, Ἐπιδαύριοι, ἄλλά τε ἔθνεα πολλὰ ἀναμεμίχαται· οἱ δὲ αὐτέων, ἀπὸ τοῦ πρυτανηίου τοῦ Ἀθηναίων ὁρμηθέντες, καὶ νομίζοντες γενναιότατοι εἶναι Ἰώνων. οὗτοι δὲ οὐ γυναῖκας ἠγάγοντο ἐς τὴν ἀποικίην, ἀλλὰ Καρίης ἔσχον, τῶν ἐφόνευσαν τοὺς γονέας. Μετὰ τοῦτον δὲ τὸν φόνον αἱ γυναῖκες αὗται, νόμον θέμεναι, σφίσι αὐτῇσι ὅρκοις ἐπήλασαν, καὶ παρέδοσαν τῇσι θυγατράσι μή κοτε ὁμοσιτῆσαι τοῖσι ἀνδράσι, μηδὲ οὐνόματι βῶσαι τὸν ἑωυτῆς ἄνδρα, τοῦδε εἵνεκα, ὅτι ἐφόνευσαν σφέων τοὺς πατέρας καὶ δῦο ἀνδρὰς καὶ παῖδας· καὶ ἐπεί τε ταῦτα ποιήσαντες, αὐτοῖσι σφι οἰκοίεον. Ταῦτα δὲ ἦν γινόμενα ἐν Μιλήτῳ. Βασιλέας δὲ ἐς ἦσαντο, οἱ μὲν αὐτῶν, Λυκίους, ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Ἱππολόχου γεγονότας· οἱ δὲ, Καύκωνας Πυλίους, ἀπὸ Κόδρου τοῦ Μελανθοῦ· οἱ δὲ, καὶ συναμφοτέρους. Ἀλλὰ γὰρ πλέονται τοῦ οὐνόματος μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων Ἰώνων. ἔσωσαν δὲ οἱ καθαρῶς γεγονότες Ἴωνες. εἰσὶ δὲ πόλιες Ἴωνες, ὅσαι ἀπὸ Ἀθηνέων γεγόνασι, καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι ὁρτήν. ἄγουσι δὲ πάντες πλὴν Ἐφεσίων καὶ Κολοφωνίων. οὗτοι γὰρ μοῦνοι Ἰώνων οὐκ ἄγουσι Ἀπατούρια· καὶ οὗτοι κατ' φόνου τινὰ σκῆψιν. Τὸ δὲ Πανιώνιόν ἐστι τῆς Μυκάλης χῶρος ἱερὸς, πρὸς βορέην τετραμμένος, κοινὴ ἐξαιρη-

Achæorum, qui Ionas è ſedibus ſuis exegerunt, duodecim ſunt partes. Nempe prima ante Sicyonẽ eſt Pellena, deinde Ægirę & Ægæ, ad quam Crathis fluuius perennis labitur: à quo & Italicus ille vocatus eſt. Poſt Ægas Bura eſt & Helice: quo ab Achæis bello fracti Iones confugerũt. Poſt hãc Ægion eſt, & Rhypes, & Patrenſes, & Pharenſes, atque Olenus, quam Pirus ingens fluuius præterfluit. Poſtea Dyma & Tritæenſes, qui ſoli mediterranea colunt. Hæ ſunt duodecim CXLVI Achæorum illæ portiones quæ tum quidem Ionum erant: hæcque cauſſa fuiſſe videtur quapropter Ionibus duodecim ciuitates conſtituere placuerit. Nam iſtos præcipue magiſque aliis Iones eſſe, aut præſtantius quippiam geſſiſſe, magna inſania eſſet aſſeuerare: quum ex his Abantes ſint, Euboeæ haudquaquã minima portio, qui tamen nec cum Ionum nomine quicquam habent commune: & Minyæ Orchomeniis ſint admixti, Cadmęi quoque, Dryopes,[1] Phocenſes, Moloſſi, Arcades, Pelaſgi, Dores, Epidaurii, atque aliæ pleręque nationes inter ſe commixtæ ſint. [2] Quorum alii ex Athenienſium Prytaneo progreſſi, nobiliſſimos ſe Ionum exiſtimauerunt. Hi coloniam ducentes, loco vxorum Caricas habebant mulieres, quarũ iam ante parentes interemerant. Propter quam cædem mulieres Caricæ legem tulerant, quam iureiurando inter ſe firmauerant, tradiderantq; ſuis deinceps filiabus, quod videlicet cum maritis nũquam cibum ſumerent, nẽque propriis nominibus compellarent: propterea quod eorum patres, maritos atque filios trucidaſſent, & quum hæc patraſſent, ſimul orbas ad concubitum violenter rapuiſſent. Hæc Mileti fiebant. Reges CXLVII autem creauerant, partim Lycios, Glauco Hippolochi filio oriundos: partim Cauconas Pylios, Codro Melanthi progenie ortos: partim ex vtriſque. Sed nomen Ionum inter ceteros maxime amplectuntur. Et ſunt quidem illi veri atq; genuini Iones: omnes tamen Ionum nomenclaturæ communicant quotquot Athenis oriundi Apaturia feſta concelebrant. Concelebrant autem omnes, pręter Epheſios & Colophonios, qui ſoli ex Ionibus ab Apaturiis arcentur, idque ob cædis patratæ cauſſam. Porro Pan- CXLVIII ionium locus eſt Mycales ſacer, ad Septentrionem vergens, communiter ab vniuerſis

1 Omittit ἀποδάσμιοι. 2 Ex quorum numero, illi qui ex Prytaneo Athenienſium profecti ſunt, & ſe Ionum nobiliſſimos exiſtimarunt, hi vxores ſecum non adduxerunt quum in coloniam migrarent, ſed Caricas habuerunt, quarum &c.

Ionibus

Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Mycale autem promontorium est in continenti situm: quod quâ zephyro vento expositum est, ad Samum pertinet. Ad hunc montem collecti vniuersi Iones sacrificiũ celebrabant quod Panionia vocant. Accidit hoc sane non Ionum sacris duntaxat, verum communiter omnibus Græcorum festiuitatibus, vt in eandẽ litteram finiant, perinde atque Persarum nomina. Et hę quidem
CXLIX Ionicæ sunt ciuitates. Æolicæ autem ciuitates sunt, Cumæ, quæ & Phriconis vocatur, Larissæ, Nouus murus, Tenus, Cilla, Notium, Ægiroessa, Pitana, [1] Ægæa, Myrina, Grynia. Atque hæ XI Æolicæ fuerunt priscę ciuitates. Vna autem Smyrna (Æolica & ipsa ciuitas) ab Ionibus [2] diruta fuit. Alioqui & hæ, duodecim erant numero, in continenti sitæ, quæ ditionẽ habebant Ionibus pręstantiorẽ, at quæ tamen ad illius cæli tem-
CL perię nequaquam accederet. Smyrnam vero hac occasione amiserunt Æoles, quod Colophonios per seditionem è sedibus submotos recepissent: qui postea Smyrnæos obseruantes, dum extra vrbem Bacchi sacra celebrarent, occlusis portis vrbẽ occuparunt. Succurrentibus autem Æolibus vniuersis, sic inter eos transigebatur, vt si Iones vtensilia bonaque mobilia Æolibus redderent, Æoles Smyrna cederent. Hanc conditionẽ quum Smyrnæi accepissent, [3] distributæ sunt vndecim hæ ciuitates,
CLI suos quæque constituens ciues. Hæ itaque continentis sunt ciuitates, exceptis iis quæ Idam habitabant: nam illæ ad has non referuntur. Insulares vero quinq; ciuitates Lesbum colebant. sextam enim in Lesbo Arisbã Methymnęi iam sibi subiecerant, tanquam consanguinitate iunctam. In Tenedo autem vna habitabatur ciuitas, & altera quædam in Centũ appellatis insulis. Iam vero Lesbiis Tenediisque [4] nihil grauius, perinde atq; ceteris Ionibus insulas tenẽtibus, erat metuendũ: at reliquis ciuitatibus cõmuniter placuit Iones sequi,
CLII quocunque illi duxissent. ¶ Porro vbi Ionum Æolumque legati Spartam appulissent (id quod fiebat properanter) ex omnibus delegarunt Phocensem quendam, cui nomen Pythermo, qui postulata proponeret. Hic purpurea veste indutus, [5] in Spartiatarum conuentum, qui ad famam legatorum collectus fuerat,

ἐξαραιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ· ἡ δὲ Μυκάλη ὄρος τῆς ἠπείρου ἄκρη, πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ. ἐς τοῦτο συλλεχθέντες ἀπὸ τῶν πολίων Ἴωνες, ἄγεσκον ὁρτήν, τῇ ἔθηντο οὔνομα Πανιώνια. πεποίηνται δὲ οὐ τὴν μούνην αἱ Ἰώνων ὁρτὴν τοῦτο, ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων ὁμοίως πᾶσαν ἐς τοὐνόμεον τελευτῶσαν, κατάπερ τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα. αὗται μὲν, αἱ Ἰάδες πόλιές εἰσι. ¶ Αἵδε δ', αἱ Αἰολίδες, Κύμη, ἡ Φρικωνὶς καλεομένη, Λάρισαι, Νέον τεῖχος, Τήιος, Κίλλα, Νότιον, Αἰγιρόεσσα, Πιτάνη, Αἰγαῖαι, Μύρινα, Γρύνεια· αὗται ἔνδεκα Αἰολέων πόλιες ἀρχαῖαι. μία γὰρ σφέων ἀπερρύη ὑπὸ Ἰώνων, Σμύρνη. ἦσαν γὰρ καὶ αὗται δυώδεκα ἐν τῇ ἠπείρῳ. οὗτοι δὲ οἱ Αἰολέες χώρην μὲν ἔτυχον κτίσαντες ἀμείνω Ἰώνων, ὡρέων δὲ ἤρξαντο οὐκ ὁμοίως. Σμύρνην δὲ ὧδε ἀπέβαλον Αἰολέες. Κολοφωνίους ἄνδρας φάσει ἑωυτῶν ἐόντας, καὶ ἐκπεσόντας ἐκ τῆς πατρίδος, ὑπεδέξαντο. μετὰ δὲ, οἱ φυγάδες τῶν Κολοφωνίων φυλάξαντες τὰς Σμυρναίους ὁρτὴν ἔξω τείχεος ποιευμένους Διονύσῳ, τὰς πύλας ἀποκλήισαντες, ἔσχον τὴν πόλιν. βοηθησάντων δὲ πάντων Αἰολέων, ὁμολογίην ἐποιήσαντο, τὰ ἔπιπλα ἀποδόντων τῶν Ἰώνων, ἐκλιπεῖν Σμύρνην Αἰολέας. ποιησάντων δὲ ταῦτα Σμυρναίων, ἐπιδιείλοντο σφέας αἱ ἕνδεκα πόλιες, καὶ ἐποιήσαντο σφέων αὐτέων πολίτας. Αὗται μὲν νυν αἱ ἠπειρώτιδες πόλιες, ἔξω τῶν ἐν τῇ Ἴδῃ οἰκημένων. κεχωρίδηται γὰρ αὗται. αἱ δὲ τὰς νήσους ἔχουσαι, πέντε μὲν πόλιες τὴν Λέσβον νέμονται. τὴν γὰρ ἕκτην ἐν τῇ Λέσβῳ οἰκεομένην Ἀρίσβαν ἠδικήκασι Μηθυμναῖοι, ἐόντας ὁμογλώσσους. ἐν Τενέδῳ δὲ μία οἰκέεται πόλις, καὶ ἐν τῇσι Ἐκατὸν νήσοισι καλεομένῃσι ἄλλη μία. Λεσβίοισι μὲν νυν καὶ Τενεδίοισι, κατάπερ Ἰώνων τοῖσι τὰς νήσους ἔχουσι, ἦν δεινὸν ὁδόν· τῇσι δὲ λοιπῇσι πόλισι ἔασε χοινῆ Ἴωσι ἕπεσθαι, τῇ ἂν οὗτοι ἡγέωνται. Ὡς δὲ ἀπίκετο ἐς τὴν Σπάρτην τῶν Ἰώνων καὶ Αἰολέων οἱ ἄγγελοι, (κατὰ γὰρ δὴ τάχος ἦν ταῦτα πρησσόμενα) εἵλοντο πρὸς πάντων λέγειν Θῶν Φωκαέα, τοῦ οὔνομα ἦν Πύθερμος. ὁ δὲ, πορφυρέην τε εἵμα περιβαλλόμενος, (ὡς ἂν πυθανόμενοι πλεῖστοι συνέλθοιεν Σπαρτιητέων)

1 Ægæa, αἰγαῖαι. 2 Direpta fuit. 3 Distribuerunt, vel inter se partita sunt ipsos illæ vndecim &c. 4 Nihil periculi, per. 5 Vt plurimi ex Spartiatis, quum hoc audissent, accurrerent, processit, hort.

coctilibus lateribus pro maceria prætexuntur. Ipsa vrbs plena domibus est ternarum quaternarumque contignationum, secta in vias cum rectas tum vero transuersas, quæ ad flumen pertingunt: ad quarum singulas pro numero vicorum protulæ factæ sunt in maceria quæ flumen sepiebat, & ipsæ æreæ, & ad flu-
CLXXXI men idem ferentes. Et hic quidē murus lorica est. Alius vero intus non multo quam hic debilior, sed exilior: inque vtriusq; ciuitatis plagæ medio murus est erectus, quorum hic regiam comprehendit ambitu prægrandi atque valido: in altero vero Iouis Beli templum æreis portis, id quod mea etiam nunc ætate exiſtit, duorum vndecunque stadiorum amplitudine, figura quadrata. [1] In sacri medio turris solida, crassitudine simul & altitudine stadii, cui alia rursus superimposita turris & huic subinde alia, ad octauam vsque. His forinsecus scalæ sunt in circuitu adhibitę, per quas ad singulas conscenditur turres. [2] In mediis gradibus ductus, sellæque in hoc factæ, in quibus [3] ascensuros liceat sedere ac conquiescere. In postrema turri sacellum est aliud, in quo lectus est splendide stratus, & apposita mensa aurea. Statua tamen in hoc sacello nulla est: neque hîc noctu cubat hominum aliquis, præter mulierem vnam ex indigenis, quam ex omnibus deus delegerit, vti narrant Chaldæi huius dei
CLXXXII sacerdotes. Narrant enim illi (tametsi mihi parum credibilia referre videntur) deum ipsum ingredientē templum, in hoc cubili conquiescere, perinde atque Thebis Ægyptiacis, vt ferunt Ægyptii. Ibi enim in Thebani Iouis fano mulier quoque cubat: [4] quæ vtraque mulier cum viris putatur non habere consuetudinem: sicut etiam dei antistita Patarис Lyciæ ciuitate, [5] quando ita accidit. Neque enim oraculum ibi celebratur perpetuo: vbi autem id futurum est, antistita noctu in templum
CLXXXIII concluditur. [6] Porro in Babylonis templo aliud etiam est sacellum inferius, quod [7] magnam habet Iouis statuam, eamque auream, [8] ponè mensam, & ipsam auream, simul & sustentaculum cum sella, omniaque aurea: adeo vt Chaldæi octingentorū talentorum auri opus æstiment. Extra sacellum altare est, & ipsum aureum: atq; præter hoc,

αἱμασιὴ πλίνθων ὀπτέων περιτείνει. Ὃ δ' ἄστυ αὐτὸ ἐὸν πλῆρες οἰκιέων τριωρόφων τε καὶ τετρωρόφων, κατατέτμηται τάς τε ὁδοὺς ἰθείας, τάς τε ἄλλας, καὶ τὰς ὑπὲρ καρσίας τὰς ὑπὲ τὸν ποταμὸν ἀγούσας. κατὰ δὴ ὧν ἑκάστην ὁδὸν ἐπὶ τῇ αἱμασιῇ τῇ περὶ τὸν ποταμὸν πυλίδες ἐπῆσαν, ὅσαπερ λαῦραι, ποσαῦται ἀριθμόν. ἦσαν δὲ καὶ αὗται χάλκεαι, φέρουσαι καὶ αὐταὶ ἐς αὐτὸν τὸν ποταμόν. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ τεῖχος, θώρηξ ἐστί. ἕτερον δ' ἔσωθεν τείχος περιβέβληται, καὶ πολλῷ τέῳ ἀσθενέστερον τοῦ ἑτέρου τείχεος, στεινότερον δέ. ἐν δὲ ἑκατέρῳ τῆς πόλιος ἑκατέρου τὸ μέσον, ἐν τῷ ἦεν τὰ βασιλήια, περίβολόν τε μεγάλον καὶ ἰσχυρόν. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, Διὸς Βήλου ἱρὸν χαλκόπυλον, καὶ ἐς ἐμὲ τοῦτο ἔτι ἐὸν, δύο σταδίων, πάντη ἐὸν τετράγωνον. ἐν μέσῳ δὲ τοῦ ἱροῦ πύργος στερεὸς οἰκοδόμηται, σταδίου καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος· καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ, μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργων. ἀνάβασις δὲ ἐς αὐτοὺς ἔξωθεν κύκλῳ περὶ πάντας τοὺς πύργους ἔχουσα πεποίηται. μεσοιῶντι δέ πού ἐστι καὶ ἀναβάσιος, ἔστι καταγωγή τε καὶ θῶκοι ἀμπαυστήριοι, ἐν τοῖσι κατίζοντες ἀμπαύονται οἱ ἀναβαίνοντες. ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ πύργῳ νηὸς ἔστι μέγας· ἐν δὲ τῷ νηῷ κλίνη μεγάλη κεῖται εὖ ἐστρωμένη· καὶ παρὰ ταύτην τράπεζα χρυσέη κεῖται. ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔνι οὐδὲν αὐτόθι ἐνιδρυμένον, οὐδὲ νύκτα οὐδεὶς εὐναλίζεται ἀνθρώπων, ὅτι μὴ γυνὴ μούνη τῶν ἐπιχωρίων, τὴν δή φασι ὁ θεὸς ἑλέσθαι ἐκ πασέων, ὡς λέγουσι οἱ Χαλδαῖοι, ἐόντες ἱρέες τούτου τοῦ θεοῦ. Φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι (ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες) ὅτι θεὸς αὐτὸν φοιτᾷ τε ἐς τὸν νηὸν, καὶ ἀμπαύεσθαι ἐπὶ τῆς κλίνης, κατάπερ ἐν Θήβῃσι τῇσι Αἰγυπτίῃσι, τῇ δὲ αὐτὸν τρόπον, ὡς λέγουσι οἱ Αἰγύπτιοι. καὶ γὰρ δὴ ἐκεῖθι κοιμᾶται ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Θηβαιέος γυνή. ἀμφότεραι δὲ αὗται λέγονται ἀνδρῶν οὐδαμῶν ἐς ὁμιλίην φοιτᾶν· καὶ κατάπερ ἐν Παταροῖσι τῆς Λυκίης, ἡ προφῆτις τοῦ θεοῦ ἐπεὰν γένηται· ἔστι γὰρ δὴ αἰεὶ οὐκ χρηστήριον αὐτόθι· ἐπεὰν δὲ γένηται, τότε ὦν συγκατακλῄεται τὰς νύκτας ἔσω ἐς τὸν νηόν. Ἔστι δὲ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι ἱροῦ καὶ ἄλλος κάτω νηός, ἔνδα ἄγαλμα μέγα τοῦ Διὸς ἔνι κατήμενον χρύσεον. καὶ οἱ τράπεζα μεγάλη παρακεῖται χρυσέη, καὶ ὁ βάθρον οἱ καὶ ὁ θρόνος χρύσεός ἐστι· καὶ, ὡς ἔλεγον οἱ Χαλδαῖοι, ταλάντων ὀκτακοσίων χρυσίου πεποίηται ταῦτα. ἔξω δὲ τοῦ νηοῦ, βωμός ἐστι χρύσεος. ἔστι δὲ καὶ

1 *In templi m. vt in præced.* 2 In med. gr. statio, 3 Ascendentes 4 Quarum mulierum vtraque cum v. 5 *Intellige, Quando contingit vt antistita debeat fungi munere.* 6 Porro illo Bab. 7 Magnum hab. Iouis simulacrum sedens. *Vel* sedentis, *legendo* κατημένου. 8 Et illi magna mensa adiacet aurea: cuius scamnum & sella sunt ex auro.

ἄλλος βωμὸς μέγας, ὅπου θύεται τὰ τέλεα τῶν προβάτων. ἔστι γὰρ τοῦ χρυσέου βωμοῦ οὐκ ἔξεστι θύειν ὅπι μὴ γαλαθηνὰ μοῦνα. ἔστι δὲ τοῦ μέζονος βωμοῦ καὶ καταγίζουσι λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα ἔτεος ἑκάστου οἱ Χαλδαῖοι, ὅτε ἐπιτελέουσι τὴν ὀρτὴν ἄγοντες τῷ θεῷ τούτῳ. ἐν δὲ καὶ τοῦτο περιῆν τοῦτῳ τῷ ἱρῷ ἔτι ὃν χρύσεον ἕκτυπον καὶ ἀνδριὰς δυώδεκα πήχεων, χρύσεος, τερεός. ἐγὼ μὲν νυν οὐκ εἶδον· τὰ δὲ λέγεται ὑπὸ Χαλδαίων, ταῦτα λέγω. τοῦτο τὸν ἀνδριάντα Δαρεῖος μὲν ὁ Ὑστάσπεος ἐπιβουλεύσας, οὐκ ἐτόλμησε λαβεῖν· Ξέρξης δὲ ὁ Δαρείου ἔλαβε, καὶ τὸν ἱρέα ἀπέκτεινε, ἀπαγορεύοντα μὴ κινέειν τὸν ἀνδριάντα. Ὁ μὲν δὴ ἱερὸν τοῦτο οὕτω κεκόσμηται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα ἀναθήματα πολλά. Τῆς δὲ Βαβυλῶνος ταύτης πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἐγένοντο βασιλῆες, (τὰ ἐς πᾶσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι μνήμην ποιήσομαι) οἳ τά τε τείχεα ἐπεκόσμησαν καὶ τὰ ἱερά· ἐς δὲ δὴ καὶ γυναῖκες δύο· ἡ μὲν πρότερον ἀρξασα, τῆς ὕστερον γενεῆσι πέντε προτέρη γενομένη, τὴν οὔνομα ἦν Σεμίραμις. αὕτη μὲν ἀπέδεξατο χώματα ἀξιοθέητα· πρότερον δὲ ἐόντα ἀξιοθέητα· πρότερον δὲ ἐώθεε ὁ ποταμὸς αἰεὶ ὃ πεδίον ἐὸν πᾶν πελαγίζειν. Ἡ δὲ δὴ δεύτερον γενομένη ταύτης βασίλεια, τῇ οὔνομα ἦν Νίτωκρις (αὕτη δὲ συνετωτέρη γενομένη τὸ πρότερον ἀρξάσης) τοῦτο μὲν, μνημόσυνα ἐλίπετο τὰ ἐγὼ ἀπηγήσομαι· τοῦτο δὲ, τὴν Μήδων ὁρῶσα ἀρχὴν μεγάλην τε καὶ οὐκ ἀγερμίζουσαν ἄλλά τε ἀραιρημένα ἄστεα αὐτῶν, οἱ δὲ δὴ καὶ τὴν Νῖνον, προεφυλάξατο ὅσα ἐδυνάτο μάλιστα· πρῶτα μὲν τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν, ἐόντα πρότερον ἰθὺν, ὡς σφι ἔχει τὸ πόλιος μέσης ῥέει, τορτὸν, αἰνωθεν δὲ ὀρύξασα, ὥστε δὶς τὸν αὐτὸν ἰθύνεσθαι σκολιὸν, ὥστε δή τεις ἐς τινα κωμέων τῶν ἐν τῇ Ἀσσυρίῃ ἀπικνέεται ῥέων. τῇ δὲ κώμῃ οὔνομά ἐστι ἐς τὸν ἀπικνέεται ὁ Εὐφρήτης, Ἀρδερικά. καὶ νῦν οἱ αὖ κομίζοντες ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἐς Βαβυλῶνα, καταπλέοντες ἐς τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν, τρὶς τὲ ἐς τὠυτὸ ταύτην κώμην ἀφικνέονται, καὶ ἐν τρισὶ ἡμέρῃσι. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο ἐποίησε. χώματα δὲ παρέχωσε παρ' ἑκάτερον τὸν ποταμὸν ὑψηλὰ, ἄξιον θώματος, μέγαθος καὶ ὕψος ὅσον τι ἐστί. κατυπερθε δὲ πολλῷ Βαβυλῶνος ὤρυσσε ἕλυτρον λίμνης, ὀλίγον τι παρατείνουσα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, βάθος μὲν ἐς ὃ ὕδωρ ἀεὶ ὀρύσσουσα, εὖρος δὲ τὸ περίμετρον αὐτοῦ ποιεῦσα, εἰκοσίτε καὶ τετρακοσίων σταδίων. Ὃν δὲ ὀρυσσόμενον χοῦν ἐκ τούτου τοῦ ὀρύγματος διαφόρου παρὰ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ παραχέουσα. ἐπεὶ τε δὲ οἱ ὤρυκτο,

aliud altare ingens, in quo integræ ætatis[1] hostiæ immolantur: quandoquidem supra aureum illud non licet hostias mactare, præterquam lactentes. Insuper in hoc maiusculo altari Chaldæi [2] quotannis centum millia talentorum libanoti adolent, quando huic suo deo [3] sacra faciunt. Eratque in hoc templo etiamdum illo tempore statua duodecim cubitorum è solido auro: quanquam ego hanc non viderim, sed ea referam quæ à Chaldæis referuntur. Hanc statuam Darius Hystaspis filius insidiose captans, non ausus tamen fuit diripere: sed eam postea Xerxes Darii filius abstulit, sacrificio, qui prohibuerat statuam loco dimouendam, interempto. Atque illud templum hoc pacto constructum fuit ornamentis: etiamsi alia sint peculiaria pleraque eiusdem donaria. ¶ Huius Babylonis multi quo- CLXXXIV
que aliquando reges extitere, (quorum in exponendis rebus Assyriis mentionem faciam) qui & muros ornauerunt & templa: & inter eos duæ fœminæ. Harum prior, quæ quinque ætatibus ante posteriorem regnauit, vocata est SEMIRAMIS. Hæc per planitiem aggere extruxit spectaculo dignos, quum antehac flumen eam omnē restagnare solitum esset. Posterior regina, NITO- CLXXXV
CRIS nomine, extitit superiore solertior. cui[9] cum alia monumēta extiterunt, quę ego commemorabo, tum vero hoc, quod animaduertens imperium Medorum ingens ac pacatum, subactaque ab his multa oppida, & inter hæc Ninum, præmuniuit se omnibus quàm potuit maxime. Ante omnia fluuium Euphratem, qui prius mediam ipsorum vrbem interfluens, rectus erat, tortuosum reddidit, fossis superius depressis, adeo vt quendam Assyriæ pagum, nomine Ardericā, ter influat, & qui nunc è mari per Euphratem Babylonē versus subuehuntur, ter ad hunc eundem pagum applicent, idque triduo. Et hunc quidem talem reddidit. Aggerem vero ex vtroque fluminis labro aggessit visu mirandum: tantę est & magnitudinis & sublimitatis. Multo supra Babylonem, aliquantulum seorsum à flumine, effodit [4] paludis eluuiem, profunditate quidem [5] ad aquā vsque semper ducta: latitudine vero eius quoquouersus [6] trecentorum viginti stadiorum. Hæc fossitia humus ad fluminis ripas aggesta est. Quem locum

1 Pecudes imm. 2 *Vel*, Quotannis libanotum ad pondus centum mill. tal. adolent. 3 Festum diem celebrant. 4 Paludis receptaculum, 5 *Id est*, *Quoad aqua fodiendo inueniretur.* 6 Quadringentorum vig.

vbi de-

vbi depressit, crepidinem ambitus eius lapidibus induxit. Hæc duo, vt flumen flexuosum & lacuna tota, fossa esset, ideo fecit vt fluuius per multos anfractus retentus, sedatior maret, & nauigationes Babylonem versus essent tortuosæ, & ex ipsis nauigationibus longus ambitus lacunæ exciperetur.[1] Ad hæc, quæcunque erat regio ad inuadendum opportuna, & compendiaria ex Medis via, hanc intersepsit, ne Medi commercio Assyriorũ ipsius negotia cognoscerent.

CLXXXVI [2] Et hæc quidem ex profundo circumiecit. Ceterum ex eis talem fecit communitionem, Quum sit vrbs in duas direpta regiones, fluuio medium tenente, quoties aliquis ex altera in alterã regionem transire volebat sub regibus superioribus, is necesse habebat nauigio transire: quod erat (vt reor) molestum. Huic autem etiam rei ista prospexit. siquidem vbi effodit[3] effluuium paludis, aliud opere eodem monumentum sui reliquit. Lapides prægrandes incîdit, qui vbi parati fuerunt, & locus depressus, in locum ipsum quem depresserat, omnẽ fluminis cursum auertit. Qui locus effossus dum impleretur, interea pristino alueo arefacto, oras fluminis intra vrbẽ, ac descensus qui ex portulis ad flumen ferunt, extruxit coctis lateribus, eadem qua muros ratione. Extruxit item circa mediam ferme vrbem pontem ex iis quos effoderat lapidibus, ferro eos ac plumbo deuinciens. Hunc sublicis quadratis, per quas Babylonii transirent, interdiu cõmittebat, easdẽ noctu tollebat: hac videlicet caussa ne per noctẽ transeuntes mutua furta exercerent. Vbi porro lacuna repleta fuit flumine, & opus pontis exornatũ, tunc fluuium Euphratem ex palude in pristinum alueum reuocauit: atque ita palus quam effoderat, [4] visa est necessario facta, & pons in

CLXXXVII vsum ciuium extructus. Eadem autẽ regina hunc etiam machinata est dolũ: Supra portas vrbis celeberrimas, loco edito atq; conspicuo, sepulcrum sibi extruxit, atq; his litteris inscripsit: SICVI REGVM BABYLONIS POST ME FVTVRORVM FVERIT PECVNIAE PENVRIA, APERTO SEPVLCRO SVMITO QVANTVNCVNQVE LIBVERIT PECVNIAE. NE TAMEN NISI INDIGVERIT, ALIOQVI APERITO. NON ENIM IN REM EIVS FVERIT. Hoc se-

ὤρυκτο, λίθους ἀγαμένη, κρηπῖδα κύκλῳ περὶ αὐτὸν ἔλασε. ἐποίεε δὲ ἀμφότερα τάδε, τὸν μὲν ποταμὸν σκολιὸν, καὶ δ' ὄρυγμα πρὸ, ἕλος, ὡς ὁ τε ποταμὸς βραδύτερος εἴη, περὶ καμπὰς πολλὰς ἀγνύμενος, καὶ οἱ πλόοι ἐῶσι σκολιοὶ ἐς τὴν Βαβυλῶνα· ἔκ τε τῶν πλόων σκαιὴ μὲν ἡ ὁδὸς τὸ λίμνης μακρή. κατὰ τοῦτο δὲ εἰργάζετο τὴν χώρης τῇ αἵ τε ἐσβολαὶ ἦσαν, καὶ τὰ σύντομα τῆς ἐκ Μήδων ὁδοῦ, ἵνα μὴ ἐπιμισγόμενοι οἱ Μῆδοι ἐκμαθάνοιεν αὐτῆς τὰ πρήγματα. Τὰ μὲν δὴ ἐκ βάθεος περιβάλετο. τοιὴν δὲ ἐξ αὐτῆς παρεσκεύαστο· τὴν πόλιος ἐούσης δύο φαρσέων, διὰ δὲ ποταμοῦ μέσου ἐόντος, διὰ τῶν προτέρων βασιλέων ὅκως τις ἐθέλοι ἐκ τοῦ ἑτέρου φαρσέος ἐς τὸ ἕτερον διαβαίνειν, χρῆν πλοίῳ διαβαίνειν. καὶ ἦν (ὡς ἐγὼ δοκέω) ὀχληρὸν τοῦτο· αὕτη δὲ καὶ τοῦτο προσέδε. ἐπεὶ τε δὲ ὤρυξε δι' ἐλίσσων τὴν λίμνην, μνημόσυνον τόδε δεύτερον ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἔργου ἐλίπετο· ἐπάμενος λίθους τεμνομένους· ὡς δέ οἱ ἦσαν οἱ λίθοι ἕτοιμοι, καὶ δὴ χωρίον ὠρώρυκτο, ἐκλρέψασα τὸν ποταμὸν δρέεθρον πρῶτα ἐς δὲ ὧ- 48
ρυσσε χωρίον, ἐν τῷ ὑπίμπλατο τοῦτο, ἐν τούτῳ ἀπεξηραμμένῳ τοῦ ἀρχαίου ῥέεθρου, τὸ μὲν τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ καὶ τὴν πόλιν καὶ τοὺς κατὰ βάσιας τοὺς ἐκ τῶν πυλίδων ἐς τὸν ποταμὸν φερούσας, οἰκοδόμησε πλίνθοισι ὀπτῇσι καὶ μάλιστα τὴν πόλιν, τοῖσι λίθοισι τοὺς ὀρύξατο, οἰκοδόμεε γέφυραν, δέουσα τοὺς λίθους σιδήρῳ τε καὶ μολίβδῳ. ἐπείρεσκε δὲ ἐπ' αὐτοῦ, ὅκως μιῇ ἡμέρῃ γένοιτο, ξύλα τελεώνεα, ἐπ' ὧν τὰ διαβασιν ἐποιεῦντο τοὶ Βαβυλώνιοι. λαὰς δὲ νύκτας τὰ ξύλα ταῦτα ἀπαι- 30
ρέεσκον, τῶνδε εἵνεκα, ἵνα μὴ φοιτέοντες τὰς νύκτας κλέπτοιεν παρ' ἀλλήλων. ὡς δὲ τό, τε ὀρυχθὲν λίμνη πλήρης ἐγεγόνεε ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὰ περὶ τὴν γέφυραν ἐκεκόσμητο, τὸν Εὐφρήτην ποιήσαντα ἐς τὰ ἀρχαῖα ῥέεθρα ἐκ τῆς λίμνης ἐξάγαγε· καὶ ἔτω τὸ ὀρυχθὲν ἕλος γλυκύμενον, ἐς δέον ἐδόκεε γεγενέναι. καὶ τοῖσι πολίτῃσι γέφυρα ἦν κατεσκευασμένη. Ἡ δὲ αὐτὴ βασίλεια καὶ ἀπάτην τοιῷδέ τινα ἐμηχανήσατο· ἐπὶ τῶν μάλιστα λεωφόρων πυλέων τοῦ ἄστεος, τάφον ἑωυτῇ κατεσκευάσατο μετέωρον ὑπὲρ πολλῆς αὐτέων τῶν πυ- 40
λέων. ἐπεκόλαψε δὲ ἐς τὸν τάφον γράμματα λέγοντα τάδε, ΤΩΝ ΤΙΣ ΕΜΕΥ ΥΣΤΕΡΟΝ ΓΙΝΟΜΕΝΩΝ ΒΑΒΥΛΩΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΗΝ ΣΠΑΝΙΣΗ ΧΡΗΜΑΤΩΝ, ΑΝΟΙΞΑΣ ΤΟΝ ΤΑΦΟΝ, ΛΑΒΕΤΩ ΟΚΟΣΑ ΒΟΥΛΕΤΑΙ ΧΡΗΜΑΤΑ. ΜΗ ΜΕΝΤΟΙ ΓΕ ΜΗ ΣΠΑΝΙΣΑΣ ΓΕ, ΑΛΛΩΣ ΑΝΟΙΞΗ. ΟΥ ΓΑΡ ΑΜΕΙΝΟΝ. ΟΥΤ

1 Hæc autem extruxit qua parte aditus erant & viæ compendia quæ ex Medis ducit: ne Medi &c. 2 Et his quidem munitionibus ab imo vsque vrbem circumdedit. Sed & has munitiones obiter ad hunc vsum accommodauit: Quum sit &c. 3 Receptaculum 4 Comperta fuit opportune facta: & pons &c.

ὁ τάφος ἐὼ ἀκίνητος, μέχρι οὗ ἐς Δαρεῖον τελέηται ἡ βασιληίη. Δαρείῳ δὲ κατὰ δαίμονα ἐδόκεε εἶναι τῆσι πύλῃσι ταύτῃσι μηδὲν χρέεσθαι, οὐ χρημάτων κειμένων, οὐδὲ τῶν χρημάτων ἕνεκα κατακαλεομένων, μὴ οὐ λάβοι αὐτά. τῆσι δὲ πύλῃσι ταύτῃσι οὐδὲν ἐχρᾶτο τοῦδε εἵνεκα, ὅτι οἱ κατὰ κεφαλῆς οἱ ἐλθόντες ὀνεκρὸς διεξελαύνοντι. ἀνοίξας δὲ τὸν τάφον, εὗρε χρήματα μὲν οὔ, νεκρὸν δὲ, καὶ γράμματα λέγοντα τάδε, ΕΙ ΜΗ ΑΠΛΗΣΤΟΣ ΤΕ ΗΣ ΧΡΗΜΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΑΙΣΧΡΟΚΕΡΔΗΣ, ΟΥΚ ΑΝ ΝΕΚΡΩΝ ΘΗΚΑΣ ΑΝΕΩΓΕΣ. αὕτη μὲν νυν ἡ βασίλεια, τοιαύτη τις λέγεται γενέσθαι. Ὁ δὲ δὴ Κῦρος ἐπὶ ταύτης τῆς γυναικὸς ὃν παῖδα ἐστρατεύετο, ἔχοντά τε τοῦ παιδὸς τοῦ ἑωυτοῦ τὄνομα Λαβυνίτου καὶ τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς· στρατεύεται δὲ βασιλεὺς ὁ μέγας καὶ σιτίοισι εὖ ἐσκευασμένοισι ἐξ οἴκου, καὶ ποτοῖσι· τὸν δὴ τὸ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεω ποταμοῦ ἅμα ἄγεται τοῦ παρὰ Σοῦσα ῥέοντος, τοῦ μοῦνου πίνει βασιλεὺς, τοῦ δὲ ἄλλου οὐδενὸς ποταμοῦ. τούτου δὴ τοῦ Χοάσπεω τοῦ ὕδατος ἀπεψημένου πολλαὶ κάρτα ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνοισι κομίζουσι ἐν ἀργυρέοισι ἀγγείοισι, ἕπονται ὅποι ἂν ἐλαύνοι ἑκάστοτε. Ἐπεί τε οὖν ὁ Κῦρος πορευόμενος ὅπῃ τὴν Βαβυλῶνα εἶχε ἐγίνετο ἐπὶ Γυνδὴν ποταμῷ, τοῦ αἱ μὲν πηγαὶ ἐν Ματιηνοῖσι ὄρεσι, ῥέει δὲ διὰ Δαρδανέων, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς ἕτερον ποταμὸν Τίγρην, ὁ δὲ, παρὰ Ὦπιν πόλιν ῥέων, ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν ἐκδιδοῖ· τοῦτον δὴ τὸν Γυνδὴν ποταμὸν ὡς διαβαίνειν ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος, ἐόντα ναυσὶ πορήϊτον, ἐνθαῦτά οἱ τῶν ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν ἅτε ὑβρεϊος ἐσβὰς ἐς τὸν ποταμὸν, διαβαίνειν ἐπειρᾶτο. ὁ δὲ μιν συμφήσας, ἅτε δρυχίον οἰχώκεε φέρων. κάρτα δὲ δὴ ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ ὁ Κῦρος τούτῳ ὑβρίσαντι· καὶ οἱ ἐπιπείλησε, οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκας μιν διαπερᾶν εὐπετέως, ὄφρα μὴ βραχέσας διαβήσεται. Μετὰ δὲ τὴν ἀπειλὴν, μετεὶς τὸν ὅπῃ Βαβυλῶνα στρατεύσεται, διαιρέει τὸν στρατιὸν δίχα. διελὼν δέ, κατέτεινε σχοινοτενέας κατὰ δέξας διώρυχας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατόν, παρ' ἑκάτερα ὁ χῶλος τοῦ Γυνδέω τεθαμμένος πρὸς τὰ ἑῴα. διατάξας δὲ τὸν στρατὸν, ὀρύσσειν ἐκέλευε. οἷα δὲ ὁμίλου πολλοῦ ἐργαζομένου, ἤνυετο μὲν ὁ ἔργον, ὅμως μέντοι τὸν θερείην πᾶσαν αὐτοὶ ταύτῃ διέτριψαν ἐργαζόμενοι. Ὡς δὲ τὸν Γύνδην ποταμὸν ἐτίσατο Κῦρος, ἐς τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντα μὲν διώρυχας διαλαβὼν, καὶ ὁδὸν δεύτερον ἐπελάσας, οὕτω δὴ ἤλασε ὅπῃ τὴν Βαβυλῶνα.

pulcrum tam diu fuit immotum dum regnum peruenit ad Darium. Is indignum esse ratus se neque vti quipiam his portis, (ideo autem non vtebatur, [1] quod supra caput ipsius transeuntis mortuus situs esset) neque sumere pecunias repositas, & eas quidem ipsum prouocantes, reserauit monumentum: in quo non quidem pecunias inuenit, [2] sed litteras ita dicentes: NISI PECVNIAE ESSES INEXPLEBILIS ET TVRPIS LVCRI CVPIDVS, DEFVNCTORVM SEPVLCRA NON APERVISSES. Talis extitisse hæc regina memoratur. ¶ Aduersus cuius filium Labynitum, patris nomen & Assyriæ imperium habentem, Cyrus exercitum duxit. [3] Ducit autem rex magnus exercitum, probe domi comparata re frumentaria atque pecuria. Portatur etiam aqua ex flumine Choaspe, Susa præterfluente, ex quo vno ex omnibus fluminibus rex potat. Cuius Choaspis aquam decoctam, & in argentea vasa diffusam, ferentes permultæ carrucæ quatuor rotarum, mulis trahentibus, assidue comitantur quocunque ille proficiscitur. Cyrus igitur Babylonem tendens, vbi venit ad Gyndem amnem (qui in Mantienis ortus montibus, [4] per Dardaneos in Tigrim alterum amnem fluit, qui Opin vrbem præterlabens, rubro infunditur mari) conabatur hunc traiicere, quum non posset nisi nauibus traiici. Interim ei quidam è sacris equis candidis petulanter ingressus fluuium, transire conabatur. Hunc fluuius vorticibus contorquens, submersum abripuit. Cyrus autem perquam ægre ferens hanc fluminis iniuriam, illi comminatus est, se sic redditurum eum tenuem vt in posterum facile vel à mulieribus transiri posset, ne genua quidem tingentibus. Hæc minatus, expeditione in Babylonem intermissa, copias suas bifariam diuisit. Dehinc alueos ad funiculum designauit centenos & octogenos, vtrinque ad Gyndis labra omnino conuersos: quos distributis copiis effodi iussit. Et opus quidem, vt quod à tanta multitudine fieret, perficiebatur: tamen in eo faciendo eam æstatem triuerunt. Cyrus ergo quum Gyndem mulctasset in trecentos & sexaginta riuos diductum, & alterum ver illuxisset, ita porro ire Babylonē pergit,

CLXXXIII

CLXXXII

CXC

1 Quod transiens habiturus esset cadauer supra caput suum situ) 2 Sed cadauer, & litteras quibus hoc dicebatur: 3 *Hæc verba,* Ducit autem rex *&c. vsque ad,* Cyrus igitur *&c. paulo inferius videntur collocanda.* 4 Per Darneos. *Darnam enim numerat Ptolemæus inter Assyriæ vrbes mediterraneas.*

Babylo-

Babyloniis cum producto exercitu præstolantibus. Qui, vbi propius vrbem ille promouit, cum eo conflixerunt, prœlioque fugati, in oppidum compulsi fuerunt. Ii tamen, quia Cyrum iampridem animaduerterant inquietum esse, viderantque omnes pariter gentes aggredientem, comportauerant permultorum annorum commeatus: ideoq ue tunc obsidionem nihili faciebant. Et Cyrus, quum iam longo tempore nihil admodum res ipsius proficerent, inops
CXCI consilii erat. Tandem, siue alius ei anxio suggessit, siue ipsi in mentem venit quid in rem esset, sic statuit faciendum: Instructis vniuersis copiis partim quâ fluuius vrbem ingreditur, partim a tergo quâ egreditur, præcipit vt, quum cernerent alueum posse transiri, illac vrbem inuaderent. Ita instructis atque admonitis suis, cum inutiliori exercitus parte abiit ad paludem. Eo vbi peruenit, quæ Babyloniorum regina fecerat circa flumen & circa paludem, eadem & ipse fecit. [1] Nam reuocato flumine, alueum eius pristinum vado transibilem reddidit. Quod quum ita factum esset, Persæ qui ad hoc ipsum instructi erant, per alueum vnde fluuius EVphrates abscesserat, [2] mediorum fere femorum tenus fortiter Babylonem introierunt. Quos Babylonii, si factum Cyri prius aut audissent aut sensissent, haud dubie [3] contempto eorum ingressu, pessimo exitio affecissent. Nam obseratis omnibus quæ ad flumen ferunt portulis, conscensisque septis, ipsi pro ripis stantes illos progressos veluti in cauea excepissent. [4] Nūc ex inopinato eis Persæ astiterunt: & quū capti essent qui media vrbis incolebāt Babylonii, propter eius tamen magnitudinem nō sentiebatur (vt fertur) ab iis qui circa extrema habitabant. Sed quod forte dies festus eis esset, exercēdis choreis atque oblectationibus operam dabant, donec planè hoc resciuerunt. Atq;
CXCII ita primò capta est Babylon. ¶ CVIVS ciuitatis quanta sit potentia, cum ex aliis multis declarabo, tum vero ex hoc. Quum regi magno omnis plaga cui imperat, sit [5] distributa in ipsius atque exercitus eius alimentū, præter tributa, ex duodecim quibus annus cōstat mensibus, quatuor regio Babylonica, octo

οἱ ὑπὸ Βαβυλωνίοι ἐκστρατευσάμενοι, ἐμάχοντο αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ἐλήφθη ἐλαφύροις ἁλοὺς τὸ πόλιος, σφεα ἐβάλοντο οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ ἐσπαρέντες τῇ μάχῃ, καὶ ἁλισκήσθησαν ἐς τὸ ἄστυ. ἦσαν δὲ ἐξεπεπαίσμενοι ἐπὶ πρότερον ὃν Κῦρον οὐκ ἀξεμίζοντα, ἀλλ' ὁρέοντες αὐτὸν πάντη ἐθνεῖ ὁμοίως ἐπιχειρέοντα, προσετάξαντο σιτία ἐτέων κάρτα πολλῶν. ἐνθαῦτα ἤτοι μὲν λόγον εἶχον τὸ πολιορκίης οὐδένα· Κῦρος δὲ ἀπορίῃσι ἐνείχετο, ἅτε χρόνου ἐπιγινομένου συχνοῦ, αἰωτέρω δὲ οὐδὲν τῶν πρηγμάτων προκοπτομένων. Εἴτε δὴ ὦν ἄλλος οἱ ἀπορέοντι ὑπεθήκατο, εἴτε καὶ αὐτὸς ἔμαθε τὸ ποιητέον οἱ ἦν, ἐποίεε δὴ τοιόνδε· τάξας τὸ στρατιὴν ἀπασαν ἐξ ἐμβολῆς τοῦ ποταμοῦ, τῇ ἐς τὸν πόλιν ἐσέβαλλε, καὶ ὄπισθε αὖτις τὸ πόλιος τάξας ἑτέρους, τῇ ἐξίῃ ἐκ τὸ πόλιος ὁ ποταμός· προσπέμψας τῷ στρατῷ, ὅταν σφέας δέηται τὸ ῥέεθρον ἰδὼν γλυκόμενον, ἐσιέναι σφέων ἐς τὸν πόλιν. ὕτω δὴ τάξας, καὶ καταπαύσας τὰ διαιτέσας, ἀπῆλαυνε αὐτὸς σὺν τῷ ἀχρηίῳ τοῦ στρατοῦ. ἀπικόμενος δὲ ὅπου τὸν λίμνην, τά περ ἡ Βαβυλωνίων βασίλεια ἐποίησι καὶ πρὸς τὸν ποταμὸν καὶ κατὰ τὸν λίμνην, ἐποίεε καὶ ὁ Κῦρος ἕτερα τοιαῦτα. τὸν γὰρ ποταμὸν διώρυχι εἰσαγαγὼν ἐς τὸν λίμνην ἐοῦσαν ἕλος, ὃ ἀρχαῖον ῥέεθρον ἦν ἐκεῖ, ἐποίησε, ὑπονοστήσαντος τοῦ ποταμοῦ. γνωσθέντος δὲ τοιούτου, οἱ κατὰ τοῦτο Πέρσαι οἵπερ ἐτετάχατο ἐπ' αὐτῷ τούτῳ καὶ τὸ ῥέεθρον τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ, ὑπονενοστηκότος ἀνδρείως ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κη, κατὰ τοῦτο ἐσήεσαν ἐς τὴν Βαβυλῶνα. εἰ μὲν γὰρ προεπύθοντο ἢ ἔμαθον οἱ Βαβυλώνιοι ὃ ἔμελλε τὸν Κῦρον ποιήσειν, οὐκ ἂν κατὰ τοὺς Πέρσας ἐσελθόντας ἐς τὸν πόλιν, διέφθειραν κάκιστα. καταπλήσαντες γὰρ ἂν πάσας τὰς ἐς τὸν ποταμὸν πυλίδας ἐχούσας, καὶ αὐτοὶ ὀπίσω τὰς αἰμασιὰς ἀναβαίνοντες τὰς παρὰ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ ἑλκομένας, ἔλαβον ἂν σφέας ὡς ἐν κύρτῃ· νῦν δὲ ἀπροσδοκήτους σφι παρέστησαν οἱ Πέρσαι. ὑπὸ μεγάθεος τὸ πόλιος, ὡς λέγουσι ὑπὸ τῶν αὐτῆς οἰκημένων, τὰ μὲν ἐκτὸς ἁλισκόμενα τὸ πόλιος ἐλάνθανον τοὺς ἐντὸς οἰκέοντας τῶν Βαβυλωνίων, ἅμα δὲ ἑορτάζοντας ἐλάνθανε· ἐτύγχανον γὰρ σφι ἐοῦσαι ὀρτὴ χορδάξ τε τότον ὃν χρόνον, καὶ ἐς ὑπαθείσι ἔτι. ἐς ὃ δὴ καὶ τὰ κάρτα ἐπύθοντο. καὶ Βαβυλῶν μὲν τότε πρῶτον αἱρητο. Τὴν δὲ δύναμιν τῶν Βαβυλωνίων πολλοῖσι μὲν καὶ ἄλλοισι δηλώσω ὅσην τινὰ τυγχάνει ἐοῦσαν, ἐν δὲ καὶ ὧδε· βασιλεὺς ὁ μεγάλως ἐς ὄψιν αὐτὸς τε καὶ τὰ στρατιῆς ἀγεραίρηται παρεξ τὸν φόρον γῆ πάσα ὅσης ἄρχει. δυώδεκα ὧν μηνῶν ἐόντων ἐς τὸν ἐνιαυτόν, τοὺς τέσσαρας σέφεται μὲν ἡ Βαβυλωνίη χώρη, τοὺς δὲ ὀκτὼ

1 Nam fluuio in paludem *siue stagnum*, ducta fossa immisso, pristinum eius alueum fluuio subsidente, *vel abscedente*, peruiū reddidit. 2 Mediorum femorum tenus, ad summum, fortit. 3 Ingredi non permisissent, sed pess. 4 Nunc ex inopinato illis Persæ superuenerunt. Tantaque vrbis erat magnitudo, vt (quemadmodum narrant accolæ) quum capti essent qui extremas vrbis partes incolebant, ii qui mediam vrbem incolerent id nescirent. Sed quod &c. 5 *Intelligit singulis regionibus indici solitum quid alendo regi & eius copiis persoluerent.*

τῷ μιῷ ἡ λοιπὴ πᾶσα Ἀσίη οὕτω τειτημοιείη ἡ Ἀσσυρίη χώρη τῇ δυνάμει τῆς ἄλλης Ἀσίης. καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς χώρης ταύτης, τὴν οἱ Γέρρα σατεπίλω καλέουσι, ἐξ ἀπασέων τῶν ἀρχέων πολλὸν πικρατίζει, ὅκου Τειταίχμῃ τῷ Ἀρταβάζου ἐκ βασιλέως ἔχοι πεντήκοντα, ἀργυρίου μὲν φορὴν ἑκάστης ἡμέρης ἀρτάβην μέτρου· ἔστι Γέρρηνον, χωρέον μεδίμνου Ἀττικοῦ πλεῖον χοίνιξι τρισὶ Ἀττικῇσι. ἵπποι δέ οἱ αὐτοῦ ἦσαν ἰδίῃ, παρεξ τῶν πολεμιστηρίων, οἱ μὲν ἀναβαίνοντες τὰς θηλείας, ὀκτακόσιοι· αἱ γὰρ βαίνονται, ἑξακισχίλιαι καὶ μύριαι. δώδεκα γὰρ ἕκαστος τῶν ἑρσένων τούτων εἴκοσι ἵππους. κυνῶν δὲ Ἰνδικῶν τοσοῦτον δή τι πλῆθος ἑσέφετο, ὥστε τέσσαρες τῶν ἐν τῷ πεδίῳ κώμῃ μεγάλῃ, τῶν ἄλλων ἐούσῃ ἀτελέων, πᾶσι κυσὶ παρεσπετάλατο σιτία παρέχειν. τοιαῦτα μὲν τῷ ἄρχοντι τῆς Βαβυλῶνος ὑπῆρχε ἐόντα. Ἡ δὲ γῆ τῶν Ἀσσυρίων ὕεται μὲν ὀλίγῳ, καὶ ὅκη τρέφουσι τὴν ῥίζαν τοῦ σίτου, ἐστὶ ταῦτα· ἀρδόμενον μέντοι ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἀρώμενά τε ὀλίγον, καὶ θερίζεται ὁ σῖτος, ὑπὸ καπνοῦ ἐὼν Αἰγύπτῳ, αὐτὸ τοῦ ποταμοῦ ἀναβαίνοντος ἐς τὰς ἀρούρας, ἀλλὰ χερσί τε καὶ κηλωνίοισι ἀρδόμενος. ἡ δὲ Βαβυλωνίη χώρη πᾶσα, καπνοῦ ἡ Αἰγυπτίη, καὶ κατέτμηται ἐς διώρυχας· καὶ ἡ μεγίστη τῶν διωρύχων ἐστὶ νηυσὶ φορητός, τείνει δὲ ἐς νότον τετραμμένη ἔνθα χειμερινόν. ἐσέχει δὲ ἐς ἄλλον ποταμὸν ἐκ τοῦ Εὐφρήτεω, ἐς ὃν Τίγρην, παρ' ὃν Νῖνος πόλις οἰκέατο. ἔστι δὲ χωρέων αὕτη ἁπασέων μακρῷ ἀρίστη, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, καὶ μηλοφόρων καὶ ἀροτήρων· τῶν γὰρ δὴ ἄλλα δένδρεα οὐδὲ πειρῶνται ἀρχὴν φέρειν, οὔτε συκέην, οὔτε ἄμπελον, οὔτε ἐλαίην. ὅσα δὲ τῆς Δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὴν ἐκφέρει ἐστί, ὥστε ἑκατὸν μὲν τὰ πρῶτα ἀποδιδοῦ· ἐπεὰν δὲ ἀρίστα αὕτη ἑωυτῆς γένηται, διηκόσια ἐκφέρει. τὰ δὲ φύλλα αὐτόθι τῶν τε πυρῶν καὶ τῶν κριθέων ὁ πλάτος γίνεται τεσσάρων ἀνθρωπηίων δακτύλων. ἐκ δὲ κέγχρου καὶ σησάμου ὅσον τι δένδρου μέγαθος γίνεται, ἐξεπίστασθαι μέντοι οὐ ποιήσομαι· ἀτρεκέως ὅτι τοῖσι μὴ ἀπιγμένοισι ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην, καὶ τὰ εἰρημένα καρπὸν ἐχόμενα, ἐς ἀπιστίην πολλὴν ἀπῖκται. χρέωνται δὲ οὐδὲν ἐλαίῳ, ἀλλ' ἐκ τῶν σησάμων ποιεῦντες. εἰσὶ δὲ σφι φοινικηίων πεφυκότες ἀνὰ πᾶν τὸ πεδίον, οἱ πλείονες αὐτέων καρποφόροι· ἐκ τῶν καὶ σιτία καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται.

reliquis eum omnis Asia alit. Ita huius regionis potentia tertiam Asiæ partem æquiparat, & eius principatus, (quem satrapiam Persæ vocant) omnium prouinciarum longe est optimus, adeo vt Tritæchmæ Artabazi filio([1] qui pro rege tributum hoc exigebat) singulis diebus singulæ argenti plenæ artabæ penderentur. Est autem artaba mensura Persica, capacior quam Atticus medimnus, tribus chœnicibus Atticis. Ad hæc erant ei peculiares equi, præter bello destinatos, admissarii octingenti, cum equarum à quibus admittebantur, sexdecim millibus. nam singuli à vicenis admittebantur. Præterea canum Indicorum tanta alebatur multitudo, vt ad præbenda eis cibaria, quatuor in eadem planitie magni vici attributi essent, aliorum tributorum immunes. [2] Atque hæc præsidis Babylonis peculiaria erant. [3] Porro in Assyriorum terra parum pluit. Quod in ea frumenti germinat, id demum est quod ex flumine irrigatur. Irrigatur autem seges prouenitque frumentum, non quemadmodum in Ægypto, flumine sua sponte in arua ascendente, sed manibus atque scrobibus irrigatum. Etenim Babylonica regio omnis (quemadmodum Ægyptiaca) dissecta est in fossas, quarum maxima nauibus transiri potest, [4] ad solem hybernum vergens: [5] exit autem ex Euphrate in Tigrim alterum flumen, ad quod vrbs Ninus sita erat. Hæc regio omnium quas nos vidimus, [6] longe optima est, duntaxat ferendo frumento. Nam in arboribus ferendis, ficu, vite, olea, nequaquã de principatu contendit. Cereris autem fructu procreando adeo ferax est vt nusquã non ad ducena reddat: vbi autem bonitate sese ipsa vincit, etiam ad tricena. Quaternûm autẽ digitorum maximorũ latitudo est tritici atq; hordei foliis. [7] Milii vero ac sesami proceritatem instar arborũ, etsi mihi compertam, tamen memorare supersedeo, probe sciens, iis qui nunquam Babylonicam regionem adierunt, quæ de frugiferis dicta sunt, perquam incredibilia visum iri. Oleo autem non vtuntur nisi quod ex sesamis faciunt. Sunt eis passim per omnem regionem palmæ sua sponte nascentes, pleræque fructiferæ: ex quibus & cibos & vinũ & mel cõficiunt,

CXCIII

χ ἑνὸς Π. χωρέος
χ Ἀττικῆς
χ πολεμιστηρίων,
χ ἀρδόμενον
χ οἰκητο.
χ εὐπετέως

1 (Quem rex huic tractui præfecerat) 2 Atque hæc ad eũ qui Babylonis præfectus erat, pertinebant. Porro &c. 3 Porro in Assyriorum regione parum pluit: & hoc ipsum est quod frumenti radicem alit: seges tamen fluuio rigata fit lætior: prouenitq; que &c. 4 Id est, Ad solstitium hybernum. 5 Petringit autem ab Euphrate 6 Longe præstantissima est ferendo quidem certe frumento. Nam alioqui arbores ne ab initio quidem ferre potest: veluti ficum, vitem, oleam. Cereris &c. 7 In quam autem altitudinem milium & sesamum arboresçant, etsi probe norim, tamen id non referam: quum sciam, iis qui n.

colentes

tolentes ficuum more. Harum, vt aliarum arborum, Græci masculas vocant, quarum fructum iis quæ palmulas ferunt alligant, vt illinc prodiens culex, palmulas penetrans cogat matureſcere, alioqui occaſuras. Maſculæ enim in fructu culices[1] ferunt, quemadmodum
cxciv caprifici. Venio ad id quod ex omnibus quæ ſunt in ea regione, ſecundum ipſam vrbem, mihi ſummo miraculo eſt diſſerendum. ¶ Nauigia illorum quæ per flumen commeant Babylonem, omnia ſunt orbiculata atque coriacea, quæ pecuarii Armenii, qui ſupra Aſſyrios incolunt, ex cæſis ſalicibus faciunt, inſtruuntque pellibus, nudo illarum extrinſecus poſito in modum ſoli: neque puppe diſcreta, neque prora acuminata, ſed in ſpeciem clypei magis orbiculata. Tale nauigium ſtramentis ſtipatum fluuio deferendũ permittunt, cum aliis rebus, tum vero doliis è palmularum vino onuſtum, dirigentibus illud duobus, cum totidem palis: quorũ alter introrſum palum trahit, alter exterius pellit. Fiunt autem nauigia hæc & magna admodum & minora: quorum maxima quæque ferunt pondus quinque millium talentorum, ſingula ſingulos aſinos viuos intus habentia, maiora etiam plures. Poſtquam igitur nauigantes Babylonem peruenerunt, onuſque expoſuerunt, lignis nauigii atque omnibus ſtramentis venundatis, pelles aſinis imponunt, eoſque in Armeniam agitant. aduerſo enim flumine nauigari præ illius rapiditate nullo pacto poteſt. Propterea enim non ex lignis, ſed ex pellibus nauigia fiunt. Iidem, vbi aſinos agitando in Armeniam redierunt, alia ad eundem modũ nauigia cõparant. Et naues quidem eo-
excv rum tales ſunt. ¶ Amictu autem tali vtuntur: Duabus amiciuntur tunicis, vna linea vſque ad pedes demiſſa, cui alteram laneam ſuperinduunt: poſtremo candidam penulam circumiiciunt. Calceos gerunt gentis more, ſoleis Thebanis pæne ſimiles. Capita habentes comata, mitris redimiunt, vnguentis toto corpore delibuti. Anulũ ſignatorium ſinguli geſtant, & ſceptrum,

πὶς συκέων τρόπον φερομένοισι· τὰ τε ἄλλα, ἢ φοινίκων τὶς ἔρσενας Ἕλληνες καλέουσι, τοῦτον ὃν καρπὸν ἐσιέουσι τῇσι βαλανηφορέῃσι τῶν φοινίκων, ἵνα πεπαίνηται σφι ὁ ψὴν τὸν βάλανον ἐς δύναν, καὶ μὴ ἀποῤῥέῃ ὁ καρπὸς ὁ τῆ φοίνικος. ψῆνας γὰρ δὴ φέρουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες, καθάπερ δὴ οἱ ὀλυνθοι. Τὸ δὲ ἀπορρέον θωῦμα μέγιστόν μοι ἔδοξε τῶν ταύτη, μετά γε τὴν πόλιν αὐτὴν, ἔρχομαι φράσων. τὰ πλοῖα αὐτοῖσι ἐστὶ τὰ κατὰ τὸν ποταμὸν πορευόμενα ἐς τὴν Βαβυλῶνα ἐόντα κυκλοτερέα, πάντα σκύτινα. ἐπεὰν γὰρ ἐν τοῖσι Ἀρμενίοισι τοῖσι κατύπερθε Ἀσσυρίων οἰκημένοισι νομέας ἰτέης ταμόμενοι ποιήσωνται, πεντεπήχεσι τούτοισι διφθέρας σεσαγὰς εἰσλας ἐξωθεν, ἐόντα φέος τρόπον, οὔτε πρύμνην ἀποκρίνοντες, οὔτε πρῴρην συνάγοντες, ἀλλ' ἀσπίδος τρόπον κυκλοτερέα ποιήσαντες, καὶ καλάμης πλήσαντες πᾶν ὃ πλοῖον τοῦτο, ἀπιᾶσι κατ' ὃν ποταμὸν φέρεσθαι, φορτίων πλήσαντες· μάλιστα δὲ, βίκοις φοινικηίοις καταγεμοῦσι οἴνου πλέοις. ἰθύνεται δὲ ὑπό τε δυοῖν πληκτρων, καὶ δύο ἀνδρῶν ὀρθῶν ἑστεώτων. καὶ ὁ μὲν ἔσω ἕλκει ὃ πλῆκτρον, ὁ δὲ ἔξω ὠθέει. ποιέεται δὲ καὶ κάρτα μεγάλα ταῦτα τὰ πλοῖα, ἢ ἐλάσσω· τὰ δὲ μέγιστα αὐτέων, καὶ πεντακισχιλίων ταλάντων γόμον ἔχει. ἐν ἑκάστῳ δὲ πλοίῳ ὄνος ζωὸς ἔνεστι, ἐν δὲ τοῖσι μέζοσι, πλέονες. ἐπεὰν οὖν ἀπίκωνται πλέοντες ἐς τὴν Βαβυλῶνα, καὶ διαθέωνται τὸν φόρτον, νομέας μὲν τῶν πλοίων καὶ τὴν καλάμην πᾶσαν ἀπεκήρυξαν· τὰς δὲ διφθέρας ἐπισάξαντες ἐπὶ τοὺς ὄνους, ἀπελαύνουσι ἐς τοὺς Ἀρμενίους. αὐτὰ δὲ τὸν ποταμὸν γὰρ δὴ οὐκ οἷά τε ἐστὶ πλέειν οὐδενὶ τρόπῳ, ὑπὸ τάχεος τοῦ ποταμοῦ. διὰ γὰρ ταῦτα, ἢ οὐκ ἐκ ξύλων ποιεῦνται τὰ πλοῖα, ἀλλ' ἐκ διφθερέων· ἐπεὰν δὲ τοὺς ὄνους ἐλαύνοντες ἀπίκωνται ὀπίσω ἐς τοὺς Ἀρμενίους, ἄλλα τρόπῳ τῷ αὐτῷ ποιεῦνται πλοῖα. τὰ μὲν δὴ πλοῖα αὐτοῖσι ἐστὶ τοιαῦτα. Ἐσθῆτι δὲ τοιῇδε χρέωνται· χιτῶνι ποδηνεκέι λινέῳ· καὶ ἐπὶ τούτῳ ἄλλον μείζονα χιτῶνα ἐπενδύτ. ἢ χλανίδιον λευκὸν περιβάλλόμενοι, ὑποδήματα ἔχουσι ὁπιχώρια, τὰ πολλὰ πλήσια τῇσι Βοιωτικῇσι ἐμβάσι. κομῶσι δὲ καὶ κε- 51
φαλὰς, μίτρῃσι ἀναδέονται, μεμυρισμένοι πᾶν τὸ σῶμα. σφρηγῖδα δὲ ἕκαστος ἔχει, καὶ σκῆπτρον

1 Producunt, ἃ *Hunc locum ita vertit Bayf. in lib. De Nauali*, Nauigia illis ſunt quæ ſecundo flumine deferuntur Babylonem verſus, omnia circulari forma, eaque ex aluta. Vbi enim Armenii qui ſupra Aſſyrios habitant, ligna circular a è ſalice coaptarunt, obtendunt extrorſus tegumenta è pellibus, quibus ſoli vice vtuntur carinæque loco, nulla neque puppis neque proræ forma diſcreta, verum ſcuti inſtar, in orbem compoſita: deinde ſtipula referciunt, illudque nauigium flumini permittunt, mercibus onuſtum: præcipue autem bicos è palmarum foliis comportant vino refertos. Reguntur autem gubernaculis duobus, cum totidem hominibus qui ſtant: quorum alter introrſum trahit, alter extrinſecus propellit. Fiuntque hęc nauigia valde magna, nonnulla & minora: eorum autem maxima ferunt onus talentorum quinque millium. Ineſt & in vnoquoque nauigio aſinus viuus, in maioribus etiam plures. *Pro* Bicos è palmarum foliis, *alii* Dolia palmea *interpretantur.*

χειροποίητον· ἐν ἑκάστῳ δὲ σκήπτρῳ ἔπεστι σῶ-
πυμηλύον ἢ μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρίνον, ἢ αἰετός, ἢ
ἄλλό τι. οὐδὲ γὰρ ἔξεστι σφι νόμος ἐστὶ ἔχειν σκῆπτρον. αὕτη μὲν δὴ σφι θέσις περὶ τὸ σῶμά ἐστι. Νόμοι δὲ αὐτῶν ὧδε κατεστέασι· ὁ μὲν σοφώτατος· ἔδλε, κατὰ γνώμην τὴν ἑωυτοῦ, τῷ καὶ Ἰλλυριῶν Ἐνετοὶ σωφρονέουσι χρᾶσθαι· κατὰ κώμας ἑκάστας ἅπαξ τοῦ ἔτεος ἑκάστου ἐποιέετο τάδε· ὡς δὲ αἱ παρθένοι ἐγίνοντο γάμων ὡραῖαι, ταύτας ἐπεὰν συναγάγηται πάσας, ἐς ἓν χωρίον ἐσάγεσκον ἀλίας· πρεὶξ δ' αὐτάς ἵστατο ὄμιλος ἀνδρῶν. ἀνίστας δὲ κατὰ μίνην ἑκάστην κήρυξ πωλέεσκε, πρῶτα μὲν τὴν εἰδεσάτην ἐκ πασέων· μετὰ δ', ὅκως αὕτη ἐξοῦσα πολλὸν χρυσίον προφαίη, ἄλλην ἀνεκήρυσσε, ἣ μετ' ἐκείνην ἔσχε εἰδεσάτη. ἐπωλέοντο δὲ ἐπὶ συνοικήσει. ὅσοι μὲν δὴ ἔσχον ἐδαίμονες τῶν Βαβυλωνίων ἐπιγαμοι, ἐπερβάλλοντες ἀλλήλους ὠνέοντο τὰς καλλιφώνους· ὅσοι δὲ τὸ δήμου ἔσχον ἐπίγαμοι, οὗτοι δὲ εἶδος μὲν οὐδὲν ἐδέοντο χρυσοῦ, εἰ δή τι χρήματά τε καὶ ἀμείνονας παρθένους ἐλάμβανον. ὡς γὰρ δὴ οἱ ἐξέλθοι ὁ κήρυξ πωλέων τὰς εἰδεσάτας τῶν παρθένων, αἰτίσας αὐτὸν ἀμορφοτάτην, ἢ εἴ τις αὐτέων ἔμπηρος ἦε. καὶ ταύτην ἀνεκήρυσσε, ὅστις θέλει ἐλαχίστου χρυσίου λαβών, συνοικέειν αὐτῇ· ἐς ὅτῳ ὁ ἐλαχίστου ἐπιζαλιῷ παρεστήκειτο. ὁ δὲ ἀπὸ χρυσίον ἐγίνετο ἀπὸ τῶν εἰδεσέων παρθένων. καὶ οὕτω αἱ ἄμορφοι τὰς ἀμόρφους καὶ ἐμπήρεις ἐξεδίδοσαν. ἐκδοῦναι δὲ τὸν ἑωυτοῦ θυγατέρα ὅτεῳ βούλοιτο ἕκαστος, οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ ἄνευ ἐγγυητέων ἀπαγαγέσθαι τὸν παρθένον πειάμενον, ἀλλ' ἐγγυητὰς χρῆν καταστῆσαντα, ἢ μιν συνοικήσειν αὐτῇ, οὕτω ἀπάγεσθαι· εἰ δὲ μὴ συμφερέοιτο, ἀποφέρειν τὸ χρυσίον ἔκειτο νόμος. ἐξῆν δὲ καὶ ἐξ ἄλλης ἐλθόντα κώμης τὸν βουλόμενον ὠνέεσθαι. ὁ μὲν νεωτάτου κάλλιστος νόμος, οὗτός σφι ἦν· οὐ μὴν τοῦ νῦν γε διεπλάσιον διετέλεε ἐών. ἄλλο δέ τι ἐξεμηχανήσαντο νεωστὶ γενέσθαι, ἵνα μὴ ἀδικοῖεν αὐτάς, μηδ' ἐς ἕτερον πόλιν ἀπαγοιτο. ἐπεὶ τε γὰρ ἁλόντες ἐκακώθησαν καὶ οἰκοφθορήθησαν, πᾶς τις τοῦ δήμου βίου στερίζων καταπορδεῖ τὰ θήλεα τέκνα. Δεύτερος δὲ σοφίῃ ὅδε ἄλλος σφι νόμος κατεστήκεε·

affabrefactum, cui ſuperſtat aut malum, aut roſa, aut lilium, aut aquila, aut aliud quippiam. Nam abſque inſigni geſtare ſceptrum ipſis nefas eſt. Atque hic eorum corporis eſt cultus. ¶ Leges cxcvi
vero quæ conſtitutæ ab ipſis, hæ ſunt: Vna quidem, prudentiſſima, altera autem (quantum ego ſentio) qua Enetos qui ſunt ex Illyriis, audio vti per ſingulos pagos. Semel enim quotannis iſta fiebant. Vbi virgines effectæ eſſent nubiles, eas quum congregaſſent, vniuerſas vnum in locum recipiebant, quas circumſiſtente virorum frequentia, ſurgens præco ſigillatim vendebat: ſed primum pulcherrimam omnium, [1] ſecundum hanc (vt quamplurimo venditur auro) aliam euocabat quæ poſt illam eſſet ſpecioſiſſima. Vendebatur autem in contubernium. Babylonii igitur qui locupletes, & iidē cęlibes erant, pulcherrimas quaſque mercabantur, vt quiſque licitando alterum ſuperauerat. At iis ex plebe qui eſſent cælibes, his non opus erat pulchra forma: ideo turpiores virgines ſimulque pecunias accipiebant. Nā præco, vbi virginum ſpecioſiſſimarum peregiſſet venditionem, [2] excitabat deformiſſimam, ſiquis illorum mercari volens exiſteret: edicebatque quiſquis vellet quamminimo auri ſumpto eam in matrimonium habere, donec illi qui minimo contentus eſſet, femina addiceretur. Ita aurum ex ſpecioſis virginibus conficiebatur, & ſic ſpecioſæ deformes ac [3] debiles collocabant. [4] Quarum nullam cuique emptori fas erat ſine fideiuſſoribus abducere, ſed datis fideiuſſoribus de ducenda illa in vxorem, ita demum licebat abducere. ſi de hoc non conueniebat, lex lata erat vt aurum illi redhiberet. Quinetiam ex alio pago venientibus licebat vxorem mercari ſi vellent. [5] Hæc apud eos honeſtiſſima lex erat, quæ tamen non perſeuerauit. Sed nouiſſime aliud quiddā excogitauerunt, ne quis feminas iniuria afficiat, neve quis aliam in vrbem abducat. Nam poſteaquam expugnati male accepti ſunt, remque domeſticam abſumpſerunt, vnuſquiſque plebeius qui victus inopia premitur, filias ſuas adigit ad quæſtum corpore faciendum. Alteram item ſapienter condiderunt legem, cxcvii

---

1 Vbi autem hæc auro multo vendita erat, aliam addicebat, quæ ſecundum illam eſſet ſpec. Vendebantur autem ea conditione vt vxores eſſent *emptoribus*. Babylonii igitur qui &c. 2 Surgere iubebat 3 Debilitatas aliqua parte corporis. *Vel*, Quæ aliquo vitio corporis laborarent. 4 Nec vero cuique ſuam filiam collocare licebat cui vellet, neque emptori ſine fid. 5 *Videntur in Gr. exemplaribus præpoſtere collocata eſſe quædam verba, & eſſe hic ſenſus*, Et hæc quidem apud illos honeſtiſſima conſuetudo erat, ne iniuria illas afficerent, neque in aliam vrbem abducerent. Verum ad hæc vſque tempora non permanſit: ſed nouiſſ. aliud q. excogitauerunt. Nam poſteaquam in *ſua vrbe* expugnatione vexati fuerunt & bonis euerſi, vnuſquiſ.

ægrotos efferendi in forum: (neque enim medicis vtuntur) vt de eorum languore consulant [1] qui eos adeunt, siquis & ipse eundem passus est morbum, aut alium vidit patientem. Hæc viri qui illos adeunt consulunt, hortanturque ad ea quæ ipsi faciendo effugerint similem morbum, aut alium nouerint effugisse. Nec fas est cuiquam ægrotantes præterire silentio, nec antequam explorauerit quonam ille morbo labo-

CXCVIII ret. Sepulcra eisdē in melle sunt: luctū funebres Ægyptiacis persimiles. Quoties autem cum vxore miscetur vir Babylonius, adhibito thymiamati assidet, & ex altera parte mulier idē facit. Quinetiam sub diluculum abluuntur ambo, nullum vas priusquam se abluerint tacturi. Eadem & hæc Arabes faciunt.

CXCIX Vna iisdem Babyloniis lex est omnibus modis fœda. nempe omnibus mulieribus indigenis commune est, semel in vita ad Veneris templum desidentibus, cum externis viris consuetudinem habere. Ceterum quum pleræque sint diuitiis tumētes,[2] quę sui copiam facere recusent, hæ vehiculis cameratis vectæ, pro templo consistunt, relicta interim à tergo magna famulitii turba. Pleræq; etiam hunc in modum faciunt. Ad templum Veneris sedent nodis corollisque tēpora reuinctæ multę mulieres, è quibus aliæ accedunt, aliæ discedunt. Nam diuerticula vndecunque sic funiculis distincta aditum præbent externis ad mulieres illas, quam cuique libuerit deligendam. Porro quum semel illic consederint, non prius domum regrediuntur quam hospitum aliquis pecuniā mulieri in sinum iniecerit, & cum eadē à fano seorsum abducta rem habuerit. Hospitem autem illum qui pecuniam obtulit, dicere oportet, Ego tibi deam Mylittam imploro. Mylittā enim Assyrii Venerem appellant. Ac vero pecuniam illam, quantulacunque sit, non fas est reiicere, [3] siquidem in sacrum conuertitur vsum. Neque mulieri etiam permittitur hospitem aliquem repudiare: sed quicunq; is est qui pecuniam obiecerit primus, hunc illa sequitur citra delectum. Postremo vbi iam congressa fuerit cum externo mulier, [4] dea expiata, domum reuertitur. At deinceps [5] haud ita multo conduxeris. Iam, quæ formā sunt elegantiori, citius discedunt: quæ vero deformes, diutius coguntur desidere pro templo

τὺς κάμνοντας ἐς τὸ ἀγορὸν ἀναφορέοισι· (οὐ γὰρ δὴ χρέωνται ἰητροῖσι) προσιόντες ὦν τοὺς κάμνοντα, συμβουλεύοισι περὶ τῆς νούσου, εἴ τις καὶ αὐτὸς τοιοῦτον ἐπαθε οἷσιον αὐτὸν ἔχοι ὁ κάμνων, ἢ ἄλλον εἶδε παθόντα. Ταῦτα προσιόντες συμβουλεύουσι, καὶ προσαινέοισι ἄσσα αὐτὸς ποιήσας ἐξέφυγε ὁμοίως νοῦσον, ἢ ἄλλον εἶδε ἐκφυγόντα. σιγῆ δὲ παρεξελθεῖν τὸν κάμνοντα οὐκ ἔξεστι, πρὶν ἂν ἐπείρηται ὁκῶπινα νοῦσον ἔχει. Ταφαὶ δὲ σφι ἐν μέλιτι. θρηνέουσι δὲ περὶ τοῖσι ἐν Αἰγύπτῳ. ὁσάκις δὲ δὴ μιχθῇ γυναικὶ τῇ ἑωυτοῦ ἀνὴρ Βαβυλώνιος, πυρὶ θυμίημα καταγίζοντα ἵζει, ἑτέρωθι δὲ ἡ γυνὴ τοῦτο ποιέει. ὄρθρου δὲ λουόμενοι, λούονται ἀμφότεροι· ἄγγεος γὰρ οὐδενὸς ἅψονται πρὶν ἂν λούσωνται. Ταῦτα ὦν καὶ Ἀραβίοι ποιέουσι. Ὁ δὲ δὴ αἴσχιστος τῶν νόμων ἐστὶ τοῖσι Βαβυλωνίοισι, ὅδε· δεῖ πᾶσαν γυναῖκα ἐγχωρίην ἱζομένην ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης, ἅπαξ ἐν τῇ ζόῃ μιχθῆναι ἀνδρὶ ξείνῳ. πολλαὶ δὲ καὶ οὐκ ἀξιεύμεναι ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλλῃσι, οἷα πλούτῳ ὑπερφερεούσας, ὀκὶ ζεύγεων ἐν καμάρῃσι ἐλάσασαι, πρὸς τὸ ἱρὸν ἑδρῶσι· θεραπαίνη δέ σφι ἕπεται πολλὴ ὄπισθεν. αἱ δὲ πλούσιαι ποιεῦσιν ὧδε· ἐν τεμένεϊ Ἀφροδίτης κατέαται στέφανον περὶ τῇσι κεφαλῇσι ἔχουσαι θώμιγγες πολλαὶ γυναῖκες. αἱ μὲν γὰρ παρέρχονται, αἱ δὲ ἀπέρχονται. σχοινοτενέες δὲ διέξοδοι πάντα τρόπον ὁδὸν ἔχουσι διὰ τῶν γυναικῶν, δι' ὧν οἱ ξεῖνοι διεξιόντες ἐκλέγονται. ἔνθα ἐπεὰν ἵζηται γυνὴ, οὐ πρότερον ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία, ἢ τις οἱ ξείνων ἀργύριον ἐμβαλὼν ἐς τὰ γόνατα, μιχθῇ ἔξω τοῦ ἱροῦ. ἐμβαλόντα δὲ δεῖ εἰπεῖν τόσονδε, Ἐπικαλέω τοι τὴν θεὸν Μύλιτταν. Μύλιτταν δὲ καλέουσι τὴν Ἀφροδίτην Ἀσσύριοι. Ὁ δὲ ἀργύριον, μεγάθος ὅτι ὅσον ὤν. οὐ γὰρ μὴ ἀπώσηται. οὐ γὰρ οἱ θέμις ἐστί. γίνεται γὰρ ἱερὸν τοῦτο ὃ ἀργύριον. τῷ δὲ πρώτῳ ἐμβαλόντι ἕπεται, οὐδὲ ἀποδοκιμᾷ οὐδένα· ἕπεται δὲ μιχθῇ, ἀποσιωσαμένη τῇ θεῷ, ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία· καὶ τὸν ἀπὸ τούτου οὐκ οὕτω μέγα τί οἱ δώσεις ὥς μιν λάμψεαι. ὅσαι μέν νυν εἰδέος τε ἐπαγλέος εἰσὶ καὶ μεγάθεος, ταχὺ ἀπαλλάσσονται· ὅσαι δ' ἂν αὖ δύσμορφοι αὐτέων εἰσὶ, χρόνον πολλὸν παραμένουσι,

1 Accedentes igitur ad ægrotum siqui aut eodem morbo laborauerint, aut laborantem aliū viderint, de illo consilium dant, hortant. 2 Quæ se aliis immiscere dedignantur, hæ veh. 3 Siquidem illa sit sacra. 4 Rite factis deæ sacris. 5 Nihil tam magnum est quo dato potiri illis possis.

ὐ δυνάμενας τὸν ἰόμον ἐκπλῆσαι· ἢν γὰρ τελέτεα καὶ τεσσαρέτεα μετεξέτερα χρόνον μένωσι. σπανίη ἢν ἡ τοιαύτη Κύπρῳ ἐστὶ ὡσαύτως πλήσιος τοῖσι νόμος. Νόμοι μὲν δὴ τοῖσι Βαβυλωνίοισι ἔστι καὶ τάδε. εἰσὶ δὲ αὐτέων πατρίαι ἕξ, αἱ δὲ δὴ ὄφιν σιτέονται εἰ μὴ ἰχθῦς μοῦνον· τοὺς ἐπεί τε δὴ θηρώσαντες αὐήνωσι τοῖς ἥλιοι, τοιῆδε σι τάδε. ἐσβάλλουσι ἐς ὄλμον, καὶ λειήναντες ἐπιῤῥαίνουσι, σῶσι δὲ σινδόνι. καὶ ὃς μὲν αἱ βούλεται αὐτέων, ἄτε μάζαν μαξάμενος ἔχει· ὃ δὲ, ἀντὶ τοῦ ξύλου ὀπτήσας. Ὡς δὲ Κύρῳ καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος καὶ ἐργάσατο, ἐπιθυμήσε Μασσαγέτας ὑπ' ἑωυτὸν ποιήσασθαι. τὸ δὲ ἔθνος τοῦτο, καὶ μέγα λέγεται εἶναι καὶ ἄλκιμον, οἰκημένον δὲ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἥλιον ἀνατέλλοντα, πέρην τοῦ Ἀράξεω ποταμοῦ, ἀντίον δὲ Ἰσσηδόνων ἀνδρῶν. εἰσὶ δὲ οἵ τινες καὶ Σκυθικὸν λέγουσι τοῦτο τὸ ἔθνος εἶναι. Ὁ δὲ Ἀράξης λέγεται καὶ μέζων καὶ ἐλάσσων εἶναι τοῦ Ἴστρου· νήσους δὲ ἐν αὐτῷ Λέσβῳ μεγάθεα ὡσαύτως πλησίας συχνὰς φασὶ εἶναι. ἐν δὲ αὐτῇσι, ἀνθρώπους οἱ σιτέονται μυρίζας ὅσα θέρεος ὀρύσσοντες πρωΐης· καρπὸς δὲ ἀπὸ δενδρέων ἐξευρημένους σφι ἐς φορβὴν κατατίθεται ὡραίους, καὶ τούτους σιτέεται τὸν χειμερινόν. δῆλα δὲ σφι ἐξευρῆσθαι δένδρεα καρπὸν τοιόνδε τινὰ φέροντα, τοὺς, ἐπεί τε ἂν ἐς τὸν σηκὸν ἐλθόωσι κατὰ εἴλας, καὶ πῦρ ἀνακαύσωνται, κύκλῳ περιζομένους ὑπιβάλλειν ὑπὸ τὸ πῦρ· ὀσφραινομένους δὲ καταγιζομένου καρποῦ τοῦ ὑπιεμένου, μεθύσκεσθαι τῇ ὀδμῇ, κατάπερ Ἕλληνας τὸν οἶνον. πλέονος δὲ ἐπιβαλλομένου τοῦ καρποῦ, μᾶλλον μεθύσκεσθαι, ἐς ὃ ἐς ὄρχησίν τε ἀνίστασθαι, καὶ ἐς ἀοιδὴν ἀπικνέεσθαι. τοῦτον μὲν αὖτη λέγεται δίαιτα εἶναι. ὁ δὲ Ἀράξης ποταμὸς ῥέων μὲν ἐκ Μαντινῶν, ὅθενπερ ὁ Γύνδης, τὰ ἐς τὰς διώρυχας τὰς ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας διέλαβε ὁ Κῦρος· σχόμασι δὲ ἐξερύγεται τεσσεράκοντα, τῶν τὰ πολλὰ πλανήεντος, ἐς ἕλεά τε καὶ τενάγεα ἐκδιδοῖ. ἐν τοῖσι αἰθρώποισι κατοικῆσθαι λέγουσι ἰχθῦς ὠμοὺς σιτευομένους, ἐσθῆτι δὲ νομίζοντας χρᾶσθαι φωκέων δέρμασι. ὃ δὲ ἕτερος τῶν σχομάτων τοῦ Ἀράξεω ῥέει ἐς καθαρὸν ἐς τὸν Κασπίην θάλασσαν. Ἡ δὲ Κασπίη θάλασσα ἐστὶ ἐπ' ἑωυτῆς, οὐ συμμίσγουσα τῇ ἑτέρῃ θαλάσσῃ. τὸν μὲν γὰρ Ἕλληνες ναυτίλλονται πᾶσαν, καὶ ἡ ἔξω στηλέων θάλασσα ἡ Ἀτλαντὶς καλεομένη, καὶ ἡ Ἐρυθρὴ, μία τυγχάνει ἐοῦσα· ἡ δὲ Κασπίη, ἔστι ἑτέρη ἐπ' ἑωυτῆς, ἐοῦσα μήκεος μὲν πλόῳ, εἰρεσίῃ χρεωμένῳ, πεντεκαίδεκα ἡμερέων· εὖρος δὲ, τῇ εὐρυτάτη ἐστὶ αὐτὴ ἑωυτῆς, ὀκτὼ ἡμερέων. καὶ τὰ μὲν πρὸς τὴν ἑσπερίην φέρονται τῆς θαλάσσης ταύτης ὁ Καύκασος ὡδε-

antequam legi faciant satis. Fitq; interdum vt vno atque altero anno aut etiam triennio atque diutius expectare oporteat miseras.[1] Alicubi, nempe in Cypro, similis quædam lex est. Hæc sunt Babyloniorum instituta. quorum tres sunt [2]familiæ, quæ nullo alio nisi piscibus victitant. quos captos vbi arefecerunt ad solem, hoc faciunt: In pilam coniiciunt, ac pistillis pinsunt:[3] deinde linteis conseruant, vnde quisquis vult conspergit, offamque facit quam in modum panis torreat. ¶ CYRO, post hanc gentem ab eo subactam, incessit cupido MASSAGETAS in suam potestatem redigendi. Quæ gens fertur & magna esse & strenua, ad auroram solisque ortum sita, trans Araxem fluuium eregione Issedonorum. Sunt etiam qui eam Scythicæ nationis esse dicant. Araxes Istro maior & idem minor esse memoratur: & in eo frequentes insulæ Lesbo pares magnitudine: & homines qui illas incolunt, æstate vesci radicibus quibuslibet quas ipsi euellunt: arborum autem fructus quos maturos comperiunt, in cibū reponere, quo per hyemem vescantur. Ab illis inuentas etiam esse arbores talē fructum ferentes, qui iactus ab illis in ignem quē turmatim collecti accenderint, odore suo eos circumquaq; considentes perinde inebriat ac vinum Græcos: & eo vehementius quo plus eius fructus fuerit iectum, donec ad tripudiandum cantandumque consurgant. Atque hæc fertur eorum esse viuendi cōsuetudo. Araxes porro fluuius à Mantienis quidem, vnde & Gyndes (quem Cyrus in trecentos ac sexaginta diduxit riuos) fluit, sed per sexaginta ora prorumpens, quæ, vno excepto, in paludes eluuiesque euoluuntur. vbi feruntur homines habitare qui crudis victitent piscibus, & pro vestibus vtantur vitulorum marinorum pellibus. Reliquum illud per apertum fluit in mare Caspium, quod mare per sese est, nec vllo cum alio commiscetur. Nam & illud quod Græci omne pernauigant, & id quod extra columnas est, Atlanticum dictum & rubrum, idem est mare. Caspium vero est alterum, ac per seipsum, longitudinis quindecim dierum, cursui nauis quæ remis vtatur: latitudinis, vbi spatiosissimum est, octo dierum. Est autem, qua ex parte ad vesperum vergit, Caucaso præ-

Μασσαγετῶν,

1 Sed & in aliqua Cypri parte simil. 2 Tribus, 3 *Legit* σέζουσι, *quum* σῶσι *vera sit scriptura. id est*, incernunt per linteum.

tentum

tentum monte, cuius cum maxima vastitas tum summa est altitudo, multasq; atque omnifarias gentes habet, ac pleraſque omnes agresti materia victitantes: vbi arborum frondes [1] iis quæ sunt apud nos similes feruntur esse. quibus contusis & aqua dilutis illi animalia in suis vestibus pingere dicuntur: eaque animalia nunquam elui, sed perinde ac si ab initio essent intexta, sic cum reliqua lana veteraſcere. Horum quoq; hominũ concubitus, sicuti pecorum, in pro-
CCIV patulo esse. Et huius quidem maris quod Caspium vocatur, partem quę ad vesperam vergit, Caucasus disterminat: qua vero parte vergit ad auroram orientemque solem, planities excipit prospectu immensę magnitudinis. Quam spatiosam planitiẽ non ex minima parte Massagetæ possident, quibus bellum Cyrus inferre cupiebat, multis ac magnis sollicitatus incitatusq; caussis. Primum sua genitura, quod videbatur maius quiddam homine esse: secundo loco, felicitate qua fuerat vsus aduersus hostes. quamcunque enim gentem Cyrus inuaserat, ea gens nullo pacto pote-
CCV rat euadere. ¶ Erat autem Massagetarũ regina defuncto viro, TOMYRIS nomine, [2] ad quam in coniugium petendam Cyrus misit verbo duntaxat, volẽs eam habere vxorem. at illa animaduertens non se in coniugium, sed regnum Massagetarum peti, accessum Cyro interdicit. Postea Cyrus, quum dolus non procederet, progressus vsq; ad Araxem, aperte infesto cum exercitu in Massagetas tendit. Flumen pontibus iungit, quibus copias traiiciat, factisq; nauibus turres desuper ædificat. Ad quem in hoc
CCVI labore occupatũ, Tomyris caduceatorẽ misit, qui diceret, Rex Medorum desine incumbere in quæ incũbis, nescius an ista quæ constituisti, tibi conducibilia erunt. Omisso incepto, apud tuos ipsius regna, & nos sine finium quorum sumus principes, esse. Verum tu admonitionibus his vti noles, & omnia males quam quietem. [3] Quod si tantopere affectas lacessere Massagetas, fer quam sustines ærumnam. Sed desiste iungere fluuium: à quo nobis tridui itinere digressis, traiicito in nostram regionem: aut, si mauis, nos excipere in vestram, tu hoc idem facito. Hæc vbi Cyrus audiuit, accitis Persarum primoribus coa-

ἅμα ᾧ Δέλτα τῷ ὑπ' Ἰώνων καλεομένῳ γῆ εἶναι, αἰεί τε εἶναι ἐοῦσαν ἀνθρώπων γένος ἐνέμετο. προϊούσης δὲ τῆς χώρης, πολλοὺς μὲν τοὺς ὑπολοιποὺς αὐτέων μίνα ἄξαι, πολλοὺς δὲ τοὺς ὑποκαταβαίνοντας. ὃ δὴ καὶ πάλαι αἰ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέετο· τῆς δὲ περιμέτρου σταδίοι εἰσὶ εἰκοσὶ καὶ ἑξακισχίλιοι. Εἰ ὦν ἡμῖς ὀρθῶς περὶ αὐτέων γινώσκομεν, Ἴωνες οὐκ ὀρθῶς φρονέουσι περὶ Αἰγύπτου· εἰ γὰρ ὀρθὸν ἐστὶ τὴν Ἰώνων γνώμην, Ἕλληνάς τε καὶ αὖτις Ἴωνας ἀποδείκνυμι οὐκ ὀπίσω μίας λογίζεσθαι οἱ φασὶ τρία μόρια εἶναι τὴν γῆν πᾶσαν, Εὐρώπην τε καὶ Ἀσίην καὶ Λιβύην. τέταρτον γὰρ δὴ σφέας χρεὸν λογίζεσθαι Αἰγύπτου ὁ Δέλτα, εἰ μήτε γε ἔστι τῆς Ἀσίης, μήτε τῆς Λιβύης. διὰ γὰρ δὴ ὁ Νεῖλος γε ἔστι κατὰ τοῦτο· τὸ λέγει, ὁ τὴν Ἀσίην διείργων τῇ Λιβύῃ. τὸ Δέλτα ὦν τοῦτου κατὰ ὀξὺ τὸ ἐρρίνου ὁ Νεῖλος ἄρξας ἀπὸ θαλάσσης μεταξὺ Ἀσίης τε καὶ Λιβύης γίνοιτ' ἄν. Καὶ τὸν μὲν Ἰώνων γνώμην ἀπείρηκα· ἡμεῖς δὲ ὧδε κατὰ τοῦτων λέξομεν. Αἴγυπτον μὲν πᾶσαν εἶναι τούτην τὴν ὑπ' Αἰγυπτίων οἰκεομένην, καταπερ Κιλικίην, τὴν ὑπὸ Κιλίκων, καὶ Ἀσσυρίην, τὴν ὑπὸ Ἀσσυρίων. ἄλλην δὲ Ἀσίην καὶ Λιβύην οὐδαμὰ μὲν οὐδὲν ἐόντα ὀρθῷ λόγῳ, εἰ μὴ τὴν Αἰγυπτίων ἄρχας. εἰ δὲ τῷ ὑπ' Ἑλλήνων νενομισμένῳ χρεώμεθα, νομιοῦμεν Αἴγυπτον πᾶσαν, ἀρξαμένην ἀπὸ Καταδούπων τε καὶ Ἐλεφαντίνης πόλιος, δίχα διαρρέεσθαι, καὶ ἀμφοτέρων τὴν ἐπωνυμίην ἔχεσθαι τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς, εἶναι τὴν Λιβύης· τὰ δὲ, τὴν Ἀσίης. ὁ γὰρ δὴ Νεῖλος ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν Καταδούπων, ῥέει, μέσην Αἴγυπτον χίζων, ἐς θάλασσαν. μέχρι μὲν νυν Κερκασώρου πόλιος ῥέει εἷς ἐὼν ὁ Νεῖλος· ἔνθεν δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς πόλιος, χίζει τριφασίας ὁδούς· καὶ ἡ μὲν πρὸς νότον ῥέπει, καλέεται Πηλούσιον στόμα· ἡ δὲ ἑτέρη τῶν ὁδῶν πρὸς ἑσπέρην ἔχει. τοῦτο δὲ Κανωβικὸν στόμα κέκληται. ἡ δὲ δὴ διὰ τῶν ὁδῶν ταύτην Νείλῳ ἔρχεται ἔνθεν δὲ αὖ ἐνθεῦτεν φερόμενος, ἐς ὄξυ τὸ Δέλτα ἀπικνέεται. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, χίζων μέσον τὸ Δέλτα ἐς θάλασσαν ἐξίει, οὔτε ἐλαχίστην μοίρην τοῦ ὕδατος παρεχόμενος ταύτῃ, οὔτε ἥκιστα ἀνομαστόν. Σεβεννυτικὸν στόμα ἔρχεται καλέεται. ἔστι δὲ καὶ ἕτερα διφάσια στόματα ἀπὸ τοῦ Σεβεννυτικοῦ ἀποσχισθέντα, φέροντα ἐς θάλασσαν, τοῖσι οὐνόματα κέεται τάδε· τῷ μὲν, Σαϊτικὸν αὐτέων, τῷ δὲ, Μενδήσιον. τὸ δὲ Βολβίτινον στόμα καὶ τὸ Βουκολικὸν οὐκ ἰθαγενέα στόματά ἐστι, ἀλλ' ὀρυκτά. Μαρτυρέει δέ μου τῇ γνώμῃ ὅτι τοσαύτη ἐστὶ Αἴγυπτος, ἔσην πρὸ ἐγὼ ἀποδείκνυμι τῷ λόγῳ, καὶ τὸ Ἄμμωνος χρηστήριον γνόντων· τὸ ἐγὼ τῆσι ἐμεωυτοῦ γνώμῃσι ὕστερον περὶ Αἰγύπτου

cum loco quem Delta Iones vocant, pariter extitisse, sed semper fuisse ex quo genus humanum extitit,[1] progressuque terræ multos ex eis reliquos fuisse, multos alunde subingressos. Ideoque olim Thebæ Ægyptus vocabatur, cuius ambitus est stadiorum sex milliũ ac centum viginti. Itaq; si nos de eis recte sentimus, Iones nõ recte sentiunt de Ægypto: sin recte Iones sentiunt, ostendo neque Græcos neque Iones scienter computare: qui aiunt tria membra totam esse terram, Europam, Asiam, Africam. quartum enim membrum annumerare debent Delta Ægypti, si non sit neque Asiæ, neque Africæ. Nam secundum hanc rationem non est Nilus qui Asiam ab Africa disterminat: qui quum [2]diuortia faciat circa acumen Deltæ, id quod in medio est, Asiæ & Africæ esset. Sed nos Ionum sententiam missam faXVII cientes, ita de his dicimus: Ægyptũ quidem, eam omnem esse quæ ab Ægyptiis incolitur: quemadmodũ Ciliciam, eam quæ à Cilicibus, & Assyriam, quæ ab Assyriis. Sed Asiæ & Africæ scimus recta ratione nullum esse terminum, nisi terminos Ægyptiorũ. Si vero quod Græcis persuasum est sequemur, sentiemus omnẽ Ægyptum quæ à Catadupis & Elephantina vrbe incipit, bifariã diuidi, & vtrunq; cognomen obtinere. aliã enim eius partẽ, esse Africæ, aliam Asiæ. Quippe Nilus à Catadupis incipiens, mediam interfluens Ægyptum in mare influit: vno quidem alueo vsque ad Cercasorum vrbem, inde autem tripartito. Et alueus quidem ad auroram vergens, Pelusium ostium: alter ad vesperam tendens, Canobicum ostium nominatur. Tertius, quo rectà Nilus meat, talis est: Delatus per superiora, ad acumẽ Deltę peruenit, dehinc medium Delta scindens, in mare exit: non minimam huic alueo portionem aquæ præbens, nec minime celebrem, quod Sebennyticum ostiũ appellatur. À Sebennytico itẽ duo alia diuiduntur ostia, in mare ferentia, quibus hæc sunt imposita nomina, vni Saiticũ, alteri Mendesium. Nam quæ Bolbitinũ & Bucolicũ nominantur, non sunt natiXVIII ua ostia, sed effossa. Huic meæ opinioni, tantam esse Ægyptum quantam ratione demonstraui, testimonium etiam dat oraculum quod ab Hammone est redditum: quod ego posterius quàm ita in animum induxeram, circa Ægyptum

1 Terraque *fluuii decursu* accrescente multos ex eis remansisse, multos item in inferiorem regionem descendisse. 2 *Plinius scissuram vocat.*

audiui.

audiui. Nam qui sunt ex vrbe Marea & Apia, incolentes Ægypti fines Libyam versus, quod sibi Libyes non Ægyptii viderentur, quodque perosi sacrorũ ceremonias, nollent bobus feminis prohiberi, miserunt ad Hammonẽ, negantes quicquã cum Ægyptiis sibi esse cõmune. Habitare enim se extra Delta,[1] nullumq; sibi cũ illis linguæ esse commercium, ac velle sibi fas esse omnia gustare. Hæc eos deus facere nõ permisit, inquiens Ægyptũ esse eam quã Nilus supergressus irrigaret: quiq; infra vrbem Elephantinam incolentes, ex hoc flumine potarent, eos esse Ægyptios. Hæc illis ita
XIX oraculo respõsa sunt. ¶ PORRO NILVS, vbi inflatus est, nõ modo Delta inundat, verumetiã plagã quæ dicitur Libyca esse, aliquoties & Arabicam: idq; vtroque versus duorum dierum itinere, & amplius eo vel minus. De cuius fluminis natura neq; à sacerdotibus quippiã, neque ab alio vllo percipere potui: quum promptissimo forem animo ad hæc ab illis audienda, cur Nilus aquis inflatus labatur, inchoans ab æstiuo solstitio, ad centum vsque dies, & prope totidem diebus retrocedat, relinquens fluenta: ita vt per omnẽ hyemem tenuis esse perseueret ad solstitiũ rursus æstiuũ. De his nihil omnino potui percipere ab Ægyptiis sciscitando, num aliquam vim Nilus haberet natura diuersam ceteris fluuiis. Hæc ego noscendi cupidus, eos interrogabam, & cur solus omnium amniũ nullas ex se auras remitteret. De
XX qua tamen aqua quidã Græcorum, quũ insignes vellent effici sapientia, trifariam disserucrunt. quarum opinionum duas ne mẽtione quidem dignas existimo, nisi eatenus vt illas tantũ significẽ. Earũ vna ait, ventos etesias esse in caussa cur Nilus inflet, prohibentes eum effluere in mare. Atqui nonnunquam etesiæ nondũ spirauerunt quum Nilus id agit. Ad hæc, si etesiæ in caussa forent, oporteret alia quoque flumina quęcunque etesiis obnoxia sunt, idem quod Nilus pati: & eo magis quo tenuiora sunt, minores gurgites exhibentia. Sunt autẽ multa in Syria, multa in Africa flumina, quæ nihil tale patiuntur quale patitur
XXI Nilus. Altera opinio est[2] incredibilior quidem quam hæc quæ dicta est, dictu tamen admirabilior, quæ ait illum, quod ab Oceano fluat, istud efficere: ipsum vero Oceanum orbem terrarum
XXII circumfluere. Tertia opinio, vt multo

ἐπυθόμην. οἱ γὰρ δὴ ἐκ Μαρέης τε πόλιος καὶ Ἀπίου οἰκέοντες Αἰγύπτου τὰ πρόσουρα Λιβύῃ, αὐτοί τε δοκέοντες εἶναι Λίβυες, καὶ οὐκ Αἰγύπτιοι, καὶ ἀχθόμενοι τῇ περὶ τὰ ἱρὰ θρησκείῃ, βουλόμενοι θηλέων βοῶν μὴ ἔργεσθαι, ἔπεμψαν ἐς Ἄμμωνα, φάμενοι οὐδέν σφίσι τε καὶ Αἰγυπτίοισι κοινὸν εἶναι. οἰκέουσί τε γὰρ ἔξω τοῦ Δέλτα, καὶ σφέων ὁμολογέουσι μεταλαμβάνειν βορῆς πάντων ὁκοίων. ὁ δὲ θεὸς σφέας οὐκ ἔα ποιέειν ταῦτα, φὰς Αἰγυπτίους εἶναι ταύτην τὴν ὑπὸ Νείλου βαπτιζομένην καὶ Αἰγυπτίους τούτους, οἵ περ ἔνερθε Ἐλεφαντίνης πόλιος οἰκέοντες ἀπὸ τούτων πολεμῶ τούτῳ πίνουσι. ὕστω σφι ταῦτα ἐχρήσθη. Ἐπέρχεται δὲ ὁ Νεῖλος, ἐπεὰν πληθύῃ, οὐ μόνον τὸ Δέλτα, ἀλλὰ καὶ τῆς Λιβυκῆς τε λεγομένης χώρης ἔστι, καὶ τῆς Ἀραβίης ἐπὶ χωρίων ἐπὶ χοιλα χήν. καὶ ὅσα δύο ἡμερέων ἐκατέρωθι ὁδὸν, καὶ πλέων ἔπι τούτου, καὶ ἔλασσον. τῆς ποταμοῦ δὲ φύσιος πέρι, οὔτε παρ' ἱρέων, οὔτε ἄλλου οὐδενὸς οἷός τε ἐγενόμην οὐδὲν λαβεῖν ἐξιωθείς. τοῦτο μὲν ἔα πάσης παρ' αὐτέων πυθέσθαι, ὅπη κατέρχεται μοῦνος ὁ Νεῖλος πληθύων ἀπὸ τεσσέρων τῶν θερινῶν ἀρξάμενος ὅτι ἑκατὸν ἡμέρας· πελάσας δὲ ἐς τὸν ἀριθμὸν τουτέων τῶν ἡμερέων, ὀπίσω ἀπορρέει, ἀπολείπων τὸ ῥέεθρον. ὥστε μέχρι τοῦ χειμῶνα ἄπορα ἔχειν τὰ πέρην, μέχρι οὗ αὖτις τεσσέρων τῶν θερινέων. τουτέων ὦν πέρι, οὐδενὸς οὐδὲν οἷός τ' ἐγενόμην οὐδὲ τῶν Αἰγυπτίων, ἐξορέων αὐτοὺς ὅτι δυνάμιν ἔχει ὁ Νεῖλος τὰ ἔμπαλιν πεφυκέναι τῶν ἄλλων ποταμῶν. ταῦτά τε δὴ τὰ λεγόμενα οὐκ ὀλίγος εἰδέναι, ἐξορέων. καὶ ὅτι αὔρας ἀποπνεούσας μούνους πάντων ποταμῶν οὐ παρέχεται. 61
Ἀλλὰ Ἑλλήνων μέν τινες βαπτισμοὶ οὐκ ὀλίγοι χωρὶς σοφίης, ἔλεξαν περὶ τοῦ ὕδατος τούτου τριφασίας ὁδούς. τῶν μὲν δύο τὰς ὁδῶν οὐδὲ ἀξιῶ μνησθῆναι, εἰ μὴ ὅσον σημῆναι οὐκ ὀλίγους μοῦνον. τῶν ἡ ἑτέρη μὲν λέγει τοὺς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν τὸν ποταμόν, κωλύοντας ἐς θάλασσαν ἐκρέειν τὸν Νεῖλον. πολλάκις δὲ ἐτησίαι μὲν οὐκ ἔπνευσαν, ὁ δὲ Νεῖλος τὠυτὸ ἐργάζεται. ἔπειτα δὲ, εἰ ἐτησίαι αἴτιοι ἦσαν, χρῆν καὶ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς, ὅσοι τοῖσι ἐτησίῃσι ἀντίοι ῥέουσι, ὁμοίως πάσχειν καὶ κατὰ ταὐτὰ τῷ Νείλῳ καὶ μᾶλλον ἔτι τοσούτῳ, ὅσῳ ἐλάσσονες ἐόντες, ἀσθενέστερα τὰ ῥεύματα παρέχονται. εἰσὶ δὲ πολλοὶ μὲν ἐν τῇ Συρίῃ ποταμοί, πολλοὶ δὲ ἐν τῇ Λιβύῃ, οἳ οὐδὲν τοιοῦτον πάσχουσι οἷόν περ καὶ ὁ Νεῖλος. Ἡ δὲ ἑτέρη, αἰνεσιμωτέρη μὲν ὅτι τῷ λελεγμένης, λόγῳ δὲ εἰπεῖν, θωυμασιωτέρη· ἡ λέγει ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ ῥέοντα αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι. ὅτι δὲ Ὠκεανὸν γῇ περὶ πᾶσαν ῥέειν. Ἡ δὲ τρίτη τῶν ὁδῶν, πολλὸν

1 Nec se cum illis consentire, ac velle &c. 2 Indoctior.

ὀπτὶ κεκαύκατη ἐοῦσα, μάλιστα ἔψυχται. λέγει γὰρ δὴ
ὑδὶ αὐτὴ ὧδέ ἐν, Φαμμὺν δὲ Νῖλον ῥέειν ἀπὸ τηκε-
μμύης χιόνος· ὃς ῥέῃ μὲν ἐκ Λιβύης διὰ μέσων
Αἰθιόπων, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς Αἴγυπτον. κῶς ὧν δῆτα ῥέοι
ἂν ἀπὸ χιόνος, ἀπὸ τῶν θερμοτάτων ῥέων ἐς τὰ ψυ-
χεότατα; τῶν τὰ πολλά ἐστι αὐτόθι λογίζεσθαι τοιού-
των πέρι οἵῳ τε ἐόντι, ὡς ὧδε εἰκὸς ἀπὸ χιόνος μιν
ῥέειν· πρῶτον μὲν καὶ μέγιστον μαρτύριον οἱ ἄνεμοι
πνέοντες ἀπὸ τῶν χωρέων τουτέων θερμοί. δεύτερον δέ, ὅτι ἀνόμβρος ἡ χώρη, καὶ ἀκρύσταλ- 10
λος διαπαντὸς ἐοῦσα. ὅκου δὲ χιὼν πεσοῦσα, πᾶσα ἀνάγ-
κη ἐστὶ ὗσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσι. ὥστε εἰ ἐχιόνιζε, ὗε-
ν αὖ ταῦτα τὰ χωρία. τρίτον δέ, οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τῶν
καυμάτων μέλανες εἰσι. ἐκπτῆνοι δὲ καὶ χελιδόνες δι' ἔ-
τεος ἐόντες οὐκ ἀπολείπουσι. γέρανοι δὲ φεύγουσαι
τὸν χειμῶνα τὸν ἐν τῇ Σκυθικῇ χώρῃ νεμόμενον,
τῶν χειμα- φοιτῶσι ἐς χειμαδίην ἐς τοὺς τόπους τούτους. εἰ τοί-
νυν ἐχιόνιζε καὶ ὁσονδηλαὐτὴν τὴν χώρην δι' ἧς τε ῥέῃ
τῶν πόντων καὶ ἐκ τοῦ ἄρχεται ῥέων ὁ Νῖλος, ἐν ἀνάγκῃ τοιοῦτον 20
ἐστὶν, ὡς ἡ ἀνάγκη ἐλέγχει. Ὁ δὲ περὶ τοῦ Ὠ-
κεανοῦ λέξας, ἐς ἀφανὲς δὲ μῦθον ἀνενείκας, οὐκ ἔχει
ἔλεγχον. οὐ γάρ τινα ἔγωγε οἶδα ποταμὸν Ὠκε-
ανὸν ἐόντα. Ὅμηρον δέ, ἢ τινα τῶν πρότερον γενο-
μένων ποιητέων, δοκέω ὄνομα δόξαντα ἐς τὴν
ποίησιν ἐσενεῖκαι. Εἰ δὲ δεῖ μεμφάμενον γνώ-
μας τὰς πρόσθεν λεχθείσας, αὐτέων περὶ τῶν ἀφανέων
γνώμην ἀποδέξασθαι, φέρε εἰπὸ μοι δοκέει πλη-
θύνεσθαι ὁ Νῖλος τῷ θέρεος. τὸ χειμερινὸν ὥρην ἀπε-
λαυνόμενος ὁ ἥλιος ἐκ τῆς ἀρχαίης διεξόδου ὑπὸ
τῶν χειμώνων, ἔρχεται τῆς Λιβύης ἐς τὰ ἄνω. ὡς 30
μὲν νυν ἐν ἐλαχίστῳ δηλῶσαι, πρῶτα εἴρηται· τὸ γὰρ
ἀσχοτάτω γε χώρης οὗτος ὁ θεὸς, καὶ κατ' ἰθύτητα, ἀπο-
τὴν εἰκὸς δίψην τε ὑδάτων μάλιστα, καὶ τὰ ἐγχώρια
ῥεύματα μαραίνεσθαι τῶν ποταμῶν. Ὡς δὲ ἐν
πλέονι λόγῳ δηλώσαι, ὧδε ἔχει. διεξιὼν τὴν Λιβύης
τὰ ἄνω ὁ ἥλιος, πάσχει ποιέῃ, ἅτε ἐκ πρώτου τὸν χρόνον
αἰθρίην τε ἐόντος καὶ θέρεος καὶ κατὰ ταῦτα τὰ χωρία, καὶ
ἀλεεινῆς τὴν χώρης ἐούσης, καὶ ἀνέμων ψυχρῶν, διεξιὼν,
ποιέῃ οἷόνπερ καὶ ὅτε θέρεος ἐώθεε ποιέειν, ἰὼν δὲ μέσου τοῦ
οὐρανοῦ. ἕλκει γὰρ ἐπ' ἑωυτὸν τὸ ὕδωρ· ἑλκύσας δὲ, ἀπω- 40
θέει ἐς τὰ ἄνω χωρία· ὑποδεξάμενοι δὲ οἱ ἄ-
νεμοι, καὶ διασκιδνάντες, τήκουσι. καὶ εἰκὸς εἰκότως
οἱ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρης πνέοντες, ὅτε νότος, καὶ ὁ
λίψ, ἀνέμων πολλὸν τῶν ἄλλων ὑετώδεστατοι. δοκέει
δέ μοι ὧδε καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ἐπέτηον ἐκεῖσε ὁκόταν ἀπο-
πέμπεσθαι τοῦ Νείλου ὁ ἥλιος, ἀλλὰ καὶ ἀπολεί-
πεσθαι αὐτοῦ ἐωυτόν. τρεπόμενον δὲ τοῦ χειμῶνος,

ὑπολεί-
πεσθαι

modestissima, ita longe falsissima est: quippe quę & ipsa nihil dicit, inquiens è niuibus liquescentibus manare Nilum: qui quũ ex Africa per medios Æthiopes fluens in Ægyptum euadat, ex locis calidissimis ad frigidissima, quomodo ex niuibus flueret? De qua re multa sane sunt quæ quis coniectare possit, non esse credibile, eum qui talis sit, manare de niuibus: primum ac maximum testimonium perhibentibus ventis, qui ab his regionibus calidi spirant: secundum, ea plaga quæ sine imbribus & sine glacie perpetuo est. (super niuem autẽ quę cecidit necesse omnino est intra quinque dies pluere: quare si in his regionibus ningeret, etiam plueret.) tertium, hominibus qui ab æstu solis nigri sunt, & miluis, atque hirundinibus, quæ illic perennant. Grues quoq; Scythicæ plagæ hyemem fugientes, ad hæc loca se conferũt hybernatum. Si igitur vel quantulumcunque ningeret in ea plaga per quam fluit & ex qua incipit Nilus, profecto nihil tale esset, quemadmodum necessitas arguit. XXIII At is qui de Oceano loquitur, ad occultã fabulam referens, caret argumento. Neq; enim ego vllũ noui fluuiũ qui sit Oceanus, sed hoc nomen opinor Homerum, aut aliquẽ priscorũ poetarũ, quum inuenisset, in poeticam intulisse. XXIV Quod si opiniones quas proposui, improbantẽ me oportet de occultis ferre sententiam, dicam quare mihi videatur impleri Nilus æstate. Hyberno tempore sol abscedẽs à pristino cursu subter hyemale sidus, meat in superiora Africæ. [1] Totum, vt quidem breuissime demonstretur, à me dictũ est. Etenim deũ hunc, vt cuique terrę proxime accedit, ita eam maxima siti afficere credibile est, & scaturigines indigenarũ amniũ arefacere. XXV Vt autẽ pluribus verbis demonstretur, ita habet: Sol Africæ superiora permeans, ista efficit. nam quum omne veris tempus sit serenum in his regionibus, & ipsæ regiones sint calidę ac venti frigidi, transiens sol facit quemadmodum medio cælo meatis æstate facere consueuit. ad se enim trahit aquã, attractamque in superna abiicit loca. quam excipientes venti ac dissipantes liquefaciunt, hi videlicet, qui (vt credibile est) ab hac regione flant, auster & africus, multo omnium pluuiosissimi. Quanquam mihi videtur non omnem sol humorem eius anni Nilo remittere, sed penes seipsum reseruare. Idem, mitigata hyeme,

1 .i. Rem certe totam (vt maxima breuitate vtar) hisce verbis comprehendi.

rursus

rursus in medium cæli regreditur, atque illinc iam itidem ex cunctis fluminibus trahit humorẽ: quæ flumina mox, multarum aquarum imbre commixto, terram madefaciente vtique [1] lacunosam, magna decurrunt: at æstate, quum destituãtur ab imbribus, & à sole attrahãtur, exiliora sunt. Nilus autem qui imbribus caret, quum attrahitur à sole, merito solus fluuiorũ eo tempore fluit multo exilior quam solet per æstatem. Tunc enim peræque attrahitur atque ceteræ aquæ, per hyemẽ vero solus attrahitur. Ita solem censui huius rei esse causſam. Idẽ, mea sententia, autor est aëreæ siccitatis in ea regione, [2] dum exæquat transitũ suum. Ita semper Africæ superiora æstas obtinet. Quod si [3] finium ac cæli situs immutaretur, vt vbi nunc aquilo situs & hyems, ibi austri situs esset & meridiei: & vbi auster, illic aquilo collocatus esset: si hæc ita haberent, profecto sol [4] amotus è medio cælo, sub hyemem & aquilonẽ mearet supra Europã, quemadmodũ nunc supra Africã: pertransilienſque nobis omnem Europam, faceret (opinor) eadem in Istro quæ nunc facit in Nilo. De aura autem quæ nulla è Nilo efflat, hoc mea fert opinio: Consentaneum esse, è locis valde feruidis nihil respirare auræ: quippe quę ab aliquo frigido loco flare gaudet. Verũ hæc ita sint quemadmodũ & sunt, & ab initio fuere.

XXVI XXVII

XXVIII ¶ Nili tamen fontes nemo neque Ægyptiorum, neq; Græcorum, neq; Afrorũ, cum quibus in colloquium veni, se nosse professus est, præter scribam sacrarum Mineruæ pecuniarum apud Ægyptum, in vrbe Sai: qui mihi iocari videbatur, affirmans se id proculdubio nosse. Sic autem dicebat, geminos esse montes, cacuminibus in acutũ tendentibus, inter Syenem positos vrbẽ Thebaidis, & Elephantinam: quorum vni nomen esset Crophi, alteri Mophi, & ex eo medio Nili fontes abyssos, *hoc est*, *immensæ altitudinis*, emanare. cuius aquæ dimidium Ægyptum versus & ventum aquilonem flueret, reliquum dimidium Æthiopiam versus atq; austrum. Quod autem abyssi forent fontes, aiebat Psammetichum Ægypti regem periculum huius rei fecisse: qui funibus multorum millium passuum connexis, & in fontes demissis, tamen ad fundum non deuenisset. Scriba hic, si modo gesta fuerant quæ dicebat, affirmãdo faciebat

ἀπέρχεται ὁ ἥλιος ἐς μέσον ὃν οὐρανὸν ὀπίσω· ἐνθεῦτεν ἤδη ὁμοίως ἀπὸ πάντων ἕλκει τὸν ποταμόν. τέως μὲν οἱ ὁμβρίοι τοῦ ὕδατος συμμισγομένου πολλοῦ αὐξάνουσι, (ἅτε ὑομένης τε τῆς χώρης καὶ κατασταθμωμένης) ῥέουσι μεγάλοι. τοῦ δὲ θέρεος τόν τε ὄμβρων ἀπολειφθέντων αὐξοῖ, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἑλκόμενοι, ἀσθενέες εἰσί. ὁ μὲν Νεῖλος, ἐὼν μονόμβριος, ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ ἡλίου, μοῦνος ποταμῶν τοῦτον τὸν χειμῶνα εἰκότως αὐτὸς ἑωυτοῦ ῥέῃ πολλὸν ὑποδεέστερος ἢ τοῦ θέρεος. πάντα μὲν δὴ μὴ πάντων τῶν ὑδάτων ἴσον ἕλκεται, τὸν μὲν χειμῶνα, μοῦνος πίεζεται. ὅτῳ τε ἥλιον νενόμικα τοῦτο αἴτιον εἶναι. Αἴτιος μὲν οὗτος κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν, καὶ τὸν ἠέρα ξηρὸν παρέχειν διὰ παντὸς ἐν τῇ Αἰγύπτῳ. ὅτῳ δὲ τὰ Λιβύης ἀεὶ θέρεα κατὰ λόγον τὸν αὐτόν. εἰ δὲ ἡ τάσις ἦλλακτο τῶν ὀρέων καὶ τοῦ ὕδατος, τῇ μὲν νοτίῃ ὁ βορέης τε καὶ ὁ χειμὼν ἑστάσι, ταύτῃ μὲν τοῦ νότου ἰσοῖ ἡ τάσις, καὶ δι' μεσαμβρίης, τῇ δὲ ὁ νότος νικᾷ ἐστηκε, ταύτῃ δὲ ὁ βορέης· εἰ ταῦτα οὕτως εἶχε, ὁ ἥλιος ἂν ἀπελαυνόμενος ἐκ μέσου τοῦ οὐρανοῦ ὑπὸ χειμῶνος καὶ τοῦ βορέω, ἦιε ἂν τὰ αὐτὰ τῆς Εὐρώπης κατὰ πρηνέα τὰ Λιβύης ἔρχεται. διεξιόντα δὲ μιν διὰ πάσης Εὐρώπης, ἔλπεσθαι ποιέειν δοκέω τὸν Ἴστρον τὰ πρηνέα ἐργάζεσθαι τὸν Νεῖλον. Τῆς αὔρης δὲ πέρι, ὅτι οὐκ ἀποπνέει ἀπὸ τοῦ Νείλου, τόδε ἔχω γνώμην, ὡς κάρτα ἀπὸ θερμῶν χωρέων οὐκ εἰκὸς ἐστὶ οὐδὲν ἀποπνέειν, αὔρη δὲ ἀπὸ ψυχροῦ τινος φιλέει πνέειν. Ταῦτα μὲν νυν ἔστω ὡς ἔστι τε καὶ ὡς ἐγὼ ἐνθρώσκω ἐγένετο. τοῦ δὲ Νείλου τὰς πηγὰς οὔτε Αἰγυπτίων, οὔτε Λιβύων, οὔτε Ἑλλήνων τῶν ἐμοὶ ἀπικομένων ἐς λόγους, οὐδεὶς ἐφάνη εἰδέναι, εἰ μὴ ὁ Αἰγύπτιος ὁ Σαΐτης πόλεος γραμματιστὴς τῶν ἱρῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίης. οὗτος δέ μοι παίζειν ἐδόκεε, φάμενος εἰδέναι ἀτρεκέως. ἔλεγε δὲ ὧδε· εἶναι δύο οὔρεα ἐς ὀξὺ τελευτῶντα ἀπιγμένα, μεταξὺ Συήνης τε πόλιος καὶ τῆς Ἐλεφαντίνης. οὐνόματα δὲ εἶναι τοῖσι οὔρεσι, τῷ μὲν, Κρῶφι, τῷ δὲ, Μῶφι. τὰς δὲ πηγὰς τοῦ Νείλου ἐούσας ἀβύσσους, ἐκ τοῦ μέσου τῶν οὐρέων τουτέων ῥέειν. τὸ δὲ ἥμισυ αὐτοῦ ὕδατος, ἐπὶ Αἰγύπτου ῥέειν, καὶ πρὸς βορέην ἄνεμον· τὸ δὲ ἕτερον ἥμισυ, ἐπ' Αἰθιοπίης τε καὶ νότου. ὡς δὲ ἄβυσσοι εἰσὶ αἱ πηγαί, ἐς ἀπόφασιν ἔφη τούτου ψαμμήτιχον Αἰγύπτου βασιλέα ἀπικέσθαι. πολλέων γὰρ οὐν χιλιάδων ὀργυιέων πλέθρον κάλων, κατεῖναι ταύτῃ, καὶ οὐκ ἐξικέσθαι ἐς βυσσόν. οὕτω μὲν δὴ ὁ γραμματιστὴς εἰ ἄρα ταῦτα γλυφόμενα ἔλεγε, ἀπέφαινε

1 Torrentibus abundantem, 2 *Videtur aliter legisse quam διαφωνων.* 3 Gr. ὡρέων. *sunt autem ὡραι stata anni tempora. Sed videtur aliam lectionem sequutus esse.* 4 Expulsus è medio cælo ab hyeme & aquilone,

(ὡς ἐμὲ καταυοέειν) δίνας τινὰς τούτῳ ἐούσας ἰσχυ-
ρὰς, καὶ παλιρροίῃσι. οἷα ὑπ' ἐμβαλόντος τοῦ ὕδατος τοῖ-
σι ὕρεσι, μὴ δυνάσθαι κατιεμένῳ κατιφέα τη-
είλιν ἐς βυσσὸν ἱέναι. Ἄλλα ὑπ' οὐδενὸς οὐδὲν ἐ-
δυνάμην πυθέσθαι. ἀλλὰ τοσόνδε μοῦ ἀγγέλθη μα-
κρότατον ἐπιθυμέοντι, μέχρι μὲν Ἐλεφαντίνης πόλιος
αὐτόπτης ἐλθών, ὅ δὲ ἀπὸ τοῦδε, ἀκοῇ ἤδη ἱστο-
ρέων. ἀπὸ Ἐλεφαντίνης πόλιος ἄνω ἰόντι, ἀναντές
ἐστι χωρίον· τούτῳ ὦν δὴ ὃ πλοῖον ἁμασήσαντα
ἀμφοτέρωθεν κατὰ βοῦν, πορεύεσθαι· ἢν δ' ἀπορ-
ραγῇ ὁ πλοῖον, ἵεται φερόμενον ὑπὸ ἰσχύος τοῦ ῥοῦ.
ὃ δὲ χωρίον τοῦτο, ἐστὶ ἡμερέων τεσσάρων πλόος.
σχοῖνοι δὲ τούτῳ, κατάπερ ὁ Μαίανδρος, ἐστὶ ὁ Νεῖ-
λος. σχοῖνοι δὲ δυώδεκά εἰσι ἔτοι, τοὺς δὴ τούτῳ τῷ τρό-
πῳ διεκπλώσας. καὶ ἔπειτα ἀπίξεαι ἐς πεδίον λιμνῶδες, ἐν
τῷ νήσῳ περιρρέει ὁ Νεῖλος, Ταχομψὼ οὔνομα αὐ-
τῇ ἐστί. οἰκέουσι δὲ τὰ ἀπὸ Ἐλεφαντίνης δὴ Αἰθιο-
πες ἤδη, καὶ τὴν νήσου τὸ ἥμισυ· τὸ δὲ ἥμισυ, Αἰγύπτιοι.
ἔχεται δὲ τῆς ἰκόσι λίμνης μεγάλης, τῇ περιοικέουσι Αἰθιοπες νομάδες
Αἰθιοπες νέμονται. τὴν διεκπλώσας, ἐς τὸν Νεῖλον τὸν
ῥέεθρον ἥξεις, ὃς ἐς τὴν λίμνην ταύτην ἐκδιδοῖ. καὶ ἔ-
πειτα ἀποβὰς πρὸς τὸν ποταμὸν, ὁδοιπορέειν ποιή-
63 σεαι ἡμερέων τεσσερήκοντα. σκόπελοί τε γὰρ ἐν τῷ
Νείλῳ ὀξέες ἀνέχουσι, καὶ χοιράδες πολλαί εἰσι, δι'
ὧν οὐκ οἷά τε ἐστὶ πλέειν. διεξελθὼν δὲ τῆσι τεσσε-
ρήκοντα ἡμέρῃσι τοῦτο τὸ χωρίον, αὖτις ἐς ἕτερον
πλοῖον ἐμβὰς, δυώδεκα ἡμέρας πλεύσεαι· καὶ ἔ-
πειτα ἵξεαι ἐς πόλιν μεγάλην, τῇ οὔνομά ἐστι Με-
ρόη. λέγεται δὲ αὕτη ἡ πόλις εἶναι μητρόπολις τῶν
ἄλλων Αἰθιόπων. οἱ δὲ ἐν ταύτῃ, Διὰ θεῶν καὶ
Διόνυσον μούνους σέβονται, τούτοις τε μεγάλως τι-
μῶσι· καὶ σφι μαντήιον Διὸς κατέστηκε. στρατεύονται δὲ ἐπεὰν σφέας ὁ θεὸς οὗτος κελεύῃ ἁμὰ
θεσπισμάτων· καὶ τῇ ἂν κελεύῃ, ἐκεῖσε. Ἀπὸ δὲ
ταύτης τῆς πόλιος πλέων ἐπ' ἴσα χρόνῳ ἄλλῳ, ἥξεις
ἐς τοὺς Αὐτομόλους, ἐπ' ὅσον περ δὴ Ἐλεφαντίνης ἦλ-
θες ἐς τὴν μητρόπολιν τῶν Αἰθιόπων. τοῖσι δὲ Αὐ-
Ἀσμάχ. τομόλοισι τούτοισι οὔνομά ἐστι Ἀσμάχ. δυνα-
ται δὲ τοῦτο τὸ ἔπος, κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, οἱ
ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς παρισάμενοι βασιλέι. ἀπέ-
στησαν δὲ αὐτοὶ τέσσερες καὶ εἴκοσι μυριάδες Αἰ-
γυπτίων τῶν μαχίμων ἐς τοὺς Αἰθίοπας τούτους,
δι' αἰτίην τοιήνδε· ἐπὶ Ψαμμητίχου βασιλέος
φυλακὴ κατέστασαν ἔν τε Ἐλεφαντίνῃ πόλει πρὸς
Αἰθίοπων, καὶ ἐν Δάφνῃσι τῇσι Πηλουσίῃσι·

vt ego opinarer vortices quosdam illic esse rapidos, ac refluxus, quemadmodum præcipitantis è montibus aquæ, vnde nequeat funis ad explorandum demissus peruenire in fundum. Aliud XXIX
ab vllo quoquam audire non potui:[1] nisi (quū ipse inspiciundi gratia ad Elephantinam vsq; vrbē profectus sum) quiddā longissimę narrationis, quod ex fama illic iam inquirendo accepi: eum ab vrbe Elephantina ad superiora esse locū accliuem, vbi necesse sit, nauigio vtrinque alligato, tanquam boue, pergere: &, si funis abrumpatur, abire nauigium, rapiente fluminis impetu. Abesse autem hunc locū quatuor dierū nauigatione: esseque ibi Nilū tortuosum veluti Mæandrum, & duodecim schœnorum, per quos hunc in modū nauigare oportet, & postea[2] peruenire planum in locum, vbi sit insula Nilo circumflua, nomine Tachompso. Ab Elephantina desuper iam Æthiopes incolere & dimidium insulæ: nam alterum dimidium incolere Ægyptios.[3] Insulam contineri ingenti stagno, accolentibus circum Æthiopibus pastoribus: in quod è Nilo subuectus, peruenias in alueum qui in stagnum diffunditur. Deinde egressus, itinere pedestri quadraginta dierū pergas propter flumē. nam in Nilo acutos scopulos existere & saxa frequentia, per quæ nauigare non licet. Peragrato quadraginta diebus eo loco, alterum rursus ingressus nauigium, duodecim diebus subueheris, dum venias in oppidū magnum nomine Meroen, quę fertur aliarum vrbiū esse metropolis. Cuius incolę solos deorum colunt Iouem & Liberum, eosq; magnopere venerantur. Ioui etiam constituerunt oraculum, cuius responsis, posteaquā iubentur, & quocunque iubentur, eo sumant expeditionem. Ab hac vrbe, intra tantundem temporis XXX
intra quantum ad ipsam ex Elephantina peruenitur nauigando, peruenies ad Automolos, *id est*, *transfugas*, quibus nomen est Asmach: quod verbū Græca in lingua idem pollet quod Siniſtræ regiæ assistentes. Isti quum essent Ægyptii bellatores, ducenta & octo millia, ad hos Æthiopes transiere hac de caussa: Sub rege Psammeticho fuerant in præsidiis collocati, alii ad vrbē Elephantinā & ad Daphnas Pelusias aduersus Æthiopes,

1 Sed quicquid præterea audiui, *vel accepi*, (ad Elephantinam quidem vsque vrbem spectatum ipsemet profectus: ab eo autē loco, ex auditu habens) id est huiusmodi, penitissime *indagatum*. Ab Elephantina vrbe in superiora tendenti acclivis est locus, adeo vt necesse &c. 2 Peruenies. *Sic & sequentia per indicatiuum, non infinitiuum.* 3 Insulæ contiguum est ingens stagnum. *Potest* λίμνη *etiam palus vel lacus exponi.*

alii ad-

alii aduerſus Arabes & Syros, alii ad Mareamaduerſus Libyam. (Quibus in locis, quemadmodum ſub rege Pſammeticho erant, ita meaætate Perſarum præſidia excubabant. nam & apud Eleſhantinam & apud Daphnas Perſæ excubias agunt.) Quũ igitur triennium in preſidio fuiſſent Ægyptii, neq; illinc ab aliquo dimitterentur, cõmuni vſi conſilio, à Pſammeticho ad Æthiopiam ſibi tranſeundũ putauerunt. Quos, re audita, Pſammetichus inſequutus, vbi eſt aſſequutus, multis verbis obſecrabat, vetabatque patrios deos ac liberos vxoreſque deſerere. Ibi quidam illorum fertur oſtenſo veretro dixiſſe, vbicunque id eſſet, ſibi vxores & liberos fore. Hi poſteaquam in Æthiopiam profecti ſunt, ſeſe Æthiopum regi tradiderunt: quos ille ita remuneratus eſt. Erant ei nonnulli Æthiopum aduerſarii, quorum terram eripientes iſtos iuſſit incolere. Æthiopes, his colonis inter ſe collocatis, facti ſunt manſuetiores, moribus Ægyptiacis imbuti. Ad quatuor igitur menſium partim nauigationem, partim iter, cognoſcitur Nilus: præter id quo fluit per Ægyptum. Tot enim menſes in ſumma reperientur impendi ab iis qui ex Elephantina ad hos Automolos pergant. Fluit autem ab heſpero & occaſu: dehinc quid ſit, nemo poteſt pro comperto narrare. eſt enim deſerta præ feruore ea regio. ¶ Accepi tamen hoc ex quibuſdam Cyrenæis, qui ſe ad Ammonis oraculum iſſe commemorarent, colloquutoſque cum Etearcho Ammoniorum rege, & ex aliis ſermonibus deueniſſe in confabulationem de Nilo, cuius nemo noſceret fontes: Etearchũque narraſſe, aliquando quoſdam ad ſe veniſſe Naſamonas, quę gens ſit Libyca, Syrtim incolens, & orã Syrtis quæ vergit ad auroram,[1] nõ multũ ſupra Syrtim. Eos, quum veniſſent, interrogarenturque nunquid amplius haberent quod referrent de Africæ deſertis, retuliſſe, apud ſe fuiſſe quoſdam virorũ prępotentium filios petulantes: eos, quum in virilem ætatem adoleuiſſent, cũ alia ſuperuacua fuiſſe machinatos, tum vero ex ſeſe quinque ſortitos ad inſpiciundas Libyæ ſolitudines, & ſiquid amplius cernerent quam ii qui longiſſima inſpexiſſent. Oram enim maritimam Libyæ aquiloni obnoxiam Libyas & Libyum permultas gentes ab Ægypto incipientes omnem obtinere vſque ad promontorium Soloentem, quod Lybiam terminat;

ἄλλη δὲ τοῖς Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων, καὶ ὀλίγη Μαρέῃ τοῖς Λιβύης ἄλλη. ἐπὶ δὲ ἐμοῦ καὶ Περσέων κατὰ ταυτὰ αἱ φυλακαὶ ἔχουσι ὡς καὶ ἐπὶ Ψαμμητίχου ἦσαν. καὶ γὰρ οἱ Ἐλεφαντίνῃ Πέρσαι φρουρέουσι, καὶ οἱ Δάφνησι. τοὺς ὦν δὴ Αἰγυπτίους τρία ἔτεα φρουρήσαντας ἀπέλυε ὐδεὶς τῆς φρουρῆς· οἱ δὲ, βουλευσάμενοι, καὶ κοινῷ λόγῳ χρησάμενοι, πρώτης ἀπὸ τοῦ Ψαμμητίχου ἀποστάντες, ἦισαν ἐς Αἰθιοπίην. Ψαμμήτιχος δὲ πυθόμενος, ἐδίωκε. ὡς δὲ κατέλαβε, ἐδέετο, πολλὰ λέγων, καὶ σφέας θεοὺς πατρῴους ἀπολιπεῖν οὐκ ἐᾶ, καὶ τέκνα, καὶ γυναῖκας. ὃν δέ τινα λέγεται δεῖξαι τὸ αἰδοῖον, εἰπεῖν, ἔνθα αὐτῶν ἦ ἔσεσθαι αὐτοῖσι σὺν ταῦτα καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας. οὗτοι ἐπεί τε ἐς Αἰθιοπίδα ἀπίκοντο, διδοῦσι σφέας αὐτοὺς τῷ Αἰθιόπων βασιλεΐ. ὁ δὲ σφέας τῶνδε ἀντιδωρέεται. ἦσαν οἱ ἀλλοφυλοί τινες γεγονότες τῷ Αἰθιόπων· τούτους ἐκέλευε ἐξελόντας, τὴν ἐκείνων χώρῳ οἰκέειν. τούτων δὲ ἐσοικισθέντων ἐς τὰς Αἰθιοπίδας, ἡμερώτεροι γεγόνασι Αἰθίοπες, ἥτινα μαθόντες Αἰγύπτια. Μέχρι μὲν νυν τεσσέρων μηνῶν πλόου καὶ ὁδοῦ, γινώσκεται ὁ Νεῖλος, πρόσεξ τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ ῥοὺμαθος. οὗτοι γὰρ συμβαλλομένῳ μιῶνες δυείσκονται αἰσιμούμενοι, ἐξ Ἐλεφαντίνης πορευομένῳ ἐς τοὺς Αὐτομόλους τούτους. ῥέει δὲ ἀπὸ ἑσπέρης τε καὶ ἡλίου δυσμέων. ὅ δὲ ἀπὸ τοῦδε, οὐδεὶς ἔχει σαφέως φράσαι. ἔρημος γάρ ἐστι ἡ χώρη αὕτη ὑπὸ καύματος. Ἀλλὰ τάδε μὲν ἤκουσα αὐδρῶν Κυρηναίων, Φαμμίων ἐλθεῖν τε ἐπὶ τὸ Ἄμμωνος χρηστήριον, καὶ ἀπικέσθαι ἐς λόγους Ἐτεάρχῳ τῷ Ἀμμωνίων βασιλεΐ· καί κως ἐκ λόγων ἄλλων ἀπικέσθαι ἐς λέσχην περὶ τοῦ Νείλου, ὡς οὐδεὶς εἴη σαφὲς περὶ τὰς πηγάς. καὶ ὃν Ἐτέαρχον φάναι ἐλθεῖν κοτε παρ' αὐτῶν Νασαμῶνας αὐδρας. Ὃ δὲ ἔθνος τοῦτο ἔστι μὲν Λιβυκὸν, νέμεται δὲ τῆς Σύρτιν τε καὶ τὴν πρὸς νότον χώρην τῆς Σύρτιος οὐκ ἐπὶ πολλόν. ἀπικομένους δὲ τοὺς Νασαμῶνας, καὶ εἰρωτεωμένους εἴ τι ἔχουσι πλέον λέγειν περὶ τῶν ἐρήμων τῆς Λιβύης, φάναι τῶνδε σφίσι γενέσθαι αὐδρῶν υἱωνοὺς παῖδας ὑβριστάς· τοὺς ἄλλά τε μηχανᾶσθαι αὐδρωθέντας πρεπωδέα, καὶ δὴ καὶ ἀποκληρῶσαι πέντε ἐκ σφέων, ὀφομένους τὰ ἔρημα τῆς Λιβύης, καὶ εἴ τι πλέον ὄψιν τῶν μακρότατα ἰδομένων. τῆς γὰρ Λιβύης τὰ μὲν πρὸς τὴν βορηΐην θάλασσαν, ἀπ' Αἰγύπτου ἀρξάμενοι μέχρι Σολόεντος ἄκρης, ἐν τῇ τελευτᾷ ἡ Λιβύη, παρέχουσι πᾶσαν Λίβυες, ἔνι Λιβύων ἔθνεα πολλὰ,

1 Non longe penetrando, *vel progrediendo*. Eos, q.

πλὼ ὅσον Ἕλληνες καὶ Φοίνικες ἔχουσι. τὰ δὲ ὑπὲρ θαλάσσης τε καὶ τῆς ὅτι θάλασσαν κατοικέοντων ἀνθρώπων, τὰ κατύπερθε θηριώδης ἐστὶ ἡ Λιβύη.
64 τὰ δὲ κατύπερθε τῆς θηριώδεος, φάμμος τέ ἐστι, καὶ αὐλὼδες δεινῶς, καὶ ἔρημος πάντων. ἐπεὶ ὦν τοὺς νενίας ἀποπεμπομένους ὑπὸ τῶν ἡλίκων, ὕδατί τε καὶ σιτίοισι εὖ ἐξηρτυμένους, ἰέναι τὰ πρόσω μὲν ἀρχὴ τῆς οἰκεομένης· ταύτην δὲ διεξελθόντας, ἐς τὴν θηριώδεα ἀπικέσθαι. ἐκ δὲ ταύτης, τὴν ἔρημον διεξιέναι, τὴν ὁδὸν ποιεύμενους πρὸς ζέφυρον ἄνεμον. διεξελθόντας δὲ χώρεον πολλὸν φαμμώδεα, καὶ οὐ πολλῆσι ἡμέρῃσι, ἰδεῖν δὴ κατὰ δένδρεα ἐν πεδίῳ πεφυκότα· καὶ προσελθόντας, ἄρασθαι τοῦ ἐπέοντος τὰ δένδρεα καρποῦ. ἀπὸ τοῦ δὲ σφι ἐσελθεῖν ἄνδρας μικροὺς, μετρίους ἐλάσσονας ἀνδρῶν· λαβόντας δὲ ἄγειν σφέας. φωνῆς δὲ οὔτε τὴν τῶν ἀγόντων τοὺς Νασαμῶνας γινώσκειν, οὔτε τοὺς ἄγοντας τῶν Νασαμώνων. ἄγειν τε διὰ ἑλέων μεγάλων· καὶ διεξελθόντας ταῦτα, ἀπικέσθαι ἐς πόλιν, ἐν τῇ πάντες εἰσὶ τοῖσι ἄγουσι ὅμοιοι μέγαθος ἴσους, χρῶμα δὲ μέλανας. ῥέεν δὲ πρὸς τὴν πόλιν ῥέεῖν ποταμὸν μέγαν. ῥέειν δὲ ἀπὸ ἑσπέρης αὖτον, πρὸς ἥλιον ἀνατέλλοντα· φαίνεσθαι δὲ ἐν αὐτῷ κροκοδείλους. Οὗτοι μὲν δὴ τῶν Ἀμμωνίου Ἐτεάρχου λόγος ἐς τοῦτό μοι δεδηλώσθω· πλὼ ὅτι ἀπονοστησάντε ἔφασκε τοὺς Νασαμῶνας, ὡς οἱ Κυρηναῖοι ἔλεγον· καὶ ἐς τοὺς οὗτοι ἀπίκοντο ἀνθρώπους, γόητας εἶναι πολλούς. τὸν δὲ δὴ ποταμὸν τοῦτον τὸν παραρρέοντα ἐν Ἐτεάρχου συμβάλλειν εἶναι τὸν Νεῖλον· καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος ἔτεος αἰρέει. ῥέει γὰρ ἐκ Λιβύης ὁ Νεῖλος, καὶ μέσην τέμνων Λιβύην· καὶ (ὡς ἐγὼ συμβάλλομαι, τοῖσι ἐμφανέσι τὰ μὴ γινωσκόμενα τεκμαιρόμενος) τῷ Ἴστρῳ ἐκ τῶν ἴσων μέζων ὁρμᾶται. Ἴστρος τε γὰρ ποταμὸς ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν καὶ Πυρήνης πόλιος, ῥέει μέσην σχίζων τὴν Εὐρώπην. οἱ δὲ Κελτοί εἰσι ἔξω Ἡρακλείων στηλέων· ὁμουρέουσι δὲ Κυνησίοισι, οἳ ἔσχατοι οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικημένων τέλευτᾷ ὁ Ἴστρος ἐς θάλασσαν ῥέων τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου ἔχων πάσης Εὐρώπης, τῇ Ἴστριοί Μιλησίων οἰκέουσι ἄποικοι. Ὁ μὲν δὴ Ἴστρος (ῥέει γὰρ διὰ οἰκεομένης) πρὸς πολλῶν γινώσκεται. πρὸς δὲ τοῦ τοῦ Νείλου τοῦ ῥόου οὐδεὶς ἔχει λέγειν. ἀοίκητός τε γάρ ἐστι καὶ ἔρημος ἡ Λιβύη, διὰ τῆς ῥέει. πρὸς δὲ τοῦ ῥεύματος αὐτοῦ, ἐπ' ὅσον μακρότατον ἱστορεῦμεν ἐλθεῖν ἔχειν λέγειν· ἐκδιδοῖ γὰρ ἐς Αἴγυπτον. ἡ δὲ Αἴγυπτος τῆς ὀρεινῆς Κιλικίης μάλιστα κη αὐτῇ κέεται. ἐνθεῦτεν γὰρ ἐς Σινώπην τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου πεντήκοντα μυριάδων ἰθέα ὁδὸς δυζώνῳ ἀνδρί. ἡ δὲ Σινώπη τῷ Ἴστρῳ ἐκδιδοῦσα ἐς θάλασσαν

præter id demum quod aut Græci obtineant, aut Phœnices: ac supra maritimã oram, & eos qui ad mare incolunt, feris vlteriora habitari: at quæ vlteriora sunt parte à feris habitata, arenosa esse, vehementerque arida, ac prorsus vasta. Igitur eos iuuenes ab æqualibus dimissos, aqua atq; cibariis probe instructos, primum per regionẽ hominibus habitatam perrexisse: hanc permensos, in illam à feris habitatam peruenisse. Ex ea per solitudines iter fecisse ad ventum zephyrum: peragratòque multo spatio fabulosi loci pluribus sane diebus, aspexisse demum arbores in planitie quadam enatas, ad easque accessisse, ac fructum qui inerat decerpsisse. Eisque inter decerpendum superuenisse quosdam infra mediocrem virorum staturam pusillos: quorum linguam Nasamones non intelligerent, vt nec ipsi Nasamonum: & ab his deprehensos ductosque fuisse per maximas paludes: atq; illas transgressos peruenisse in vrbem in qua vniuersi forent æquali statura illis qui adduxissent, colore nigro. Eam vrbem præterlabi grande flumen, ab hespero ad orientem solẽ fluens, in quo conspicerentur crocodili. Hactenus à me sermo Ammonii Etearchi cõmemoratus sit: nisi quod is aiebat Nasamones (vt Cyrenæi referebant) reuertisse, & eos homines ad quos illi peruenissent, omnes esse [1] fallaces. Flumen autem quod præterfluebat, & Etearchus coniectabat Nilum esse, & ratio sic dictat. Ex Libya enim Nilus fluit, eamq; mediam secat: & (vt ego ex apertis ignota coniecto) pari tractu atque Ister meat. Ister nanque fluere incipiens à Celtis atque vrbe Pyrene (Celtæ autem sunt extra cippos Herculis, Cynesiis finitimi, omnium in Europa ad occasum habitantium vltimi) mediam Europam scindit: totamque permensus quam Istriani Milesiorum coloni incolunt, mari Euxino finitur. [2] Et Ister (fluit enim per terrã habitatã) inter primos cognoscitur: de Nili vero fontibus nemo habet quod referat: & merito, vtpote Libya per quã fluit, deserta. De eius fluxu, quam potuit longissime repetendo narrari, dictum est. exit autem in Ægyptum. Porro Ægyptus montanæ Ciliciæ fere opposita est. Hinc rectà ad Sinopem in ponto Euxino sitam, quinque dierum est rectũ iter viro expedito. Sinope autem Istro mare irrumpenti

XXIII

XXIV

1 Impostores, *vel præstigiatores.* 2 Verum Ister à multis cognoscitur, quippe qui per terram habitatam fluat.

exad-

ex aduerso est sita. Ita Nilus totam permeans Africam, videtur mihi æquiparandus Istro. Hactenus de Nilo dictum sit. ¶ VENIO ad plura de Ægypto referenda: quia plura quam alia omnis regio mirabilia habet, & præter omnem regionem exhibet opera relatu maiora. Horum gratia plura de ea commemorabuntur. Ægyptii, quemadmodum & cælo eorum & flumine diuersam ab aliis naturam ostendente, ita ipsi pleraque omnia à ceteris hominibus diuersa constituerunt & instituta & iura. Apud hos feminæ quidē negociantur cauponanturque, & institoriis operis vacant: viri autem intra domos texunt. Alii villum subtegminis desuper tramant, Ægyptii subter. Onera viri capitibus, feminæ humeris baiulant. Feminæ, stantes mingunt: viri, sedentes. Domi ventrem exonerant, foris in viis comedunt: reddentes rationem, quæ sunt turpia, sed necessaria, ea in occulto fieri debere: palam vero, quæ non sunt turpia. Mulier neque dei neq; deæ vlla sacerdos est, sed viri deorum omnium & dearū. Alendi parentes filiis nulla, nolentibus: filiabus, etiamsi nolint, summa necessitas est. Deorū sacerdotes alibi comati sunt, in Ægypto derasi. [1] Apud alios ritus est, statim in funere proximi capita deglabrare: Ægyptii in funeribus sinunt capitis crines augescere, barbam tamē tondent. Apud ceteros mortales victus à ferarum secretus est consortio: Ægyptii cum feris vescuntur. Alii frumento atque hordeo [illegible]titant: Ægyptiis [2] victitare iis quę ex his facta sunt, maximo probro est: sed cibis è farre confectis, quod quidam siliginem appellant. [3] Conspersionem pedibus, lutū manibus [4] subigunt. Virilia, alii talia relinquūt qualia natura sunt, præter eos qui ab istis didicerunt: Ægyptii circumcidunt. Viri binas vestes habent, feminæ singulas. Alii velorum ansulas & funes extrinsecus assuunt, Ægyptii intrinsecus. Græci litteras scribunt & calculis computant, à sinistro in dextrū manum ferentes, Ægyptii à dextro in sinistrū: & hoc facientes aiunt se in dextrum, Græcos facere in sinistrum. Litteris bifariis vtuntur, quarum vnas, sacras vocant, populares alteras. ¶ In deos

XXXV XXXVI XXXVII

ἀντίκεῖσθαι. ὅτῳ τ' Νεῖλον δοκέω ἐξαρκέειν πάσης τ' Λιβύης διεξιόντα ὀξυσυρίζ τῷ Ἴστρῳ. Νείλου μὲν νυν πέρι τοσαῦτα εἰρήσθω. Ἔρχομαι δ' περὶ Αἰγύπτιων μηκυνέων τ' λόγον, ὅτι πλέω θωυμάσια ἔχει ἢ ἀνὴ πᾶσα χώρη, καὶ ἔργα λόγου μέζω παρέχεται πρὸς πᾶσαν χώρην· τούτων εἵνεκα πλέω τοῦδε αὐτῆ εἰρήσεται. Αἰγυπτίοισι ἅμα τῷ ὑραν῵ τῷ κατ' σφέας ἐόντι ἑτερόιῳ, καὶ τῷ ποταμῷ φύσιν ἀνοίκοιον παρεχομένῳ ἢ οἱ ἄλλοι ποταμοί, τὰ πολλὰ πάντα ἔμπαλιν τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι ἐξήσαντο ἤθεά τε καὶ νόμους. Οἱ μὲν γυναῖκες ἀγορεύουσι καὶ καπηλεύουσι· οἱ δ' ἄνδρες, κατ' οἴκους ἐόντες, ὑφαίνουσι. Καὶ ὑφαίνουσι οἱ μὲν ἄλλοι, ἄνω τ' κρόκην ὠθέοντες, Αἰγύπτιοι δ', κάτω. Καὶ τὰ μὲν ἄχθεα οἱ μὲν ἄνδρες ἐπὶ τ' κεφαλέων φορέουσι· αἱ δὲ γυναῖκες, ἐπὶ τ' ὤμων. Οὐρέουσι, αἱ μὲν γυναῖκες, ὀρθαί, οἱ δὲ ἄνδρες, κατήμενοι. Οὐμαείη χρέωνται ἐν τοῖσι οἴκοισι, ἐσθίουσι δὲ ἔξω ἐν τῇσι ὁδοῖσι, ὑπολέγοντες ὡς τὰ μὲν αἰσχρὰ, αἰναρκέα δὲ, ἐν ἀποκρύφῳ ὀρθῶς ποιέεσθαι χρεών· τὰ δὲ μὴ αἰσχρὰ, ἀναφανδόν. Ἱρῆα γυνὴ μὲν οὐδεμία οὔτε ἔρσενος θεοῦ, οὔτε θηλέης· ἄνδρες δ', πάντων τε καὶ πασέων. Γέρεα τοὺς τοκέας τοῖσι μὲν παισὶ οὐδεμία ἀνάγκη, μὴ ἐθελομένοισι· τῇσι δὲ θυγατράσι πᾶσα ἀνάγκη, καὶ μὴ ἐθελομένῃσι. Οἱ ἱρέες τ' θεῶν, τῇ μὲν ἄλλῃ κομέουσι, ἐν Αἰγύπτῳ δ' ξυρεῦνται. τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι νόμος ἅμα κήδει κεκάρθαι τὰς κεφαλάς, τοὺς μάλιστα ἰκνέεται· Αἰγύπτιοι δ' ὑπὸ τοὺς θανάτους ἀνιᾶσι τὰς τρίχας αὔξεσθαι, τάς τε ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τὸ γνάφαλον, τέως ὀξυρημένοι. τοῖσι μὲν ἄλλοισι ἀνθρώποισι χρὸς ἐόντες θηρίων διαίτα ἐστὶ ἀποχρέουσα, Αἰγυπτίοισι δ' ὁμῶς θηρίοισι καὶ διαιτᾶται. Ἀπὸ πυρέων καὶ κριθέων ὦν ἄλλοι ζώουσι· Αἰγυπτίων δὲ τῷ ποιεῦντι ἀπὸ τούτων τ' ζόην ὄνειδος μέγιστόν ἐστι· ἀλλὰ ἀπὸ ὀλυρέων ποιεῦντες σιτία, τὰς ζειὰς μετὰ ξέστεσι καλέουσι. Φυρῶσι δὲ μὲν σαῖς τοῖσι ποσὶ, ὄνους δὲ πηλὸν τῇσι χερσὶ καὶ τ' κόπρον αἰρέονται. τὰ αἰδοῖα ὦν ἄλλοι μὲν ἐῶσι ὡς ἔχουσι, πλὴν ὅσοι ἀπὸ τούτων ἔμαθον· Αἰγύπτιοι δὲ περιτάμνουσι. εἵματα, τῷ μὲν ἀνδρὶ ἕκαστος ἔχει δύο· τῷ δὲ γυναικὶ ἓν ἑκάστη. τῶν ἱστίων τὰς κρίκους καὶ τὰς κάλους οἱ μὲν ἄλλοι ἔξωθεν προσδέουσι, Αἰγύπτιοι δ', ἔσωθεν. γράμματα γράφουσι, καὶ λογίζονται ψήφοισι, Ἕλληνες μὲν, ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ φέροντες τὴν χεῖρα, Αἰγύπτιοι δὲ, ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερά. καὶ ποιεῦντες ταῦτα, αὐτοὶ μὲν φασὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ ποιέειν, Ἕλληνας δὲ ἐπ' ἀριστερά. διφασίοισι δὲ γράμμασι χρέωνται· καὶ τὰ μὲν αὐτῶν, ἱερά, τὰ δὲ, δημοτικὰ καλέεται. Θεσ-

1 Apud alios homines more receptum est vt in luctu statim capita tondeantur ab iis quos potissimum is attingit: at Ægyptii, in morte suorum, sinunt capitis barbæque pilos crescere, quum alioqui antea tonsi fuerint. Apud c. 2 Victitare his, maxime probrosum est. sed ex olyris c baria conficiunt, quas alii zeas appellant. 3 Farinam aqua maceratam subigunt pedibus, lutum autē manibus. *Fortasse autem intelligit lutū ex quo intritum conficitur, quod Gall. mortier.* 4 Subigunt, & *iisdem* stercus accipiunt.

σιδέες ὑπερβαλλόντως ἐόντες μάλιστα πάντων ἀνθρώπων, νόμοισι τοιοῖσδε χρέωνται. ἐκ χαλκέων ποτηρίων πίνουσι, ἀπομάσσοντες ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην· οὐκ ὁ μὲν, ὁ δὲ οὔ, ἀλλὰ πάντες. εἵματα ὑ λίνεα φορέουσι ἀεὶ νεόπλυτα, ἐπιτηδεύοντες τοῦτο μάλιστα. τά τε αἰδοῖα περιτάμνονται, καθαριότητος εἵνεκεν· περιπλυνόμενοι καθαροὶ εἶναι ἢ εὐπρεπίζεσθαι. οἱ ὑ ἱρέες ξυρῶνται παντὸ τὸ σῶμα ἀπὸ τρίτης ἡμέρης, ἵνα μήτε φθεὶρ, μήτε τι ἄλλο μυσαρὸν μηδὲν ἐγγίνηται θεραπεύουσι τοὺς θεούς. ἐσθῆτα ὑ φορέουσι οἱ ἱρέες λινέην μούνην, καὶ ὑποδήματα βύβλινα. ἄλλην δὲ σφι ἐσθῆτα οὐκ ἔξεστι λαβεῖν, οὐδὲ ὑποδήματα ἄλλα. λούονται ὑ δὶς τῆς ἡμέρης ἑκάστης ὕδατι ψυχρῷ, καὶ δὶς ἑκάστης νυκτός. ἄλλας τε θρησκείας μυρίας ἐπιτελέουσι, ὡς εἰπεῖν λόγῳ. πάσχουσι ὑ καὶ ἀγαθὰ οὐκ ὀλίγα. οὔτε τι χρὴ τῶν οἰκηίων τρίβουσι, οὔτε δαπανέωνται, ἀλλὰ καὶ σιτία σφι ἕψει ἱρὰ πεσσόμενα. καὶ χηνέων καὶ βοέων κρεῶν πλῆθος τι ἑκάστῳ γίνεται πολλὸν ἑκάστης ἡμέρης. δίδοται δὲ σφι καὶ οἶνος ἀμπέλινος. ἰχθύων ὑ οὐ σφι ἔξεστι πάσασθαι. κυάμους ὑ οὔτε τι μάλα σπείρουσι Αἰγύπτιοι ἐν τῇ χώρῃ, τούς τε γιγνομένους οὔτε ψώχουσι, οὔτε ἔφοντες δατέονται. οἱ ὑ σοφοὶ ἱρέες, οὐδὲ ὁρέοντες ἀνέχονται, νομίζοντες οὐ καθαρὸν μιν εἶναι ὄσπριον. ἱεροῦνται ὑ οὐκ εἷς ἑκάστου τῶν θεῶν, ἀλλὰ πολλοί, τῶν εἷς ἐστὶ ἀρχιερεύς. ἐπεὰν δέ τις ἀποθάνῃ, τούτου ὁ παῖς ἀντικαθίσταται. Τοὺς ὑ βοῦς τοὺς ἄρσενας, οὓς ἂν πάφου εἶναι νομίζουσι, καὶ τούτου εἵνεκα δοκιμάζουσι αὐτοὺς ὧδε· τέτραπται καὶ μίνη ἑστᾶσα ἐπιοῦσαν μέλαινα, οὐ καθαρὸν εἶναι νομίζει. δίζηται ὑ ταῦτα ὁπὶ τοῦτο τεταγμένος τῶν τις ἱρέων, καὶ ὀρθοῦ ἑστεῶτος τοῦ κτηνέος καὶ ὑπτίου, καὶ τὴν γλῶσσαν ἔξερύσας, εἰ καθαρὴ τῶν προκειμένων σημηίων τὰ ἐγὼ ἐν ἄλλῳ λόγῳ ἐρέω. κατορᾷ ὑ καὶ τὰς τρίχας τῆς οὐρῆς, εἰ κατὰ φύσιν ἔχει πεφυκυίας. ἐὰν ὑ τούτεων πάντων ἡ καθαρὸς, σημαίνεται βύβλῳ περὶ τὰ κέρεα ἑλίξαντι· καὶ ἔπειτα γλοῦ σημαντείδα ἐπιπλάσας, ἐπιβάλλει δακτύλιον· καὶ οὕτω ἀπάγουσι. ἀσήμαντον ὑ θύειν θάνατος ἡ ζημίη ἐπικέεται. δοκιμάζεται μὲν νυν ὁ κτηνὸς τρόπῳ τοιῷδε. Θυσίη δὲ σφι ἥδε κατέστηκε. ἀγαγόντες τὸ ἱσπεμασμένον κτῆνος πρὸς τὸν βωμὸν ὅκου ἂν θύσωσι, πυρὴν κάουσι. ἔπειτα ὑ ἐπ' αὐτῇ οἶνον καὶ τὸ ἱρήιον ἐπισπείσαντες, καὶ ἐπικαλεσάμενοι τὸν θεὸν, σφάζουσι. σφάξαντες ὑ, ἀποτάμνουσι τὴν κεφαλήν. σῶμα μὲν δὴ τὸ κτήνεος δείρουσι· κεφαλὴν δὲ σφείνην πολλὰ καταρησάμενοι, φέρουσι τοῖσι μὲν αἱ ἀγορὴ, καὶ

supramodum supraq; omnes homines religiosi sunt, talibus moribus vtentes: Aheneis in poculis potant, singulis ea diebus extergentes, non eorum aliquot, etiam aliquot non: sed vniuersi. Linea ferunt vestimenta semper recens abluta, huic rei præcipue vacantes. Virilia circumcidunt munditiæ gratia, pluris facientes se mundos esse quã decoros. Sacerdotes tertio quoq; die totum corpus eradunt, nequis pediculus deos colentibus aut alia sordes creetur. Iidem vestem tantummodo lineã, calceos [1] papyraceos gestant: nec aliã vestem aut alios calceos induere eis fas est. Lauantur quotidie frigida, interdiu [2] ter, noctu bis. Alias præterea ceremonias prope dixerim infinitas exercent. Qui etiam non exiguis afficiuntur commodis. nam neque è re domestica aliquid conterunt, neq; impendunt, sed eorũ singulis quotidie [3] cibi sacri cocti præsto sunt, & carnis bubulæ & anserinæ satis abundeque. Vinum quoque vineale illis datur. De piscibus gustare nefas est illis. Fabas Ægyptii in sua terra nec admodum serũt, nec eas quæ prouenerint, aut [4] crudas aut in aqua coctas, edũt. Sacerdotes vero ne aspicere quidẽ eas sustinent, arbitrantes haud mundũ illud legumẽ esse. Initiantur non sigillatim cuique deorum, sed gregatim: quorum vnus est pontifex. vbi quis defunctus est, filius eius subrogatur. Boues mares, Epaphi esse censent: eaque de re hunc in modum explorant: Si pilum in eo nigrum vel vnum viderint, nequaquam mundũ censent. Explorat autem hæc [illegible] tum aliquis ad id constitutus, pecude cũ stante & erecta tum etiam resupinata: lingua etiam exerta *explorans* an pura sit iis signis quæ ego alio referam in libro. Inspicit & caudæ pilos, nunquid eos habeat secundum naturam procreatos. Eũ, si fuerit his omnibus mundus, notat alligato cornibus byblo: deinde applicita terra sigillari anulo impressa, abducitur. Nã immolanti eo sigillo non notatã, pœna morte sancita est. Et hunc quidẽ in modum pecus exploratur. Sacrificandi autem is eis est ritus. Pecude quæ obsignata est, ad arã vbi immolatur abducta, pyram incendunt: deinde [5] supra pecudem libato *contra templum* vino, ac deo inuocato, eã mactant: [6] mactatæ caput asportant in forũ, si nundinæ sint, &

xxxviii

xxxix

1 Byblinos 2 Bis. δὶς, *non* τρὶς. 3 *Sunt qui sacrificia exponant, alii panes sacros.* 4 *Videtur aliud legisse quam habeant vulg. edit.* 5 Supra hostiam 6 Mactatæ caput ampurant, & reliquum corpus excoriant. Capiti autem illius multa imprecati, asportant. Asportant, inquam, in forum quidem, illi quibus forum est, &——

eis Græci

eis Græci negotiatores adfuerint: atque illis vendunt: qui si nõ adfuerint, in flumen abiiciunt. Execrantur autẽ capita in hæc verba, vt siquid mali aut ipsis immolantibus aut vniuersæ Ægypto futurum sit, id in caput hoc conuertatur. Eodem porro ritu circa capita pecudum immolandarum, & vini libamina, omnes pariter Ægyptii in omnibus templis vtuntur. Atque ex hoc ritu fit vt nemo Ægyptiorum de capite vllius animantis
XL degustet. Est tamen sacrorum delectus, & alius apud alia templa adolendi modus ab eis institutus. Quam igitur deã maximã esse censeant, & cui maximum festum celebrent, iam nunc dicam. Posteaquam ieiunauerunt pridie festi, [1] atq; obdormierũt, bouem immolant, eumque corio exuunt, & aluo tota vacuant. Intestina intra ventrem adipemq; linquunt, crura truncant, & extremos lumbos armosque, ac ceruicem. His actis, reliquum bouis corpus stipant panibus puris, & melle, & vua passa, & ficis, & thure, & myrrha, atque aliis odoribus. Vbi hæc infarserunt, adolent, multum vini oleique infundentes: ieiuni tamen priusquã sacrificent. Dum sacrificium ardet, omnes [2] verberantur. Posteaquam vapulauerunt, dapes ex sa-
XLI crificii reliquiis proponuntur. Boues mares eosdemq; mũdos, ac vitulos vniuersi Ægyptii immolant: at feminas eis immolare non licet, vtpote Isidi consecratas. Nam Isidis simulacrũ muliebre est, bubulis præditũ cornibus, quem admodum Io Græci describunt. Bouesque feminas omnes itidem Ægyptii venerantur ex omnibus pecudibus lõge plurimum: eoque nemo Ægyptius Ægyptiave Græci viri aut os suauiaretur, aut cultro, vel veru, vel olla illius vteretur, aut pura bouis carne Græco cultro incisa vesceretur. Boues qui demortui sunt hunc in modum sepeliunt: Feminas quidem in flumen abiiciunt, mares autem in suburbanis singuli defodiunt, vno aut altero cornu extante, signi gratia. Vbi computruerunt, & statum tempus aduenit, præsto est ad singulas vrbes nauis ex insula nomine Prosopitide, quæ est in Delta, habetque nouem schœnorum ambitum. In qua cum aliæ sunt frequentes vrbes tum ea vnde proficiscũtur naues ad ossa tollenda, nomine Atarbechis, vbi templum Veneris

Ἕλληνες σφι ἔωσι ὀπίδημοι ἔμποροι, οἵδε φέροντες ἐς τὴν ἀγορὴν, ἀπ' ὧν ἐώνηντο· τοῖσι δ' αἰ μὴ παρέωσι Ἕλληνες, οἵδε ἐκβάλλουσι ἐς τὸν ποταμόν. καταρέονται δέ, τάδε λέγοντες τῇσι κεφαλῇσι, εἴ τι μέλλοι ἢ σφίσι τοῖσι θύουσι, ἢ Αἰγύπτῳ τῇ σωμπάσῃ κακὸν γλυέσθαι, ἐς κεφαλὴν τὴν τοῦτον τραπέσθαι. χρέωνται δὲ κεφαλὰς τῶν θυομένων κτηνέων, καὶ τὸν οἶνον, πάντες Αἰγύπτιοι ὁμοίοισι τοῖσι αὐτοῖσι χρέωνται ὁμοίως ἐς πάντα τὰ ἱρά. καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ νόμου, οὐδὲ ἢν οὐδενὸς ἐμψύχου κεφαλῆς γεύσηται Αἰγυπτίων οὐδείς.

Ἡ δὲ ὀξαίρεσις τῶν ἱρῶν, καὶ ἡ καῦσις, ἄλλη παρὰ ἄλλο ἱρὸν σφι καλέσηκε. τὴν δὲ ὠνομασμένην μεγίστην τε δαίμονα ἡγηνται εἶναι, καὶ μεγίστην οἱ ὀρθῶς μυθεύσασι, ταύτην ἔρχομαι ἐρέων ἐπὶν παροινηζούσωσι τῇ Ἴσι, καὶ ἐπὴν καὶ λύξωνται, θύσαντες τὸν βοῦν καὶ ἀποδείραντες, χιλίην μὲν κείνην πᾶσαν ἔξω εἴλησαν, σπλάγχνα δ' αὐτοῦ λείπουσι ἐν τῷ σώματι καὶ τὴν πιμελήν. σκέλεα δ' ἀποτάμνουσι, καὶ τὸν ὀσφὺν ἄκρην, καὶ τοὺς ὤμους τε καὶ τὴν βάχηλον. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, τὸ ἄλλο σῶμα τοῦ βοὸς πιμπλᾶσι ἄρτων καθαρῶν, καὶ μέλιτος, καὶ ἀσταφίδος, καὶ σύκων, καὶ λιβανωτοῦ, καὶ σμύρνης, καὶ τοῦ ἄλλου θυωμάτων. πλήσαντες δὲ τούτων, καταγίζουσι, ἔλαιον ἄφθονον καταχέοντες. προνηστεύσαντες δέ, θύουσι καιομένων δὲ τῶν ἱρῶν, τύπτονται πάντες. ἐπεὰν δὲ ἀποτυπτωνται, δαῖτα τρωπέζιον, τὰ ἐλίποντο τῶν ἱρῶν. Τοὺς μὲν νυν καθαροὺς ἔρσενας τῶν βοῶν καὶ τοὺς μόσχους οἱ πάντες Αἰγύπτιοι θύουσι· τοὺς δὲ θηλέας οὐ σφι ἔξεστι θύειν, ἀλλὰ ἱερά ἐστι Ἴσιος. ὁ μὲν δὴ Ἴσιος ἄγαλμα ἐὸν γυναικήιον, βουκέρων βοὸς, κατάπερ Ἕλληνες τὴν Ἰὼ γράφουσι. καὶ τοὺς βοῦς τοὺς θηλέας Αἰγύπτιοι πάντες ὁμοίως σέβουσι τῶν κτηνέων πάντων μᾶλλον μακρῷ. τεῦ εἵνεκα οὐκ ἔστι αἰνὴρ Αἰγύπτιος, οὔτε γυνὴ οὐδρὸς Ἕλληνα φιλήσειε αἰῶ στόματι, οὐδὲ μαχαίρῃ ἀνδρὸς Ἕλληνος χρήσεται, οὐδ' ὀβελοῖσι οὐδὲ λέβητι, οὐδὲ κρέως καθαροῦ βοὸς ἁγνοῦ μουνομένου Ἑλληνικῇ μαχαίρῃ γεύσεται. θάπτουσι δὲ τοὺς ἀποθνήσκοντας βοῦς, ὧδε τοιόνδε. τοὺς μὲν θηλέας ἐς τοὺς ποταμοὺς ἀπιᾶσι· τοὺς δὲ ἔρσενας, κατορύσσουσι ἕκαστοι ἐν τοῖσι προαστείοισι, τὸν κέρας τὸ ἕτερον ἢ καὶ ἀμφοτέρους ὑπερέχοντα, σημηίου εἵνεκα· ἐπεὰν δὲ σαπῇ, καὶ προσίῃ ὁ τεταγμένος χρόνος, ἀπικνέεται ἐς ἑκάστην πόλιν βαρὶς ἐκ τῆς Προσωπίτιδος καλεομένης νήσου. ἡ δὲ ἔστι μὲν ἐν τῷ Δέλτα, περιμέτρους δὲ αὐτείσι ἐννέα σχοίνους ἔνεστι. ἐν ταύτῃ δὴ ταύτῃ τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ ἔνεισι μὲν καὶ ἄλλαι πόλιες συχναί· ἐκ τῆς δὲ αἱ βαρὶς ἀναλαμβάνονται ἀναρπασθεῖσαι τὰ ὀστέα τῶν βοῶν· οὔνομα τῇ πόλει Ἀταρβηχις. ἐν δὲ αὐτῇ Ἀφροδίτης ἱερὸν ἅγιον

———apud quos mercatores Græci diuersantur, ibique illis vendunt: illi vero quibus non adfuerint Græci, in flum.

1 Et precati sunt. καταξωνται, pro quo aliud legit. 2 Omnes seipsos verberant. Postquam autem verberare desierunt, dapes &c. In vulg. edit. huius interpret. Valla, epulauerunt legitur pro vapulauerunt.

ἱδρυνται. ἐκ ταύτης τῆς πόλιος πλανέονται πολλοὶ ἄλλοι ἐς ἄλλας πόλιας· ἀορύξαντες δὲ τὰ ὀστέα ἀπάγουσι, καὶ θάπτουσι ἐς ἕνα χῶρον πάντες. κατὰ ταυτὰ δὲ τοῖσι βοσὶ καὶ τἄλλα κτήνεα ἄπαντα θάπτουσι ἀποθνήσκοντα. καὶ γὰρ τοῦτο ἐν τοῖσι ἱροῖσι νενομοθέτηται. κτείνουσι γὰρ δὴ οὐδὲ ταῦτα. Ὅσοι μὲν δὴ Διὸς Θηβαίου ἱδρυνται ἱρὸν, ἢ νομοῦ τοῦ Θηβαίου εἰσὶ, οὗτοι μὲν πάντες οἰῶν ἀπεχόμενοι, αἶγας θύουσι. θεοὺς γὰρ δὴ καὶ τοὺς αὐτοὺς ἅπαντες ὁμοίως Αἰγύπτιοι σέβονται, πλὴν Ἶσίός τε, καὶ Ὄσιρίος, ὃν δὴ Διόνυσον εἶναι λέγουσι. τούτους δὲ ὁμοίως ἅπαντες σέβονται. ὅσοι μὲν δὴ τοῦ Μένδητος ἔκτισται ἱρὸν, ἢ νομοῦ τοῦ Μενδησίου εἰσὶ, οὗτοι δὲ αἰγῶν ἀπεχόμενοι, οἷς θύουσι. Θηβαῖοι μέν νυν, καὶ ὅσοι διὰ τούτους οἰῶν ἀπέχονται, διὰ τάδε λέγουσι τὸν νόμον τόνδε σφι τεθῆναι. Ἡρακλέα θελῆσαι πρὸς τῶν ἰδέσθαι Διὰ, καὶ οὐκ ἐθέλειν ὀφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. τέλος, ἐπεί τε λιπαρέοντα ἦν τὸν Ἡρακλέα, τὸν Δία μηχανήσασθαι, κριὸν 67 ἐκδείραντα, προσθέσθαι τε τὴν κεφαλὴν ἀποταμόντα τοῦ κριοῦ, καὶ ἐνδύντα τὸ νάκος, οὕτω οἱ ἐωυτὸν ὀπτασίην δοῦναι. ἀπὸ τούτου, κριοπρόσωπον τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς ποιεῦσι Αἰγύπτιοι. ἀπὸ δὲ Αἰγυπτίων, Ἀμμώνιοι, ἐόντες Αἰγυπτίων τε καὶ Αἰθιόπων ἄποικοι, καὶ φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες. δοκέει δέ μοι, καὶ τοὔνομα Ἀμμώνιοι ἀπὸ τοῦδε σφι τοῦ ἐπωνυμίου ἐποιήσαντο. Ἄμμωνα γὰρ Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία. τοὺς δὲ κριοὺς θύουσι Θηβαῖοι, ἀλλ' εἷς ἀπ' αὐτῶν ἱρὸς τοῦτο. μιῇ δὲ ἡμέρῃ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐν ὁρτῇ τοῦ Διὸς, κριοὺς ἕνα καταφάξαντες, καὶ ἀποδείραντες, κατὰ τὠυτὸ ἐνδύουσι τὸ ἄγαλμα τοῦ Διός· καὶ ἔπειτα ἄλλο ἄγαλμα Ἡρακλέος προσπαίουσι πρὸς αὐτό. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, τύπτονται οἱ περὶ τὸ ἱρὸν πάντες τὸν κριὸν, καὶ ἔπειτα ἐν ἱρῇ λάρνακι θάπτουσι αὐτόν. Ἡρακλέος δὲ πέρι τόνδε τὸν λόγον ἤκουσα, ὡς εἴη τῶν δυώδεκα θεῶν. τὸν ἕτερον δὲ οὐδαμῇ Ἑλλήνων ἔγνων Ἡρακλέα, πολλαχῇ δὲ καὶ οὐκ ὀλίγῃ, ἀλλὰ μάλιστα ὅτι γε καὶ τοῦτον ἄνδρα ἀγασθέντες ἔθαψαν ἐν Ἀβδήροισι. καὶ Ἰόλαον ἐν Θήβῃσι τῇσι Βοιωτῇσι σέβουσι ὡς ἥρωα. τὸν δὲ Ἀμφιτρύωνος γόνον οὔνομα Ἡρακλέα, πολλά μοι καὶ δηλα τεκμήρια ἔχει τοῦτο ὕτω ἔχειν, ἓν δὲ καὶ τόδε· ὅτι τε Ἡρακλέος τοκέες ἀμφότεροι, ἥ τε Ἀμφιτρύων, καὶ Ἀλκμήνη, ἐγγενέες ἐόντες ἐξεκαίδεκα ἀπ' Αἰγύπτου· καὶ ὅτι Αἰγύπτιοι τόν τε Ποσειδέωνος τόν τε Διοσκούρων τὰ οὐνόματα φασὶ

Θηβαίου

θεσίχθαι

Cuius in circuitu mensura trium millium & sexcentorum stadiorũ est, schœnorum sexaginta, quanta videlicet ipsius Ægypti ad mare mensura est. Iacet autem stagnum longo situ aquilonem versus austrumque: altitudine, vbi eius profundissimum est, quinquaginta passuum. Quod autem manu facta sit ac depressa, indicat, quod in eius ferme medio stant duæ pyramides, quinquaginta passus ab aqua extantes, altero tanto ædificii aquis tecto. Super quarum vtraque lapideus est colossus in solio sedens: ita pyramides sunt centum passuum. Centum autem [1] iusti passus sunt stadium vnum [2] sex iugerum. Passus, inquam, mensuræ sex pedum, siue quatuor cubitorum: pedes autem, quatuor palmorum: cubiti vero, sex palmorum. Aqua stagni natiua non est, vtpote solo illo admodum arido, sed è Nilo deriuata, sex mensibus in stagnum fluens, totidem retro in Nilum refluens. Illisque sex mensibus quibus effluit, [3] augens regium fiscum talentis argenti singulis, in singulos dies, prouentu piscium, quum influit, viginti mnis. Hoc stagnum dicebant etiam indigenæ euadere in Syrtin Africæ, perforato sub terram meatu in mediterranea [4] Hesperiam versus, secundum montem Memphi imminentem. Verum quum humũ è lacu egestam nusquam viderem (hoc enim mihi indagare curæ erat) percontabar proximos accolarum vbinam esset humus illinc defossa. [5] Illi dicere fuisse deportatam, facile id mihi persuadentes: quippe qui simile quiddam factum esse apud Ninum vrbem Assyriorum auditu cognoueram. Siquidem fures quidam magnam vim pecuniæ Sardanapali, qui Nini rex erat, in thesauris subterraneis abstrusam, compilare quum constituissent, à suis domibus fodere exorsi sunt, dimensi viã sub terra ad regias ædes, eamque humum è cuniculis effossam, vbi nox aderat, in flumen Tigrim (qui Ninum præterfluit) exportabant, donec id quod optabant perfecere. Eodem modo audiui in Ægypto hanc alteram fuisse factam lacunam, præterquam quod non noctu hæc, sed interdiu est facta. Ægyptios enim humũ quam effodiebant, in Nilũ extulisse, quam ille acceptam dissiparet.

CL

1 *Videtur respondere hac Græca phrasis Gallica.* 2 Sex plethrorum. *Id est, centum pedum.* 3 In regium fiscum talenta argenti singula singulis diebus ex prouentu piscium persoluit: quum influit, viginti minas. 4 Occidentem versus 5 At illi quonam esset deportata, mihi exposuerunt.

Et hic

Et hic quidem lacus ita fertur fuisse depressus. Duodecim autem reges
CLI quum iuste degerent, ac stato tempore in templo Vulcani sacrificassent, & vltimo die festo libaturi essent, porrexit eis pontifex aureas phialas, quibus libare consueuerant, aberrans numero, duodecim videlicet viris vndecim phialas. Ibi PSAMMITICHVS, qui postremus eorum stabat, quum non haberet phialam, detractam sibi æream galeam tenuit, libauitque. Ferebant autem & ceteri omnes reges, & tunc quoq; gestabant galeas. Nec tum quidē dolo malo Psammitichus galeam tenuit. [1] Ceteri tamen id consulto factum esse à Psammitticho existimantes, & in memoriam redeuntes, oraculum ipsis esse redditum, qui ærea in phiala libasset, cum solum regem Ægypti futurum, non censuerunt quidem æquum esse Psammitichum morte mulctari, postquam [2] rimando compererunt non id illum fecisse industria: sed maxima potentiæ suę parte exutum in palustria relegandum, ne illinc egressus, ceteræ Ægypto se immiscereet.
CLII Hūc Psammitichū, [3] quum Sabacum Æthiopem, qui patrem eius Necon interemerat, fugisset in Syriam, postquam Æthiops ex insomnii visione abiit, reduxerunt ii Ægyptii qui sunt [4] è tribu Saitana. Deinde quum regnaret vna cum vndecim regibus, contigit ei vt fugeret iterum propter illam galeam in paludes. Igitur intelligens quam ignominiosè tractatus ab illis esset, statuit vltum ire qui ipsum persequuti essent. Itaque ex oracule Latonæ, quod in vrbe Buti apud Ægyptios veracissimum est, ad quod ipse miserat, redditum est responsum, affuturam vltionem ei è mari viris æreis [5] existentibus. Quod responsum ei magnam incredulitatem offudit, viros æreos ipsi in auxilium venturos. Non longo tempore interiecto, Iones quosdam & Cares prædandi gratia nauigantes, necessitas compulit applicare ad Ægyptum. Hi quum in terram exissent ære armati, Ægyptiorum quidam nuncium fert Psammitticho ad paludes: & quia nunquam viderat aliquos ære armatos, ait, egressos è mari æreos viros campestria populari. Ille agnoscens oraculum esse perfectum, amicitiam cum Ionibus

ἡ μὲν νυν λίμνη αὕτη οὕτω λέγεται ὀρυχθῆναι. Τῶν δὲ δυώδεκα βασιλέων δικαιοσυνῃ χρεωμένων, δυὰ χρόνον ὡς ἔθυσαν ἐν τῷ ἱρῷ τῷ Ἡφαίστου, τῇ ὑστάτῃ τῆς ὀρτῆς μελλόντων καταπαύειν, ὁ ἀρχιρεὺς ἐξενείκε σφι φιάλας χρυσέας, τῇσι πρὸ ἐωθεσαν καταδέειν (ἁμαρτὼν τοῦ ἀριθμοῦ) ἑνδεκα, δυώδεκα ἐόντων. ἐνθαῦτα ὡς ὁ Ψαμμίτιχος, ὃς ἐπὶ τελευταίου ἑστεὼς αὐτέων ἐτύγχανε, οὐκ εἶχε φιάλην, ἀπελόμενος τὸ κυνέην ἐοῦσαν χαλκέην, ἐπὶ τοῦτο ἔχε τὴν ἔπαυσε. κυνέας γὰρ δὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐφόρεόν τε βασιληΐας, καὶ τότε ἐτύγχανον τότε ἔχοντες. Ψαμμίτιχος δὲ νυν τοῦτο μὲν οὐδὲν δολερῷ τρόπῳ χρεώμενος, ἐπὶ τοῦτο ἔχε τὴν κυνέην. οἱ δέ, ἐν φρενὶ λαβόντες τό τε ποιηθὲν ἐκ Ψαμμιτίχου, καὶ τὸ χρηστήριον, ὅτι ἐκ χρηστὸν σφι, ὃς ἐν χαλκέῃ ἀποσάντα αὐτοῖσι φιάλῃ, τὸν βασιλῆα ἐσεσθαι μούνων Αἰγύπτου· ἀναμνησθέντες τοῦ χρησμοῦ, κτεῖναι μὲν οὐκ ἐδικαίωσαν Ψαμμίτιχον, ὡς δὲ δεύτερον βασανίζοντες ἐξ ὀλέθρου τοιούτου ποιήσαντα· ἐς δὲ τὰ ἕλεα ἔδοξέ σφι διώξαι, φυλώσαντας τὰ πλεῖστα τῆς δυνάμεως· ἐκ δὲ τῶν ἑλέων ὁρμεώμενον μὴ ἀπαμύνεσθαι τὴν ἄλλην Αἰγύπτῳ. Τὸν δὲ Ψαμμίτιχον τοῦτον τὸ πρότερον φυγόντα ὑπὸ Αἰθιόπα Σαβακῶν, ὃς οἱ ὑπατέρα Νεκὼν ἀπέκτεινε, τοῦτον φυγόντα τότε ἐς Συρίην, ὡς ἀπαλλάχθη ἐκ τῆς ὄψεος τοῦ ὀνείρου ὁ Αἰθίοψ, κατήγαγον Αἰγυπτίων οὗτοι οἱ ἐκ νομοῦ τοῦ Σαΐτεω εἰσί. μετὰ δέ, βασιλεύοντα τοδέκατον τῶν ἑνδεκα βασιλέων, καταλαμβάνει μιν λόγος τὴν κυνέην φυγόντα ἐς τὰ ἕλεα. ὑποτάμνος ὦν ὡς ἐφρόντιζε κακῶς ὑπ' αὐτῶν, ἐπενόεε πέμψαντα πρὸς θεοὺς τοὺς ἐλθόντας. πέμψαντι δέ οἱ ἐς Βουτοῦς πόλιν ἐς τὸ χρηστήριον τῆς Λητοῦς, ἔνθα δὴ Αἰγυπτίοισι ὑγιὲς μαντεῖον ἀψευδέστατον, ἦλθε χρησμός, ὡς πίσης ἥξει ἀπὸ θαλάσσης χαλκέων ἀνδρῶν ὑποφανέντων. καὶ τῷ μὲν δὴ ἀπίστη μεγάλη ἐπεκέχυτο, χαλκέους οἱ ἄνδρας ἥξειν ὑποκύσεως· χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος, ἀναγκαίη κατέλαβε Ἴωνας τε καὶ Κᾶρας ἀνδρας, τοὺς λιπὼν ἐκπλώσαντας, ἀπενεχθῆναι ἐς Αἴγυπτον ἐκβαίνοντας δὲ ἐς γῆν, καὶ ὁπλισθέντας χαλκῷ, ἀγγέλλεται τῶν Αἰγυπτίων ἐς τὰ ἕλεα ἀπικόμενος ὁ Ψαμμιτίχῳ, (ὡς δὲ ἰδὼν πρότερον χαλκῷ ἄνδρας ὁπλισθέντας) ὡς χάλκεοι ἄνδρες ἀπιγμένοι ὑπὸ θαλάσσης λεηλατέουσι τὸ πεδίον. ὁ δὲ, μαθὼν τὸ χρηστήριον ὑπιτελεύμενον, φιλίην τε τοῖσι Ἴωσι

1 At illi mente comprehenso facto Psammitichi, atque oraculo ipsis redditō. *Vel, Quum Psammitichi factum & sibi redditum oraculum apud se considerassent.* 2 Quæstione habita comper. 3 Quū Sab. Æth. antea fugiens, qui patr. eius N. interemerat, in Syriam venisset, postq. *Sed vulgatam lect. ἐκὼν sequendo, interpretandum esset*, qui patrem eius volens interemerat. *id est*, non per imprudentiam. 4 E præfectura 5 Repente apparentibus. *Vel, In conspectum venientibus.*

καὶ Καρὶ ποιέεται· καὶ σφέας, μεγάλα ἐπισχιδνάμενος, πείθει μετ' ἑωυτοῦ γνώεσθαι. ὡς δὲ ἔπεισε, οὕτω ἅμα τοῖσι μετ' ἑωυτοῦ βουλομένοισι Αἰγυπτίοισι, καὶ τοῖσι ἐπικούροισι, κατῆρε τοὺς βασιλέας. Κρατήσας δὲ Αἰγύπτου πάσης ὁ Ψαμμίτιχος, ἐποίησε τῷ Ἡφαίστῳ προπύλαια ἐν Μέμφι, τὰ πρὸς νότον αἴθουσαν τετραμμένα· αὐλὴν δὲ τῷ Ἄπι, ἐν τῇ τρέφεται ἐπεὰν φανῇ ὁ Ἄπις, οἰκοδόμησε, ἐοῦσαν τοῦ προπυλαίου, πᾶσάν τε περίστυλον ἐοῦσαν, καὶ τύπων πλέων. αἱ δὲ κίονων, ἀντὶ ἀνδρῶν κολοσσοὶ δυώδεκα πήχεες τὴν αὐλήν. ὁ δὲ Ἄπις καὶ τὰ Ἑλλήνων γλώσσαν ἔστι Ἔπαφος. Τοῖσι δὲ Ἰωσι καὶ τοῖσι Κάρσι τοῖσι συγκατοικημένοισι αὐτῷ, ὁ Ψαμμίτιχος δόσιν χώρους ἐνοικῆσαι ἀντίους ἀλλήλων, τοῦ Νείλου τὸ μέσον ἔχοντος· τοῖσι οὐνόματα ἐτέθη Στρατόπεδα. τούτοις τε δὴ σφι τοὺς χώρους δόντι, καὶ πάντα τὰ ὑπέσχετο πρήγματα ἀπέδωκε. καὶ δὴ καὶ παῖδας παρέδωκε αὐτοῖσι Αἰγυπτίους, τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐκμαθεῖν. ἀπὸ τούτων τῶν μαθητῶν τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν, οἱ νῦν ἑρμηνέες ἐν Αἰγύπτῳ γεγόνασι· οἱ δὲ Ἰωνες τοῦτον τὸν χρόνον καὶ οἱ Κάρες τούτους τοὺς χώρους οἴκησαν χρόνον ὑπὸ πολλόν· εἰσὶ δὲ ἔτι καὶ οἱ χῶροι οὗτοι πρὸς ὀλίγον θαλάσσης ἐνερθε Βουβάστιος πόλεος, ἐπὶ τῷ Πηλουσίῳ καλεομένῳ στόματι τοῦ Νείλου· τούτους μὲν δὴ χρόνῳ ὕστερον βασιλεὺς Ἄμασις ἐξαναστήσας, κατοικίζει ἐς Μέμφιν, φυλακὴν ἐωυτοῦ ποιεύμενος πρὸς Αἰγυπτίων. τούτων δὲ οἰκισθέντων ἐν Αἰγύπτῳ, οἱ Ἕλληνες ὕστερον ἐπιμισγόμενοι τούτοισι, τά περὶ Αἴγυπτον γινόμενα, ἀπὸ Ψαμμιτίχου βασιλέος ἀρξάμενοι, πολλὰ καὶ τὰ ὕστερον ἐπιστάμεθα ἀτρεκέως. πρότεροι γὰρ οὗτοι ἐν Αἰγύπτῳ ἀλλόγλωσσοι κατοικίσθησαν. ἐξ ὧν δὲ ἀνέστησαν χώρων, ἐν τούτοισι δὴ οἵ τε ὁλκοὶ τῶν νεῶν καὶ τὰ ἐρείπια τῶν οἰκημάτων ἐμέχρι ἐμοῦ ἦσαν. Ψαμμίτιχος μὲν νυν οὕτω ἔσχε Αἴγυπτον.

Τῷ δὲ χρηστηρίῳ τῷ ἐν Αἰγύπτῳ πολλὰ ἐπεμνήσθην ἤδη· καὶ δὴ λόγου περὶ αὐτοῦ ὡς ἀξίου ἐόντος ποιήσομαι. Ἔστι γὰρ χρηστήριον τοῦτο ἐν Αἰγύπτῳ, ἔστι μὲν Λητοῦς ἱρόν, ἐν πόλι δὲ μεγάλῃ ἱδρυμένον, κατὰ τὸ Σεβεννυτικὸν καλεόμενον στόμα τοῦ Νείλου, ἀναπλέοντι ἀπὸ θαλάσσης ἄνω. οὔνομα δὲ τῇ πόλι ταύτῃ, ὅκου τὸ χρηστήριόν ἐστι, Βουτώ, ὡς καὶ πρότερον οὐνόμασαι μοι. ἱρὸν δέ ἐστι καὶ τῇ Βουτοῖ ταύτῃ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος. καὶ ὅκου νυὸς τῆς Λητοῦς, ἐν τῷ δὴ τὸ χρηστήριον ἔνι, αὐτός τε τυγχάνει ἐὼν μέγας, καὶ τὰ προπύλαια ἔχει ἐς ὕψος δέκα ὀργυιέων. τὸ δέ μοι τῶν ἐόντων ἐν θώυμα μέγιστον παρεχόμενον,

& Caribus facit: eosque magnis pollicitationibus hortatur ad secum manendum. Vbi persuasit, ita demum vna cum iis Ægyptiis qui secum sentiebant, cumque auxiliariis, reges sustulit. CLIII Omni potitus Ægypto, fecit in Memphi tum Vulcano vestibula ad ventum austrum vergentia, tum eregione vestibulorum aulam Api, (in qua Apis educatur, quũ apparuerit) vndiq; columnis cinctam, ac figuris refertam: in qua aula stant loco columnarum colossi duodenũm cubitorũ: Apis autẽ Græca lingua Epaphus est. His Ionib⁹ Caribusq;, quibus fuerat vsus adiutoribus, CLIV Psammitichus dedit ad habitandum posita altrinsecus prędia, Nilo medio dirempta, quibus nomen impositum est Castra. Et cum hæc eis loca dedit, tum vero cetera quæ fuerat pollicitus repræsentauit. Pueros quinetiam Ægyptios commisit lingua Græca imbuendos, à quibus linguam Græcam edoctis oriundi qui nunc in Ægypto interpretes sunt. Incoluerunt autem Iones & Cares diu hæc loca [1] contra mare, aliquantulum supra vrbem Bubastin, ad ostium Nili quod dicitur Pelusiacum sita. Vnde postea Amasis rex Memphin eos transtulit, in sui tutelam aduersus Ægyptios. Post sedes ab istis in Ægypto collocatas, Græci cum illis ita commercium habuerunt, & nos res in Ægypto gestas, à Psammitichò rege exorsi, & quæ deinceps extiterunt, omnia sine ambiguitate nota habemus. Hi enim primi Ægyptum, qui diuersæ linguæ essent, incoluerunt. Atque vnde demigrarunt illuc, [2] & vestigia naualium, & domorum rudera, ad meam vsque ætatem ostendebantur. Atque hunc quidem in modum Psammitichus Ægypto potitus est. CLV ¶ De oracvlo autem quod est in Ægypto, cum feci multa verba, tum faciam, vtpote de re memoratu digna. Est enim oraculum hoc in Ægypto, sacrum Latonæ, positum in magna vrbe cui nomen est (vt superius à me dictum est) Buto, contra ostium Nili quod Sebennyticum appellatur, à superiori parte maris flumen subeuntibus. In hac vrbe templa sunt Apollinis Dianæque. Et illud Latonæ in quo redduntur oracula, grande est, & porticum habens decem passibus sublimem. Vbi quid mihi ex iis quæ in aperto erant, maximo miraculo fuerit,

1 Prop. modum ad mare, infra vrbem Bub. 2 Et canales quibus deducebantur naues,

referam:

referam: Est in hoc fano Latonæ, delubrum ex vno factum lapide, cuius parietes æquali celsitudine ad longitudinem quadragenûm cubitorum: cuius lacunari pro tecto impositus est alius lapis quatuor cubitorum per oras crassitudinis. CLVI Itaque eorum quæ circa templum hoc sunt in propatulo positorum, admirabilissimum apud me fuit id delubrum. Secundo loco insula quę vocatur Chemmis, in lacu profundo ac spatioso sita propter templum quod Buti est: quæ insula ab Ægyptiis fertur innare. Ego tamen eam neque innantem vidi, neque se mouentem: & hoc audire admiratus sum, si verum est insulam natare posse. In hac igitur templum Apollinis magnum est, & aræ trifarie extructæ, & palmæ frequentes enatæ: aliæque partim fructiferæ, partim steriles arbores. Cur autem ea innatans sit, hanc Ægyptii rationem reddunt: quod Latona (quæ ex octo numinibus quæ prima extiterunt, vnum est) quum in vrbe Buti, vbi hoc eius oraculum est, habitaret: Apollinem ab Iside sibi commendatum, occultauit in hac insula nondum innatante, ac sospitem reddidit: quo tempore Typhon omnia indagans vt Osiris filium inueniret, aduenisset. Nam Apollinem & Dianam aiunt Dionysi & Isidis filios esse: Latonam vero, nutricem horum ac liberatricem. Et Apollo quidem Ægyptiace Orus dicitur: Ceres autem Isis, Diana vero Bubastis. Atque hinc solum non aliunde Æschylus Euphorionis filius, rapuit quod dicam: vt solus[1] omnium qui poetæ dicuntur, fecerit Dianam Cereris filiam, ideoque insulam redditam esse natantem. Hæc illi CLVII sic aiunt. Psammitichus vero in Ægypto quatuor & quinquaginta regnauit annos: per quorum vndetriginta magnam Syriæ vrbem obsidens oppugnauit, donec expugnauit. Hæc est Azotos, quæ diutissimam inter omnes vrbes (*duntaxat* quas nouimus) sustinuit obsidionem. CLVIII ¶ Psammitichi filius qui regnum Ægypti suscepit, extitit NECVS, qui fossam ad rubrum mare ferentē primus aggressus est, quam Darius Perses secundo loco depressit, longitudinis quidem quatuor dierum nauigationis, latitudinis, vt per eam duæ possent simul agi triremes. Aqua quæ in hanc è Nilo deducitur, paulo supra Bubastin vrbem,

φερόσω. ἔστι δὲ τῷ τεμένεϊ τούτῳ Λητοῦς νηὸς, ἐξ ἑνὸς λίθου πεποιημένος, ἐς τε ὕψος, καὶ ἐς μῆκος· καὶ τοῖχος ἕκαστος τούτοισι ἴσος. τεσσερεσκαίδεκα πήχεων τουτέων ἕκαστόν ἐστι. Ὁ δὲ κατασέγασμα τῆς ὀροφῆς, ἄλλος ὑπόκειται λίθος, ἔχων τὴν στρογγυλίδα τετράπηχυν. Οὕτω μὲν νεὼ ὁ νηὸς τῶν ἱρῶν μοι τῶν ἐν τούτῳ τῷ ἱρῷ ἐστι θωϋμαστότερον· τῶν δὲ δευτέρων, νῆσος ἡ Χέμμις καλεομένη· ἔστι μὲν ἐν λίμνῃ βαθέῃ καὶ πλατείῃ, κειμένη παρὰ τὸ Βουτοῖ ἱρόν, λέγεται δὲ ὑπ' Αἰγυπτίων αὕτη ἡ νῆσος εἶναι πλωτή. αὐτὸς μὲν ἔγωγε οὔτε πλέουσαν, οὔτε κινηθεῖσαν εἶδον. τέθηπα δὲ ἀκούων εἰ νῆσος ἀληθέως ἐστὶ πλωτή. ἐν δὴ ὦν ταύτῃ νηός τε Ἀπόλλωνος μέγας ἔνι, καὶ βωμοὶ τρισσοῖσι ἐσδρύαται. ἐμπεφύκασι δὲ ἐν αὐτῇ φοίνικες συχνοὶ, καὶ ἄλλα δένδρεα, καὶ καρποφόρα καὶ ἄφορα πολλά. λόγον δὲ τοιόνδε ὑπολέγουσι οἱ Αἰγύπτιοι, πλανᾶσθαι φασὶ εἶναι αὐτὴν πλωτήν· ὡς ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ οὐκ ἐούσῃ τὸ πρότερον πλωτῇ, Λητὼ, ἐοῦσα τῶν ὀκτὼ θεῶν τῶν πρώτων γενομένων, οἰκέουσα δὲ ἐν Βουτοῖ πόλι, ἵνα δὴ οἱ τὸ χρηστήριον τοῦτο ἐστὶ, Ἀπόλλωνα παρὰ Ἴσιος παραλαβοῦσα δέξαμένη, ἔσωσε κατακρύψασα ἐν τῇ νῦν πλωτῇ λεγομένῃ νήσῳ· ὅτε δὴ πρὸς ζητοῦντα ὁ Τυφὼν ἐπῆλθε, θέλων ἐξευρεῖν τοῦ Ὀσίριδος τὸν παῖδα. Ἀπόλλωνα δὲ, καὶ Ἄρτεμιν, Διονύσου καὶ Ἴσιος λέγουσι εἶναι παῖδας. Λητοῦν δὲ, τροφὸν αὐτοῖσι καὶ σώτειραν γενέσθαι, Αἰγυπτίοις δὲ Ἀπόλλωνα μὲν, Ὧρον· Δήμητρα δὲ, Ἴσιν· Ἄρτεμιν δὲ, Βούβαστιν. ἐκ τούτου δὲ τοῦ λόγου καὶ Θέωνος ἄλλου, Αἰσχύλος ὁ Εὐφορίωνος ἥρπασε τὸ ἐγὼ φέρσω, μούνων δὴ ποιητέων τῶν πρὸ ἐμεῦ γεγονότων. ἐποίησε γὰρ Ἄρτεμιν Δήμητρος θυγατέρα, τὴν δὲ νῆσον, διὰ τοῦτο γενέσθαι πλωτήν. Ταῦτα μὲν οὕτω λέγουσι. Ψαμμίτιχος δὲ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου πεντήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτεα. τῶν τὰ ἐνὸς δέοντα τεσσεράκοντα, Ἄζωτον, τῆς Συρίης μεγάλην πόλιν, πρόσκατημένους ἐπολιόρκεε, ἐς ὃ ἑξεῖλε· αὕτη δὲ ἡ Ἄζωτος ἀνθρώπων πολίων ὅτι πλεῖστον χρόνον πολιορκεομένη αἱρέθη, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. Ψαμμιτίχου δὲ Νεκὼς παῖς ἐβασίλευσε, καὶ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου, ὃς τὴν διώρυχα ἐπεχείρησε πρῶτος τὴν ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν φερούσην· τὴν Δαρεῖος ὁ Πέρσης δεύτερος διώρυξε· τὴν μῆκός ἐστι πλόος ἡμέρας τέσσερες· εὖρος δὲ ὠρύχθη, ὥστε τριήρεας δύο πλέειν ὁμοῦ ἐλαυνομένας. ἤκται δὲ ἀπὸ τοῦ Νείλου τὸ ὕδωρ ἐς αὐτήν. ἦκται δὲ κατύπερθε ὀλίγον Βουβάστιος πόλιος

96

1 Omnium superioris ætatis poetarum,

ωδὲ Πάτουμον τὴν Ἀραβίην πόλιν. ἐσέχει δὲ ἐς τὸν Ἐρυθρὸν θάλασσαν. ὄρυκται δὲ πρῶτον μὲν τοῦ πεδίου τοῦ Αἰγυπτίου τὰ πρὸς Ἀραβίην ἔχοντα· ἔχεται δὲ κατύπερθε τοῦ πεδίου ὄρος Μέμφιν τεῖνον ὄρεος, ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι ἔνεισι. τοῦ ὦν δὴ οὔρεος τούτου ὧδε κατὰ τὸν ὦρον ἦκται ἡ διώρυξ ἀπ' ἑσπέρης μακρὴ πρὸς τὸν νότον καὶ ἔπειτα τείνει ἐς Ἀραβίους Θερμοὺς ἀπὸ τοῦ οὔρεος πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ νότον ἀνέμους, ἐς ὃν κόλπον τὸν Ἀραβίον. τῇ δὴ ἐλαχίστη ὀδός ἐστι καὶ σκολιωτάτη ἐκ τῆς Βορηίης θαλάσσης κομιδὴ ἐς τὸν Νοτίην καὶ Ἐρυθρὸν τὸν αὐτὸν τοῦτον καλεόμενον, ἀπὸ Κασίου οὔρεος τοῦ οὐρίζοντος Αἴγυπτόν τε καὶ Συρίην, ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι χίλιοι ἐς ὃν Ἀραβίον κόλπον. τοῦτο μὲν ὃ σκολιώτατον. ἡ δὲ διώρυξ πολλῷ μακροτέρη, ὅσῳ σκολιωτέρη ἐστί. τῷ ἐπὶ Νεκὼ βασιλέος ὀρύσσοντες, Αἰγυπτίων ἀπώλοντο δυώδεκα μυριάδες. Νεκὼς μὲν νυν μεταξὺ ὀρύσσων ἐπαύσατο, μαντηίου ἐμπεσόντος τοιοῦδε, τῷ βαρβάρῳ αὐτὸν προσεργάζεσθαι. βαρβάρους δὲ πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφι ὁμογλώσσους. Γαυσάμενος δὲ τῆς διώρυχος ὁ Νεκὼς, ἐτράπετο πρὸς στρατηίας· καὶ τριήρεες αἱ μὲν, ἐπὶ τῇ Βορηίῃ θαλάσσῃ ἐπεποίηντο, αἱ δὲ ἐπὶ τὸν Ἀραβίῳ κόλπῳ, ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν· ὧν ἔτι οἱ ὁλκοὶ ἐπίδηλοι. καὶ ταύτῃσι τε ἐχρᾶτο ἐπὶ τὸν δέοντι· καὶ Σύρτισι πεζῇ ὁ Νεκὼς συμβαλὼν ἐπὶ Μαγδόλῳ ἐνίκησε. μετὰ δὲ τὴν μάχην, Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίης ἐούσαν μεγάλην εἷλε. ἐς τὴν δὲ ἐσθῆτα ἔτυχε ταῦτα κατεργασάμενος, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι, πέμψας ἐς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων. μετὰ δὲ, ἐπὶ δώδεκα ἔτεα τὰ πάντα ἄρξας, τελευτᾷ, τῷ παρὰ Ψαμμὶ παραδοὺς τὴν ἀρχήν. Ἐπὶ τοῦ δὴ ἐν Ψαμμὶ βασιλεύοντα Αἰγύπτου ἀπίκοντο Ἠλείων ἄνδρες ἄγγελοι, αὐχέοντες δικαιότατα καὶ κάλλιστα πάντων ἀνθρώπων ἀγωνίζεσθαι· καὶ δοκέοντες τοῦτο οὐδ' αὐτοὺς σοφωτάτους ἀνθρώπων Αἰγυπτίους τοῦτο ἐπεξευρεῖν. ὡς δὲ ἀπικόμενοι ἐς τὴν Αἴγυπτον οἱ Ἠλεῖοι ἔλεγον τῶν εἵνεκα ἀπίκοιντο, ἐπυθόμενος ὁ βασιλεὺς τοὺς σοφιστὰς συγκαλέσας Αἰγυπτίων τοὺς λεγομένους εἶναι σοφωτάτους. συνελθόντες δὲ οἱ Αἰγύπτιοι, ἐπυνθάνοντο τῶν Ἠλείων, λεγόντων ἅπαντα τὰ κατήκει σφέας ποιέειν περὶ τὸν ἀγῶνα. ἀπηγησάμενοι δὲ τὰ πάντα, ἔφασαν ἥκειν βουλομένους εἰ πλέχοιεν Αἰγύ-

iuxta oppidum Arabiæ Patumon deducitur, euadens in mare rubrum. Initium fodiendi sumptum est à planitie Ægypti, Arabiam versus. Nam quæ supra planitiem sunt[1] continens prope Memphin occupat mons, in quo lapidicinæ sunt. Itaque ad huius montis ima ducta est fossa ab occidente orientem versus longo tractu: & deinde pertingit diuortio montis tenus (quod diuortium ad meridiem & ventum austrum fert) in sinum Arabicum. Quâ igitur breuissimus tractus & maxime compendiarius est à mari septentrionali ascensus ad australe, quod idem rubrum vocatur, à monte Casio, qui Ægyptum Syriamque disterminat, stadia mille sunt in Arabicum sinum. Et hoc quidem breuissimum est: verum fossa multo longior, scilicet quanto est[2] confragosior. In qua fodienda sub rege Neco centum viginti millia Ægyptiorum perierunt. Inque eius medio opere Necus destitit, hoc[3] interpellatus oracuło, eum id opus barbaro præmunire. Ægyptii autem barbaros omnes vocant qui non ipsorum lingua loquuntur. Supersedens itaque à facienda fossa Necus, CLIX [4] ad militum copias se conuertit, atque ad classes quæ partim in mari septentrionali, partim in sinu Arabico ad rubrum mare sunt ædificatæ: quarum adhuc[5] vestigia naualium ostendunt. Et classibus quidem Necus, dum opus fuit, est vsus. Terrestri autem acie congressus cum Syris in Magdolo, victoria potitus est, & post prælium, Cadyti, magna Syriæ vrbe. [6] In vestitu autem curiosus quum fuisset, illum Apollini dicatum ad Branchidas Milesiorum misit. Hic perfectis decem & septem imperii sui annis decessit, tradito imperio PSAMMI filio suo. CLX Eo apud Ægyptum regnante, nuncii Eleorum aduenerunt, iactantes à se in Olympia iustissimum [7] ac maximum inter mortales propositum esse certamen, rati ne Ægyptios quidem hominum sapientissimos aliquid vltra hæc esse inuenturos. Isti vbi in Ægyptum peruenerunt, eaque exposuerunt quorum gratia venerant, rex conuocauit ex Ægyptiis eos qui sapientissimi haberentur. Qui quum conuenissent, & Eleos audissent omnia cõmemorantes quæ par erat ab eis fieri in edendo certamine, & se venisse dicentes scisciratum num quid possent

Αἰγύ-

1 Contiguus 2 Obliquior. 3 Impeditus. *Vel, Reuocatus.* 4 Ad bellicas copias & triremes partim in m. sept. 5 Canales quibus deducebantur naues, *vt paulo ante. Alii naualia interpret.* 6 Eum autem vestitum quo vsus erat quum ista conficerentur, missum ad Branchidas Milesiorum, Apollini dicauit. Postea vero decem & septem omnino annos quum imperasset, decessit, trad. 7 Ac optima ratione præter omnes mortales

Ægyptii reperire iustius, habito inter se consilio, interrogarunt Eleos nunquid apud eos certarent ciues. Et illis respondentibus, sine discrimine & suorum & ceterorum Græcorum, cuicunque volenti certare fas esse. Atqui, inquiunt, illos quum tale certamẽ proponerent, ab omni iure[1] excedere. Nullo etenim pacto posse fieri quin conciui pugnanti ciues fauerent, facientes iniuriam hospiti. Sed si vellent iustũ proponere certamẽ, & si eius gratia veniſſent in Ægyptum, iusserunt hospitibus ponere certamen, nullo Eleorum certare permisso. Hæc
CLXI Ægyptii Eleis subiecerunt. ¶ Psammis autem, quum sex tantum regnasset annos in Ægypto, facta in Æthiopiam expeditione, mox vita defunctus est. Cuius regnum APRIES filius accepit, qui secundum Psammitichum auum suum, fortunatissimus extitit omnium ad eam ætatem regum, quinque & viginti dominatus annos. Quod intra tẽpus & bellum Sidoni intulit, & cum Tyro pugna nauali dimicauit. Sed quum calamitas eum maneret, contigit ea occasione quam ego pluribus, dum res Libycas exequar, exponam, paucis contentus impręsentiarum. Quũ aduersus Cyrenęos Apries exercitu missо magnam cladem accepisset, id ei imputantes Ægyptii rebellauerunt, opinati se ab illo in apertam perniciem fuisse dimissos: vt his internecione deletis, ipse ceteris Ægyptiis imperitaret securius. Hęc perquam grauiter ferentes tum ii qui redierunt, tum eorum qui interie-
CLXII rant amici, ingenue desciuerunt. Id vbi resciuit Apries, mittit ad eos verbis sedandos Amasin. Qui quum peruenisset, reprehendensque dissuaderet ne talia facerent, quidam Ægyptiorum ei à tergo stans galeam circundat: eaque circundata, inquit se illam ob regnum imposuisse. Neq; hoc eo inuito factũ fuit, vt ostendit. nam simulatque ab iis qui desciuerãt Ægyptiis declaratus est rex, sese apparabat tanquã aduersus Aprien moturus. His cognitis Apries mittit ad Amasin ex iis qui secum erãt Ægyptiis, spectatum quendam hominem nomine Patarbemin, iussum vt ad se viuũ Amasin perduceret. Hic vbi peruenit, Amasin ad se vocat.[2] Amasis (sedebat autẽ in equo ad suos cohortandos, insolẽter) stolide iubet hũc ad se adducere Apriẽ,

Αἰγύπτιοι τῶν δικαιότερον ἐπιξυρεῖν. οἱ δ', βαλλυσάμενοι, ἐπηρώτων τοὺς Ἠλείους εἰ σφι οἱ στολῆται σταγωνίζονται. οἱ δ' ἔφασαν ἢ σφέων ἢ ἄλλων Ἑλλήνων ὁμοίως τῷ βουλομένῳ ὀξείῃ ἀγωνίζεσθαι. οἱ δ' Αἰγύπτιοι ἔφασαν φέας ἅτοπα πρήγματα, πρῶτα μὲν τῶν δικαίων ἡμαρτηκέναι. οὐδεμίην γὰρ εἰκὸς μηχανὴν ὅκως ἐν τῷ ἀστῷ ἀγωνιζομένῳ τοῦτο ἔσεσθαι, ἀδικέοντες ὀν ξεῖνον. ἀλλ' εἰ δὴ βούλονται δικαίως πρήσσειν, ἢ τούτου εἵνεκα ἀπίκοιατο ἐς Αἴγυπτον, ξείνοισι ἀγωνιζησόμενοι σκέλλον ὀν ἀγῶνα πρήσσειν, Ἠλείων δὲ μηδενὶ ὀξείῃ ἀγωνίζεσθαι. Ταῦτα μὲν Αἰγύπτιοι Ἠλείοισι ὑπεθήκαντο. Ψάμμις δὲ ἐξ ἔτεα μοῦνον βασιλεύσαντος Αἰγύπτου, ἐς στρατεύσας ἐς Αἰθιοπίην, ἢ μετὰ τοῦτο τελευτήσαντος, ὀξεδέξατο τὸ βασιλήιον Ἀπρίης ὁ Ψάμμιος. ὃς μετὰ Ψαμμίτιχον ὀν ἑωυτῷ πατρὸς ἐγένετο ὀλβιονέστατος τῶν πρὸ ἑωυτοῦ βασιλέων, ἐπ' ἔτεα πέντε καὶ εἴκοσι ἄρξας. ἐπὶ τοῦτον ἔπεμψε στρατὸν Σιδῶνά τε ἑλὼν ὀν ἔπλεσε, καὶ ἐναυμάχησε τῷ Τυρίῳ. ἐπεὶ δέ οἱ ἔδεε κακῶς γενέσθαι, ἐγένετο ἀπὸ τοιοῦδε φάσιος, τὸν ἐγὼ μέζονος μὲν ἐὸν τοῖσι Λιβυκοῖσι λόγοισι ἀπηγήσομαι, μετρίως δὲ ἐν τῷ παρεόντι· ἀποπέμψας γάρ σφεας στρατὸν ὁ Ἀπρίης μέγα ὅσον Κυρηναίους, μεγάλως σφὶ προσέπταισε. Αἰγύπτιοι δὲ τοῦτο ὑπερμεμφόμενοι, ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ, δικαιοῦντες ὀν Ἀπρίην ἐκ προνοίης αὐτοὺς ἀποπέμψαι ἐς φανερὸν κακὸν ἵνα δὴ σφέων φθορὴ γένηται, αὐτὸς δὲ τῶν λοιπῶν Αἰγυπτίων ἀσφαλέστερον ἀρξέων τὰ δὴ ἐνθεῦτεν πιεύμενοι ὑπ' αὐτῶν οἱ ἀποστήσαντες, καὶ οἱ τῶν ἀπολομένων φίλοι, ἀπέστησαν ἐκ τοῦ εἰκός. Πυθόμενος δὲ Ἀπρίης ταῦτα, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς Ἄμασιν καταπαύσοντα λόγοισι. ὡς δέ, ἐπείτε ἀπικόμενος κατελάμβανε τοὺς Αἰγυπτίους, ταῦτα μὲν οὐ ποιέειν λέγοντος αὐτοῦ, τῶν τις Αἰγυπτίων ὄπισθε στὰς περιέθηκε οἱ κυνέην, καὶ περιθεὶς, ἔφη ὅτι βασιληίην περιτιθείη. καὶ ὃ μὲν ὅκως ἀεκὼν ἐγίνετο ὃ ποιεύμενον, ὡς διεδείκνυε. ἐπείτε γὰρ ἐγκρατέες ἐγένοντο τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων οἱ ἀπεσταλέωτες, παρεσκευάζετο ὡς ἐλῶν ὅτι τάχιστα ἐπὶ Ἄμασιν· πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Ἀπρίης, ἔπεμπε ἐπ' Ἄμασιν ἄνδρα δόκιμον τῶν περὶ ἑωυτὸν Αἰγυπτίων, τῷ οὔνομα ἦν Πατάρβημις· ἐντειλάμενος δὲ ᾧ, ζῶντα Ἄμασιν ἀγαγεῖν παρ' ἑωυτόν. ὡς δὲ ἀπιγμένος ὁ Πατάρβημις, ἐν Ἄμασι κάλεε ὁ δὲ Ἄμασις (ἔτυχε γὰρ ἐπ' ἵππου καθήμενος) ἐπάρας ἀπεμαπαίσε· καὶ τοῦτο μὲν σκέλλει Ἀπρίη ἀπάγειν·

1 Aberrasse. 2 At Amasis (sedebat enim forte in equo) crure sublato pepedit, & illud Apria afferri iussit. *Ita Camerar. Asforzar & tertia interpretatio: sed Camerario assentior.*

ὁμῶς δὲ αὐτὸν ἀξιοῦν ὁ Παταρβημις, βασιλέως μεγάλα πεμπομένου, ἱέναι παρ' αὐτόν. ὁ δὲ αὐτὸς ἐπορεύετο ὡς ταῦτα πάλαι παρεσκευάζετο ποιέειν, καὶ αὐτὸς οὐ μέμφεσθαι Ἀπρίῃ· παρέσεσθαι γὰρ καὶ αὐτὸς, καὶ ἄλλους ἄξειν. ὁ δὲ Παταρβημις ἐκ τε τῶν λεγομένων οὐκ ἀγνοεῖν τὸν Ἀμασιν, καὶ θωμάζοντα ὁρέοντα σπουδὴν ἀπέρεαν, βουλόμενον τὸν ταχίστην βασιλέι δηλῶσαι. ὁ δὲ πρηνέως ἀπικέεσθαι αὐτὸν παρὰ τὸν Ἀπρίην οὐκ ἔχοντα τὸν Ἄμασιν, οὐδέν οἱ λόγον δόντα, ἀλλὰ ὑβριστὴν ἔχοντα, προσπαμεῖν παρατάξαι αὐτοῦ τὰ τεῦχεα καὶ τὸν ῥῖνα. ἰδόμενοι δὲ οἱ λοιποὶ τῶν Αἰγυπτίων, οἱ ἐπὶ τὰ ἐκείνου ἐφέρεον, ἄνδρα τὸν δοκιμώτατον ἐόντων οὕτω αἰσχρῶς λύμην δεδεγμένον, οὐδένα δὴ χρόνον ὑπισχόμενοι, ἀπίσταντο παρὰ τοὺς ἑτέρους, καὶ ἐδίδοσαν σφέας αὐτοὺς Ἀμάσι. πυθόμενος δὲ καὶ ταῦτα ὁ Ἀπρίης, ὡπλίζε τοὺς ὑπηκόους, καὶ ἤλαυνε ὑπὶ τοὺς Αἰγυπτίους. εἶχε δὲ περὶ ἑωυτὸν Κᾶρας τε καὶ Ἴωνας, ἄνδρας ὑπηκόους τετραμμένους. ἦν δέ οἱ τὰ βασιλήια ἐν Σάι πόλι μεγάλα ἐόντα, καὶ ἀξιοθέητα· καὶ οἵ τε περὶ τὸν Ἀπρίην ὑπὸ τοὺς Αἰγυπτίους ἦσαν, καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄμασιν, ὑπὸ τοὺς ξείνους. ἔνθεν δὴ Μέμφι πόλι ἐλθόντο ἀμφότεροι, καὶ πειρήσεσθαι ἔμελλον ἀλλήλων. ἔστι δὲ Αἰγυπτίων ἑπτὰ γένεα. καὶ τούτων, οἱ μὲν, ἱρέες, οἱ δὲ, μάχιμοι κεκλέαται· οἱ δὲ, βουκόλοι· οἱ δὲ, συβῶται· οἱ δὲ, κάπηλοι· οἱ δὲ, ἑρμηνέες· οἱ δὲ, κυβερνῆται. γένεα μὲν Αἰγυπτίων τοσαῦτά ἐστι. οὐνόματα δὲ σφι κέεται ἀπὸ τῶν τεχνέων. οἱ δὲ μάχιμοι αὐτέων καλέονται μὲν Καλασίριές τε καὶ Ἑρμοτύβιες. ἐκ νομῶν δὲ τῶνδέ εἰσι· κατὰ γὰρ δὴ νομοὺς Αἰγυπτίους ἅπασα διαγεγράπται. Ἑρμοτυβίων μὲν οἵδε εἰσὶ νομοί· Βουσιρίτης, Σαΐτης, Χεμμίτης, Παπρημίτης, νῆσος ἡ Προσωπίτης καλεομένη, Ναθὼ ὁ ἥμισυ. ἐκ μὲν τουτέων τῶν νομῶν Ἑρμοτύβιες εἰσὶ γεωμόροι, ὅτε δὴ πλείστους γεωμόρους ἐγένοντο, ἑκκαίδεκα μυριάδες. καὶ τούτων βαναυσίης οὐδεὶς δεδάηκε οὐδέν, ἀλλ' αὐτοὶ ἐς τὸ μάχιμον.

Καλασιρίων δὲ οἵδε ἦσαν νομοί εἰσι· Θηβαῖος, Βουβαστίτης, Ἀθριβίτης, Τανίτης, Μενδήσιος, Σεβεννύτης, Ἀθριβίτης, Φαρβαιθίτης, Θμουίτης, Ὀνουφίτης, Ἀνύσιος, Μυεκφορίτης· οὗτος ὁ νομὸς ἐν νήσῳ οἰκέεται, αἰπόλιον Βουβάστιος πόλιος ὅτοι δὲ οἱ νόμοι Καλασιρίων

98

& quum Patarbemis eum rogaret vt regem adiret, accitus, respondit se iamdudum dare operam vt id ageret: nec de seipso Aprien esse questurum. se enim illi præsto futurum & alios adducturum. Patarbemis non ignarus propositi illius, tum ex oratione tum ex apparatu quem videbat, statuit suę diligentiæ esse quamcelerrime regem rerum quæ agerentur facere certiorem. Huic redeunti, quod Amasin non adduceret, nullo verbo edito Apries ira percitus præcidi aures nasumque iussit. Id intuentes ceteri Ægyptii qui cum eo hactenus senserant, virum inter eos probatissimum ita fœde indigneque affectum, ne tantisper quidem differentes, ad ceteros transeunt, seseque Amasi tradunt. His CLXIII quoque auditis Apries armatis auxiliariis (habebat autem auxiliariorum circa se ex Ionibus & Caribus triginta millia) in Ægyptios tendit. Erat autem ei regia in vrbe Sai ingens ac spectatu digna. [1] Itaque vtrique aduersus alteros Apriani & Amasiani in Memphi vrbe constiterunt, tentaturi pugnæ discrimen. Sunt autem in Ægypto septem CLXIV hominum genera: quorum alii sunt sacerdotes, alii qui pugnatores appellantur, alii bubulci, alii subulci, alii institores, alii interpretes, alii gubernatores nauales. Tot sunt Ægyptiorum genera, à suo quodq; artificio appellata: sed pugnatores vocantur Calasiries, & Hermotybies, qui [2] harum regionum sunt: (nam in regiones distincta est omnis Ægyptus.) Hermotybiorũ quidem hæ CLXV sunt plagæ, Busiritana, Saitana, Chemmitana, Papremitana, insula Prosopitis, quæ vocatur Natho ex dimidia parte. Ex his tractibus Hermotybies, quum plurimi, centũ ac sexaginta millia sunt: quorum nemo quippiã opificii quæstuarii didicit, sed omnes rei militari vacant. Calasirium hæ aliæ plagæ sunt, CLXVI Thebana, Bubastiana, Aphthitana, Tanitana, Mendesia, Sebennitana, Athribitana, Pharbæthitana, Thmuitana, Onuphitana, [3] Anysia, Myecphoritana. Hæc tribus insulam incolit ex aduerso Bubastis vrbis. Hæc tribus Calasirium,

1 Apries igitur in Ægyptios, Amasis in externos tendebat. Quumque Memphin vtrique peruenissent, tentare pugnæ discrimen parabant. Ceterum sunt & in *Ad verbum, Mutuo alter alterum experturus erat, vel, experiri parabat. Potest etiam verti non male forte esse, cum Valla*, Apriani & Amasiani. 2 Harum præfecturarum sunt. (nam in præfecturas distincta est omnis Ægyptus) Hermotybiorum quidem hæ sunt præfecturæ. *Et paulo post*, Ex his præfecturis, *pro* Ex his tractibus. *Item paulo post* Præfecturæ, *pro* Plagæ, *& pro* Tribus. *nisi quis malit vocem Græcam nomos vbique retinere.* 3 Anytia,

qui dum

qui dum quoad possunt plurimi coguntur, ducenta quinquaginta millia virorum sunt: quibus nec ipsis licet vlli artificio operã dare, sed solũ rei militari, filio
CLXVII discenti à patre. Hoc ab Ægyptiisne mutuati sint Græci non possum pro certo diiudicare, quum videam & apud Scythas Persasque & Lydos, denique apud omnes fere barbaros haberi pro ignobilioribus ciuibus eos qui artificia discunt, eorumque liberos: generosiores autem eos qui à manuariis operibus abstineant, præsertim qui [1] cessent ob bellum. Hoc itaque cum ceteri Græci didicerunt, tum præcipue Lacedæmonii. [2] Corinthii quoque minimi faciunt
CLXVIII opifices. His solis Ægyptiorum præter sacerdotes, hoc eximii honoris habebatur, vt singulis duodecim aruræ essent exemptæ & immunes. est autem arura centum cubitorum Ægyptiorum quoquouersus. Ægyptius vero cubitus Samio par est. Hæc tamen vniuersis exempta erant: istis vero per vices in orbem fruebantur, & nunquam iidem. Calasirium milleni & Hermothybium, alii totidem circa regem fungebantur annuo satellitum munere. Istis præter aruras dabantur viritim hæc alia, panis tosti pondo quinæ mnæ, carnis bubulæ binæ, vini [3] sextarii quaterni. Hæc assidue satellitibus præbebantur. Vbi
CLXIX igitur ediuerso venientes, Apries cum auxiliariis, Amasis cum vniuersis Ægyptiis in vrbem Memphin peruenere, congressi sunt. Et peregrini quidem egregie pugnauerunt, tamẽ quod erant multo inferiores numero, victi sunt. Fertur Apries ea fuisse persuasione, [4] vt nullus neque deorum neque hominum posset sibi adimere regnum: adeo videbatur sibi illud stabilisse. Et tamen tunc congressus, prœlio fugatus est, viuusque captus ad vrbem Saim ductus est in ædes quæ ipsius antea fuissent, tunc autem Amasis regia. Ibiq; [5] quamdiu in regia pascebatur, eum Amasis honeste asseruauit. Tandem incusantibus Ægyptiis non iuste agere qui suum & ipsorum inimicissimum aleret, ita illis Aprien tradidit. Eum isti vbi strangulauere, paternis in monumẽtis sepelierũt, quæ sunt in templo Mineruæ, proxime [6] cœnaculum ad læuam manũ intranti.

εἰσὶ γνώμμοι, ὅτε ὀπὶ πλείστους ἐγένετο, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδες ἀνδρῶν. τούτοισι ἔξεστι τέχνῃσι ἐπασκέειν οὐδεμίην, ἀλλὰ τὰς ἐς πόλεμον ἐπασκέουσι μούνας, παῖς τε παρὰ πατρὸς ἐκδέκεται ἐκδεχόμενοι κ' ἐκλινόμενοι. Εἰ μὲν νυν καὶ τοῦτο παρ' Αἰγυπτίων μεμαθήκασι οἱ Ἕλληνες, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως κεῖνα· ὁρέων καὶ Θρήϊκας καὶ Σκύθας καὶ Πέρσας καὶ Λυδοὺς, καὶ σχεδὸν πάντας τοὺς βαρβάρους, ἀποτιμοτέρως τῶν ἄλλων ἡγεομένους πολιητέων τοὺς μὴ τέχνας μαθαίνοντας, καὶ τοὺς σφέων γόνους τούτων. τοὺς δὲ ἀπαλλαγμένους τῶν χειρωναξιέων, γνησίους νομίζειν μάλιστα νομίζοντας εἶναι, καὶ μάλιστα τοὺς ἐς ὃν πόλεμον αἰεὶ μένοντας. μεμαθήκασι δὴ ὧν τοῦτο πάντες οἱ Ἕλληνες, καὶ μάλιστα Λακεδαιμόνιοι. ἧκιστα δὲ Κορίνθιοι ὀνοσταν τοὺς χειροτέχνας. Γέρεα δέ σφι ἐστὶ πάρος ἐξαιρημένα μούνοισι Αἰγυπτίων παρεξ τῶν ἱρέων· ἀρούρας ἐξαίρετοι δυώδεκα ἑκάστῳ ἀτελέες. ἡ δὲ ἄρουρά ἐστι Αἰγυπτίων πάντων. ὁ δὲ Αἰγύπτιος πῆχυς τυγχάνει ἴσος ἐὼν τῷ Σαμίῳ. ταῦτα μὲν δὴ τοῖσι ἄπασι ἐστὶ ἐξῃρημένα. πάρεδροι δὲ ἐν μετεστεῶτι σκαρπτῶνται, καὶ οὐδαμὰ ὠυτοί· Καλασιρίων χίλιοι, καὶ Ἑρμοτυβίων ἄλλοι, ἑδρυφόρεον ἐναυδὶν ἕκαστοι ἐόντα βασιλέα· τοῖσι δὴ ὧν τάδε παρῆν τῶν ἀρέων ἄλλα ἐδίδοτο ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ· ὀπτῆς σίτου ἑξαμοὶς, πέντε μνέας ἑκάστῳ, κρεῶν βοέων δύο μνέας, οἴνου τέσσερες ἀρυστῆρες. ταῦτα τοῖσι αἰεὶ διδρυφορέουσι ἐδίδοτο.

Ἐπεί τε δὴ στρωτοῖντο, ὅτε τὰ Ἄπριος, ἄγων τοὺς ἐπικούρους, καὶ ὁ Ἄμασις πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους, ἀπίκοντο ἐς Μέμφιν πόλιν, συνέβαλον· καὶ ἐμαχέσαντο μὲν δὴ οἱ ξεῖνοι, πλήθεϊ δὲ πολλῷ ἐλασσούμενοι ἐόντες, κατὰ τοῦτο ἐνέδωκαν. Ἄπριος δὲ λέγεται μὲν ἥδε ἡ ἀφάνεια, μηδὲ δύνασθαι μιν μηδένα δύνασθαι παῦσαι τῆς βασιληίης· ὕτω ἀσφαλέως ἑωυτῷ ἱδρύσθαι ἐδόκεε. καὶ δὴ τότε συμβαλὼν ἑαυτῷ καὶ ζωγρηθεὶς, ἀπήχθη ἐς Σάϊν πόλιν, ἐς τὰ ἑωυτοῦ οἰκία τοῦ τε ἐόντα, τότε δὲ Ἄμασίου ἦν βασιληίη. ἐνθαῦτα δή τέως μὲν ἐν τοῖσι βασιληίοισι, καὶ μιν Ἄμασις εὖ ἐποίεε· τέλος δὲ, μεμφομένων Αἰγυπτίων ὡς οὐ ποιῇ δίκαια τρέφων τὸν σφίσι τε καὶ ἑωυτῷ ἐχθρὸν ἐπιτήδεα, οὕτω δὴ καὶ τοῦτον δίδοῖ Ἄπριν τοῖσι Αἰγυπτίοισι. οἱ δὲ μιν ἀπέπνιξαν, καὶ ἔπειτα ἔθαψαν ἐν τῇσι πατρωῇσι ταφῇσι. αἱ δὲ εἰσὶ ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, ἀγχοτάτω τοῦ μεγάρου, ἐσιόντι ἀριστερῆς χειρός.

99

1 Qui rei militari vacant. 2 At Corinthii minime contemptui habent opifices. *Intellige autem* Minime *vel pro Non, vel comparatiue pro Minime omnium.* 3 Ἀρυστῆρες, *ab aliis Cyathi: ab aliis notationem vocabuli sequentibus Hausius vel Hausira.* 4 Ne deum quidem vllum posse sibi adimere reg. 5 Aliquandiu quidem in regia nutritus fuit, & eum Amasis honeste obseruauit: *vel*, honesta obseruantia prosecutus est: tandẽ autem incusant. *Vel, antea quidem in regia nutriebatur: & eum Am. honeste obseruabat: at postquam incusarunt Ægyptii, &c.* 6 Palatium

ἔθαψαν δὲ Σαΐται πάντας τοὺς ἐκ νομοῦ τούτου γενομένους βασιλέας ἔσω ἐν τῷ ἱρῷ. ἐν μὲν δὴ τῷ Ἀμάσιος σῆμα, ἐκ δεξιῆς μὲν ἐστι τοῦ μεγάρου ἢ δὲ τοῦ Ἀπρίεω καὶ τῶν τούτου προπατόρων. Ἔστι δὲ καὶ τοῖσι ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ ἱροῦ, παστὰς λιθίνη μεγάλη, καὶ ἐστᾶσι μὲν κολοσσοὶ τε φοίνικες τὰ δένδρεα μεμιμημένοι, καὶ τῇ ἄλλῃ δαπάνῃ. ἔστω δὲ ἐν τῇ παστάδι θύρωμα ἔσηκε· ἔστι δὲ τοῖσι θυρώμασι καὶ θήκη ἐστί. εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ταφαὶ τοῦ ὄκι ὅσιον ποιέυμεν ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ἔξω περὶ θύρην τοῦ νηοῦ, ἐν Σαΐ, ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, ὄπισθε τοῦ νηοῦ τοῦ τῆς Ἀθηναίης ἐχόμενον τοίχου· καὶ ἐν τῷ τεμένεϊ ὀβελοὶ ἕστασι μεγάλοι λίθινοι. λίμνη τε ἐστὶ ἐχομένη λιθίνη, κρηπῖδι κεκοσμημένη, καὶ ἐργασμένη κύκλῳ, καὶ μέγαθος (ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε) ὅσον περ ἡ ἐν Δήλῳ, ἡ Τροχοειδὴς καλεομένη. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τὰ δείκηλα τῶν παθέων αὐτοῦ νυκτὸς ποιέυσι, τὰ καλέουσι μυστήρια Αἰγύπτιοι. Περὶ μὲν νυν τούτων, εἰδόσι μοι ὅτι πλέον ὡς ἕκαστα αὐτέων ἔχει, θύρωμα κείσθω. καὶ τὴν Δήμητρος τελετὴν πέρι, τὴν οἱ Ἕλληνες θεσμοφόρια καλέουσι, καὶ ταύτης μοι πέρι θύρωμα κείσθω, πλὴν ὅσον αὐτὴν ὁσίην ἐστὶ λέγειν. αἱ Δαναοῦ θυγατέρες ἦσαν αἱ τὴν τελετὴν ταύτην ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγοῦσαι, καὶ διδάξασαι τὰς Πελασγιώτιδας γυναῖκας. μετὰ δέ, ἐξανασάσης πάσης Πελοποννήσου ὑπὸ Δωριέων, ἐξαπώλετο ἡ τελετή. οἱ δὲ ὑπολιφθέντες Πελοποννησίων, καὶ ὐκ ἐξαναστάντες Ἀρκάδες, διέσωζον αὐτὴν μοῦνοι. Ἀπρίεω δὲ ὧδε καταραιρημένου, ἐβασίλευσε Ἄμασις, νομοῦ μὲν Σαΐτεω ἐών· ἐκ τῆς δὲ πόλεος, τῆς οὔνομά ἐστι Σιούφ. τὰ μὲν δὴ πρῶτα κατεφρόνεον τὸν Ἄμασιν Αἰγύπτιοι, καὶ ἐν ἀδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦσαν, ἅτε δὴ δημότην καὶ πρότερον ἐόντα, καὶ εἰκὸς οὐκ ὀπιφθονέος μετὰ δὲ, σοφίῃ αὐτὸν ἀγόμενος ὁ Ἄμασις οὐκ ἀγωμοσύνῃ προσηγάγετο. ἦν οἱ δηλά τε ἀγαθὰ μύρια, τό δὲ ἐν τῷ ποδανιπτῆρι χρύσεος· τὸ ἔνθα αὐτός τε ὁ Ἄμασις καὶ οἱ δαιτυμόνες οἱ πρώτιστοι τοὺς πόδας ἑκάστοτε ἀπενίζεσκε. τοῦτον δὴ ὧν κόψας, ἄγαλμα δαίμονος ἐξ αὐτοῦ ἐποιήσατο, καὶ ἵδρυσε τῆς πόλεος ἔχυρόν οἱ ἦν ἐπιτηδεώτατον. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι φοιτέοντες πρὸς τὸ ἄγαλμα, ἐσέβοντο μεγάλως. μαθὼν δὲ ὁ Ἄμασις ὃ ἐκ τῶν ἐώντων ποιέυμενον, συγκαλέσας Αἰγυπτίους, ἐξέφηνε, φὰς ἐκ τοῦ ποδανιπτῆρος τὸ ἄγαλμα γεγονέναι, ἐς ὃν πρότερον μὲν τοὺς Αἰγυπτίους ἀπομύττεσθαί τε καὶ οὐρέειν, καὶ πόδας ἀπορίζεσθαι, τότε δὲ μεγάλως σέβεσθαι. ἥδε ὦν ἔφη λέγων ἐμοίωσε αὐτὸς τῷ ποδανιπτῆρι πεπρηγέναι. εἰ γὰρ πρότερον

Nam Saitani[1] cunctos qui tribules eorum fuere reges, intra templum sepelierunt. Etenim Amasis monumētum[2] ex altera parte cœnaculi est quàm illud Apriæ eiusque progenitorum. In eiusdem templi aula hoc quoque est ingens cubiculum lapideum, tum columnis excultum, palmarum arbores imitantibus, tum alio sumptu. Intra id cubiculū gemini postes stant, in quibus vrna est. Sūt etiam sepulcra, (cuius nomen si nuncupauero hac in re, haud sancte fecero) apud Sain in templo Mineruæ post totū delubrum prope parietem: atque in fano stant ingentes obeli, lacusque contiguus lapidea erepidine adornatus, & circumquaque probe elaboratus, magnitudine (vt mihi videtur) quanta in Delo, qui dicitur trochoeides. In hoc lacu imagines suorum quisque affectuū noctu faciunt, quæ vocāt Ægyptii mysteria: De quibus quum permulta ego norim, quo pacto se habeant singula, tamen absit vt proloquar. De Cereris quoq; initiatione, quam Græci thesmophoria vocant *à ferendis legibus*, absit vt eloquar, nisi quatenus sanctum est de illa dicere. Danai filiæ ritum hunc ex Ægypto attulerunt, eoque Pelasgicas feminas imbuerunt. Sed deinde omni Peloponneso à Doribus eiecta sedibus suis, ritus initiandi abolitus est, à solis Arcadibus (qui à Peloponnensibus non eiecti sunt, sed relicti) conseruatus. ¶ Aprie sublato, regnauit Amasis è[3] tribu Saitana, & vrbe cui nomen est Siuph. Eum inter initia Ægyptii contemnere, nec vllius sane momenti ducere, vt qui plebeius fuisset, nec insigni familia ortus. Eos vero postea Amasis ad se solertia, non [4] asperitate, perduxit. Erant ei cum alia bona infinita, tum vero peluis aurea, in qua tam ipse quam omnes conuiuæ semper pedes abluebant: hanc ille confregit, ex eaque [5] dæmonis statuam fecit, & in appositissimo vrbis loco statuit: Ægyptii simulacrum adeuntes, magnopere venerari. Id Amasis fieri à popularibus edoctus, conuocatis Ægyptiis aperit, Ex illa pelui in qua primo Ægyptii euomere immingereque, & in qua pedes abluere consuessent, factum esse simulacrum quod tunc tantopere venerarentur. Itaque se aiebat perinde atque peluim esse factum: etsi enim antehac

CLXI

CLXII

CLXIII

ἐπὶ πορίν

ἐπ' ἀγωμοσύνῃ

1 Cunctos ex ea præfectura reges 2 Longius quidem abest à palatio quā illud Apriæ eiusque progenitorum: est tamen a septo tēpli hoc quoq;, porticus lapidea & columnis ornata palmarū arb. imitant. & alio sumptu. In ipsa porticu geminæ stant fores, intra quas est conditorium. Sunt etiam sep. 3 Præfectura. *Vel, prouincia.* 4 *Non legit* ἀγωμοσύνῃ (*vt in vulg. edit.*) *sed* ἀγωμοσύνῃ, *vt in vet. cod.* 5 Numinis stat.

fuisset

fuisset plebeius, impræsentiarum tamen esse ipsorum regem, eoque iubere vt sibi honor haberetur atque reuerentia. Hunc in modum ad se traxit Ægyptios, ita vt æquum censerent ei seruire. CLXXIII Idem hoc vsus est in rebus agendis instituto: ab aurora vsquedum refertum esset forum, accurate negocia obiàta agebat: deinde potabat, & inter compotores iocabatur, morionē agens ac scurram. Quibus rebus offensi amici, talibus eũ verbis [1] castigabant, Rex, dicentes, non è dignitate tua degis, qui ad tantam te dimittis nequitiam. Nam deberes [2] augusto in solio sedens, auguste interdiu res administrare. ita & Ægyptii cognoscerent à magno sibi viro præsideri, & tu melius audires. Nunc haudquaquam facis è regia dignitate. His ille respondit, [3] arcus ab iis quorum sunt, quum est opus, intendi: eos, si semper intenti sint, ruptũ iri, nec posse eis illos, quum indigeant, vti: ita & hominis institutum esse: si assiduo laborare studio, nec vllam partem ad lusum sibi indulgere velit, fore vt pedetentim aut mente captus sit aut membris. Quod ego intelligens, vtriq; rei tempus impertio. Hæc CLXXIV Amasis amicis respondit. Etenim fertur Amasis, quum priuatus foret, fuisse potandi iocandique cum dicacitate studiosus, & vir neutiquam rerum agendarum anxius. Et quoties eum potantē ac se oblectantem necessaria defecissent, solitum circumeundo furari: & quum reposceretur ab iis qui dicerent eum ipsorum habere pecuniã, ac negaret, adduci solitum ad oraculum quodcunque eo in loco erat: & frequenter ab oraculis conuictum, frequenter absolutum. Postquam vero etiam assequutus est regnum, ista egit: quicunque dii eum furti absoluerant, horum templa neque curæ habuit, neque vlla re ad ornamentum donauit, neque adiens sacrificauit, tanquã nihil mererentur, quod redderent falsa responsa: qui autē eum [4] pronunciauerant furem, hos tanquam vere deos, nec mendacia reddentes oracu- CLXXV la, maxime coluit. Præterea in Sai vestibulum Mineruæ fecit, opus admirandum, & longe superans cetera tum sublimitate tum magnitudine. tanta est vastitas lapidum atque substructionum. Quinetiam ingentes colossos, & immanes androsphingas ibidem posuit.

ἦεν δημότης, ἀλλ' ἐν τῷ παρεόντι τῆ) αὐτέων ἀπ[illegible]
βασιλεύς· καὶ τιμᾶν τε καὶ θεραπηΐεσθαι ἐωῦτὸν
ἐκέλευε. τοιούτῳ μὲν τρόπῳ τοῖσι Αἰγυπτίοισι, ὥστε δικαιοῦν δουλεύειν. Ἐχρῆτο
δὲ καταστάσι τοιῆδε· ὃ μὲν ὄρθριον,
μέχρι οὗ τὴν πληθύουσαν ἀγορὴν, τεθυμμένος ἔπρησ-
σε τὰ προκείμενα πράγματα· ὃ δὲ ἀπὸ τούτου ἔπινέ τε καὶ κατέσκωπτε τοὺς συμπότας, καὶ
ἦν μάταιός τε καὶ παιγνήμων. ἀχθεσθέντες δὴ τού-
τοισι οἱ φίλοι αὐτοῦ, νουθετέοντες αὐτὸν, τοιάδε λέγον-
τες, Ὦ βασιλεῦ, οὐκ ὀρθῶς σεωυτὸν παρέχεαι, "
ἐς δὲ ἄγαν φαύλην παράγων σεωυτόν. σὲ γὰρ χρῆν "
ἐν θρόνῳ σεμνὸν σεμνῷ θωκεόντα, δι' ἡμέρης πρήσ- "
σειν τὰ πράγματα. καὶ οὕτω Αἰγύπτιοί τ' ἂν εὖ πυ- "
θόμενοι ὡς ἐπ' ἀνδρὸς μεγάλου ἄρχοιτο, καὶ σὺ "
μᾶλλον σὺ δὴ ἤκουες. νῦν δὲ ποιέεις οὐδαμῶς βασι- "
λικά. ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε αὐδῶν, Τὰ τόξα οἱ κε- 100
κτημένοι, ἐπεὰν μὲν δέωνται χρῆσθαι, σύντανύσι· "
ἐπεὰν δὲ χρήσωνται, χαλῶσι. εἰ γὰρ μὴ ὅτι πρό- "
σω χρόνον συντεταμένα εἴη, οὐκ ἂν ἐθέλοι ἐπείγειν ἄν. ὥστε ἐς "
τὸ δέον οὐκ ἂν ἔχοιεν αὐτοῖσι χρῆσθαι. οὕτω δὴ καὶ "
ἀνθρώπου κατάστασις· εἰ ἐθέλοι κατεντυνδάζεσθαι "
ἀεί, μηδὲ ἐς παιγνίδιον τὸ μέρος ἑωυτὸν ἀπιέναι, λάθοι
ἂν ἢ τοι μανείς, ἢ ὄγε ἀπὸ πληκτὸς γινόμενος. τὰ "
ἐγὼ ὀπισάμενος, μέρος ἑκατέρῳ νέμω. ταῦτα μὲν
τοῖς φίλοις ἀμείψατο. Λέγεται δὲ ὁ Ἄμασις,
ὅτε ἦν ἰδιώτης, ὡς φιλοπότης ἦν καὶ φιλοσκώμμων, καὶ ὅπο
καὶ οὐδαμῶς κατεντυνδασμένος αἰήρ· ὅκως δὲ
μιν ὀπιλείποι τοῦτο τά τε καὶ ἀπαθέα τὰ ὀπιτή-
δεια, κλέπτεσκε αὐτῶν. εἰ δ' αὖ μιν φάμενοι
ἔχειν τὰ σφέτερα χρήματα, ἀρνεύμενον ἄγεσκον
ὅπι μαντήιον, ὄκου ἑκάστοισι εἴη. πολλὰ μὲν δὴ
κατηλίσκετο ὑπὸ τῶν μαντηίων, πολλὰ δὲ καὶ
ὑπέφλυε. ἐπεί τε δὲ καὶ ἐβασίλευσε, ἐποίη- καὶ ἀπέφαινε
σε τάδε· ὅσοι μὲν αὐτὸν τῶν θεῶν ἀπέλυσαν μὴ φῶ- κ.
ρα εἶναι, τούτων μὲν τῶν ἱρῶν, οὔτε ἐπεμέλετο, οὔτε ἐς
ὁπισκὴν εἶδε δοῦναι, οὐδὲ φοιτέων ἔφυε· ὡς οὐδενὸς ἐόντων ἀξίοισι, ψεύδεά τε μαντήια κεκτη-
μένοισι· ὅσοι δέ μιν κατέδησαν φῶρα εἶναι, τούτων δ'
ὡς ἀληθέων ἐόντων καὶ ἀψευδέα μαντήια παρεχο-
μένων, τὰμάλιστα ἐπεμέλετο. Καὶ τοῦτο μέν,
ἐν Σαΐ τῇ Ἀθηναίῃ πυλεῶνα θωυμάσιά οἱ
ἐξεποίησε, πολλὸν πολλῷ ὑπερβάλλοντα
τῷ τε ὕψεϊ καὶ τῷ μεγάθεϊ, ὅσων τε ὁ μέγαθος
λίθων ἐστί, καὶ ὁκοίων τεών· τοῦτο δὲ, κολοσσοὺς
μεγάλους καὶ ἀνδροσφίγγας πεπιμήκεας ἀνέθηκε.

1 Admonebant, Non teipsum recte regis, ô rex, qui &c. 2 Augustus augusto in solio sedens per totum diem res administr.
3 Qui arcum possident, quum illo opus habent, intendunt: postquam autem vti sunt, remittunt. Nam si perpetuo intentus esset, frangeretur, vt, quum opus esset, vti iam illo non possent. Talem & hominis conditionem esse: si assidue seria tractare, nec vll.
4 *Aut verius*, Conuiuxerant. *id est*, *Conuixerant*.

λίθους τε ἄλλους ἐς ὑπερφυέας ὁ μέγαθος ἀπόμισε. ἠγάγετο δ' αὐτέων τοὺς μὲν, ἀπὸ τῶν κατὰ Μέμφιν ἐουσέων λιθοτομιέων, τοὺς δὲ ἐμπολλῷ θωϋμαστοτέρους, ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος, πλέον εἰκοσι ἡμερέων ἀπεχούσης ἀπὸ Σάιος. Τὸν δὲ οὐκ ἔπεσι αὐτέων, ἀλλὰ μάλιστα θωϋμάζω, ἐς τόδε οἴκημα μυριόλιθον ἐόντα ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος· καὶ τοῦτο ἀπόμισε ἐπ' ἔτεα τρία, διχίλιοι δὲ οἱ παρεστεπότες ἄνδρες ἀγωγέες, καὶ δὴ τοι ἅπαντες ἦσαν κυβερνῆται. τοῦ δὲ τέγεος τούτου τὸ μὲν μῆκος ἔξωθέν ἐστι, εἰς τε καὶ εἴκοσι πήχεες· εὖρος δὲ, τεσσερεσκαίδεκα· ὕψος δὲ, ὀκτώ. τούτου μὲν τὰ μέτρα ἔξωθεν τοῦ τέγεος τοῦ μυριολίθου ἐστί. ἀτὰρ ἔσωθεν τὸ μῆκος, ὀκτωκαίδεκα πήχεων, καὶ πυθμένος· τὸ δὲ εὖρος, δώδεκα πήχεων· τὸ δὲ ὕψος, πέντε πήχεων ἐστί. αὕτη τοῦ ἱροῦ κέεται πρὸς τὴν ἔσοδον. ἔσω γάρ μιν ἐς τὸ ἱρὸν φασὶ τοῦδε εἵνεκα οὐκ ἐσελκύσαι τὸν ἀρχιτέκτονα· αὐτοῦ ἐλκομένης τοῦ τέγεος, ἀσαφτεναξαι, οἷά τε χρόνῳ ἐκγεγονότος πολλῷ, καταχθόμενον τῷ ἔργῳ· τοῦτο δὲ Ἄμασιν, ἐνθυμηθέντα ὀποιησάμενον, οὐκ ἐᾶν ἔτι προσωτέρω ἑλκύσαι. ἤδη δέ τινες λέγουσι ὡς αἰδοῖος διεφθάρη τῷ αὐτοῦ τῶν τις αὐτοῦ μοχλευόντων, καὶ ἀπὸ τούτου οὐκ ἐσελκυσθῆναι.

Ἀνέθηκε δὲ καὶ τοῖσι ἀνδρηίοισι ἱεροῖσι ὁ Ἄμασις πᾶσι τοῖσι ἐλλογίμοισι ἔργα· ὁ μέγαθος ἀξιοθέητα. ἐν δὲ τῇ ἐν Μέμφι, ὑπτιος κείμενος κολοσσὸς, τῷ Ἡφαιστείῳ ἔμπροσθε· τῷ πόδες πέντε καὶ ἑβδομήκοντά εἰσι τὸ μῆκος. ὀπίσω δὲ τοῦ αὐτοῦ βάθρῳ ἑστᾶσι, τῷ αὐτῷ ἐόντος λίθῳ, δύο κολοσσοὶ, εἴκοσι ποδῶν τὸ μέγαθος ἑκάτερος· ὁ μὲν, ἔνθεν, ὁ δ' ἔνθεν τοῦ μεγάρου. ἔστι δὲ λίθινος ἕτερος τοσοῦτος καὶ ὁ Σαΐ, κείμενος κατὰ τὠυτό. τὴν Γῆσι τε ὁ ἐν Μέμφι ἱερὸν Ἄμασίς ἐστι ὁ ἀξιοκατασκεύαστος, ἐὸν μέγα τε καὶ ἀξιοθεητότατον. Ἐπὶ Ἄμασίος δὲ βασιλέος λέγουσι Αἰγύπτιοι μάλιστα δὴ τότε εὐδαιμονῆσαι, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῇ χώρῃ γινόμενα, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χώρης τοῖσι ἀνθρώποισι. καὶ πόλις ἐν αὐτῇ ἐγένετο τὰς ἁπάσας τότε δισμυρίας τε καὶ οἰκεομένας. νόμον τε Αἰγυπτίοισι τόνδε Ἄμασις ἔστι ὁ κατασήσας· ἀποδεικνύναι ἕκαστον τὸν νομάρχην πόθεν τινὰ Αἰγυπτίων, ὅτεῳ βιότου· μηδὲ ποιεῦντα τοῦτα, μηδὲ ἀποφαίνοντα δικαίην ζόην, ἐπιθανατίην ἔζημιοῦτο. Σόλων δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐκ Αἰγύπτου ἔθετο τὸν νόμον, Ἀθηναίοισι ἐθέλοντα τοῦτον προσφέρεσθαι, καὶ οὐκ ἐόντα ἀμφίβολον.

Alia quoque saxa prægrandia in apparatum comportauit, ducta partim è lapidicinis quæ iuxta Memphin sunt, partim vtique quæ maioris molis erant, ex vrbe Elephantina, quæ Sai distat viginti dierum nauigatione. Adhæc, quod non minime sed maxime omnium admiror, attulit ædificium ex solido saxo ab vrbe Elephantina, in quo afferendo triennium consumpserunt duo millia delectorum virorum, qui omnes erant gubernatores. Huius autem domus extrinsecus est vnius & viginti cubitorum longitudo: quatuordecim, latitudo: octo, sublimitas. Hęc est dimensio exterior tecti ex vno lapide. Introrsum autē [1] duodeuiginti & amplius cubitorum est longitudo: quinq;, sublimitas. Domus hæc ad ingressum tēpli collocata est. nā ob id aiunt in templū non fuisse pertractam, quod quum suspirasset architectus dum illa adueheretur, vtpote pertæsus diutini temporis operæ, [2] ea de re stomachatus Amasis, non permiserit hominē vlterius trahere. Nonnulli aiunt quendam ex iis qui vectibus lapidem agebat, ab illo fuisse oppressum, ideoque lapidem non introductū. Donauit præterea operibus ob magnitudinem spectaculo dignis cum alia templa insignia, tum in Memphi templum Vulcani, colosso supino ante illud posito, longitudinis quinque & septuaginta pedum. Superque idem pauimentum gemini colossi stant [3] ex Æthiopico lapide, vicenûm pedum magnitudinis, hinc & hinc magno illi assistentes: cuius instar est alter in Sai lapis, eodem habitu iacens. Illud etiam quod in Memphi est templum Isidis ingens & spectatu dignissimum, Amasis ædificauit. Sub Amasi rege dicitur Ægyptus fuisse maxime beata, in iis quę vel regioni ex flumine, vel hominibus ex regione proueniunt, & vrbes quæ incolerentur tunc, fuisse numero illic mille & viginti. [4] Amasis quoq; extitit qui legem hanc apud Ægyptios condidit, vt singulis annis apud prouinciarum præsides Ægyptii omnes demonstrarēt vnde viuerent: & qui aut hoc non faceret, aut non demonstraret sese legitime viuere, is morte afficeretur. Quam legem Solon ab Ægyptiis mutuatus, Athenienſibus tulit, quam illi, quod sit castissima, assidue vsurpant.

CLXXVI

CLXXVII

101

1 Duodeuiginti cubitorum & digitorum xx est longitudo: latitudo vero, cubitorum duodecim: quinque, subl. 2 Hoc in religionem vertens Amas. 3 Ex eodem lapide, 4 Hic est autem Amasis qui legem hanc tulit, demonstrare vnum quemque apud præsidem cuiusque loci, vnde viuat: quod qui non fecerit, aut demonstrare vitę suæ rationem iustam non potuerit, hunc morte mulctandum. Solon autem Athenienſis sumptam hanc legem ex Ægypto Athenienſibus promulgauit, qua illi semper vsi sunt, lege sane inculpata. *Ita hunc locum vertit Budæus.*

Amasis

ornatum eius rei exponentibus Ichthyophagis, risit, atque existimans vincula esse, inquit robustiora apud se vincula esse. Tertio scisciatus de vnguento, quum illi de confectura vngendique ratione dixissent, idem dixit quod de vestimento. Vbi [1] ad vinum peruenit, eiusque conficiendi rationem audiuit, maiorem in modū delectatus potu, percontatus est quibusnam rebus vesceretur rex, & quod longissimum tempus à viro Persa viueretur. Isti dixerunt vesci regem pane, (exposita tritici natura) perfectissimumque diu viuendi spatiū homini Persæ proponi octoginta annos. Ad hæc Æthiops, Nihil se mirari inquit si stercore vescentes, paucis viuerent annis. nam ne tot quidē annis victuros [2] nisi hoc potui acceptum referrent. affirmātibus Ichthyophagis ita esse de vino. (hoc enim ipsos Persis subdidisse.) Interrogatus vicissim rex ab Ichthyophagis de vita & victu, plerosque è suis ait ad centum viginti annos peruenire, nonnullos etiam hos transcendere: dixit cibum eis esse carnem coctam: & potum, lac. Et quum exploratores de numero annorum mirarentur, ad fontem quendam eos deduxit, in quo loti efficiuntur perinde atque oleo inuncti, violam olentes. Eam aquam aiebant exploratores adeo inualidam vt in ea nihil innatare posset, ne lignum quidē, & quę leuiora sunt ligno: sed omnia pessum ire in profundum. Hæc aqua si vere apud illos est qualis commemoratur, ideo macrobii, *id est longæui*, existunt, quod ea semper vtūtur. Deinde à fonte rex istos ad carcerem deduxit, vbi viri omnes aureis vinculis erant alligati. est enim apud hos Æthiopes omnium rarissimum ac pretiosissimum æs. Inspecto carcere, exploratores inspexerunt & mensam quæ dicitur solis. Post hanc ad extremum inspexere eorum sepulcra quæ dicuntur è vitro esse constructa, hunc in modum: Posteaquam mortuum siue Ægyptiorum siue aliorum more arefecerunt, totum gypso inducunt, picturaq; exornantes repræsentant quoad fieri potest effigiem eius: deinde cippum ei cauum è vitro, quod apud illos multum est & facile effoditur, circumdant: in cuius medio mortuus interlucet, nihil neque odoris ingrati, neque fœditatis vllius exhibens, sed

1 *Id est, Ad sermonem de vino.* 2 *Legit* οἰ φυρον, *ex qua lectione videtur & hic sensus elici posse*, Nisi potu illo vires refocillarent: Ichthyophagis vinum innuens. in hoc enim se a Persis vinci. Quum autem vicissim regem interrogarent Ichthyophagi de vita &c. *At legendo* αὐ ἰφυρον, *perinde fuerit ac si Gallice dicas, S'ils ne destrempoyent leur viande d'vn tel breuuage.*

omnia

omnia ipsi illi mortuo similia habens. Hunc cippum qui maxime sunt propinqui, intra ædes annum tenent, offerentes ei omnium rerum primitias, hostiasque anno exacto efferunt, circaque vr-
xxv bem statuunt. Omnibus exploratores inspectis reuersi sunt. Qui quum ista renunciassent Cambysi, continuo ira percitus aduersus Æthiopes exiit in expeditionem, neque rei frumentariæ apparatu indicto, neque secum ipso ratione inita quod in extrema terrarum faceret expeditionem: sed veluti vesanus, nec mentis compos, simulatq; Ichthyophagos audiit, profectus est cum omni peditatu, Græcis qui aderant illi, manere imperatis. Vbi ad Thebas est ventum, delegit de exercitu quinquaginta circiter millia, quibus præcepit vt Ammonios diriperent, deinde oraculum Iouis incenderent: ipse cum reliquis copiis aduersus Æthiopes contendit. Sed antequam quintam itineris partem confecissent, exercitum eius protinus commeatus omnis quem secum habebat, defecit: mox & iumenta ad vescendum defecerunt. Quibus rebus cognitis Cãbyses si resipuisset ac retroduxisset exercitum, in eo quod prius admiserat peccato, vir sapiens extitisset: nunc autem nihil pensi habens, assidue processit vlterius. Milites, quamdiu quod de terra sumerent habuerunt, herbis victitauerunt: at vbi ad sabulum peruenere, ibi nonnulli diram rem perpetrauerunt. nam sortiti ex seipsis decimum quemq; comederunt. Id audiens Cambyses, veritus suorum mutuam depastionem, intermissa aduersus Æthiopes expeditione, retro rediit, Thebasque peruenit, multis de exercitu amissis. [1] Et quum è Thebis descendisset Memphin, Græcos missos fecit, vt illinc enauigarent. Et exercitus quidem
xxvi aduersus Æthiopes ita se gessit. ¶ Copiæ autem quæ aduersus Ammonios missæ erant, è Thebis mouentes, itineris duces sequebantur: [2] ac nisi sunt vsquedum ad vrbem Oasin peruenerunt, quam incolunt Samii ii qui feruntur è tribu Æschrionia esse, septem dierum per arenas itinere distantẽ Thebis: quæ regio vocatur lingua Græca μακάρων νῆσος, *id est, beatorum insula*: in hunc locum dicitur peruenisse exercitus. Deinceps quid de eo actum sit, præter Ammonios & eos qui ab his audierunt,

ἔχει πάντα φανερὰ ὁμοίως αὐτῷ τῷ νεκρῷ. ἐναυδῶν μὲν δὴ ἔχοισι τὴν χήλιον ἐν τοῖσι οἰκίοισι οἱ μάλιστα προσήκοντες, πάντων ἀπαρχόμενοι, καὶ θυσίας οἱ προσάγοντες. μετὰ δὲ ταῦτα ἐκκομίσαντες, ἱστᾶσι περὶ τὴν πόλιν. θεησάμενοι δὲ τὰ πάντα οἱ κατάσκοποι, ἀπαλλάσσοντο ὀπίσω· ἀπαγγειλάντων δὲ τῶν πάντα τούτων, αὐτίκα ὁ Καμβύσης ὀργὴν ποιησάμενος, ἐστρατεύετο ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας· οὔτε προσκοπήσας σίτου οὐδεμίλλον προμηχάνησε, οὔτε λόγον ἑωυτῷ δοὺς ὅτι ἐς τὰ ἔσχατα γῆς ἔμελλε στρατεύεσθαι. οἷα δὲ ἔμμανής τε ὢν καὶ οὐ φρενήρης, ὡς ἤκουε τοὺς ἰχθυοφάγους, ἐστρατεύετο. Ἑλλήνων μὲν τοὺς παρεόντας αὐτῷ πάσας ὑποδμήσιν, ὁ δὲ πεζὸν πολὺν ἅμα ἀγόμενος. ἐπείτε δὲ στρατευόμενος ἐλήλυθε ἐς Θήβησι, ἀπέκεινε τοῦ στρατοῦ ὡς πέντε μυριάδας· καὶ τούτοισι μὲν ἐπετέλλετο Ἀμμωνίους ἐξανδραποδισαμένους, τὸ χρηστήριον τὸ τοῦ Διὸς ἐμπρῆσαι· αὐτὸς δὲ ὁ λοιπὸν ἄγων στρατὸν, ἤιε ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας. πρὶν δὲ τῆς ὁδοῦ τὸ πέμπτον μέρος διεληλυθέναι τὸν στρατὸν, αὐτίκα πάντα αὐτοῖς τὰ εἶχον σιτία ἐκόμισε, ἐπελελοίπεε. μετὰ δὲ τὰ σιτία, καὶ τὰ ὑποζύγια ἐπέλιπε κατεσθιόμενα. εἰ μέν νυν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε, καὶ ἀπῆγε ὀπίσω ὅτι στρατὸν ὅτι τὴν ἀρχὴν ἁμαρτάδι, ὦν δὴ σοφὸς ἀνὴρ νῶν ἐσδέκεται λόγον ποιεύμενος, ἤιε αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω. οἱ δὲ στρατιῶται ἕως μέν τι εἶχον ἐκ τῆς γῆς λαμβάνειν, ποιηφαγέοντες διέζωον· ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν ψάμμον ἀπίκοντο, δεινὸν ἔργον αὐτέων τινὲς ἐργάσαντο. ἐκ δεκάδος γὰρ ἕνα σφέων αὐτέων ἀποκληρώσαντες, κατέφαγον. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης, δείσας τὴν ἀλληλοφαγίην, ἀπεὶς ὃν ἐπ' Αἰθίοπας στόλον, ὡσίσω ἐπορεύετο. καὶ ἀπικνέεται ἐς Θήβας, πολλοὺς ἀπολέσας τῶν στρατοῦ. ἐκ Θηβέων δὲ ἐπορεύοντο ἔχοντες ἀγωγούς. καὶ κατα- 109
βάντες ἐς Μέμφιν, τοὺς Ἕλληνας ἀπῆκε ἀποπλέειν. ὁ μὲν δὴ ἐπ' Αἰθίοπας στόλος οὕτω ἔσχε. Οἱ δὲ αὐτέων ἐπ' Ἀμμωνίους ἀποσταλέντες στρατεύεσθαι, ἐπείτε ὁρμηθέντες ἐκ τῆς Θηβαίων, ἐπορεύοντο ἔχοντες ἀγωγούς, ἀπικόμενοι μὲν φανεροί εἰσι ἐς Ὄασιν πόλιν, τὴν ἔχουσι μὲν Σάμιοι τῆς Αἰσχριωνίης φυλῆς λεγόμενοι εἶναι· ἀπέχουσι δὲ ἑπτὰ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Θηβαίων διὰ ψάμμου. οὐνομάζεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος κατὰ Ἑλλήνων γλῶσσαν, Μακάρων νῆσος. ἐς μὲν δὴ τοῦτον τὸν χῶρον λέγεται ἀπικέσθαι τὸν στρατόν. τὰ μέντοι γε ἐνθεῦτεν δι', ὅτι μὴ αὐτοὶ Ἀμμώνιοι, καὶ οἱ τούτων ἀκούσαντες,

1 Thebis autem iter faciebant, itineris duces habentes, & quum descendiss. 2 Ac peruenisse quidem eos vsque ad vrbem Oasin constat, quam incolunt &c.

ἄλλοι οὐδένες οὐδὲν ἔχ'ισι εἰπεῖν περὶ αὐτέων. ὕστερον γὰρ ἐς τοὺς Ἀμμωνίους ἀπίκοντο, οὔτε ὀπίσω ἐνόστησαν. λέγεται δὲ καὶ τάδε ὑπ' αὐτέων Ἀμμωνίων· ὅπως ἐκ τῆς Ὀάσιος πρὸς τῆς ἠπείρου διὰ τῆς ψάμμου ὁδὸν σφέας, βουλόμενοί τε αὐτοὺς μάλιστα καὶ μάλιστα αὐτέων τε καὶ τῆς Ὀάσιος. ἀρίσκοι δὲ αἰρεόμενοι αὐτοῖσι, ὅκως πνεύσεται νότον μέγαν τε καὶ ὄξαισιον. φορέοντα δὲ θῖνας τῆς ψάμμου καταχεύσαι σφέας, καὶ τέρπω τοιούτῳ ἀφανισθῆναι. Ἀμμώνιοι μὲν οὕτω λέγουσι γενέσθαι περὶ τῆς στρατιῆς ταύτης. Ἀπιγμένου δὲ Καμβύσεω ἐς Μέμφιν, ἐφάνη Αἰγυπτίοισι ὁ Ἆπις, ὃν Ἕλληνες Ἔπαφον καλέουσι. ὅκως φανέος δὲ τούτου γενομένου, αὐτίκα οἱ Αἰγύπτιοι εἵματα ἐφόρεον τὰ κάλλιστα, καὶ ἦσαν ἐν θαλίῃσι. ἰδὼν δὲ ταῦτα τοὺς Αἰγυπτίους ποιεῦντας ὁ Καμβύσης, πάγχυ σφέας καταδόξας, ἐοῦτα κακῶς πρήξαντος, χαρμόσυνα ταῦτα ποιέειν, ἐκάλεσε τοὺς ἐπιχωρίους τῆς Μέμφιος. ἀπικομένους δὲ ἐς ὄψιν εἴρετο ὅτι πρότερον μὲν ἑόντος αὐτοῦ ἐν Μέμφι, ἐποίεον τοιοῦτον οὐδέν Αἰγύπτιοι, τότε δὲ, ἐπεὶ αὖτος παρείη τῆς στρατιῆς πλῆθος πολλὸν ἀποβαλών. οἱ δὲ ἔφραζον ὡς σφι θεὸς παρείη φανείς, τὰ κεῖνα πολλῷ ἐωθὼς ὅτι φαίνεσθαι· καὶ ὡς ἐπεὰν φανῇ, τότε πρῶτον οἱ Αἰγύπτιοι κεχαρηκότες ὀρτάζοιεν. ταῦτα ἀκούσας ὁ Καμβύσης, ἔφη ψεύδεσθαι σφέας, καὶ ὡς ψευδομένους, θανάτῳ ἐζημίωσε. Ἀποκτείνας δὲ τούτους, δεύτερα τοὺς ἱρέας ἐκάλεε ἐς ὄψιν. λεγόντων δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ τοὺς ἱρέων, ὡς λήσειν ἔφη αὐτὸν εἰ θεὸς τις χειρωθὴς ἀπιγμένος εἴη Αἰγυπτίοισι. τοσαῦτα δὲ εἰπὼν, ἐπάγειν ἐκέλευε τὸν Ἆπιν τοὺς ἱρέας. οἱ μὲν δὴ μετῆσαν ἄγοντες. ὁ δὲ Ἆπις οὗτος ὁ Ἔπαφος, γίνεται μόχλος ἐκ βοὸς ἧττις ἐκείνῃ οἵη τε γίνεται ἐς γαστέρα ἄλλον βάλλεσθαι γόνον. Αἰγύπτιοι δὲ λέγουσι σέλας ὅπως τοῦ βοὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταγὲν, καὶ μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν Ἆπιν. ἔχει δὲ ὁ μόσχος οὗτος ὁ Ἆπις καλεόμενος σημήια τοιάδε· ἐὼν μέλας, ὅπως μὲν τοῦ μετώπου λευκὴν τετράγωνον φορέει· ὅπως δὲ τοῦ νώτου, αἰετὸν εἰκασμένον· ἐν δὲ τῇ οὐρῇ, τρίχας διπλάς· ὅπως δὲ τῇ γλώσσῃ, καίθαρον. Ὡς δὲ ἤγαγον τὸν Ἆπιν οἱ ἱρέες, ὁ Καμβύσης, οἷα ἐὼν ὑπομαργότερος, σπασάμενος ἐγχειρίδιον, θέλων τύψαι τὸν γαστέρα τοῦ Ἆπιος, παίει τὸν μηρόν. γελάσας δὲ, εἶπε πρὸς τοὺς ἱρέας, Ὦ κακὰ κεφαλαί, τοιοῦτοι θεοὶ γίνονται ἔναιμοί τε καὶ σαρκώδεες, καὶ ἐπαΐοντες σιδηρείων;

nulli alii habent quicquã dicere. Nam neque ad Ammonios peruenerunt, neque retro reuerterunt. Ab ipsis autem Ammoniis demum fertur, quum illi ex vrbe Oasi per arenam iter facerent, iamque medio fere spatio inter Oasin & Ammonios pranderent, ingruisse magnum ac validum austrum, & ingestis arenæ cumulis eos obruisse, atque hunc in modum illos è conspectu sublatos. ita actum esse de hoc exercitu Ammonii memorant. ¶ Cambyse autem XXVII Memphin regresso, Apis (quem Græci vocant Ἔπαφον) apparuit. Ægyptii, quum Apis extitisset, vestimenta quampulcherrima ferebant, & celebrando festo operam dabant. Id tunc facientes Ægyptios Cambyses intuens, [1] ratusque ob res à se male gestas prorsus illos esse in his gaudiis: præpositos accersit Memphis, quos, vbi præsto fuerunt, interrogabat quid ita, quum antea se apud Memphin agente, nunquam aliquid tale fecissent, nunc id facerent, posteaquam ipse rediisset parte copiarum amissa. Illi dicere, dum illis deus appareret (longo autem temporis interuallo apparere solitum) tunc omnes Ægyptios solennem celebrare lætitiam. Hæc vbi audiit Cambyses, mentiri eos respondit, ac tanquã mentientes morte mulctauit. His interemptis, iussit sacerdotes in conspectum venire. XXVIII quibus eadem referentibus, dixit, Si quis deus mansuetus ad Ægyptios veniret, fore vt se non lateret. [2] Hactenus loquutus iussit sacerdotes adducere Apin. illi ad eum adducendum perrexerunt. Est autem hic Apis, idemque Epaphus, è vacca genitus quæ nullum dum alium potest concipere fetum: quam Ægyptii aiunt fulgure ictam concipere ex eo Apin. Habet autem hic vitulus qui appellatur Apis, hæc signa: [3] *Toto corpore* est niger, in fronte habens candorem figuræ quadratæ: in tergo effigiem aquilæ, [4] cantharum in palato, duplices in cauda pilos. Po- XXIX steaquam Apin sacerdotes adduxere, Cambyses veluti vecordior, educto mucrone quum vellet ferire ventrem, femur percussit, cachinnansque ad sacerdotes inquit, O capita nequam, huiuscemodi dii existunt, sanguine atque carne prædíti, & ferrum sentientes?

1 *Vel*, Valde, *aut omnino*, hoc eorum factũ improbans, quod in eius rebus aduersis ita se exhilararent, Memphidis præfectos accersiuit: quos, vbi in conspectum prodierunt, interrogauit cur antea, quum &c. 2 Nec plura loquutus 3 Non μέλας, *sed* μέγας, (*id est*, magnus) *habent nostra exempl. Magis tamen placet illud quam hoc: vt dicat Herodotus, eum, quum sit alioqui niger, habere candorem fig. quadr. Valla autem de suo addidit illa, Toto corpore* 4 In lingua scarabeum.

dignus

dignus nimirum Ægyptiis hic deus. nos certe ludibrio habuisse nõ iuuabit. Hęc loquutus imperauit iis quorũ hoc munus erat, vt sacerdotes quidem flagris cæderent: ceteros autem Ægyptios vt quemque feriantem adipiscerentur, occiderent. Ita festum solutũ est, sacerdotes mulctati: Apis sauciatus femur, in tẽplo iacens extabuit: quem è vulnere extinctum tumulauere sacerdotes clam
xxx Cambyse. ¶ Ob hoc scelus, (vt Ægyptii aiunt) continuo Cambyses insaniit: [1] quum ne compos mentis quidem fuisset, exorsus primum perpetrare facinus in Smerdin, ex eisdem sibi parentibus fratrem, quem ex Ægypto remiserat in Persas, liuore commotus quod solus ille Persarum arcum quem Ichthyophagi ab Æthiope attulerant, [2] ad duos digitos traheret: quod nemo alius è Persis poterat. Smerdi in Persidem profecto, hanc vidit in somnis Cambyses visionem: Nuncius quidam è Persis veniens, ei nunciare est visus, Smerdin in regio sedentem solio cælum contingere vertice. Ob id Cambyses sibi metuens, ne se necato à fratre occuparetur imperium, mittit in Persas ad illum interimendum Prexaspem, sibi ex omnibus Persis virum fidelissimum. Hic vbi Susa conscendit, Smerdin necandum curauit, (vt quidam aiunt) quũ eum eduxisset venatum: quidam inquiunt, quum ad mare rubrum produxi-
xxxi sset, ibi eum demersisse. Et hoc quidem initium scelerum Cambysis extitisse ferunt: secundum autem scelus, sororis necationem, in Ægyptum eum sequutæ: quæ ex eisdem parentibus erat soror, atque eadem vxor: quam hunc in modum acceperat vxorem. Quum antehac Persæ sorores in matrimonium accipere nequaquam consueuissent, Cambyses vnius sororũ amore captus, cupidusque deinde ducendi illam vxorem, [3] quum propter rei insolentiam laboraret efficere, accersit eos qui regii iudices nominantur. Fiunt autem delecti è Persis viri, suntque [4] perpetui, nisi delicti alicuius comperti fuerint. Isti apud Persas ius dicunt, & legum patriarum sunt interpretes, & ad eos omnia referuntur. Hos Cambyses percontatur, num qua lex sit quæ sinat volentem cum sorore contrahere matrimonium.

ἄξιος μὲν γε Αἰγυπτίων οὗτος ὁ θεός. ἀταρ τοι ὑμεῖς γε οὐ χαίροντες, γέλωτα ἐμὲ ποιεῦτε. ταῦτα εἰπὼν καὶ ἀποστείλας τοῖσι ταῦτα φρονέουσι, τοὺς μὲν ἱρέας ἀπομαστιγῶσαι, Αἰγυπτίων δὲ τῶν ἄλλων ὃν ἂν λάβωσι ὁρτάζοντα κτείνειν. ὁρτὴ μὲν δὴ τελέλυτο Αἰγυπτίοισι· οἱ δὲ ἱρέες ἐδικαιεῶντο. ὁ δὲ Ἆπις πεπληγμένος τὸν μηρὸν, ἔφθινε ἐν τῷ ἱρῷ κατακείμενος. καὶ ὃν μὲν, τελευτήσαντα ἐκ τῶν ἑλκέων, ἔθαψαν οἱ ἱρέες λάθρη Καμβύσεω. Καμβύσης δὲ (ὡς λέγουσι Αἰγύπτιοι) ἀπὸ τούτου ὁ ἀδελφεὸς ἐμάνη, ἐὼν οὐδὲ τοῦτο φρενήρης. καὶ τοίνυν μὴ τῶν κακῶν ὄρξεργάσατο ὃν ἀδελφεὸν Σμέρδιν, ἐόντα πατρὸς καὶ μητρὸς τῆς αὐτῆς· ὃν ἀπέπεμψε ἐς Πέρσας φθόνῳ ὅτι Αἰγύπτιος, ὅτι τόξον μοῦνον Περσέων ὅσον τε δύο δακτύλους εἴρυσε, ὃ τόδε τὸ Αἰθιοπικὸν ἐδύνατο οἱ ἰχθυοφάγοι· τῶν δὲ ἄλλων Περσέων οὐδεὶς οἷός τε ἐγένετο. ἀποστείλαντος ὦν ἐς Πέρσας τὸν Σμέρδιος, ὄψιν εἶδε ὁ Καμβύσης ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε· ἔδοξέ οἱ ἄγγελον ἐλθόντα ἐκ Περσέων ἀγγέλλειν ὡς ἐν τῷ θρόνῳ τῷ βασιληίῳ ἱζόμενος Σμέρδις, τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ ψαύσειε. τοῦτος ὦν ταῦτα, δείσας περὶ ἑωυτῷ τὸν μή μιν ἀποκτείνας ὁ ἀδελφεὸς ἄρξῃ, τῶν ἄρχει, πέμπει Πρηξάσπεα ἐς Πέρσας (ὃς οἱ ἦν ἀνὴρ Περσέων πιστότατος) ἀποκτενέοντα μιν. ὁ δὲ, ἀναβὰς ἐς Σοῦσα, ἀπέκτεινε Σμέρδιν. οἱ μὲν λέγουσι, ἐπ' ἄγρην ἐξαγαγόντα· οἱ δὲ, ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν προσαγαγόντα, καταποντῶσαι. Πρῶτον μὲν δὴ λέγουσι Καμβύσην τῶν κακῶν ἄρξαι τοῦτο· δεύτερα δὲ, ἀνδροφόνον ἀπεργάσατο τὴν ἀδελφεήν, ἐπ' ἐμοὶ μὲν ἐπισταμένῳ οὐδαμῶς ἐλάσσονι λόγῳ οἱ ἐς Αἴγυπτον, τῇ καὶ συνοίκεε. καὶ ἦν οἱ ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφεή. ἔγημε δὲ αὐτὴν ὧδε· (οὐδαμῶς γὰρ ἐώθεσαν πρότερον τῇσι ἀδελφεῇσι συνοικέειν οἱ Πέρσαι) ἐπεθύμησε μιῆς τῶν ἀδελφεῶν Καμβύσης· καὶ ἐπείτα βουλόμενος αὐτὴν γῆμαι, ὅτι οὐκ ἐώθοτα ἐποιέετο ποιήσιν, εἴρετο καλέσας τοὺς βασιληίους δικαστὰς, εἴ τις ἐστὶ κελεύων νόμος ὃν βουλόμενον ἀδελφεῇ συνοικέειν. οἱ δὲ βασιληῖοι δικασταὶ, κεκριμένοι ἄνδρες γίνονται Περσέων, ἐς οὗ ἀποθανόωσι, ἢν σφι μὴ παραφυῇ τι ἄδικον μέχρι τούτων. οὗτοι δὲ τοῖσι δίκας δικάζουσι καὶ ἐξηγηταὶ τῶν πατρίων θεσμῶν γίνονται, καὶ πάντα ἐς τούτους ἀνακέεται. εἰρομένου ὦν τὸν Καμβύσεω,

1 Quum ne prius quidem compos mentis fuisset. *Quæ verba non iam sunt Ægyptiorum, sed ipsius autoris. q. d. Dicunt illum Ægyptii hinc furore correptum. at qui ne antea quidem mentis compos erat,* exorsus &c. 2 Ὅσον ἐπὶ δύο δακτύλους, *quod Gallice dicitur, A deux doigts pres. Pro* Traheret *autem, vertendum potius* Adduceret, *aut* Tenderet, *siue* Intenderet. *hæc enim de arcu potius dicuntur. vt & ipse Herodotus in sequentibus dicit* Ἀγαγόντων τὸ τόξον. 3 Quum rem nouam facere in animo haberet, 4 Donec moriantur.

ὥστε κείνδυτο αὐτῷ οὕτω καὶ δίκημα καὶ ἀσφαλέα· φάμενοι, νόμων οὐδένα ἐξευρίσκειν ὃς κελεύει ἀδελφὴν συνοικέειν ἀδελφεόν· ἄλλον μέντοι ἐξευρηκέναι νόμον, τῷ βασιλεύοντι Περσέων ὀξείναν ποιέειν τὰ αὐ βούληται. οὕτω οὔτε τὸν νόμον ἔλυσαν, δείσαντες Καμβύσεα· ἵνατε μὴ αὖθι ἀπόλωνται τὸν νόμον τοῦτον ἐκφέροντες, τῷ περ ἐξεύρεσι ἄλλον νόμον σύμμαχον τῷ θέλοντι γαμέειν ἀδελφεάς. τότε μέντοι ὁ Καμβύσης ἔγημε τῶν ἐρωμένων. μετὰ μέντοι οὐ πολλὸν χρόνον ἔσχε ἄλλων ἀδελφεόν. τουτέων δὴ τὸν νεώτερον ὀπισσομένην οἱ ἐν Αἰγύπτῳ κτείνει. Ἀμφὶ δὲ τῷ θανάτῳ αὐτῆς διξὸς (ὥσπερ περὶ Σμέρδιος) ἀκοὴ φέρεται λόγος. Ἕλληνες μὲν γὰρ λέγουσι Καμβύσεα συμβαλέειν σκύμνον λέοντος σκύλακι κυνός· θεωρέειν δὲ καὶ τὸν γυναῖκα ταύτην. ἡκωμένου δὲ τοῦ σκύλακος, ἀδελφεὸν αὐτοῦ ἄλλον σκύλακα, ἀπορρήξαντα τὸν δεσμόν, τοῦτον γενέσθαι οἱ· δύο δὲ γενομένους οὕτω δὴ τοὺς σκύλακας ὑπερέχειν τοῦ σκύμνου. καὶ τὸν μὲν Καμβύσεα ἥσθεσθαι θεώμενον· τὴν δὲ, παρημένην, δακρύειν. Καμβύσεα δὲ μαθόντα τοῦτο, ἐπείρεσθαι διότι δακρύοι· τὴν δ' εἰπεῖν, ὡς ἰδοῦσα τὸν σκύλακα τῷ ἀδελφεῷ τιμωρήσαντα, δακρύσειε, μνησθεῖσά τε Σμέρδιος, καὶ μαθοῦσα ὡς κείνῳ οὐκ εἴη ὁ τιμωρήσων. Ἕλληνες μὲν δὴ ἀπὸ τούτου τοῦ ἔπεος φασὶ αὐτὸν ἀπολέσθαι ὑπὸ Καμβύσεω. Αἰγύπτιοι δὲ, ὡς τραπέζῃ παρεκαταμένων, λαβοῦσαν θρίδακα τὴν γυναῖκα παρεπίλαι· καὶ ἐπειρωμένου εἰ ἀνδρὸς, κότερα περιεπεπλεγμένη ἡ θρίδαξ, ἢ δασεῖα, εἴη ἀμείνων. καὶ "τὸν φάναι," δασεῖα. τὴν δὴ εἰπεῖν, Ταύτην μὲν δὴ "κοτὲ σὺ τὴν θρίδακα ἐμιμήσαο, τὸν Κύρου οἶκον "ἀποφιλώσας. τὸν δὲ, θυμωθέντα, ἐμπηδῆσαι αὐτῇ ἐχούσῃ ἐγκύῳ· καί μιν ἐκτρώσασαν ἀποθανεῖν. Ταῦτα μὲν ἐς τοὺς οἰκηίους ὁ Καμβύσης ἐξεμάνη, εἴτε δὴ τὸν Ἆπιν, εἴτε καὶ ἄλλους, οἷα πολλὰ εἴωθε ἀνθρώπους κακὰ καταλαμβάνειν. καὶ γὰρ τινα ἐκ νεότητος νοῦσον μεγάλην λέγεται ἔχειν ὁ Καμβύσης, τὴν ἱερὴν ὀνομάζουσί τινες. οὐ νικᾶ τοι εἰκὸς οὐδὲν ἦν, τοῦ σώματος νοῦσον μεγάλην νοσέοντος, μηδὲ τὰς φρένας ὑγιαίνειν. Τάδε δὴ ἐς τοὺς ἄλλους Περσέας ὠμήνυε. λέγεται γὰρ εἰπεῖν αὐτὸν πρὸς Πρηξάσπεα, τὸν ἐτίμα τε μάλιστα, καὶ οἱ τὰς ἀγγελίας ἐφόρεε οὗτος. τοῦ τε ὁ παῖς οἰνοχόος ἦν τῷ Καμβύσῃ· τιμὴ ἥδ' αὕτη

Iudices & iuste & [1] ingenue respondentes, negant vllam se inuenire legem quæ sinat fratri nubere sororem: quandã tamẽ inuenire legẽ, qua liceat regi Persarũ facere quicquid libeat. Ita neque legem abrogarunt metu Cambysis: & ne legẽ tuentes ipsi perirent, aliam inuenerunt adiutricem eius qui sororem in matrimonium ducere vellet. Tunc itaque Cambyses [2] eam quam dixi accepit vxorem, aliquantoq; post & alteram. Harum iuniorem quæ ipsum in Ægyptum comitata est, interemit. Cuius mors, XXXII quemadmodum illa Smerdis, anceps refertur. nam Græci quidem aiunt, dum Cambyses duos catulos, alterum leonis, alterum canis, committit, hanc interfuisse spectaculo: & quum à leunculo catulus superaretur, alterum catulum huius canis fratrem, abrupto loro superuenisse: & quum duo essent, ita superiores leunculo extitisse. Et Cambyse, dum id cernit, capiente voluptatem, hanc ei assidentem illacrymasse. Ea re animaduersa, Cambysem interrogasse quidnam lacrymaretur: & mulierem dixisse, se viso catulo suppetias fratri ferente, ideo flere quod subierit memoria Smerdis, cuius sciret neminem fore vltorem. Ob hoc dictum Græci illam à Cambyse fuisse interemptam memorant: Ægyptii vero ob id quod quum ad mensam discumberetur, mulier lactucam sumpsit, eiusque decerptis foliis, virum interrogauit vtrum discerpta lactuca an densa pulchrior foret: quum hic respondisset, Densa: Hanc, inquit, lactucam aliquando imitatus es, qui Cyri domum denudasti. Ibi Cambysem indignatione percitum, insiliisse calcibus in prægnantem, eamque abortu edito decessisse. [3] Ita Cã- XXXIII byses in præcipuos domesticorum insaniit, siue id propter Apin, siue aliunde, qualia multa in rebus humanis mala contingere consueuerunt. Etenim fertur Cambyses ab ipsis natalibus grandi laborasse morbo, quem quidam sacrum nominant: vt haud ab re fuerit, cuius corpus magna ægritudine inualidum esset, eius ne mentem quidem sanam fuisse. [4] Atque in alios quoq; XXXIV Persas insaniisse, veluti in Prexaspem, quem præcipuo honore prosequebatur, & qui ad eum nuncios perferebat: & [5] cuius filius Cambysis vina miscebat:

1 Et caute respond. 2 Eam quam diligebat. *vel, Amicam illam.* 3 *Id est, Talia per insaniam fecit præcipuis, &c.* 4 Hæc autem aduersus alios Persas insaniit. *Id est, Per insaniam egit.* Fertur enim ad Prexaspem dixisse, quem præcip. 5 Cuius filius à poculis ei erat.

qui honos

qui honos & ipse non paruus est: ad hunc (*inquam*) fertur dixisse Cambyses, Quemnam virum Persæ me esse censent, aut qualem de me sermonē habent? Et iste ei respondisse, Here, cetera quidē omnia in te magnis laudibus ferunt, sed nimis te[1] vino deditū aiunt esse. Hæc Prexaspes de Persis respondit. Quibus ille indignatus, Siccine, inquit, Persæ me aiunt vino deditum desipere, nec mentis esse compotem? ergo in eo quod prius dixerunt, non veri fuere. Nam senatum Persarum (cui intererat Crœsus) aliquando interrogarat Cambyses qualis ipse videretur esse vir ad patrem Cyrum adæquandum. Et illi responderant, eum patre esse præstantiorem, qui & omnia illius haberet, & Ægypti ac maris accessionem adiecisset. hæc quidem Persæ dicebant. Sed Crœsus qui aderat, displicente ei quæ dicebatur sententia, ad Cambysem inquit, Mihi tu quidem Cyro genite, non videris adęquandus esse patri: nondum enim tibi est filius qualem ille te reliquit. Hoc audito Cambyses delectatus,
XXXV Crœsi sententiam approbauit. Quorum nunc reminiscens, ad Prexaspem iratus inquit, Intellige nunc ipse per te nunquid Persæ vera dicant, an hæc dicentes ipsi desipiant. Nam si filii tui qui in vestibulo stat, medium cor non frustrato ictu percussero, constabit[2] nihil esse quod Persæ dicunt: sin aberrauero, constabit Persas vera loqui,[3] & me esse intemperantem. Hoc loquutus, intendit arcum, puerumque percussit: atque eum collapsum iussit discindi, & inspici ictum. quumque in corde sagitta esset inuenta, ob id lætabundus atque cachinnans, ad patrem pueri inquit, Prexaspes, facta est tibi fides non me insanire, sed Persas. Verum nunc mihi dicito quemnam ex omnibus hominibus iam noris ita ad destinatum emittere sagittas. Prexaspes hominem aduertens esse vesanum, & in ipsum quoque insanientem, Here, inquit, ego ne deum quidem arbitror tam probe iaculari. Et tunc quidem hoc perpetrauit. Altero die, duodecim Persas, primoribus[5] pares,[6]
XXXVI ob nullius momenti caussam necauit, viuos in caput defodiens. ¶ Hæc eum facientem Crœsus Lydus censuit his verbis admonendum, Rex, cuncta noli ætati atque iræ indulgere: sed

δὲ αὖτη οὐ σμικρή. εἰπεῖν δὲ λέγεται τάδε, Πρήξαασπες, κοῖον μέ τινα νομίζουσι Πέρσαι εἶ) ἀνδρα; τίνας τε λόγους περὶ ἐμέο ποιεῦνται; Ὃν δὲ εἰπεῖν, Ὦ δέσποτα, τὰ μὲν ἄλλα πάντα μεγάλως ἐσαγγέλλεται, τῇ δὲ φιλοινείκιῃ σε φασὶ πλέονως προσκέεσθαι. Ὃν μὲν δὴ λέγειν ταῦτα περὶ Περσέων· Ὃν δὲ, ὑμωθέντα, τοῖσδε ἀμείβεσθαι, Νῦν μέν σε φασὶ οἴνῳ προσκείμενον, παραφρονέειν, καὶ οὐκ εἶ) νοήμονα. οὐδὲ ἄρα σφέων οἱ πρότεροι λόγοι ἦσαν ἀληθέες. πρότερον γὰρ δὴ ἄρα Περσέων οἱ σωφρονέστατοι ἐόντων, καὶ Κροίσου, εἴρετο Καμβύσεα κοῖός τις δοκέει αὐτῇ εἶ) πρὸς τὸν πατέρα τελέσαι Κῦρον· οἱ δὲ, ἀμείνοντο ὡς εἴη ἀμείνων τῦ παιδός. πάντα τε γὰρ ἐκείνου πολλὰ ἔχειν αὐτὸν, καὶ προσκτῆσθαι Αἴγυπτόν τε καὶ τὴν θάλασσαν. Περσέων μὲν ταῦτα ἔλεγον. Κροῖσος δὲ παρεών τε καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ κρίσει, εἶπε πρὸς Ὃν Καμβύσεα τάδε, Ἐμοὶ μέν νυν ὦ παῖ Κύρου οὐ δοκέεις ὅμοιος εἶ) τῷ πατρί. οὐ γάρ κω τοι τοιοῦτος οἷός σε ὀπίσω κατέλιπετο. ἥδη τε ταῦτα ἀκούσας ὁ Καμβύσης, καὶ ἐπαίνεε τὴν Κροίσου κρίσιν. Τούτων δὴ ὦν ὑπομνησθέντα, ὀργῇ λέγειν πρὸς Ὃν Πρηξάσπεα, Σὺ νῦν μάθε εἰ λέγουσι Πέρσαι ἀληθέα, εἴτε αὐτοὶ λέγοντες ταῦτα παραφρονέουσι. εἰ μὲν γὰρ τῦ παιδὸς τῦ σοῦ τῦδε ἐστεῶτος ἐν τοῖσι προθύροισι βαλὼν τύχοιμι μέσης τῆς καρδίης, Πέρσας φανέονται λέγοντες οὐδέν· ἢν δὲ ἁμάρτω, φαίνε τε Πέρσας λέγειν ἀληθέα, καὶ μὲ μὴ σωφρονέειν. Ταῦτα δὲ εἰπὼν ἅμα, καὶ ἅμα τινάξας τὸ τόξον, βάλλει τὸν παῖδα· πεσόντος δὲ τῦ παιδὸς, ἀνασχίζειν αὐτὸν κελεύειν, καὶ σκέπτεσθαι τὸ βλῆμα. ὡς δὲ ἐν τῇ καρδίῃ ἁρπεδόνᾳ ἐνεόσσαν τὸν ἰὸν, εἰπεῖν πρὸς τὸν πατέρα τῦ παιδὸς, γελάσαντα, καὶ θωμαλέα γρόμενον, Πρήξασπες, ὡς μέν ἔγωγε οὐ μαίνομαι, Πέρσας τε παραφρονέουσι, δῆλά τοι γέγονε. νῦν δέ μοι εἰπὲ τίνα εἶδες ἥδη πάντων ἀνθρώπων οὕτως ὑπίσχοντα τοξεύματα. Πρηξάσπεα δὲ ἐρέοντα ἀνδρα οὐ φρενήρεα, καὶ πρὸς ἑωυτῷ δεινοῦσθαι, εἰπεῖν, Δέσποτα, οὐδ' ἂν αὐτὸν ἔγωγε δοκέω τὸν θεὸν οὕτω μὲν καλῶς βαλέειν. τότε μὲν ταῦτα ὀξυργάσατο. ἑτέρωθι δὲ Περσέων ὁμοίοισι τοῖσι πρώτοισι δυώδεκα ἐπ' ὐδεμιῇ αἰτίῃ ἀξιοχρέῳ ἑλὼν, ζωοὺς ὑπὲρ κεφαλὴν κατώρυξε. Ταῦτα δέ μιν ποιεῦντα ἐδικαίωσε Κροῖσος ὁ Λυδὸς νουθετῆσαι τοῖσδε τοῖσι ἔπεσι· Ὦ βασιλεῦ, μὴ πάντα ἡλικίην καὶ θυμὸν ὑπόδεπε· ἀνὴ

1 *Non legit* φιλοινείκιη, *sed* φιλοινίῃ, *quam lectionem sequentia comprobare videntur.* 2 Id est, Vanū esse, *vel, friuolum.* 3 Et me non sapere. 4 At Prexaspem, quum animaduerteret hominem mente esse captum, & sibi timeret, dixisse, Here, ego &c. 5 *Non legit* ὁμοίοισι, *sed* ὁμοίους *vt & in veter. cod.* 6 Ob nullum morte dignum crimen. *Vel, Nullo crimine mortem commeritos: sic & statim post.*

» ἴσχε καὶ καταλάμβανε σεωυτόν, ἀγαθὸν τε τοῦ-
» νοον εἶναι. σοφὸν δὲ ἡ προμηθείη. σὺ δὲ κτείνεις
» μὲν ἄνδρας σεωυτῆς πολίτας ἐπ' οὐδεμιῇ αἰτίῃ ἀ-
» ξιοχρέῳ ἑλών, κτείνεις δὲ παῖδας. ἢν δὲ πολλὰ
» τοιαῦτα ποιέῃς, ὄρα ὅκως μή σοι ἀποστήσονται
» Πέρσαι. ἐμοὶ δὲ πατὴρ σὸς Κῦρος ἐνετείλατο πολ-
» λὰ, καλὰ ἐπιθέσθαι σε τοιούτοισι, καὶ ὑποτίθεσθαι, ὅ, τι ἂν
» μὴ εἰσορέω ἀγαθόν. ὁ μὲν δὴ ταῦτα φαίνων σοι εὖ
» βουλεύεσθαι ταῦτα· ὁ δὲ ἀμείβετο τοῖσδε, Σὺ καὶ ἐ-
» μοὶ τολμᾷς συμβουλεύειν, ὃς χρηστὰ μὲν τὰ σε- 10
» ωυτῆς πατρίδα ἐπιτρέψασας, ἄλλῃ δὲ τῷ πατρὶ
» τῷ ἐμῷ συνεβούλευσας, καλὰ ἀνδρὶ Ἀράξεα
» ποταμὸν διαβῆναι, ἰέναι δὲ ἐπὶ Μασσαγέτας, βου-
» λομένων ἐκείνων διαβαίνειν ἐς τὴν ἡμετέρην· καὶ
» ἀπὸ μὲν σεωυτὸν ὤλεσας, τῆς σεωυτῆς πατρίδος κα-
» κῶς τροφέας, ἀπὸ δὲ ὤλεσας Κῦρον, πειθόμενόν σοι.
» ἀλλ' οὕτοι χαίρων· ἐπεί τοι καὶ πάλαι ἐς σε τρο-
» φάσιός τε ἐδεόμην ἐπιλαβέσθαι. ταῦτα δὲ εἰ-
πὼν ἐλάμβανε τὸ τόξον ὡς κατατοξεύσων αὐτόν.
Κροῖσος δὲ ἀναδραμὼν ἔθεε ἔξω. ὁ δέ, ἐπείτε το- 20
ξεῦσαι οὐκ εἶχε, ἐνετείλατο τοῖσι θεράπουσι λα-
βοῦσά μιν ἀποκτεῖναι. οἱ δὲ θεράποντες, ὑπισάμενοι
τὸν τρόπον αὐτοῦ, καταχρύπτουσι τὸν Κροῖσον,
ἐπὶ τῷδε τῷ λόγῳ, ὥστε εἰ μὲν μεταμελήσει τῷ
Καμβύσῃ, καὶ ἐπιζητοίη τὸν Κροῖσον, οἱ δὲ, ἐκφή-
ναντες αὐτὸν, δῶρα λάμψονται ζωάγρια Κροίσου·
εἰ μὲν δὴ μὴ μεταμελῆται, μηδὲ ποθῇ μιν, τότε κα-
ταχρᾶσθαι. ἐπόθησέ τε δὴ ὁ Καμβύσης τὸν Κροῖ-
112 σον οὐ πολλῷ μετέπειτα χρόνῳ ὕστερον, καὶ οἱ θερά- 30
ποντες, μαθόντες τοῦτο, ἐπηγγέλλοντο αὐτῷ ὡς σω-
ζοιεῖεν. Καμβύσης δὲ Κροίσῳ μὲν συνήδεσθαι ἔφη
σωζομένῳ, ἐκείνους μέντοι τοὺς σώσαντας οὐ
καταπροίξεσθαι, ἀλλ' ἀποκτενέειν· καὶ ἐποίησε
ταῦτα. Οὗτοι μὲν δὴ τοιαῦτα πολλὰ ἐς Πέρσας τε
καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐξεμάνη, μέχρι οὗ Μέμφι-
νας τε παλαιὰς ἀνοίγων, καὶ σκεπτόμενος τοὺς
νεκρούς. ἐς δὲ δὴ καὶ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν ἦλθε, καὶ
πολλὰ τῷ ἀγάλματι κατεγέλασε· ἔστι γὰρ τῷ Ἡ-
φαίστου τρῶγλαι τοῖσι Φοινικηίοισι Παταίκῃσι
ἐμφερέστατον, τοὺς οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πρῴρῃσι τῶν 40
τριήρεων περιάγουσι. ὃς δὲ τούτους μὴ ὁπώπεε, ἐ-
γὼ δέ οἱ σημανέω· πυγμαίου ἀνδρὸς μίμησίς ἐστι.
ἐσῆλθε δὲ καὶ ἐς τὸν Καβείρων τὸ ἱρὸν, ἐς τὸ οὐ θε-
μιτόν ἐστι εἰσιέναι ἄλλον γε ἢ τὸν ἱρέα. ταῦτα δὲ
τὰ ἀγάλματα καὶ ἐνέπρησε, πολλὰ κατασκώ-
ψας. ἔστι δὲ καὶ ταῦτα ὅμοια τοῖσι τοῦ Ἡφαίστου.

cohibe & compesce teipsum. Conducit tibi te prouidũ esse: & sapientis est prospicere: tu vero viros interficis tuos populares ob nullius momenti causſam, interficis etiam pueros: qualia si multa facies, considera ne abs te deficiant Persæ. Enimuero pater tuus Cyrus, etiam atque etiam mandans, mihi præcepit vt te commonefacerẽ, subiiciendo quicquid boni comperirem. Hoc illi Crœsus beneuolentiam præ se ferens consulebat. Ad quem Cambyses respondens, Etiam mihi tu, inquit, dare consilium audes, tanquam bene aut tuam ipsius patriam administraris, aut patri meo consulueris, iubens eum traiecto flumine Araxe tendere aduersus Massagetas, quum illi vellent transire in terram nostram. Imo & teipsum male præsidentem patriæ tuæ, & Cyrum tibi credentem perdidisti. sed ob id nequaquã gauisurus: quia olim iam debebam captare in te occasionem. [1] Arcumque corripiebat tanquam hominem confixurus. at Crœsus cursu se foras proripuit. [2] Hic vbi non habet in quem telum dirigat, mandat ministris vt illum comprehensum interimant. Ministri, qui mores eius nossent, Crœsum abdiderunt: hac ratione, vt si Cambyses facti pœnitens requireret Crœsum, eo producto donis afficerentur quod illũ seruassent: si non pœniteret, nec desideraret, tunc hominem interficerent. Nec ita multo post quum Cambyses desideraret Crœsum, ministri hoc animaduertentes, enunciant ei hominẽ superesse. Cambyses se quidẽ inquit Crœso superstite gaudere, sed iis qui illum seruassent, veniam non daturum, sed mortem allaturũ: prout & fecit. Multa huiusmodi tam in Persas quam in socios, quum Memphi moratus est, Cambyses faciebat [3] insania. adeoq; vetusta recludens sepulcra, mortuos inspiciebat. Etiã templum Vulcani adiens, multo derisu simulacrum illius cauillatus est. siquidem statua Vulcani simillima est iis diis quos Pataicos vocant Phœnices, quos in triremium proris Phœnices circumferunt: quos qui non vidit, ego sic ei indicabo, esse illos Pygmæi viri imagine. In templum quoque Cabirorum, inaccessum alteri quàm sacerdoti, ingressus est: & quæ illic erant simulacra, multis in ea iocatus verbis, concremauit. Sũt enim & hęc illis Vulcani similia,

xxxvii

1 Hæc quum dixisset, arcum corripiebat &c. 2 At hic quum illum configere non posset, *vtpote qui se foras proripuisset.*
3 *Vel, Per insaniam.*

à quo se hi homines aiunt esse oriundos.

xxxviii Cum multa igitur apud me documento sunt, Cambysem vehementer insanisse, tum vero illud, quod alioqui non tentasset templa[1] legesque habere ludibrio. Nam si quis vniuersis hominibus præbeat facultatem optimas ex omnibus leges eligendi, profecto cunctas vnusquisque rimatus, suas eligeret. Non igitur credibile est alium quam dementem, talia ludibrio habere. At ita de suis quemque legibus sentire, licet cum aliis coniecturis colligere, tum etiam hac: Darius accitos qui in sua ditione erant Græcos percontatus est quanta pecunia vellent defunctis parentibus vesci: illis negantibus vlla se pecunia hoc esse facturos, Darius dehinc Græcis præsentibus, & quæ dicebantur per interpretem discentibus, interrogauit eos Indos qui Callatiæ nominantur, qui vescuntur parentibus, quantum accipere pecuniarum vellent vt patres defunctos igne comburerent. Indi vehementer reclamantes, meliora illum ominari iubebant. Atque ita moribus comparatum est: rectèque mihi videtur [2]Pindarus fecisse vt diceret Morem omniũ esse regem.

xxxix ¶ CAETERVM dum Cambyses in Ægyptum contendit, Lacedæmonii quoque intulere bellum Samo & Polycrati Æacis filio, qui Samum vi occupauerat, eamque inter initia trifariam partitus erat cum fratribus, Pantagnoto & Syloſonte: quorum deinde altero necato, altero qui erat iunior, eiecto, totam solus obtinebat, inito fœdere cũ Amasi rege Ægypti, cum quo hospitium habebat, mittens munera, vicissimque accipiens. Breuique statim tempore res eius adeo processerunt vt per Ioniam ceteramque Græciam celebrarentur. Quocunque enim [3]bellum intulerat, cuncta ei prospere cedebant, quum haberet [4]centum biremes, mille sagittarios, inuadès omnes sine vllo cuiusquam discrimine: quod diceret se magis gratificari amico si ei quæ abstulisset redderet, quam si [5]nihil adhuc auferret. Multas itaque hic insulas, multa etiam in continente oppida capiebat. Lesbios enim cum omnibus copiis opem Milesiis ferentes, nauali prœlio vicit cepitque, qui omnem fossam mœnia Sami ambientem vincti foderunt.

xl Atq; res Polycratis tanto per secundas esse nõ latuit Amasin, cui hoc

τούτου δὲ σφέας τοὺς λόγους λέγοισι εἶναι. Πάντα χῆ ὦν μοι δηλά ἐστι ὅτι ἐμάνη μεγάλως ὁ Καμβύσης· οὐ γὰρ ἂν ἐς ἱρά τε καὶ νομαίοισι ἐπεχείρησε καταγελᾶν. εἰ γάρ τις τοιοῦτο πᾶσι ἀνθρώποισι ἐκλέξαιτο κελεύων νόμους τοὺς καλλίστους ἐκ τῶν πάντων νόμων, διασκεψάμενοι δὴ ἑλοίατο ἕκαστοι τοὺς ἑωυτῶν· οὕτω νομίζοισι πολὺ τὰ καλλίστους τοὺς ἑωυτῶν νόμους ἕκαστοι εἶναι. οὕκων εἰκὸς ἐστὶ ἄλλο γε ἢ μανιόμενον ἄνδρα γέλωτα τοιαῦτα πρήσσειν. ὡς δὲ οὕτω νομίζουσι τὰ περὶ τοὺς νόμους πάντες ἄνθρωποι, πολλοῖσί τε καὶ ἄλλοισι τεκμηρίοισι χρᾶσι καταμῶσαι ἔστι, ἐν δὲ καὶ τῷδε. Δαρεῖος ἐπὶ τοῦ ἑωυτοῦ ἀρχῆς καλέσας Ἑλλήνων τοὺς παρεόντας, εἴρετο ὁκόσου ἂν χρήματος βουλοίατο τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι· οἱ δὲ ἐπ' οὐδενὶ ἔφασαν ἔρδειν ἂν τοῦτο. Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα καλέσας Ἰνδῶν τοὺς καλεομένους Καλλατίας, οἳ τοὺς γονέας κατεσθίουσι, εἴρετο, παρεόντων τῶν Ἑλλήνων, καὶ δι' ἑρμηνέος μανθανόντων τὰ λεγόμενα, ὁκόσου τινὸς χρήματος δεξαίατ' ἂν τελευτήσαντας τοὺς πατέρας κατακαῦσαι πυρί· οἱ δὲ, ἀμβώσαντες μέγα, εὐφημεῖν μιν ἐκέλευον. οὕτω μὲν ἰθύνεται ταῦτα νενόμισται· καὶ ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι, νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι.

Καμβύσεω δὲ ἐπ' Αἴγυπτον στρατευομένου, ἐποιήσαντο καὶ Λακεδαιμόνιοι στρατιήν ὅτι Σάμον τε καὶ Πολυκράτεα τὸν Αἰάκεος, ὃς ἔσχε Σάμον ἐπαναστάς. καὶ τὰ μὲν πρῶτα τριχῆ διασάμενος τὴν πόλιν, τοῖσι ἀδελφεοῖσι Πανταγνώτῳ καὶ Συλοσῶντι ἔνειμε· μετὰ δὲ, τὸν μὲν αὐτέων ἀποκτείνας, τὸν δὲ νεώτερον Συλοσῶντα ἐξελάσας, ἔσχε πᾶσαν τὴν Σάμον. ἔχων δὲ, ξεινίῃ Ἄμασι τῷ Αἰγυπτίων βασιλέι στωθηκατο, πέμπων τε δῶρα, καὶ δεκόμενος ἄλλα παρ' ἐκείνου. ἐν χρόνῳ δὲ ὀλίγῳ αὐτίκα τὰ Πολυκράτεος πρήγματα αὔξετο, καὶ ἐς βεβωμένα ἀνά τε τὴν Ἰωνίην, καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα· ὅκου γὰρ ἰθύσειε στρατεύεσθαι, πάντα οἱ ἐχώρεε εὐτυχέως. ἑκατὸν δὲ πεντηκοντέρους τε ἐκαὸν, καὶ χιλίους τοξότας. ἔφερε δὲ καὶ ἦγε πάντας, ἀδιακρίτως οὐδένα. τῷ γὰρ φίλῳ ἔφη χαριεῖσθαι μᾶλλον ἀποδιδοὺς τὰ ἔλαβε, ἢ ἀρχὴν μηδὲ λαβών. συχνὰς μὲν δὴ τῶν νήσων εἷλε, πολλὰ δ' καὶ τῆς ἠπείρου ἄστεα. ἐν δὲ δὴ καὶ Λεσβίους πανστρατιῇ βοηθέοντας Μιλησίοισι, ναυμαχίῃ κρατήσας εἷλε, οἳ τὸν πάφην τοῦτον τὸν τεῖχος τὸ περὶ Σάμον πᾶσαν διορύσσοντες ὤρυξαν. Καὶ κως ὁ Ἄμασις δυτυχέων μεγάλως ὁ Πολυκράτης οὐκ ἐλάνθανε, ἀλλά οἱ τῶν

1 Ritusque 2 Pindarus cecinisse, Morem &c. *nam* πάντων *de poetis dicitur, vt Lat.* canere. 3 Bellum inferre cogitaret. 4 Centum naues quinquaginta remorum. 5 Nihil ab initio abstulisset.

φιλίων

Αἰγύπτου

ἰῶ ὅπι μελές. πολλῷ δέ τοι πλεῦνος οἱ Αἰτυχίης
γινομένης, γράψας ἐς βιβλίον τάδε, ἐπέστειλε ἐς
» Σάμον· Ἄμασις Πολυκράτεϊ ὧδε λέ-
» γει. Ἡδὺ μὲν ἀκοῦσαι ἄνδρα φίλον καὶ ξεί-
» νον εὖ πρήσσοντα· ἐμοὶ δὲ αἱ σαὶ μεγάλαι Αἰτυχί-
» αι οὐκ ἀρέσκουσι, ὅτι ἐπίσταμαι ὡς ἐστὶ φθο-
» νερόν. καὶ κως βούλομαι καὶ αὐτὸς καὶ τῶν ἀπικνέω-
113 » μαι, τὰ μὲν πολλὰ Αἰτυχέειν τῶν πρηγμάτων, ὁκόσ-
» σα παίειν· καὶ οὕτω ἀμφιφέρειν ὀνήιστα, ἀλλὰ ξ
τῷ εὐ- » πρήσσων, ἢ Αἰτυχέων τὰ πολλά. ὁκόταν γάρ κω
τυχέειν » λέγω οἶδα ἀκούσας, ὅστις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτε-
» λεύτησε πανάρριζος, Αἰτυχέων τὰ πάντα. σὺ ὦν
» νῦν ἐμοὶ πειθόμενος, ποίησον πρὸς τὰς Αἰτυχίας
» τοιάδε· φρόντισον ὅ τι ἂν δοκέῃς εἶναί τοι πλείστου ἄ-
» ξιον, καὶ ἐπ' ᾧ σὺ ἀπολομένῳ μάλιστα τὸν ψυχὸν
» ἀλγήσεις, τοῦτο ἀποβάλλεο οὕτω, ὥστε μηκέτι ἥξειν ἐς
» ἀνθρώπους. ἢν τε μὴ ἐπαλλάξῃ ἤδη αἱ Αἰτυχίαι
τοῖσι τῷ πὸ τοῦδε αὐτοῖσι πάσῃσι πανσιπάθῳσι, τεύ-
» χεο τῷ τῷ ἐξ ἐμοῦ ὑποκειμένῳ ἀχέι. Ταῦτα ἐ-
πιλεξάμενος ὁ Πολυκράτης, καὶ γνοὺς λαβὼν ὡς οἱ
οὐκ ὑποπίθοιτο Ἄμασις, ἐδίζητο ἐπ' ᾧ μάλιστα
τὴν ψυχὴν ἀσηθείη ἀπολομένῳ τῶν κειμηλίων.
διζήμενος δὲ ηὕρισκε τόδε· ἦν οἱ σφρηγὶς τὴν ἐφό-
ρεε χρυσόδετος, σμαράγδου λίθου ἐοῦσα, ἦν δὲ
ἔργον Θεοδώρου τοῦ Τηλεκλέος Σαμίου· ἐπεὶ ὦν
ταύτην οἱ ἐδόκεε ἀποβαλέειν, ἐποίεε τάδε. πεντη-
κόντερον πληρώσας ἀνδρῶν, ἐσέβη ἐς αὐτήν· μετὰ
δὲ, ἀναγαγεῖν ἐκέλευσε ἐς τὸ πέλαγος· ὡς δὲ ἀπὸ
τῆς νήσου ἐκὰς ἐγένετο, περιελόμενος τὴν σφρηγῖ-
δα, πάντων ὁρεόντων τῶν συμπλόων, ῥίπτει ἐς τὸ πέ-
λαγος. τοῦτο δὲ ποιήσας ἀπέπλεε· ἀπικόμενος
δὲ ἐς τὰ οἰκία, συμφορὴν ἐχέητο. Πέμπτῃ δὲ ἢ ἕ-
κτῃ ἡμέρῃ ἀπὸ τούτων, τάδε οἱ συνήνεικε γενέσθαι·
ἀνὴρ ἁλιεύς, λαβὼν ἰχθῦν μέγαν τε καὶ καλόν, ἠ-
ξίου μιν Πολυκράτεϊ δῶρον δοθῆναι. Φέρων δὲ
ἐπὶ τὰς θύρας, Πολυκράτεϊ ἔφη ἐθέλειν ἐλθεῖν ἐς ὄ-
ψιν. χωρήσαντος δὲ οἱ τούτου, ἔλεγε, δίδοὺς ὃν ἰχθῦν,
» Ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ τόνδε ἑλών, οὐκ ἐδικαίωσα φέρειν
» ἐς ἀγορήν, καίπερ ἐὼν ἀποχειροβίοτος, ἀλλά μοι ἐ-
» δόκεε σεῦ τε εἶναι ἄξιος καὶ τῆς ἀρχῆς. σὶ δὴ μιν φέ-
ρων δίδωμι. ὁ δέ, ἡσθεὶς τοῖσι ἔπεσι, ἀμείβεται τοῖσδε,
» Καί τοι τε δι' ἐποίησας· καὶ χαρεὶς δὶ πλέω τῶν τε λό-
» γων καὶ τοῦ δώρου· καί σε ὀπὶ δεῖπνον καλέομεν. ὁ
μὲν δὴ ἁλιεὺς, μέγα ποιεύμενος ταῦτα, ἤιε ἐς τὰ
οἰκία. ὃν δὲ ἰχθῦν τάμνοντες οἱ θεράποντες,
δείκ-

curæ erat. Sed quum assidue forent multo secundiores, Amasis libellum Samũ misit in hæc verba scriptum, AMASIS POLYCRATI ITA INQVIT, Mihi quidem, feliciter agi cum viro amico meo & hospite, audire voluptati est: tamen tuæ magnæ prosperitates mihi non placent, qui intelligo quam inuidum numen sit. Quod ad me attinet, malim tum meas ipsius tum eorum qui mihi curæ sunt [1] res nunc prospere ire, & ita *per varias fortunæ vices* æuum traducere, quam in omnibus mihi prospere cedere. Tu itaque mihi obtemperando, hoc aduersus prosperitates agito: dispice quid tibi sit quod plurimi facias, quodq; amissum tibi maxime doleret: id vbi inueneris, ita abiicito vt nunquã [2] ad homines veniat. Quod si prospera tua deinceps non variabuntur aduersis, medeare tu tibi subinde eo modo quem tibi subieci. Hęc quum legisset Polycrates, & in animum demisisset, tanquam bene sibi ab Amasi præcepta, disquirebat quodnam suorum ornamẽtorum esset quo amisso maxima ipse molestia afficeretur: atque hoc tandem quæritando inuenit: Erat ei gemma signatoria smaragdus, quam gestabat auro inclusam, opus Theodori Samii Telecle geniti. hanc vbi abiiciendam statuit, ita abiicere libuit: [3] Biremem conscendit: eam dehinc viros quibus illam instruxerat, in pelagus educere iubet. Et postquã ab insula procul aberat, detractum sibi sigillum, iis qui vna nauigabãt inspectantibus, abiecit in pelagus: hoc acto renauigauit. Reuerso domum, quum ex iactura afficeretur, quinto sextove quam hæc acta sunt die, hoc ei casu euenit. Piscator quidam captum à se piscem, grandẽ sanè ac pulchrum, putauit dignũ quo Polycratem donaret. eũ ad fores quum attulisset, dixit se in conspectum Polycratis ire velle: à ianitore permissus, donans Polycrati piscẽ, Rex, inquit, hunc ego quem cepi piscem, etsi operis manuariis vitam tolero, tamen non iudicaui ferendum à me esse in forum, sed te tuaq; potentia dignũ. Eum itaque affero tibi, donoque. His verbis iste delectatus, ita respõdit, Tu vero probe, nec facto solo, sed etiam oratione apud me inisti gratiam: ad cœnamque te vocatũ volo. Hæc magni faciẽs piscator domũ abiit. piscẽ ministri rescindentes,

XLI

XLII

1 Res nunc prospere ire, nunc infeliciter cedere. *Vel potius, Ex rebus alias feliciter, alias infeliciter cedere. Post* cedere, *adde*, Nec enim adhuc de quoquam audisse me puto, qui quum in omnibus felix fuisset, non tandem male perierit funditus. 2 *Id est, in hominum conspectum.* 3 Quinquaginta remorum nauem

offendunt

offendunt in eius aluo ſigillum Polycratis. Quod vbi viderunt ſumpſeruntque, ad Polycratem lætabundi quamcelerrime pertulerunt. Eoque illi reddito, referebant quo pacto fuiſſet inuentum. [1] Polycrates, quemadmodum res diuinitus contigit, ſingula quæque à ſe geſta retulit in libellum: & qua ratione quod amiſerat recepiſſet. Hæc vbi ſcripſit, in
XLIII Ægyptum miſit. Quibus tabellis Amaſis perlectis quę à Polycrate venerãt, [2] intellexit non poſſe præſtare hominẽ vt alterum hominem fato inpendenti eripiat: vtq; Polycrates bene iam moreretur, bonam fortunã ſemper expertus, qui ea quoque reperiret quæ abieciſſet. Miſſo itaque Samum caduceatore, dixit ſe ius cum illo hoſpitii ſoluere. Quod ideo fecit ne in triſtem aliquẽ grauemque caſum incidente Polycrate, animi dolorem veluti de hoſpite ipſe contraheret. ¶ Aduerſus hunc igitur Polycra-
XLIV tem in omnibus bene agentem, Lacedæmonii ſumpſere expeditionem, acciti ab iis Samiis qui poſt hæc Cydoniam in Creta condiderunt. Polycrates,
I miſſo clanculum caduceatore ad Cambyſem Cyri filium, aduerſus Ægyptum copias comparantem, orauit vt nunciis ad ſe in Samum miſſis, rogaret aliquid copiarum. Quod audiens Cambyſes, libenter in Samum miſit ad rogandas à Polycrate nauticas copias, quas ſecum iſte mitteret in Ægyptum. Polycrates, delectis quos maxime ſuſpicabatur è popularibus ſuis ad rebellionem ſpectare, quadraginta triremes miſit Cambyſi, mandans ne retro eos dimitte-
XLV ret. Et alii quidem negant Samios à Polycrate miſſos, in Ægyptum peruenisſe: ſed quum in Carpathio mari curſum tenerent, inter ſe colloquutos decreuiſſe ne porro tenderẽt. Alii vero aiunt peruenisſe in Ægyptum, ac retentos inde fugam feciſſe: & in Samum redeuntes, Polycratem cum claſſe occurrentem ſuperaſſe, atque in inſulam exiſſe: ſed pugna pedeſtri commiſſa repulſos, ita Lacedæmonem nauigaſſe. Sunt qui dicant penes eoſdem, ab Ægypto redeuntes aduerſus Polycratem, extitiſſe victoriam: non recte dicentes mea opinione. Neque enim oportuiſſet illos aſciſcere Lacedæmonios, ſi per ſe ad reſiſtendum Polycrati validi erant. Præterea nec ratio dictat vt cui

διείσιοισι ἐς τῇ νηδύι αὐτὸ εἰεοῦσαι τῷ Πολυκράτεος σφρηγῖδα. ὡς δὲ εἶδόν τε καὶ ἔλαβον, πάχιστα ἔφευγον κεχαρηκότες τῷδε ὃν Πολυκράτεα. διδόντες δέ οἱ τὸν σφρηγῖδα, ἔλεγον ὅτεῳ ἕκαστα ἐγένετο εὑρεθέν. ὃν δὲ ὡς ἐσῆλθε θεῖον εἶναι τὸ χρῆ- ιγρίηθ.
γμα, γράφει ἐς βιβλίον πάντα, τὰ ποιήσαντα μιν, οἷα καταλελάβηκε· γράψας δὲ, ἐς Αἴγυπτον ἐπέθηκε. Ἐπιλεξάμενος δὲ ὁ Ἄμασις τὸ βιβλίον τὸ παρὰ τοῦ Πολυκράτεος ἦκον, ἔμαθε ὅτι ἀκηχεμίσαν τε ἀδύνατον εἴη ἀνθρώπῳ ἄνθρωπον ἐκ τοῦ μέλλοντος γίνεσθαι πρήγματος, καὶ ὅτι ὡς οὐκ εὖ τελευτήσειν μέλλει Πολυκράτης εὐτυχέων τὰ πάντα· ὃς καὶ τὰ ἀποβάλλει, εὐτυχέει. πέμψας δὲ οἰκήρυκα ἐς Σάμον, ἀφαλύεσθαι ἔφη τὸν ξεινίην. τοῦδε εἵνεκα ταῦτα ἐποίεε, ἵνα μὴ σευτυχίης δεινῆς τε καὶ μεγάλης Πολυκράτεα καταλαβούσης, αὐτὸς ἀλυσκήσειε τὸν ψυχὴν, ὡς περὶ ξείνου. Ἐ- χρ περὶ ἀνδρὸς ξείνου.
πὶ τούτοισι δὴ ὧν ὃν Πολυκράτεα εὐτυχέοντα τὰ πάντα, ἐς ἐστυβίοντο Λακεδαιμόνιοι, ὀπτικαλεσαμένων τῶν μετὰ ταῦτα Κυδωνίην τὴν ἐν Κρήτῃ κτισάντων Σαμίων. πέμψας δὲ κήρυκα λάθρη Σαμίων Πολυκράτης τῷδε Καμβύσεα τὸν Κύρου συλλέγοντα στρατὸν ἐπ' Αἴγυπτον, ἐδέήθη ὅκως δὴ καὶ στρατὸν ἐπιὼν τὸν πέμψας ἐς Σάμον, δέοιτο στρατοῦ. Καμβύσης δὲ ἀκούσας τούτων, περιθύμως ἔ- χρ ἔπεμψε ἐς Σάμον, δεόμενος
πεμπε ἐς Σάμον, δεησόμενος Πολυκράτεος στρατὸν ναυτικὴν ἅμα πέμψαι ἐπιὼν ἐπ' Αἴγυπτον. ὁ δὲ, ὀπτιλεξάμενος τῶν ἀστῶν τοὺς ἐπιθωύμαζε μάλιστα ἐς ἐπανάστασιν, ἀπέπεμπε πεντηκοντέρους τεσσεράκοντα· ἐπετελάμυνε Καμβύσῃ ὅπως τούτους μὴ ἀποπέμπειν. Οἱ μὲν δὴ λέγουσι τοὺς ἀποπεμφθέντας Σαμίων ὑπὸ Πολυκράτεος, οὐκ ἀπικέσθαι ἐς Αἴγυπτον· ἀλλ' ἐπείτε ἐγένοντο ἐν Καρπάθῳ πλέοντες, δοκῶσαί σφι λόγῳ, καὶ σφι ἀδεῖν ὅ τι περαιτέρω μηκέτι πλέειν. οἱ δὲ λέγουσι ἀπικ- 114
νεομένους τε ἐς Αἴγυπτον καὶ φυλασσομένους, ἐνθεῦτεν αὐτοὺς ἀποδρῆναι. καταπλέουσι δὲ ἐς τὸν Σάμον Πολυκράτης νηυσὶ ἀντίαζε, ἐς μάχην κατέστη· νικήσαντες δὲ οἱ κατιόντες, ἀπέβησαν ἐς τὴν νῆσον. πεζομαχήσαντες δὲ ἐν αὐτῇ, ἐνικήθησαν· τῷ οὕτω δὴ ἔπλεον ἐς Λακεδαίμονα. εἰσὶ δὲ οἳ λέγουσι τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου νικῆσαι Πολυκράτεα· λέγοντες, ἐμοὶ δοκέειν, οὐκ ὀρθῶς. ἐδύνατο γὰρ ἔσεσθαι σφέας Λακεδαιμονίους ὀπτικαλέεσθαι, εἴτε αὐτοὶ ἱκανοὶ ἦσαν Πολυκράτεα παραστήσασθαι. τοῖσι δὲ πύθεσθαι, οὐδὲ λόγος αἱρέει, τῶν

1 Polycrates, quum eum ſubiiſſet diuinum quiddam id eſſe, ſcribit quæ feciſſet, & quæ poſt illa a ſe facta ſibi contigiſſent. *Vel, Quicquid ſibi poſt eam rem factam accidiſſet.* 2 Didicit fieri nõ poſſe vt homo hominem à re quæ euentura eſt retrahat: & Polycrati non felicem fore tandem rerum exitum, qui per omnia proſperam fortunam experiretur: adeo vt ea etiam reper.

ὅτι κυφοί τε μιν ἐποίεον καὶ τὸ ξόανον οἰκήιοι ἦσαν πλήθει πολλοί, τοῦτον ὑπὸ τῶν καπήλων Σαμίων ἐόντων ὀλίγων ἐσωθέωσαν· τῶν δὲ ὑπ' ἑωυτῶν ἐόντων πολιητέων τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ὁ Πολυκράτης ἐς τοὺς νεωσοίκους συνειλήσας, εἶχε ἐπίμυς, ἵνα ἄρα σφι διδῶσι οὗτοι τοὺς καπήλους, ὑποθησόμενοι αὐλοῖσι τοῖσι νεωσοίκοισι. Ἐπεί τε δὲ οἱ ἐξελαθέντες Σαμίων ὑπὸ Πολυκράτεος ἀπίκοντο ἐς τὴν Σπάρτην, κατ' αὐτὸ ὅτι τοὺς ἀρχοίας, ἔλεγον πολλά, οἷα κατὰ δεόμενοι. οἱ δὲ σφι τῇ πρώτῃ καταστάσει ὑπεκρίναντο, τὰ μὲν πρόσθε λεχθέντα ὅτι ἐλελήθεσαν, τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνιέναι. μετὰ δὲ ταῦτα, δευτέρῃ κατάστασιν, ἄλλο μὲν εἶπον οὐδέν, θύλακον δὲ φέροντες, ἔφασαν ἀλφίτων δέεσθαι. οἱ δὲ σφι ὑπεκρίναντο, τῷ θυλάκῳ πρόσεστι ἀλφίτων δέεσθαι. βοηθέειν δὴ ὦν ἔδοξε αὐτοῖσι. Καὶ ἔπειτα παρασκευασάμενοι ἐστρατεύοντο Λακεδαιμόνιοι ὅτι Σάμον, ὡς μὲν Σάμιοι λέγουσι, ἀνέργοντες ἐκ τοῦ ὅτι σφι πρότεροι αὐτοὶ νηυσὶ ἐβοήθησαν ὅτι Μεσσηνίους· ὡς δὲ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, οὐκ ὅτι τιμωρήσοντες δεομένοισι Σαμίοισι ἐστρατεύοντο, ὡς πισσάσθαι βουλόμενοι τὸν χρητῆρα τὸν ἀργαγῆς, ὃν ἦγε Κροίσῳ, καὶ τὸν θώρηκα ὃν αὐτοῖσι Ἄμασις ὁ Αἰγύπτιος βασιλεὺς ἔπεμψε δῶρον. καὶ γὰρ θώρηκα ἐλίσσαντο τῷ πρότερῳ ἔτεϊ ἢ ὃν χρητῆρα, οἱ Σάμιοι· ἐόντα μὲν λίνεον, καὶ ζώων συμφασμένων συχνῶν, κεκοσμημένον δὲ χρυσῷ καὶ εἰρίοισι, ἀπὸ ξύλου· τῶν δὲ εἵνεκα θωϋμασαι ἄξιον πρὸς πεδόνη ἐκάστη τὸν θώρηκος ποιέει. ἐοῦσα γὰρ λεπτὴ, ἔχει ἀρπεδόνας ἐν ἑωυτῇ τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντα, πάσας φαινομένας. τοιοῦτος ἕτερός ἐστι καὶ ὃν ἐν Λίνδῳ ἀνέθηκε τῇ Ἀθηναίῃ Ἄμασις. Συνεπελάβοντο δὲ τοῦ στρατεύματος τοῦ ὅτι Σάμον ὥστε ἁλόντες, καὶ Κορίνθιοι προθύμως. ὕβρισμα γὰρ καὶ ἐς τούτους εἶχε ἐκ τῶν Σαμίων γεγονὸς γενεῇ πρότερον τοῦ στρατεύματος τούτου, κατὰ δὴ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ χρητῆρος τῇ ἁρπαγῇ γενόμενος. Κερκωπαίων γὰρ παῖδας τριηκοσίων ἀνδρῶν τῶν πρώτων, Περίανδρος ὁ Κυψέλου ἐς Σάρδις ἀπέπεμψε τοὺς Ἀλυάττεω ὅτι ἐκτομῆ. προσχόντων δὲ ἐς τὴν Σάμον τῶν ἀγόντων τοὺς παῖδας Κορινθίων, πυθόμενοι οἱ Σάμιοι τὸν λόγον, ἐπ' οἷσι ἀγοίατο οἱ παῖδες ἐς Σάρδις, πρῶτα μὲν τοὺς παῖδας ἐδίδαξαν ἱκετεύειν Ἄρτεμιν

permulti aderant, cum auxiliarii mercede conducti, tum domestici sagittarii, is à Samiis redeuntibus numero paucis fuerit superatus: quum præsertim liberi ciuium atque vxores sub Polycrate essent, quos iste inter naualia coactos tenebat, ideo paratos vt si ii qui secum erant, eum redeuntibus aliis prodidissent, vnacú ipsis naualibus comb- ureret. Posteaquam vero Samii qui XLVI
à Polycrate exacti erant, Spartam venerũt, adeuntes principes multa sane (qualia supplices) commemorabant. Quibus illi primo congressu responderunt, eorũ quę isti dixissent, priorum quidẽ oblitos esse se, posteriora vero non intelligere. Secundo deinde congressu nihil isti dixerunt, nisi allato panario, illud pane indigere. Quibus iidem responderunt [1] panario superfuturum. [2] Itaque opem ferendam eis censuerunt. Atque vbi XLVII
rem quem apparauere, cum exercitu in Samum se contulere, referendæ gratiæ caussa, vt Samii aiunt, quia illis aliquando Samii aduersus Messenios auxilio fuissent: vt vero Lacedæmonii aiunt, nõ tam quia tutari deberent Samios, quam vt eosdem vlciscerentur ob interuersum craterem, quem Crœso portabant, & ob thoracem ab Amasi rege Ægypti ipsis missum. Interceperant enim Samii priore quàm craterem anno, thoracem lineum quidẽ, sed frequentibus animalium figuris ex auro lanaq; versicolore, [3] è ligno intertextum: ob id admiratione dignum, quod quum inscriptæ eius venationes essent exiles, tamen singulæ in se habebant tricenas ac sexagenas bestiolas, singulasque euidentes: hoc mirum reddebat thoracem. Qualis alter est quem in Lindo Mineruæ idem Amasis dedicauit. Comparauerunt XLVIII
itaque Lacedæmonii exercitum aduersus Samum, vt Corinthios quoq; solicitarent. ¶ In quos etiam Samiorũ extabat iniuria ætate quæ præcessit hanc expeditionem, circa idẽ tempus facta quo crater interuersus est. Nam quum Periander Cypseli filius, Sardis ad Alyattem castrandos mitteret trecentos primorum Corcyræorum liberos, Corinthiique qui illos ducebant, Samum appulsi essent, audita Samii caussa cur Sardis pueri ducerentur, primum edocuere pueros vt [4] puluinar Dianæ contingerent:

1 Illos panario superuacaneam orationem curiose addidisse. *Q. d. Debuisse illos contentos esse panarium seu saccum ostendere. Videtur hic versus esse huius loci sensus, cui tamen fortasse vox aliqua deest.* 2 Ferendam tamen illis opem cens. 3 Ex xylo intertextum, quem admiratione dignum reddebant singula eius fila, quæ quum exilia essent, tamen singula in se tricena ac sexagena fila, & quidem euidentia singula, habebant. Talis & alter est quem in Lindo Min. idem Am. dedicauit. Ad hanc vero in Samum expeditionem adiuuerunt etiam Corinthii lubenter. 4 Templum

deinde

deinde non ſinentes[1] abſtrahi eoſdem è puluinari, quum prohiberent Corinthii præbere illis alimenta, ipſi diem ſolennem egerunt, quem nunc quoque per id tempus celebrant. Quum enim nox aduenerat, quãdiu pueri precabantur, tamdiu exercebant choros virginũ atq; adoleſcentium. Tunc autẽ choros exercentes, eſculenta fecerunt ex ſeſamo ac melle, quæ diſtribuenda ferrentur: vt ea Corcyræorum filii rapientes, alimenta haberent. idque eouſque factum eſt dũ Corinthii pueris quos aſſeruabãt omiſſis abierunt. Ita Samii pueros Corcyram
XLIX reduxerunt. Quod ſi defuncto Periandro, Corinthiis cum Corcyræis amicitia extitiſſet, nõ ob hanc cauſſam Corinthii[2] aduerſus Samios expeditionem ſumpſiſſent: nunc ab ipſa vrbe Corcyrenſi à ſe condita, Corinthii ſemper cum Corcyræis diſcordes mutuo fuere. Huius igitur rei memores Corinthii, exulcerato in Samios animo erant. Mittebat autem Periander ad caſtrandum Sardis primorum Corcyræorum delectos pueros, vlciſcendi facinoris gratia quod Corcyræi priores in eum admiſerant. Nam poſteaquam vxorem
καλέσαντες τοὺς Πέρσας οἱ μάγοι, ἀναβίβασθον αὐ-
τὸν ὅτι ὄν πύργον, καὶ ἀγορεύειν ἐκέλευον· ὁ
δὲ, τῶν μὲν πρὸ τοῦ ἐκὼν [2]ἐπιλήθετο. Πρηξάσπεος δὲ ἀπ'
Ἀχαιμένεος, [3]ἐξηγεμονίης τὸν πατρώιον τῶν Κύρου. μετὰ δὲ, ὡς ἐς τοῦτο κατέβη τοῦ λόγου,

Quod autem ad ianitores attinet, ſiquis eorũ libenter cedet nobis, vtilius ei ſuo tempore erit: ſiquis reſiſtere conabitur, vt erit hoſtis, ita tunc pro hoſte habeatur: deinde intro irrumpẽtes, rem tranſigamus. Poſt hæc Gobryas, Viri amici, inquit, nobis pulchrius erit recuperare imperium. aut, ſi recuperare non poterimus, mortem oppetere, quàm, quum ſimus Perſæ, viro Medo parere, & quidem aures non habenti. Quum præſertim quicunque veſtrûm Cambyſi ægrotanti adfuiſtis, memoria teneatis quæ ille dum vita excederet, Perſis imprecatus eſt, niſi imperium recuperare tentarent: quę nos tunc non admittebamus, [1] inuidioſe dici à Cambyſe exiſtimantes. Nunc igitur calculum pono in Darii ſententiam: [2] neque hunc cœtum diſſoluendum cenſeo, ſed ſtatim aduerſus magum adeundum. Hæc dicta à Gobrya ceteri comprobarunt. LXXIII

¶ Interea vero dum ab iſtis conſultatur, forte hoc contigit, vt magi inito inter ſe conſilio ſtatuerent conciliandum ſibi amicum Prexaſpem, quod indigna paſſus à Cambyſe eſſet, occiſo eius filio ictu ſagittæ, & ſolus mortem Smerdis Cyro geniti noſſet, quem ipſe ſuapte manu interemiſſet: quod [3] præterea *ob id* apud Perſas maxima flagrabat inuidia. His de cauſſis accitum hominem, ſibi amicum comparabant: accipientes fidem ac iuſiurandum, fallaciam quæ ab ipſis in Perſas facta eſſet intra ſe habiturum, neque cuiquam mortalium patefacturum, [4] pollicitantes innumerabilia ſe ei daturos. Recipiente Prexaſpe facturum ſe quæ magi ſuaſerant, iterum illi dicere, in animo ſe habere omnes Perſas ſub murum arcis conuocare: ideoque iubere hunc conſcenſa turri prædicare, à Smerdi Cyri Perſis imperari, & ab alio nemine. Hæc illi præcipiebant, veluti homini ſummæ apud Perſas autoritatis, & qui ſæpenumero aſſueraſſet eum eſſe Smerdin Cyri, ac cædem à ſe factã pernegaſſet. Hæc quoque Prexaſpe ſe paratũ exequi dicente, magi conuocatis Perſis, hominem in turrim perductum iubent habere orationem. Prexaſpes, ea quæ ab iſtis oratus fuerat ſponte obliuiſcitur: exorſuſq; ab Achæmene, ſeriem familię Cyri recenſet: & vbi tandẽ deuenit ad Cyrũ, LXXIV LXXV

[2] ἀπελάθη-
[3] ἐξωμοσίης

1 Calumnioſe 2 Neque hoc cœtu diſſoluto, eundum ahò cenſeo quam recta ad magum. 3 Præterea apud Perſas in maxima exiſtimatione eſſet. 4 Pollicitantes ſe decies millies ipſius bona multiplicaturos.

commemorauit illius in Persas beneficia. His expositis, prompsit veritatem, caussatus ideo se hactenus occultasse quod sibi tutum nō fuisset proferre rem gestam, sed impræsentiarum necessitate coactum proferre: dixitque se à Cambyse adactum Smerdin Cyri occidisse, & magos esse qui regnent. Multis quoque verbis Persas deuouit nisi rursus imperium recuperarent, ac magos vlciscerentur. Hæc loquutus, sese in caput à turri præcipitem dedit. Hunc in modum Prexaspes, vir per omne tempus
LXXVI vitæ spectatus, occubuit. ¶ At septem Persæ, vbi constituerunt aggredi protinus magos, neque rem differre, deos comprecatū ierunt, ignari omnino eorum quæ circa Prexaspem acta essent: sed hæc inter eundum in medio itineris audierunt: eoque à via secedentes, [1] iterum colloquuti sunt. Quorum qui cum Otane optauerant rem prorsus differri, videbant negantes tunc esse adoriendam: qui vero cum Dario, confestim eundum, & quod decretum esset peragendum. Eis concertantibus apparuerunt septem accipitrum paria, insectantium duo paria vulturum, eosque vellicantium atque infestantium. Quod intuentes septem Persæ, sententiam Darii comprobarunt: & mox freti auuibus ad regiam cum fiducia perrexe-
LXXVII runt. Vbi ad portas adfuerunt, prout Darius senserat, ita euenit. nam custodes reueriti Persarum primarios, nec aliquid huiusmodi suspicantes ex his fore, qui venirent diuina cum pompa, ne interrogauerunt quidem. Vbi in aulam introgressi sunt, offendunt eunuchos qui erant à nunciis: & ab his qua gratia venirent interrogantur. Simulque inter percontandum ianitoribus minitabantur quod homines ingredi permisissent; atque vlterius pergere volentes eosdem prohibebant. Isti se mutuo cohortati, eductis gladiis, eos à quibus arcebantur, ibidem trucidant: iidemque cursu in conclaue contendunt, intra quod tunc forte ambo magi agebant, & de iis quæ à Prexa-
LXXIX spe erant acta consultabāt. Qui quum vidissent tumultuantes eunuchos atque vociferantes, procurrerunt vterque: & quod fiebat animaduertentes, [2] ad vires conuersi sunt: quorum vnus occupat arcum, alter lanceam sumit.

ἔλεγε ὅσα ἀγαθὰ Κῦρος Πέρσας πεποιήκοι· διεξελθὼν δὲ ταῦτα, ὀξέφαινε τὴν ἀληθείην, φάμενος πρότερον μὲν κρύπτειν· οὐ γὰρ οἱ εἶναι ἀσφαλὲς λέγειν τὰ γιγνόμενα· ἐπὶ δὲ τῷ παρεόντι ἀναγκαίῃ μιν καταλαμβάνειν φαίνειν. ἐγὼ δὴ ἔλεγε, ὃν μὲν Κύρου Σμέρδιν ὡς αὐτὸς ὑπὸ Καμβύσεω ἀναγκαζόμενος ἀπεκτείνα, τοὺς μάγους ὁρᾶν βασιλεύειν. Πέρσῃσι μὲν πολλὰ ἐπαρησάμενος, εἰ μὴ ἀνακτήσαιατο ὀπίσω τὴν ἀρχήν, ἐγὼ τοὺς μάγους πειρήσαιτο, ἀπῆκε ἐπ' ὃν ὅτι κεφαλὴν φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ πύργου κάτω. Πρηξάσπεος μὲν νυν ἐὼν ὃν πρῶτα χρόνον ἀνὴρ δόκιμος, οὕτω ἐτελεύτησε. Οἱ δὲ ἑπτὰ τῶν Περσέων, ὡς ἐβουλεύσαντο αὐτίκα ὅτι χειρέειν τοῖσι μάγοισι, καὶ μὴ ὑπερβάλλεσθαι, ἦσαν ἐξάμυοι τοῖσι θεοῖσι, τῶν τε Πρηξάσπεα πρηχθέντων εἰδότες σαφέως. ἔν τε δὴ τῇ ὁδῷ μέσῃ τειχόντες ἐγίνοντο, καὶ τὰ τοῦ Πρηξάσπεα γεγονότα ἐπυνθάνοντο. ὡθεῦντα σκηπάντες τῆς ὁδοῦ, ἐδίδοσαν αὐδῆσι σφίσι λόγους· οἱ μὲν ἀμφὶ Ὀτάνεα, πάγχυ κελεύοντες ὑπερβαλέσθαι, μηδὲ οἰδέοντων τῶν πρηγμάτων, ὅτι πειρᾶσθαι· οἱ δὲ ἀμφὶ Δαρεῖον, αὐτίκα τε ἰέναι, καὶ τὰ δεδογμένα ποιέειν, μηδὲ ὑπερβάλλεσθαι. ὡς δὲ ταῦτα ἐγίνετο, ἐφάνη ἱρήκων ἑπτὰ ζεύγεα, δύο αἰγυπιῶν ζεύγεα διώκοντά τε καὶ πίλλοντα καὶ ἀμύσσοντα. ἰδόντες δὲ ταῦτα οἱ ἑπτὰ, τήν τε Δαρείου πρώτου αἴνεον γνώμην, καὶ ἔπειτα ἦσαν ὅτι τὰ βασιλήια τεθαρρηκότες τοῖσι ὄρνισι. Ἐπιστᾶσι δὲ ὅτι τὰς πύλας ἐγίνετο οἷον τι Δαρείῳ ἡ γνώμη ἔφερε. καταδεδεγμένοι γὰρ οἱ φύλακοι ἄνδρας τοὺς Περσέων πρώτους, καὶ σφέων τοιοῦτον ὑποπτεύοντες ἔξ αὐτῶν ἔσεσθαι, παρίεσαν, δείσῃ πομπῇ χρεωμένους· οὐδὲ ἐπηρώτα σφέας. ἐπεί τε δὲ καὶ παρῆλθον ἐς τὴν αὐλήν, ἐβόων τοῖσι τὰς ἀγγελίας ἐς φέρουσι διιοῦχοισι, εἴ σφεας ἐς ὄρεον ὅ, τι θέλοντες ἥκοιεν. καὶ ἅμα ἐς ορέοντες τούτους, τοῖσι πυλωροῖσι ἀπείλεον ὅτι σφέας παρῆκαν. ἰσχόν τε βουλομένους τὰς ἑπτὰ ἐς ὅ τι σφέων παιείειαν· οἱ δὲ, ἀμαχεὶ ἀναισάμενοι, καὶ ἀναισάμενοι τὰ ἐγχειρίδια, τούτοις μὲν τοὺς ἰθύοντας, αὐτὰ τούτῳ συγκεντέουσι· αὐδὶς δὲ ἦσαν δρόμῳ ἐς ὃν ἀνδρεῶνα. Οἱ δὲ μάγοι ἔτυχον ἀμφότεροι τηνικαῦτα ἐόντες εἴσω, καὶ τὰ ὑπὸ Πρηξάσπεω γιγνόμενα ἐν βυλῇ ἔχοντες. ἐπεὶ ὦν εἶδον τοὺς διώκοντας τεθορυβημένους τε καὶ βοῶντας, αὐτά τε ἔδραμον πάλιν ἀμφότεροι, καὶ ὡς ἔμαθον ὃ ποιέυμενον, ὁρῶς ἀλκὴν ἐξάποντο. ὁ μὲν δὴ αὐτέων φθαὶς τὰ τόξα κατελάμενος, ὁ δὲ, ὁρῶς τὴν αἰχμὴν ἐξάπετο.

1 Rem iterum in disquisitionem vocauerunt. Ex quibus Otanes omnino autor erat vt differrent, neque rebus flagrantibus inceptum capesserent: (*vt legatur οἰδέοντων*) at Darius confest. 2 Vires suas aduersus illos experiri cœperunt. *Vel*, Pro viribus illis obsistere cœperunt.

σθαῦλα δὲ σφέμισγον ἀλλήλοισι. τοῦ μὲν δὴ τὰ τόξα αἰεὶ λαβόντι αὐτέων, ἐόντων τε ἀγχοῦ αὐτοῦ τῶν πολεμίων, καὶ παρεσκευμένων, ὧδε χρῆσθαι ἦν. ὁ δὲ ἕτερος τῇ αἰχμῇ ἠμύνετο· καὶ τοῦτο μὲν, Ἀσπαθίνεω παίει ἐς τὸν μηρόν· τοῦτο μέν, Ἰνταφέρνεα ἐς τὸν ὀφθαλμόν. καὶ ἐτρήθη μὲν τὸν ὀφθαλμὸν 123 ὑπὸ τοῦ Ἰνταφέρνεος, οὐ μέντοι ἀπέθανέ γε. τῶν μὲν δὴ μάγων οὗτος τρωματίζει τούτους· ὁ δὲ ἕτερος, ἐπεί τε οἱ τὰ τόξα οὐδὲν χρηστὰ ἐγίνετο, ὡς γὰρ δὴ θάλαμος ἐσέχων ἐς τὸν δωδρεῶνα, ἐς τοῦτον καταφεύγει, θέλων αὐτὸς παρεῖναι τοῖσι ἑωυτοῦ δυώδεκα· καὶ οἱ συνεπαίτιοι τῶν ἑπτὰ δύο, Δαρεῖός τε καὶ Γοβρύης. συμπλακέντος δὲ Γοβρύεω τῷ μάγῳ, ὁ Δαρεῖος ἐπισχὼν ἐπόρει, οἷα ἐν σκότεϊ, παρεμπεπτώκοσι μὴ πλήξῃ τὸν Γοβρύην. ὁρέων δέ μιν ἀργὸν ἑστεῶτα ὁ Γοβρύης, εἴρετο εἰ οὐ χρῆται τῇ χειρί· ὁ δ' εἶπε, Προμηθέο μοι, μὴ πλήξῃς· Γοβρύης δὲ ἀμείβετο, Ὦ δέσποτα, καὶ δι' ἀμφοτέρων ξίφος. Δαρεῖος δὲ πεδόμενος, ὥστε τὸ ἐγχειρίδιον ἔχων, καὶ ἔτυχε κατὰ τοῦ μάγου. Ἀποκτείναντες δὲ τοὺς μάγους, καὶ ἀποταμόντες αὐτέων τὰς κεφαλὰς, τοὺς μὲν τρωματίας ἑωυτῶν αὐτοῦ λείποισι καὶ ἀδυνασίης εἵνεκεν, καὶ φυλακὴν τοῦ ἀναπολίου· οἱ δὲ πέντε αὐτέων, ἔχοντες τῶν μάγων τὰς κεφαλὰς, ἔθεον, βοή τε καὶ παταγῳ χρεώμενοι. καὶ Πέρσας τοὺς ἄλλους ἐπεκαλέοντο, ἐξηγεόμενοί τε τὸ πρῆγμα, καὶ δεικνύοντες τὰς κεφαλάς· καὶ ἅμα ἔκτεινον πάντα τινὰ τῶν μάγων ὃν ἐν ποσὶ γινόμενον. οἱ δὲ Πέρσαι, μαθόντες τὸ γενόμενον ἐκ τῶν ἑπτὰ, καὶ τῶν μάγων τὸν ἀπάτεωνα, ἐδικαίευν καὶ αὐτοὶ ἕτερα τοιαῦτα ποιέειν. ἀνασάμενοι δὲ τὰ ἐγχειρίδια, ἔκτεινον ὅκου τινὰ μάγον εἶδεισαν. εἰ δὲ μὴ νὺξ ἐπελθοῦσα ἔσχε, ἔλιπον ἂν οὐδένα μάγον. Ταύτην τὴν ἡμέρην θεραπεύουσι Πέρσαι κοινῇ μάλιστα τῶν ἡμερέων· καὶ ἐν αὐτῇ, κοινὴν ὀρτὴν μεγάλην ἄγουσι, ἣν κέκληται ὑπὸ Περσέων μαγοφονίαν· ἐν τῇ μάγον οὐδένα ἔξεστι φανῆναι ἐς τὸν φόον, ἀλλὰ κατ' οἴκους ἑωυτοῖσι οἱ μάγοι ἔχουσι τὴν ἡμέρην ταύτην. Ἐπεί τε δὲ κατέστη ὁ θόρυβος, καὶ σὺν πέντε ἡμερέων ἐγένετο, ἐβουλεύοντο οἱ ἐπιφανέστατοι τοῖσι μάγοισι περὶ τῶν πρηγμάτων τούτων· καὶ ἐλέχθησαν λόγοι ἄπιστοι μὲν τοῖσι Ἕλλησι, ἐλέχθησαν δ' ὦν. Οὐταίνης μὲν ἐκέλευε ἐς μέσον Πέρσῃσι καταθεῖναι τὰ πρήγματα, λέγων τάδε, Ἐμοὶ δοκέει, ἕνα μὲν ἡμέων μούναρχον μηκέτι γενέσθαι· ἥδε γὰρ ἡδύ, οὔτε ἀσφαλὲς

μαγοφονίαν

μούναρχον μηκέτι

atque inde[1] miscentur inuicem. Verum arcus ei qui illum sumpserat, quum hostes iuxta essent, nulli vsui fuit: alter quise lancea tuebatur, tum Aspathinis femur percussit, tum oculum Intaphernis: oculoque ex vulnere Intaphernes, non tamen & vita priuatus est. Hos igitur alter magorum vulnerauit: alter vero, quando arcus ei nulli vsui erat, in thalamum qui erat conclaui contiguus, se proripuit, fores occlusurus. Sed illuc duo de septem cum eo irrumpunt, Darius & Gobryas: [2] quum autem Gobryas esset implicitus cum mago, Darius adhuc stans atque hærens, considerabat ne Gobryam feriret in tenebris. Eum cernens Gobryas ociosum stantem, interrogauit cur non vteretur manu. Respondenti Dario, Dispicio ne te feriam, Tu vero, inquit, vel per vtrumque exige gladium. Cui Darius obtemperans, pugionis ictu vibrato magum casu percussit. Interfectis magis capita demunt, eaque gestantes quinque eorum, duobus reliquis qui saucii erant illic relictis, tum quod inualidi essent, tũ arcis tuendę caussa, foras procurrunt cũ vociferatione ac tumultu: ceterosque Persas compellando, rem gestam exponebant, capita ostentantes: & simul quicunque magorum ipsis occurrebat mactabant. Persæ, cognito quod actum ab his erat, ac dolo magorum, & ipsi facienda sibi eadem censuerunt: eductisque gladiis, vt quenq; reperiebant magum, interficiebant: &, nisi noctis interuentu cohibiti fuissent, neminem magorum reliquissent. Hunc diem Persæ maxime solennem publice obseruant, & in eo ingens celebrant festum, vocantes id *μαγοφονίαν, id est, magorum cædem.* quo die nulli magorum fas est prodire in lucem, sed cuncti se intra domum continent. ¶ Vbi resedit tumultus, diesque quinq; excessere, ii qui magos inuaserant, de omni rerum statu cõsultabant. Quorum orationes etsi apud nonnullos Græcorum fide carent, tamẽ huiusmodi fuerunt: Otanes hortabatur vt rem Persicã in mediũ constituerent, ita inquiens, [3] Vnum è nobis principẽ fieri, amplius mihi nõ videtur. neque enim id aut iucundũ est, aut bonũ:

μούναρχον μηκέτι

„ τα, λέγων τάδε, Ἐμοὶ δοκέει, ἕνα μὲν ἡμέων μούναρχον μηκέτι γενέσθαι· ἥδε γὰρ ἡδύ, οὔτε ἀσφαλὲς.

1 Manus conserebant. 2 Quum autem pedem conferret cum m. *Vel*, Quum autem manũ conferret. *Vel*, Quum adortus esset Gobryas magum. 3 Ego certe, vt posthac nostrum vnus rerum solus potiatur, *vel*, vt totum imperium vni nostrum posthac deferatur, autor non fuerim. *Q. d. Non censeo posthac de hoc cogitandum vt imperium vni deferatur. Neque enim dicit*, Posthac deferatur, *quasi iam antea delatum fuerit. Sic intelligendum paulo post* μετέντας ἡμέας μοναρχίῃ.

1 Nam

[1] Nam & quo licentiæ Cambyſes proceſſerit, noſtis, & quo magus. [2] Quid igitur nobis opus eſt monarchia, quam luſtulimus? in qua licet pro libidine agere omnia impune? quæ virum, etiamſi optimus omnium fuerit, tamen, quum in ea poſitus eſt, extra conſuetos abiecerit ſenſus? Quippe quum præter inuidiam ab initio ingenitam homini, ingeneretur ex præſentibus bonis inſolentia. [3] Itaque hęc duo mala habens, nimirum omnem malitiam habet, tum per inſolentiam, quod expletus omnibus rebus eſt, tum per inuidiã multa facinora admittens. Atenim vir tyrannus, vt qui omnia bona obtineat, debebat ſine liuore eſſe: verum ita natura comparatum eſt [4] vt is ſit aduerſarius popularibus ſuis. ſiquidem eorum optimis quibuſque qui ſuperſtites ſunt atque viuunt, inuidet, [5] deterrimis delectatur: &, quod indecentiſſimum eſt, criminationes admittere optimũ putat. Nam ſiue admireris eum modeſte, offenditur quod non effuſe hoc facias: ſiue effuſe facias, offenditur, quaſi ſibi aſſenteris. Et vt exequar dicendo quæ maxima ſunt, iura patriæ labefactat, feminis vim affert, indemnatos interimit. At quum dominatur multitudo, primum quidem nomen obtinet omnium pulcherrimũ, iſonomian, *id eſt iuris æquabilitatem*: deinde vero nihil eorum agit quæ monarchus: *hoc eſt vnicus princeps*. nam magiſtratus tum ſorte deliguntur, tum adminiſtratorum rationem reddunt: omnia denique conſilia in commune referuntur. [6] Itaque (vt meam dicam ſententiam) cenſeo nobis monarchiæ deiectoribus ſtatum multitudinis eſſe optandum. in multitudine enim omnia inſunt. Otanes quidem hanc ſententiam dixit. Megabyſus autem ad oligarchiam. *i. ad ſtatum paucorum*, rem traducens, ad eam ſocios hortabatur, his verbis, Quę Otanes dixit

εἰδῆτε μὲν γὰρ τὸν Καμβύσεω ὕβριν ἐς ὅσον ἐπεξῆλθε, μετέσχητε δὲ καὶ τῆς τοῦ μάγου ὕβριος. χῶς δὴ αὖ εἴη χρῆμα κεκτημένον μουναρχίη, τῇ ἔξεστι ἀνυπευθύνως ποιέειν τὰ βούλεται; καὶ γὰρ ἂν ὃν ἄριστον ἀνδρῶν πάντων στάσα ἐς τοῦτον τὸν ἀρχὸν, ἐκτὸς τῶν ἐωθότων νοημάτων στήσειε. ἐγγίνεται μὲν γὰρ οἱ ὕβρις ὑπὸ τῶν παρεόντων ἀγαθῶν, φθόνος δὲ ἔρριζός ἐστι ἐξ ἀνθρώπου. δύο δὲ ἔχων ταῦτα, ἔχει πᾶσαν κακότητα. τὰ μὲν γὰρ ὕβρει κεχρημένος ἔρδει πολλὰ καὶ ἀτάσθαλα· τὰ δὲ, φθόνῳ. καίτοι ἄνδρα γε τύραννον, ἄφθονον ἔδει εἶ, ἔχοντά γε πάντα τὰ ἀγαθά. ὃ δὲ ὑπεναντίον τούτου ἐς τοὺς πολίτας πέφυκε· φθονέει γὰρ τοῖσι ἀρίστοισι τε ἐοῦσι καὶ ζώουσι, χαίρει δὲ τοῖσι κακίστοισι τῶν ἀστῶν. ἀπιστίας δὲ ἄριστον ἐνδέκεσθαι ἤκέστης. ἀπαρμοσθέντος δὲ πάντων· ἴω τε γὰρ αὐτὸν μετρίως θωυμάζῃς, ἧκται, ὅτι οὐ κάρτα θεραπεύεται· ἴω τε θεραπεύῃ τις κάρτα, ἄχθεται ἅτε θωπείαν ἡγεύμενος. τὰ δὲ δὴ μέγιστα ἔρχομαι ἐρέων· νόμων τε πατρίων λύει πάτεια, καὶ βιᾷται γυναῖκας, κτείνει τε ἀκρίτους. πλῆθος δὲ ἄρχον, πρῶτα μὲν, οὔνομα πάντων κάλλιστον ἔχει, ἰσονομίην· δεύτερα δὲ, τούτων τῶν ὁ μούναρχος, ποιέει οὐδέν. πάλῳ μὲν γὰρ ἀρχὰς ἄρχει, ὑπεύθυνον δὲ ἀρχὴν ἔχει, βουλεύματα δὲ πάντα ἐς τὸ κοινὸν ἀναφέρει. τίθημι ὦν γνώμην, μετέντας ἡμέας μουναρχίην, τὸ πλῆθος ἀέξειν. ἐν γὰρ τῷ πολλῷ ἔνι τὰ πάντα. Οτάνης μὲν δὴ ταύτην τὴν γνώμην ἐσέφερε. Μεγάβυζος δὲ ὀλιγαρχίῃ σπέλλειν ἐπιτέκπειν, λέγων τάδε, Τὰ μὲν Οτάνης εἶπε, τυραννίδα πάντων, λελέχθω κἀμοὶ ταῦτα· τὰ δὲ ἐς τὸ πλῆθος ἀνῶγε φέρειν τὸ κράτος, γνώμης τῆς ἀρίστης ἡμαρτηκέναι. ὁμίλου γὰρ ἀχρηίου οὐδὲν ὑβριστότερον, οὐδὲ ὑβριστικώτερον. καὶ τυραννίου ὕβριν

LXXXI 124

de abolenda tyrannide, ea ſint pro dictis à me quoque: ſed quatenus hortabatur ſummam rerum deferri ad multitudinem, in hoc ab optima errauit ſententia. Etenim populari multitudine nihil eſt neque inſipientius, neque inſolentius. Itaque eos [7] qui tyranni fæ-

---

1 Nam quo progreſſa ſit Cambyſis inſolentia vidiſtis, & magi inſolentiã experti eſtis. 2 Quomodo autem monarchia ſit res bene ordinata, in qua licet pro lib. &c. *Vel*, Quomodo autẽ in monarchia res bene compoſitæ eſſe poſſint? 3 Hæc autẽ duo habens, omne vitium habet, 4 Vt contrario modo ſe in populares ſuos gerat. *Vel*, Contrariis moribus erga ſuos populares præditus ſit. *Vel breuius*, Sed contra comparatus eſt in ciues. *vt ὑπεναντίον ſumatur aduerbialiter.* 5 Deterrimis delectatur: criminationibus etiam, *vel*, *calumniis*, locum dare optimum putat. Et (quod eſt quiddam minime omnium ſecum conſentiens) ſiquidem eum mediocri, *vel*, *modica*, admiratione proſequaris, infenſus eſt quod non impenſe colatur: ſin impenſe quis eum colat, eo cultu, tanquam aſſentatione, offenditur. 6 Nobis igitur cenſeo, miſſam facientibus tyrannidem, euchendam, *vel*, *prouehendam*, eſſe multitudinem. in multitud. &c. *Id eſt, miſſam facientibus de tyrannide deliberationem.* 7 Qui tyranni inſo——

» βειν φεύγοντας ἄϊδεας, ἐς δήμου ἀχολάς ου ὕ-
» βριν πιτείειν, ἔς τι οὐδαμῶς ἀναχετόν· ὁ μὲν γὰρ, εἴ
» τι ποιέει, γινώσκων ποιέει· τῷ δὲ οὐδὲ γινώσκειν
» ἔνι. κῶς γὰρ ἂν γινώσκοι, ὃς οὔτ' ἐδιδάχθη, οὔ-
» τε οἶδε καλὸν οὐδέν, οὐδὲ οἰκήϊον· ὠθέει τε ἐμπε-
» σὼν τὰ πρήγματα αἴθωνος, χειμάρρῳ ποταμῷ
» ἴκελος. δήμῳ μὲν νυν οἱ Πέρσησι κακὸν νοέουσι,
» οὗτοι χεράδων. ἡμεῖς δὲ ἀνδρῶν τῶν ἀρίστων ἐ-
» πιλέξαντες ὁμιλέωμεν, τούτοισι γὰρ ἐνδέδομεν τὸ κρά-
» τος. ἐν γὰρ δὴ τούτοισι καὶ αὐτοὶ ἐσόμεθα. ἀ-
» ρίστων δὲ ἀνδρῶν εἰκὸς ἀρίστα βουλεύματα γί-
τὴν μέν νων ἔθαι. Μεγάβυζος μὲν δὴ ταύτην γνώμην εἰσ-
ἔφερε. Τέτος δὲ Δαρεῖος ἀπεδείκνυτο γνώ- LXXXII
» μην, λέγων, Ἐμοὶ δὲ τὰ μὲν εἶπε Μεγάβυζος, ἐς
» ὃ πλῆθος ἔχοντα, δοκέει ὀρθῶς λέξαι· τὰ δὲ ἐς ὀ-
» λιγαρχίην, οὐκ ὀρθῶς. τριῶν γὰρ προκειμέ-
» νων, καὶ πρώτων τῶν λέγω ἀρίστων εἰόντων, δήμου
» τε ἀρίστου, καὶ ὀλιγαρχίης, καὶ μοναρχου,
» πολλῷ τοῦτο προέχειν λέγω, αἰδοῦς γὰρ ἑνὸς τοῦ
» ἀρίστου οὐδὲν ἀμεινον αὖ φανείη. γνώμη γὰρ τοι-
» αὐτῇ χρεώμενος, ἀπιστεφυλάκοι ἂν ἀμφὶ πτῶς τῶν
» πλήθεος· σιγῶ τό τε δὴ βουλεύματα ὑπὸ δυσμε-
» νέας αἴδεας οὕτω μάλιστα· ἐν δὲ ὀλιγαρχίῃ, πολ-
» λοῖσι ἀρετὴν ἐπασκέουσι ἐς τὸ κοινὸν, ἔχθεα ἴσχυρα
τὴν αὐτ ἰσχυρὰ φιλέει ἐγγίνεσθαι. αὐτὸς γὰρ ἕκαστος
τὸν βουλόμενος κορυφαῖος εἶναι, γνώμησί τε νικᾶν, ἐς ἔ-
» χθεα μεγάλα ἀλλήλοισι ἀπικνέονται· ἐξ ὧν στά-
» σιες ἐγγίνονται· ἐκ δὲ τῶν στάσιων, φόνος· ἐκ δὲ
» τοῦ φόνου, ἀπίξει ἐς μοναρχίην. καὶ ἐν τούτῳ
τὸν ὅσῳ » δέδοκται ὅσον δοκὶ τοῦτο ἄρίστον. δήμου τε αὖ ἀρ-
» χοντος ἀδύνατα μὴ γενέσθαι κακότητα ἐγγενέσθαι. κα-
» κότητος δὲ ἐοῦσης ἐς τὰ κοινὰ, ἔχθεα μὲν
» ἐκ ἐγγίνεται τοῖσι, φιλίαι δὲ ἰσχυραί. οἱ γὰρ
» κακοῦντες τὰ κοινὰ, συγκρύπτοντες ποιέυσι. τοῦτο
» δ' ἐστὶ τοιοῦτο γένεται, ἐς ὃ αὖ τις τὸν δήμου τοὺς τοι-
» ούτους παύσῃ. ἐκ δ' ἂν τοῦτ θωυμάζεται ἐκ τοῦ δὴ ὑπὸ τοῦ
τὸν δ' » δήμου θωυμαζόμενος μὴ, αὖ ὦν ἔφαινε μούναρχος
» ἐών. καὶ ἐν τούτῳ δηλοῖ καὶ ἐκ τοῦ ὡς ἡ μοναρχίη
» κρέσσον. εἰ δ' ἔστι πάντα συλλαβόντα εἰπεῖν, κό-
» θεν ἡμῖν ἡ ἐλευθερίη ἐγένετο; καὶ τοῦ δόντος; κότε-
» ρα ἐκ τοῦδε τοῦ δήμου, ἢ ὀλιγαρχίης, ἢ μοναρχου;

uitiam fugiunt, ad intemperantis plebis recidere fæuitiam, nequaquam toleʳandum eſt. Nam tyrannus, ſiquid facit, intelligens facit: [1] at plebi ſuum eſt nihil intelligere. quo enim pacto ſciat, qui neque edoctus eſt, neque honeſtum nouit, ne domeſticum quidem? & qui ad res agendas ſine conſilio præceps ruit torrenti flumini ſimilis? Quare ſiqui male conſultum Perſis cupiunt, ii ſtatu populari vtantur: nos vero cœtu virorū optimorum delecto, ad eos imperium deferamus. nam inter eos & ipſi erimus, & ex optimis viris credibile eſt optima exiſtere conſilia. Hanc Megabyzus ſententiam dixit. Tertio loco ſuam Darius, inquiēs, Quę Megabyzus dixit, quatenus ad ſtatum popularem pertinent, recte mihi videtur dixiſſe: quatenus autem ad ſtatum paucorū, non recte. propoſitis enim tribus ſtatibus, & his omnibus optimis, vt optime imperet populus, optime pauci, optime vnus, inter hæc multo antecellere vnius imperium ſentio. imperio enim vniusviri qui optimus ſit, nihil melius eſſe conſtat. [2] Quod qui ſentit, non immerito ſtatum popularem miſſum faciat. vt taceam ſic præcipue conſilia in aduerſarios trahi ſolere. At in ſtatu paucorum, quum plures virtuti incumbant in publicum, vehementiora priuatim odia excitari conſueuerunt. quum enim quiſque princeps eſſe optet, & in dicenda ſententia vincere, ad ingentia inter ſe odia euadunt. Ex quibus ſeditiones exiſtunt, è ſeditionibus cædes, è cædibus ad vnius imperium deuenitur. vnde intelligi datur quanto ſit hoc illo præſtantius. Iam vero, plebe imperante, fieri non poteſt quin malitia exoriatur: exorta malitia in republica inter malos, non odia fiunt, ſed amicitiæ validę. qui enim aduerſus rempublicam facinoroſi ſunt, mutuo ſe occultant: idque tamdiu ſit dum aliquis populo præpoſitus tales homines compeſcat, is videlicet quem populus inter ceteros admiretur. Hic quum admirationi eſt, tunc vere [3] monarchus oſtenditur, declarans in hoc monarchiam eſſe rem omnium præſtantiſſimam. Atque vt in ſummam omnia colligam, vnde nobis libertas extitit, & à quo data? à populóne, an ab oligarchia, an à monarcho?

---

lentiam fugiunt, in plebis effrenæ inſolentiam incidere, neq. 1 At plebi nulla intelligentia ineſt. quomodo enim intelligat [*vel*, vnde enim intelligentia ei adſit] qui nec edoctus eſt nec nouit honeſtum quicquam, ne in ſua quidem familia: & qui ad res ag. &c. *Sed οἰκήϊον poteſt & aliter exponi.* 2 Nam qui hoc animo præditus ſit, ſine vlla reprehenſione multitudinem gubernauerit: vt tac. *Sequentis autem proxime loci ſcriptura mendi ſuſpecta eſt. Videtur tamen poſſe ita reddi,* Atque hac potiſſimum ratione [*vel*, hoc potiſſimum modo] conſilia taceri apud aduerſarios queant. 3 Monarchus euadit,

Ego igi-

Ego igitur[1] sentio, quum sitis per vnum virum liberati, vos debere talem rem complecti, ne alioqui leges patrias dissoluatis bene conditas: quod nequaquam satius est. LXXXIII Hæ tres dictæ fuerunt sententiæ, quarum vltimæ quatuor reliqui assenserunt. Otanes, qui iuris æquabilitatem facere Persis studebat, vbi ipsius sententia reiecta est apud alios, ita in medium loquutus est,[2] Viri seditiosi, quoniam constat necesse esse vnum aliquem è nobis regē fieri, siue per sortem, siue permissu Persarū per multitudinis electionē, siue qua alia ratione, equidē ego[3] vobis nō refragor: quippe qui neq; præesse volo, neque subesse. Et hac lege cedo vobis ius meum imperii, vt nulli vestrūm aut ipse ego, aut vllus vnquam meorum subsit. Otane hæc loquuto, ceteri sex eius postulatis assenserunt. Ita hic aliis non refragatus, è me- LXXXIV dio abiit alio sessum. [4] Ceteris autē septem de rege iustissime deligendo consultantibus, visum est, si ad aliquem ex ipsorum numero regnum perueniret, Otanem donari debere peculiariter eiusque deinceps posteros cum omni alio magnificentiæ genere apud Persas honorificentissimo, tum Medica quotannis veste. Quæ ideō decreuerunt ei donanda quod primus rem agitauerat, & ipsos in cœtum coegerat. Et hæc quidem peculiariter Otani decreuerunt: illa vero in commune, vt regiam introire vnicuique è septem sine internuncio liceret, nisi forte cum vxore cubaret rex: neve regi fas esset aliunde quam è familia coniuratorum vxorem ducere. De regno autem hunc in modum: vt sub ortum solis conscensis equis, dum in suburbanis vectarentur, cuius equus vocem primus edidisset, is regnum Cambysis obti- LXXXV neret. Erat autem Dario quidam equiso, vir solers, nomine OEbares: ad quem Darius, postquam è cœtu digressi sunt, ita inquit, OEbares, de regni negocio sic inter nos conuenit: Sub ipsum statim solis ortum equis conscensis, vt cuius equus vocem primus ediderit, is regno potiatur. quare siquid solertiæ habes, nunc comminiscere, vt nos obtineamus hoc decus, & nemo alius. Ad eum respondens OEbares, Here, inquit, si in

ἔχω τοίνυν γνώμην, ἡμέας ἐλευθερωθέντας ὑφ' "
ἑνὸς ἄνδρα, τὸ τοιοῦτο πρῆγμα προσφέλλειν. χωρὶς τε τούτου, "
πατρίους νόμους μὴ λύειν ἔχοντας κάρτα γὰρ ἄμεινον. "
Γνώμας μὲν δὴ τὰς αὐτὰς ταύτας προσέκειτο. οἱ δὲ ἑπτὰ τῶν ἑπτὰ ἀνδρῶν προσθέντο τῇδε τῇ γνώμῃ ὁ Ὀτάνης, Περσῆσι ἰσονομίην πρευσήνων ποιῆσαι, ἐλέξε ἐς μέσον αὐτοῖσι τάδε, Ἄνδρες ἀστοί· "
ἀστοὺς γὰρ δὴ ὅτι δεῖ ἕνα γέ τινα ἡμέων βασιλέα γενέσθαι, ἤτοι κλήρῳ γε λαχόντων, ἢ ὁππότερ' ἂν αἱ "
τῶν Περσέων πλῆθαι δὴ αἱρέωνται, ἢ ἀπὸ μηχανῆς "
τινὰ μηχανώμενοι. ἐγὼ μὲν νυν ὑμῖν οὐκ ἀναγωνιοῦμαι. οὔτε γὰρ ἄρχειν οὔτε ἄρχεσθαι ἐθέλω. ὅπου τοῦτο ἔσται, ἐνταῦθα ἐγὼ οὐ- "
δεὶς ὑμέων ἄρξομαι, οὔτε αὐτὸς ἐγώ, οὔτε οἱ ἀπ' ἐμεῦ "
αἰεὶ γινόμενοι. τοῦτο εἰπόντος τοῦδε, συνεχώρεον οἱ ἑξ ὅτι τοῦτο σφι οὐκ ἀναγωνίζετο, ἀλλ' ἐκ μέσου καθῆστο. τῷ νῦν αὕτη ἡ οἰκίη ἐξετελέσθη μούνη ἐλευθέρη ἐοῦσα Περσέων, καὶ ἄρχεται τοσαῦτα ὅσα αὐτὴ θέλει, νόμους οὐκ ὑπερβαίνουσα τοὺς Περσέων. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἑπτὰ ἐβουλεύοντο ὡς βασιλέα δικαιότατα στήσονται· καὶ σφι ἔδοξε, Ὀτάνῃ μὲν τῷ τοῖσι ἀπὸ Ὀτάνεω αἰεὶ γινομένοισι, ἢν ἐς ἀγῶνα τινὰ τῶν ἑπτὰ ἔλθῃ ἡ βασιληίη, δῶρα ἐξαίρετα δίδοσθαι ἐκ τῶν πατρίων τε Μηδικὴν ἐσθῆτα ἑκάστου ἔτεος καὶ τὰ πᾶσαν δωρεὴν ἢ γίνεται ἐν Περσῃσι τιμιωτάτη. τοῦδε δὲ εἵνεκεν ἐβούλευσάν οἱ δίδοσθαι ταῦτα, ὅτι ἐβούλευσέ σφι πρῶτος ὁ πρῆγμα, καὶ συνέσησε αὐτούς. ταῦτα μὲν δὴ Ὀτάνῃ ἔδοξε. τάδε δὲ ἐς ὁ κοινὸν ἐβούλευσαν, παριέναι ἐς τὰ βασιλήια πρώτους τῶν ἑπτὰ αὐτῶν ἐσαπελέας, ὃν μὴ τυγχάνῃ βίβδων μὴ γυναικὸς βασιλεύς· γαμέειν δὲ μὴ ἐξεῖναι ἄλλοθεν τῶν βασιλέι ἢ ἐκ τῶν συνεπιστάντων αὐτῶν. τοῦδε δὲ εἵνεκα τῆς βασιληίης ἐβούλευσαν τοιόνδε· ὅτου αὐτῶν ἵππος ἡλίου ἐπιστὰς πρῶτος φθέγξηται ἐκ τῶν προαστείων, αὐτοῖσι θεσπεσάντων, τοῦτον ἔχειν τὴν βασιληίην. Δαρείῳ δὲ ἦν ἱπποκόμος, ἀνὴρ σοφός, τῷ οὔνομα ἦν Οἰβάρης. πρὸς τοῦτον δὴ ἄνδρα, ἐπεί τε διελύθησαν, ἔλεξε Δαρεῖος τάδε, Οἰβάρες, "
ἡμῖν δέδοκται πρὸς τῆς βασιληίης ποιέειν κατὰ τάδε· ὅτου μὲν ὁ ἵππος πρῶτος φθέγξηται ἅμα τῷ ἡλίου ἀνιόντι, αὐτοῖσι ἐπιστάντων, τοῦτον ἔχειν τὴν "
βασιληίην. νῦν ὦν εἴ τινα ἔχοις σοφίην, μηχανῶ ὡς "
αὐτὴ ἡμῖς σχῶμεν τὸν ὄνεαρ, καὶ μὴ ἄλλος τις. "
ἀμείβετο Οἰβάρης τοῖσδε, Εἰ μὲν δή, ὦ δέσποτα, ἐπ'

1 Sentio, quum per vnum *nobis imperantem* simus liberati, hoc *vnius imperium* nobis esse tuendum. ac præterea, leges patrias non esse soluendas, quæ rectæ sunt, *vel*, *bonæ*. non enim consultum *nobis hoc fuerit*. Hæ tres dict. 2 Conspirationis socii, *vel*, *factionis*. 3 Vobiscum non contendā *i. Me competitorem non habebitis*. Sic & *paulo post*, οὐκ ἀναγωνιζέω. 4 *Ante* Ceteris *adde*, Atqi ad hunc vsque diem sola hæc familia inter Persas libertatem retinet, nec imperio *regis* nisi quantum ei visum fuerit, paret, leges Persarum non transgredietur.

ἢν σὺ ἢ βασιλεὺς, θάρσει
» τούτῳ τοι ὅστις ἦν βασιλεὺς ἔσῃ ἢ μή, θάρσει τούτου εἵ-
» νεκε, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθόν· ὡς βασιλεὺς σοὶ ἐὼς μηδεὶς ἀνὴρ
» σοῦ ἔσται· τοιαῦτα ἔχω φάρμακα. λέξῃ Δα-
» ρεῖος, Εἰ τοίνυν τοιοῦτον ἔχεις σόφισμα, ὥρη μηχα-
» νᾶσθαι, καὶ μὴ ἀναβάλλεσθαι· ὡς τῆς ὑπαύσης ἡμέρης
ὁ ἀγὼν ἡμῖν ἔσται. ἀκούσας ταῦτα ὁ Οἰβάρης, ποιέει
τοιόνδε. ὡς ἐγένετο ἡ νύξ, τῶν θηλέων ἵππων μίην τὴν
ὁ Δαρείου ἵππος ἔσεργε μάλιστα, ταύτην ἀγαγὼν ἐς
ὃ τοῦ ἀέθλου χωρίον, κατέδησε, καὶ ἐπήγαγε ὃν Δαρείου
ἵππον. καὶ τὰ μὲν πολλὰ προσήγαγε ἀγχοῦ τῆς ἵππου, 10
ἐγχείμπλων τῇ θηλέῃ, τέλος δὲ, ἐπήισε οἷ χθῦσαι τὴν
ἵππον. Ἅμα ἡμέρῃ δὲ ἀμφοτεροκόπῃ, οἱ ἑξῆς, κατὰ
συνήθεια ἐποιεῦντο, παρῆσαν ἐπὶ τῶν ἵππων. διεξελαυ-
νόντων δὲ κατὰ τὸ προάστειον, ὡς κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἐ-
γένοντο ἔνθα τὴν παροιχομένην νύκτα κατεδέδετο ἡ θήλεα ἵππος, ἐνθαῦτα ὁ Δαρείου ἵππος προσδραμὼν
ἐχρεμέτισε. ἅμα δὲ τῷ ἵππῳ τούτῳ πεισθέντι,
ἀστραπὴ ἐξ αἰθρίης καὶ βρουτὴ ἐγένετο. ὑπογενόμενα
δὲ ταῦτα τῷ Δαρείῳ, ἐτελέωσε μὲν, ὥσπερ ἐκ συνθέτου τὰ γενόμενα. οἱ δὲ, καταθορόντες ἀπὸ τῶν ἵπ- 20
πων, προσεκύνεόν μιν ὡς Δαρεῖον ὡς βασιλέα.
Οἱ μὲν δὴ φασὶ τὸν Οἰβάρεα ταῦτα μηχανήσασθαι· οἱ δὲ, τοιάδε. (καὶ γὰρ ἐπ' ἀμφότερα λέγεται ὑπὸ
Περσέων) ὡς τὴν ἵππον ταύτης τῆς ἄρθρων ὑπαφάυ-
σας τῇ χειρὶ, ἔχει αὐτὴν κρύψας ἐν τῇσι ἀναξυρί-
σι· ὡς δὲ ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι ἀπίεσθαι μέλλειν τοὺς
ἵππους, τὸν Οἰβάρεα τοῦτον ἐξείρασθαι τὴν χεῖρα,
καὶ τὸ Δαρείου ἵππου τοὺς μυκτῆρας προσανεῖ-
κασι. τὸν δὲ, αἰσθόμενον, φείμακα θαλεῖν τε καὶ χρεμε-
τίσαι. Δαρεῖός τε δὴ ὁ Ὑστάσπεος βασιλεὺς ἀπε- 30
δέδεκτο, καὶ οἱ ἦσαν ἐν τῇ Ἀσίῃ πρῶτοι κατήκοοι,
πλὴν Ἀραβίων, Κύρου τε καταστρεψαμένου, καὶ
ὕστερον αὖτις Καμβύσεω. Ἀραβίοι δὲ οὐδαμῶς κα-
τήκουσαν δουλοσύνῃ Πέρσῃσι, ἀλλὰ ξεῖνοι ἐγένον-
το, παρέντες Καμβύσεα ἐπ' Αἴγυπτον. ἀεκόντων δὲ
Ἀραβίων, οὐκ ἂν ἐσέβαλλε Πέρσας ἐς Αἴγυπτον.
γάμους τε τοὺς πρώτους ἐγάμεε Πέρσῃσι ὁ Δαρεῖ-
ος, Κύρου μὲν δύο θυγατέρας, Ἄτοσσάν τε καὶ Ἀρ-
τυστώνην· τὴν μὲν Ἄτοσσαν, προσοικήσασαν
Καμβύσῃ τε τῷ ἀδελφεῷ καὶ αὖτις τῷ μάγῳ τὸ δὲ 40
Ἀρτυστώνην, παρθένον. ἑτέρην δὲ Σμέρδος τὸ Κύρου
θυγατέρα ἔγημε, τῇ οὔνομα ἦν Πάρμυς. ἔσχε δὲ καὶ
τὴν τοῦ Ὀτάνεω θυγατέρα, τὸν δὴ μάγον κατάδηλον
ἐποίησε. δυνάμιός τε πρώτα οἱ ὑπῆρχε τοιάδε. τρῶ-
τον μὲν λίθινον τύπον προσκάλεσε λίθινον, ἔστησε, ζῷον
δὲ οἱ ἦν ἵππος, ἀνὴρ ἐπιβάτης. ἐπέγραψε δὲ γράμμα-
τα λέγοντα τάδε, ΔΑΡΕΙΟΣ Ὁ ΥΣΤΑΣΠΕ-
ΟΣ ΣΥΝ ΤΕ ΤΟΥ ΙΠΠΟΥ ΤΗ ΑΡΕΤΗ, ὃ

hoc versaris vt rex sis vel non, [1] huius rei
causſa confidere te iubeo, & bonum
habere animum, ante te fore regem ne-
minem: eiusmodi habeo medicamen-
ta. Si igitur, inquit Darius, habes isti-
usmodi commentum, adest tempus cō-
miniscendi, nec differendi rem, vtpote
craſtino die nobis futuro certamine.
Hæc vt audiuit OEbares, ita facit: Vbi
nox aduenit, vnam equarum quam e-
quus Darii maxime adamabat, in ſubur-
bana adducit, ibiq; alligat: tum equum
Darii eodem ducit: eumque circuma-
gens, identidem equæ admouet, ac tan-
dem admittit. Poſtero die, ſimulatq; LXXXVI
illuxit, ſex Perſæ ex conuento adfue-
runt equis inſidentes. & quum in ſubur-
banis vltro citroque vectarentur, vbi
ad locum peruenerunt vbi ſuperiore
nocte equa fuerat alligata, ibi Darii e-
quus accurrens hinnitum edidit: & hin-
nitu edito, protinus fulgur ſereno cæ-
lo tonitruque extitit. Hæc quum Da-
rio tanquam ex compoſito accidiſſent,
eum compotem voti fecerunt. nam ce-
teri ex equis deſilientes, Darium ado-
rauerunt. Sunt qui hoc dicant OE- LXXXVII
barem fuiſſe machinatum, ſunt qui a-
liud. vtroque enim modo refertur à
Perſis. Volunt nanque OEbarem attre-
ctatis manu huius equæ genitalibus, i-
pſam manū intra ſubligaculum tenuiſ-
se abditam: & ſub ipſum ſtatim ſolis or-
tum, quum equi digreſſuri eſſent, eam
naribus equi Dariani admouiſſe, e-
quumque ad odoris ſenſum infremuiſ-
se atque hinniſſe. ¶ DARIVS itaque, LXXXIX
Hyſtaſpis filius, declaratus eſt rex: ei-
que omnes Aſiani audientes dicto fue-
runt, præter Arabes, qui à Cyro & rur-
ſus à Cambyſe ſubacti, nunquam tamen
in ſeruitutem redacti ſunt, ſed hoſpi-
tes extiterunt. [2] Hi Cambyſi aduerſus
Ægyptum præſto fuerant: quibus inuitis
haudquaquam fuiſſent ingreſſi Perſæ
Ægyptum. Darius matrimonia ex Per-
ſis auſpicatus eſt, ductis duabus Cyri
filiabus, Atoſſa, quæ Cambyſi fratri
& rurſus mago nupſerat, & Artyſto-
na virgine. Præterea alteram Smerdis,
filii Cyri, filiam, nomine Parmyn, nec-
non filiam Otanis duxit, quæ magum
prodidit. Idem, viribus omni ex parte
ſtabilitis, ante omnia ſimulacrum è la-
pide factum ſtatuit, hominis equo inſi-
dentis, inſcriptis in hæc verba litteris,
DARIVS, HYSTASPIS FILIVS,
TVM EQVI VIRTVTE, (cuius

1 De hac re ſecurum eſſe te velim. 2 Quum Cambyſi aditum in Ægyptum permiſiſſent;

nomen

nomen legebatur) TVM OEBARIS EQVISONIS, PERSARVM REGNVM ADEPTVS EST. His apud
LXXXIX Persas actis, viginti prouincias (quas ipsi satrapeias vocant) constituit: earumque singulis præsides præfecit: taxato
c quod penderetur tributo per nationes, [1]aliis finitimos transcribens, aliis transferens, aliis remotiores gentes attribuens. distributo prouinciis hunc in modum tributo, quod exigebatur cum hoc edicto, vt qui argentum, ii Babylonici talenti pondere: qui aurum, ii EVboico pondere afferrent. Valet autem Babylonicum talentum septuaginta minas EVboicas. Etenim sub Cyro atque deinde sub Cambyse nihildum fuerat circa tributa institutum, sed munera afferebantur. Ob hanc tributi ordinationem & alia huiusmodi, Persæ aiunt Darium fuisse institorem: Cambysem autem, dominum: Cyrum vero, patrem. quoniam Darius res omnes quæstui habebat: Cambyses, asper erat ac morosus: Cyrus, mitis, & omni ratione de illis bene mereri studens. Ab
XC Ionibus igitur & Magnetibus qui in Asia incolunt, & Æolibus & Caribus & Lyciis & Melyensibus & Pamphyliis (vnum enim erat idemque impositum his tributum) pendebantur quadringenta argenti talenta. Hæc erat ab eo prima portio instituta. A Mysis & Lydis & Alysoniis & Cabaliis & Hygennensibus quingena talenta. Secunda portio hæc erat. Ab Hellespontiis, qui ad dextram illuc nauigantium siti sunt, & Phrygibus & Thracibus qui Asiam incolunt, & à Paphlagonibus & Mariandenis & Syris, trecenta & sexagena talenta. Hæc erat tertia portio. A Cilicibus, equi albi triceni sexageni in dies singulos singuli, necnon talenta argenti quingenta: quorum centena & quadragena erogabantur in eam Cilicię regionem quæ equos producebat: trecena autem & sexagena Dario obue-
XCI niebant: Hæc quarta portio. Ab vrbe Posideio, quam coloniam Amphilochus Amphiarai filius deduxit [2]in finibus Cilicum ac Syriorum, ab hac ad Ægyptum vsque, præter Arabum partem, (hæc enim erat immunis) trecenta & quinquagena erat tributum:

οὠνόμαζε λέγων, ΚΑΙ ΟΙΒΑΡΕΟΣ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΟΜΟΥ, ΕΚΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝ ΠΕΡΣΕΩΝ ΒΑΣΙΛΗΙΗΝ. Ποιήσας δὲ ταῦτα ὁ Πέρσησι, ἀρχὰς κατεστήσατο εἴκοσι, τὰς αὐτὸι καλέουσι σατραπηίας. καταστήσας δὲ τὰς ἀρχὰς, καὶ ἄρχοντας ἐπιστήσας, ἐτάξατο φόρους οἱ τοῖσι ἔθνεσι· καὶ τοὺς τοῖσι ἔθνεσι τοὺς πλησιοχώρους τοῖσι τάδε ἐπέταξε, καὶ τοὺς ὑπερβαίνοντας πὶς τοὺς ἐχέας, τὰ ἑκατέρω ἄλλοισι ἄλλα ἔθνεα νέμων. ἀρχὰς δὲ καὶ φόρων τοιόνδε τινὰ ἐπέτεινον καὶ τάδε ἐτίλεε. τοῖσι μὲν αὐτέων ἀργύριον ἀπαγινέουσι εἰρητο Βαβυλώνιον σταθμὸν τάλαντον ἀπαγινέειν· τοῖσι δὲ χρυσίον ἀπαγινέουσι, Εὐβοεικὸν· ὁ δὲ Βαβυλώνιον τάλαντον δύναται Εὐβοέας ἑβδομήκοντα μνέας. ἐπὶ γὰρ Κύρου ἄρχοντος, καὶ αὖτις Καμβύσεω, ἰὼν κατεστηκὼς οὐδὲν φόρου πέρι, ἀλλὰ δῶρα ἀγίνεον. Δι᾽ ἃ δὲ ταύτην τὴν ὑπόταξιν τοῦ φόρου, καὶ τοιαῦτα πλείονα ταύτης ἄλλα, λέγουσι Πέρσαι ὡς Δαρεῖος μὲν ἰὼν κάπηλος· Καμβύσης δὲ, δεσπότης· Κῦρος δὲ, πατήρ· ὁ μὲν, ὅτι σκαπανέλυε πάντα τὰ πράγματα· ὁ δὲ, ὅτι χαλεπὸς ἦν πάντα τε ἰὼν καὶ ὀλίγωρος· ὁ δὲ, ὅτι ἤπιός τε, καὶ ἀγαθὰ σφι πάντα ἐμηχανήσατο. Ἀπὸ μὲν δὴ Ἰώνων, καὶ Μαγνήτων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ Αἰολέων, καὶ Καρῶν, καὶ Λυκίων, καὶ Μηλυέων, καὶ Παμφύλων, (εἷς γὰρ ὧν οἱ τεταγμένος φόρος ἔκειτο) τρηχῇ τετρακόσια τάλαντα ἀργυρίου ἔκειτο μὲν δὴ πρῶτος οὗτος νόμος κατεστήκεε. Ἀπὸ δὲ Μυσῶν, καὶ Λυδῶν καὶ Ἀλυσσίων, καὶ Καβαλίων, καὶ Ὑγεννέων, πεντακόσια τάλαντα ἀργυρίου· νόμος δεύτερος οὗτος. Ἀπὸ δὲ Ἑλλησποντίων τῶν ἐπὶ δεξιὰ ἐσπλέοντι, καὶ Φρυγῶν, καὶ Θρηίκων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ Παφλαγόνων, καὶ Μαριανδυνῶν, καὶ Συρίων, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια ἰὼν τάλαντα φόρος· νόμος τρίτος οὗτος. Ἀπὸ δὲ Κιλίκων, ἵπποι τε λευκοὶ ἑξήκοντα καὶ τριηκόσιοι, ἐκάστης ἡμέρης εἷς γινόμενος, καὶ τάλαντα ἀργυρίου πεντακόσια. τούτων δὲ τεσσερακόντα μὲν καὶ ἑκατὸν ἐς τὸν ἱππέα τὸν φερουσέων ἵππον τῷ Κιλικίῃ χώρην αἰνᾶσιμι ὧν τοῦτο τὸ δὲ τριηκόσια καὶ ἑξήκοντα Δαρείῳ ἐφοίτα· νόμος τέταρτος οὗτος. Ἀπὸ δὲ Γεσσηνίης πόλεος, τὴν Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιάρεω ὥκισε ἐπ᾽ ὄρεσι τοῖσι Κιλίκων τε καὶ Σύρων, ἀρξάμενον ἀπὸ ταύτης μέχρι Αἰγύπτου, πλὴν μοίρης τῆς Ἀραβίων (ταύτην γὰρ ἦν ἀτελέα) πεντήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα φόρος ἦν.

1 *Sunt qui ita hunc locum exponant*, Adiunctis ad nationes, *vel, gentes*, vicinarum regionum incolis, atque etiam transgressus vicinos, iis qui longius erant dissiti, aliis alias gentes tribuens. Distribuit igitur prouinciis hunc in modum tributum, quod quidem exigebatur &c. *Vt legatur* ἄλλοις ἄλλα ἔθνεα νέμων. ἀρχὰς δὲ &c. 2 In montibus. *Valla legit* ἐν ὄρεσι *pro* ἐπ᾽ ὄρεσι.

ἔστι ὃ ἐν τῷ νομῷ τούτῳ Φοινίκη τε πᾶσα, καὶ Συρίη ἡ Παλαιστίνη καλεομένη, καὶ Κύπρος· νομὸς πέμπτος οὗτος. ἀπὸ Αἰγύπτου δέ, καὶ Λιβύων τῶν προσεχέων Αἰγύπτῳ, Κυρήνης τε καὶ Βάρκης (ἐς γὰρ τὴν Αἰγύπτιον νομὸν αὗται ἐκτεταγμέναι εἰσί) ἐπτακόσια προσῆκε τάλαντα, παρέξ γε ὧν τοῦ Μοίριος λίμνης γινομένου ἀργυρίου, ὃ ἐγίνετο ἐκ τῶν ἰχθύων· τούτου τε δὴ χωρὶς τὸ ἀργύριον, καὶ τὸν ὡρισμένον σίτου προσῆκε ἑπτακόσια τάλαντα. σίτου γὰρ δυώδεκα μυριάσι Γερραίων τε τοῖσι ἐν τῷ Λευκῷ τείχεϊ τῷ ἐν Μέμφι κατοικημένοισι καὶ ἀμπελουργέουσι, καὶ τοῖσι τούτων ἐπικούροισι· νομὸς ἕκτος οὗτος. Σατταγύδαι δέ, καὶ Γανδάριοι, καὶ Δαδίκαι τε καὶ Ἀπαρύται, ἐς τωὐτὸ τεταγμένοι, ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν τάλαντα προσέφερον· νομὸς ἕβδομος οὗτος. Ἀπὸ Σούσων δέ, καὶ τῆς λοιπῆς Κισσίων χώρης, τριηκόσια· νομὸς ὄγδοος οὗτος. Ἀπὸ Βαβυλῶνος δέ, καὶ τῆς λοιπῆς Ἀσσυρίης χώρης, χίλιά οἱ προσῆκε τάλαντα ἀργυρίου, καὶ παῖδες ἐκτομίαι πεντακόσιοι· νομὸς εἶνατος οὗτος. Ἀπὸ δὲ Ἐκβατάνων, καὶ τῆς λοιπῆς Μηδικῆς καὶ Παρυκανίων, καὶ Ὀρθοκορυβαντίων, πεντήκοντα τάλαντα καὶ τετρακόσια τάλαντα· νομὸς δέκατος οὗτος. Κάσπιοι δὲ καὶ Παυσίκαι, Πανθίμαθοί τε καὶ Δαρίται, ἐς τωὐτὸ συμφέροντες, δυώδεκα τάλαντα ἀπαγίνεον· νομὸς ἑνδέκατος οὗτος. Ἀπὸ Βακτριανῶν δὲ μέχρι Αἴγλων, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα φόρος ἦν· νομὸς δυωδέκατος οὗτος. Ἀπὸ Πακτυϊκῆς δέ, καὶ Ἀρμενίων, καὶ τῶν προσεχέων μέχρι τοῦ πόντου τοῦ Εὐξείνου, τετρακόσια τάλαντα· νομὸς τρισκαιδέκατος οὗτος. Ἀπὸ δὲ Σαγαρτίων, καὶ Σαραγγαίων, καὶ Θαμανναίων, καὶ Οὐτίων, καὶ Μύκων, καὶ Μήκων, καὶ τῶν ἐν τῇσι νήσοισι οἰκεόντων τῶν ἐν τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ, ἐν τῇσι τοὺς Ἀναστάσιος καλεομένους κατοικίζει βασιλεὺς, ἀπὸ τούτων πάντων ἑξακόσια τάλαντα ἐγίνετο φόρος· νομὸς τέταρτος καὶ δέκατος οὗτος. Σάκαι δὲ καὶ Κάσπιοι πεντήκοντα καὶ διηκόσια ἀπαγίνεον τάλαντα· νομὸς πέμπτος καὶ δέκατος οὗτος. Πάρθοι δὲ, καὶ Χορασμιοι, καὶ Σογδοί τε καὶ Ἄριοι, τριηκόσια τάλαντα· νομὸς ἕκτος καὶ δέκατος οὗτος. Παικάνιοι δὲ, καὶ Αἰθίοπες οἱ ἐκ τῆς Ἀσίης, τετρακόσια τάλαντα ἀπαγίνεον· νομὸς ἕβδομος καὶ δέκατος οὗτος. Ματιηνοῖσι, καὶ Σαρπειρεῦσι, καὶ Ἀλαροδίοισι δυηκόσια ἐπετέλεστο τάλαντα· νομὸς ὄγδοος καὶ δέκατος οὗτος. Μόσχοισι δὲ καὶ Τιβαρηνοῖσι, καὶ Μάκρωσι, καὶ Μοσσυνοίκοισι, καὶ Μάρδοισι, τριηκόσια τάλαντα προείρητο· νομὸς εἶνατος καὶ δέκατος οὗτος. Ἰνδῶν δὲ πλῆθός τε πολλῷ πλεῖστόν ἐστι πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ἀνθρώπων, καὶ φόρον ἀπαγίνεον πολλὸν πλείστους πάντας τοὺς ἄλλους, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα

Quinta portio hæc. [1] cui annum erat omnis Phœnicia & Syria quæ dicitur Palæstina, & Cyprus. Ab Ægypto & Libybus Ægypto conterminis, & Cyrena & Barca (in portione nanque Ægypti istæ ordinantur) septingenta proueniebant talenta, præter pecuniam è piscario prouentu lacus Mœrios. Excepta hac pecunia & certo frumenti numero, septingenta talenta obueniebant. Nam centum viginti millibus Persarum, qui in Albo muro Memphitico stationem habent, & eorum auxiliariis admetiuntur illi frumentum. Sexta portio hæc. Sattagydæ & Gandarii & Dadicæ & Apparitæ, in idem constituei, centena & septuagena talenta pendebant: Septima portio hęc. A Susis & cetera Cissiorũ regione, trecenta: Octaua hæc portio. A Babylone vero ceteraque Assyria millena talenta argenti prouenieb ant, & præterea pueri castrati quingeni: Nona portio hæc. Ab Ecbatanis & ab reliqua regione Medica & Parycaniis & Orthocorybantibus, quadringena & quinquagena talenta: Decima portio hæc. Caspii & Pausicæ & Panthimati & Daritæ simul conferentes, ducena talenta afferebant: Vndecima hæc portio. A Bactrianis ad Æglos vsque, trecentorum & sexagenorum talentorum erat tributum: Portio duodecima hæc. A Pactyica & Armeniis, eorumque conterminis, Euxino tenus ponto, talenta quadringenta: Tertiadecima hæc. A Sagartiis & Sarangæis & Thamanæis & Vtiis & Mecis, & iis qui rubri maris insulas incolunt, vbi rex eos qui Relegati vocantur collocat: ab his omnibus sexcentorum talentorum proueniebat tributum: Quartadecima portio hæc. Sacæ & Caspii ducena & quinquaginta talenta afferebant: Quintadecima portio hæc. Parthi Chorasmiique & Sogdi & Arii, trecenta talenta: Sextadecima portio hæc. Paricanii & qui ex Asia sunt Æthiopes, quadraginta talenta: Decimaseptima portio hæc. Mantienis & Saspiribus & Alarodiis ducena iniuncta talenta erant: Duodeuicesima portio hęc. Moschis & Tibarenis & Macronibus & Mosynœcis & Mardis trecenta talenta præcepta erant: Vndeuicesima hęc portio. Indi, vt sunt multitudine multo numerosissimi inter omnes quos nouimus mortales, ita tributum super ceteros omnes afferebãt tricena sexagena talenta

xcii

xciii

xciv

1 Est autem in hac portione omnis Phœnicia. *Nam Valla in præcedentibus* νομὸν portionem *vertit.*

aureorum

aureorum ramentorum: Vicesima portio hæc. Quod si Babylonica pecunia ad pondus Euboicum redigatur, fiunt nouies millena quingenaque & quadraginta talenta argenti. [1] Aurum vero si terdecies tanto ramentorum taxetur, in summa reperietur ad rationem Euboicam esse sex millia talentorum, sexcentaque & octoginta. Quibus in vnum contractis ad Euboicum computum, exigebantur in summam annui tributi à Dario, talentorum quatuordecim millia quingenta & sexaginta. Minorem his summam omittendam mihi, non referendam puto. Hoc tributum Dario ex Asia obueniebat, & aliquantulum ex Libya: ceterum procedente tempore & ab insulis obuenit aliud tributum, & ab iis qui Europam Thessalia tenus incolunt. Id tributum rex hunc in modum thesaurizat, *hoc est reponit*. Liquefactum aurum argentumque in fictiles fidelias infundit: expletas mox fidelias subinde frangit: ex eoque auro argentove, quoties pecunia indiget, tantum concidit quantum vsus postulat. Atque hæ quidem prouinciæ erant ac tributorum taxationes. ¶ Sola autem Persis ideo inter tributarias à me prætermissa est, [2] quod eam minime Persæ colunt: Isti autem ad ferendum vllum tributum non adigebantur, sed munera portabant: Æthiopes Ægypto contermini, quos Cambyses in expeditione contra macrobios Æthiopes sumpta subegit, quique sacram Nisam incolunt, & Dionyso dies festos agunt. Isti Æthiopes eorumq; finitimi, eodē quo Indi Calandiæ semine vtuntur, subterraneasque habent domos. horum vtrique tertio quoque anno munera portabant, portantque ad meam vsque memoriam, [3] binos semodios auri rudis, & ducenos fasces ebeni, & quinos Æthiopes pueros, & vicenos grandes elephantorum dentes. Colchi quoque inter dona ferentes reposita erant, eorumque finitimi ad montem vsque Caucasum. Ad hunc enim montem imperitatur à Persis. nam qui ad aquilonem Caucasi habitant, eorum iam nulli Persas curant. Isti igitur dona sibi imperata, etiam ad meam vsque ætatem,

XCV

XCVI

XCVII

ψήγματος· νομὸς εἰκοστὸς οὗτος. Τὸ μὲν δὴ ἀργύριον ὁ Βαβυλώνιον πρὸς τὸ Εὐβοϊκὸν συμβαλλόμενον τάλαντον, ἓξ τεσσεράκοντα καὶ πεντακόσια καὶ εἰνακισχίλια τάλαντα. Τὸ δὲ χρυσίον τεσσερακαιδεκαπλάσιον λογιζόμενον, τὸ ψῆγμα βυέσκεται ἐὸν Εὐβοεικῶν ταλάντων ογδώκοντα καὶ ἑξακοσίων καὶ τετρακισχιλίων. τούτων ὦν πάντων συμπεμμένων τὸ πλῆθος, Εὐβοεικὰ τάλαντα συνελέγετο ἐς ὃν ἐπέτειον φόρον Δαρείῳ, μύρια καὶ τετρακισχίλια καὶ πεντακόσια καὶ ἑξήκοντα. Τὸ δὲ ἔτι τούτων ἔλασσον ἀπιεὶς, οὐ λέγω. Οὗτος Δαρείῳ τρέφει φόρος ἀπό τε τῆς Ἀσίης, καὶ τῆς Λιβύης ὀλίγα χάδεν. τρεφόντος μέντοι τοῦ χρήνου, καὶ ἀπὸ νήσων τρέφει ἄλλος φόρος, καὶ ἀπὸ τῆς Εὐρώπης μέχρι Θεσσαλίης οἰκεομένων. τοῦτον δὲ φόρον ἁπασαμείζει βασιλεὺς τρόπῳ τοιῷδε. ἐς πίθους χαλκέους τήξας καταχέει. πλήσας δὲ ὁ ἄγγος, τρυφαρέει ὃν χάλκεον. ἐπὰν δὲ δεηθῇ χρημάτων, κατακόπτει ποσοῦτον ὅσου αὐ ἑκάστοτε δέηται. Αὗται μέν νυν ἀρχαί τε ἦσαν, καὶ φόρων ὑποτάξιες· ἡ Περσὶς δὲ χώρη μούνη μοι ὧδε εἴρηται δασμοφόρος. ἀτελέα γὰρ Πέρσαι νέμονται χώρην. οἵδε δὲ φόρον μὲν οὐδένα ἐτάχθησαν φέρειν, δῶρα δὲ ἀγίνεον Αἰθίοπες οἱ τρώγλην Αἰγύπτῳ, τὴν Καμβύσης ἐλαυνέων ὑπὶ τοὺς μακροβίους Αἰθίοπας, κατεστρέψατο· οἳ τρόπον τινὰ Νύσην τὴν ἱρὴν κατοίκηνται, καὶ τὰ Διονύσῳ ἀνάγουσι τὰς ὀργάς. οὗτοι οἱ Αἰθίοπες καὶ οἱ πλησιόχωροι τούτοισι, σπέρματι μὲν χρέωνται τῷ αὐτῷ τῷ καὶ οἱ Καλαντίαι Ἰνδοί· οἰκήματα δὲ ἔκτηνται κατάγαια. οὗτοι συναμφότεροι ἅπαξ τοῦ ἔτεος ἀγίνεον, ἀγινέουσι δὲ καὶ ὅ μέχρι ἐμεῦ, δύο χοίνικας ἀπύρου χρυσίου, καὶ ἑξηκοσίας φάλαγγας ἐβένου, καὶ πέντε παῖδας Αἰθίοπας, καὶ ἐλέφαντος ὁλόκερως μεγάλους εἴκοσι. Κόλχοι δ' ἔταξάν οἱ ἐς τὸν ἥλιον, καὶ οἱ πρόσχεες μέχρι τοῦ Καυκάσιος οὔρεος. ἐς τοῦτο γὰρ ὁ οὖρος ὑπὸ Πέρσῃσι ἄρχεται. τὰ δὲ πρὸς βορέω ἄνεμον τοῦ Καυκάσιος, Περσέων οὐδὲν ἔτι φροντίζει. οὗτοι ὦν δῶρα τὰ ἐπετάχθη, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ

---

1 Aurum autem ramentitium inuenitur esse talentum Euboicorum quatuor millium sexcentorum & octoginta, si ita ratio ineatur vt pfegma *i. ramentum*, terdecies tanto argenti rependatur. His igitur omnibus in vnum coagmentatis, Euboica talenta numero quatuordecim millia quingēta sexaginta annuo tributo colligebantur. *Ita Budæus hunc locum interpretatur lib. 4. De asse, admonens legendum* τεσσερακαιδεκαπλάσιον, *quam lectionem & in vet. cod. reperimus. Idem aliis verbis hunc locum ita reddit circa initium eiusdem libri.* Aurum vero ramentitium si terdecies expendatur ad argentum, in summa reperietur ad rationē Euboicam esse quatuor millia talentorum, sexcentaque & octoginta. Quibus in vnum coactis, fit summa eorum quæ quotannis colligebantur, quaterdecies millena quingena & sexagena talenta Euboica. 2 Quod Persæ immunes agros colant. Isti porro ad fer. 3 Binos ebeneices auri ignem non experti,

ἀφὰ πεντετηρίδος ἀγίνεον, ἑκατὸν παῖδας, καὶ ἑκατὸν παρθένους. Ἀραβίοι δὲ χίλια τάλαντα ἀγίνεον λιβανωτοῦ αἰεὶ πρὸς ἔτος. ταῦτα μὲν ὦν οὗτοι δῶρα παρέξ τοῦ φόρου βασιλέι ἐκόμιζον. Τὸν δὲ χρυσὸν τοῦτον ὃν πολλὸν οἱ Ἰνδοὶ, ἀπ' οὗ ὃ ψῆγμα τῷ βασιλέι ὃ εἰρημένον κομίζοισι, τρόπῳ τοιῷδε κτέωνται. ἔστι τῆς Ἰνδικῆς χώρης ὃ πρὸς ἥλιον αἴσχοντα φάμμος. τῶν γὰρ ἡμεῖς ἴδμεν, τῶν καὶ πέρι ἀτρεκέα λέγεται, πρῶτοι πρὸς ἠοῦ καὶ ἡλίου ἀνατολὰς οἰκέουσι ἀνθρώπων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἰνδοί. Ἰνδῶν γὰρ ὃ πρὸς τὴν ἠῶ ἔρημός ἐστι, ἀφὰ τὴν φάμμον. ἔστι δὲ πολλὰ ἔθνεα Ἰνδῶν, καὶ οὐκ ὁμόφωνα σφίσι. καὶ οἱ μὲν αὐτῶν, νομάδες εἰσὶ· οἱ δὲ, οὔ· οἱ δὲ, ἐν τοῖσι ἕλεσι οἰκέουσι τοῦ ποταμοῦ· καὶ ἰχθῦας σιτέονται ὠμοὺς, τοὺς αἱρέουσι ἐκ πλοίων καλαμίων ὁρμεώμενοι. καλάμου δὲ ἓν γόνυ πλοῖον ἕκαστον ποιέεται. οὗτοι μὲν δὴ τῶν Ἰνδῶν φορέοισι ἐσθῆτα τε φλοΐνην· ἰῶν, ἐπεὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ φλοιῶν ἀμήσωσι, καὶ κόψωσι, 128 ὃ ἐνθεῦτεν φορμοῦ τρόπον καταπλέξαντες, ὡς θώρηκα ἐνδυνέουσι. Ἄλλοι δὲ τῶν Ἰνδῶν πρὸς ἠῶ οἰκέοντες τούτων, νομάδες εἰσὶ, κρεῶν ἐδεσταὶ ὠμῶν. καλέονται δὲ Παδαῖοι. [a] νόμοισι δὲ τοιοῖσδε λέγονται χρᾶσθαι. ὃς ἂν νοσήσῃ τῶν ἀστῶν, ἢν τε ἀνὴρ, ἢν τε γυνὴ, ὃν μὲν ἄνδρα οἱ μάλιστά οἱ ὁμιλέοντες κτείνουσι, φάμενοι αὐτὸν, τηκόμενον τῇ νούσῳ, τὰ κρέα σφίσι διαφθείρειν· ὁ δὲ, ἀπαρνεόμενος ὡς μὴ νοσέει· οἱ δὲ, οὐ συγγινωσκόμενοι, ἀπο- [b] κτείνοντες κατεσθίουσι. ἢν δὲ γυνὴ νοσήσῃ, ὡσαύτως αἱ ἐπὶ τοῦτο χρεώμεναι μάλιστα γυναῖκες ταὐτὰ τοῖσι ἀνδράσι ποιεῦσι. ὃν γὰρ δὴ ἐς γῆρας ἀπικόμενον θύσαντες, κατεσθίουσι. ἐκ δὲ τούτου τοῦ λόγου οὐ πολλοί τινες αὐτέων ἀπικνέονται· πρὸ γὰρ τοῦ ὃν ἐς νοῦσον πεσόντα πρόσω ποιεῦσι κτείνουσι. Ἕτεροι δέ εἰσι Ἰνδῶν, ὅτε ἄλλος τρόπος· οὔτε κτείνουσι οὐδὲν ἔμψυχον, οὔτε σπείρουσι, οὔτε οἰκίας νομίζουσι ἐκτῆσθαι. ποιηφαγέουσι δὲ, καὶ αὐτοῖσι ἔστι ὄρυζος ὁ μέγαθος ἐκ κάλυκι, αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς γινόμενον· ὃ συλλέγοντες, αὐτῇ τῇ κάλυκι ἕψουσί τε καὶ σιτέονται. ὃς δ' ἂν ἐς νοῦσον αὐτέων πέσῃ, ἐλθὼν ἐς τὸν ἔρημον κέεται. φθονέουσι δὲ οὐδεὶς οὔτ' ἀποθνήσκοντος, οὔτε κάμνοντος. Μίξις δὲ τούτων τῶν Ἰνδῶν τῶν κατέλεξα πρώτων, ἐμφανὴς ἐστὶ, κατάπερ τῶν προβάτων. καὶ ὃ χρῶμα φορέουσι ὁμοῖον πάντες καὶ παραπλήσιον Αἰθιοπικῷ. ἡ γονὴ δὲ αὐτῶν, τὸν ἀπίεται ἐς τὰς γυναῖκας, οὐ, κατάπερ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ἐστὶ λευκὴ, ἀλλὰ

quinto quoque anno afferebant, centenos pueros, totidemq; virgines. Afferebant & Arabes millena quotannis talenta thuris. Hæc isti dona, præter tributum, regi portabant. Sed Indi id aurũ xcvii tam multum, vnde ramenta quæ dixi, regi afferunt, hac ratione comparant. Indicæ regionis id quod ad solẽ vergit, sabulosum est. nam Indi, duntaxat eorũ quos scimus, de quibus aliquid pro certo narratur, primi sunt hominum qui in Asia ad auroram & solis ortum habitant. ¶ Indorvm autem tractus qui auroram spectat, propter arenam vastus est. Eorum autem complures sunt gentes, atque eæ lingua inter se dissonæ: & eorum alii sunt dediti rei pecuariæ, alii non: item alii in palustribus fluminis habitãt, crudis victitantes piscibus, quos aggressi ex arundineis nauigiis excipiant. Singula autem nauigia è singulis arundinis internodiis fiunt. Isti ex Indis ferunt vestem è tegete: quam vbi è flumine messuerunt incideruntque, plectentes in modum storeę, tanquam thoracem sibi induunt. His finitimi auro- xcii ram versus sunt Indi pecuarii, carnibus crudis vescentes, nomine Padæi, qui talibus vti moribus narrantur: Quoties ciuium [1] aliquis aliquave ægrotat, virum quidem sui maxime familiares interimunt: quod dicant illum morbo tabescentem, carnes ipsis corrupturum: & licet se neget ille ægrotare, nihilominus illi non ignoscentes necant eum, epulanturque. Mulieri vero, suæ maxime necessariæ, idem quod viri viro faciunt. Qui autem ad senium peruenit, eo itidem mactato pascuntur. Ideoque cũ hac de caussa, tum quia omnes qui in morbum incidunt, necantur, non multi sane eorum ad senectutem perueniunt. Est aliorum Indorum hæc diuersa con- c suetudo, vt nullam animantem interimant, vtque nihil serant, nec domos parandas existiment, atq; herba victitent. Estq; eis semen quoddã milii instar, sua sponte nascẽs è terra, suo in calice: quod cum ipso calice lectum coquunt, eduntque. Eorũ quisquis in morbũ incidit, is in locũ desertum pergit, ibiq; decumbit, eius vel decumbentis vel defuncti cu- ci rã gerente nemine. Horum omnium quos recensui Indorũ coitus in propatulo est, sicut pecorum: color similis ac proximus Æthiopico. genitura quam in mulieres emittunt, non alba, quemadmodum ceterorum hominum, sed

[a] νομαῖοι

[b] ἀπαρνέεται

[c] ἢ ἀνὴρ ἢ γυνὴ

1 Seu vir seu femina ægr.

atra,

1 Hos ex Ægypto ad regem transportarunt: rex autem Darius iis ad incol. *Legendo* ἀναστάτους *pro* ἀναστάτους. 2 Feliciter vitam finiuit. quumprimum enim vlta Barc. in Ægypt. rediit, misere periit. 3 Vt enim diis odiosæ sunt nimium acres hominū vltiones. *Perinde ac si dicat, deos illi tam miserabilē vitæ exitum immisisse, odio prosequentes eam quæ vsa fuerat in vltione sumenda crudelitatem, vt & alios adeo atroces vltiones odio prosequi solent. Valla autem sensum inuertit.*

182

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΕΜΠΤΗ, ἐπιγεγραμμένη ΤΕΡΨΙΧΟΡΗ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER quintus, qui inscribitur TERPSICHORE.

Ὀ δὲ τῇ Εὐρώπῃ τῶν Περσέων καταλιφθέντες ὑπὸ Δαρείου, τῷ ὁ Μεγάβαζος ἦρχε, τοὺς μὲν Περιθίους Ἑλλησποντίους, οὐ βουλομένους ὑπηκόους εἶναι Δαρείου, κατεστρέψατο, τοὺς δὲ Παίονας καὶ ὑπὸ Παιόνων ἐκάκωσε. οἱ γὰρ ὦν ἀπὸ Στρυμόνος Παίονες, χρήσαντος τοῦ θεοῦ στρατεύεσθαι ἐπὶ Περιθίους, καὶ ὧν μὲν ἀντικαθημένους ὅπλα καλέσωνται σφέας οἱ Περιθίοι, ὀνομαστὶ βώσαντες, τοὺς δὲ ὅπλα φέρειν· ὧν δὲ μὴ ὅπλα καλέσωνται, μὴ ὅπλα φέρειν· ἐποίεον οἱ Παίονες ταῦτα. ἀντιζομένων δὲ τῶν Περιθίων ἐπὶ τῷ προαστείῳ, ἐνθαῦτα μουνομαχίη τριφασίη ἐγένετο· καὶ γὰρ ἀνδρὶ καὶ ἵππον ἵππῳ συνέβαλλον, καὶ κύων κυνί. νικώντων δὲ τὰ δύο τῶν Περιθίων, ὡς ἐπαιώνιζον κεχαρηκότες, συνεβάλλοντο οἱ Παίονες ὃ χρηστήριον αὐτὸ τοῦτο εἶναι· καὶ εἶπόν τινα τῶνδε πρὸς σφίσι αὐτοῖσι, Νῦν ἂν εἴη ὁ χρησμὸς ἐπιτελεόμενος ἡμῖν, νῦν ἡμέτερον ἔργον. οὕτω τοῖσι Περιθίοισι παιωνίσασι ἐπιχειρέουσι οἱ Παίονες, καὶ πολλόν τε ἐκράτησαν, καὶ ἐλιπόν σφέων ὀλίγους. Τὰ μὲν δὴ ἀπὸ Παιόνων πρότερον ῥηθέντα, ὧδε ἐγένετο. τότε δὲ αἰσθόμενοι ἀγαθῶν πρὸς τῆς ἐλευθερίης γινομένων τῶν Περιθίων, οἱ Πέρσαι τε καὶ ὁ Μεγάβαζος ἐπεκράτησαν πλήθεϊ. ὡς δὲ ἐχειρώθη ἡ Πέριν θος, ἅλασε ὧν κατὰ ὁ Μεγάβαζος διὰ τῆς Θρηίκης, πᾶσαν πόλιν καὶ πᾶν ἔθνος τῶν ταύτῃ οἰκημένων ἡμερούμενος βασιλεῖ Δαρείῳ. ταῦτα γὰρ οἱ ἐπετέταλτο ὑπὸ Δαρείου, Θρηίκην καταστρέφεσθαι. Θρηίκων δὲ ἔθνος μέγιστόν ἐστι, μετὰ γε Ἰνδούς, πάντων ἀνθρώπων· εἰ δὲ ὑπ' ἑνὸς ἄρχοιτο, ἢ φρονέοιτο κατὰ τοῦτο, ἄμαχόν τε ἂν εἴη, καὶ

ΑΤ PERSAE qui in Europa sub [1] Megabyzo relicti à Dario erant, primos ex Hellespontiis Perinthios, Dario subesse recusantes, subegerũt, antea quoque à Pæonibus male affectos. Siquidem Pæones qui sunt à Strymone, admoniti diuino responso vt bellum Perinthiis inferrent: & si quidem à Perinthiis ex aduerso considentibus prouocarentur, nominatim cõpellantibus, eos inuaderent: sinminus, ab inuadendo abstinerent: ita fecerunt. Enimuero considentibus Perinthiis eregione Pæonum in suburbanis, ibi singulare certamen triplex ex prouocatione commissum est, viri cum viro, equi cum equo, canis cum cane. Et quum victores duobus certaminibus Perinthii præ gaudio carmen Pæana cantarent, tunc Pęones hoc ipsum esse responsum dei coniectantes, inter se dixere, Nunc oraculum dei perfectum est, nunc nostrum est opus. Atque ita in Perinthios canentes impetum fecerunt, egregieque vincentes ex illis paucos reliquere. [2] Quæ quondam à Pæonibus gesta fuerant, hunc in modum gesta sunt. Tunc autem Perinthii pro libertate strenue pugnantes, tamen multitudine à Megabyzo superati sunt. Perintho capta, Megabyzus per Thraciam arma circumferens, omnes eius vrbes atque omnes nationes pacatas regi reddebat. Hoc enim illi à Dario fuerat imperatum, vt omnem Thraciam subigeret. ¶ Gens Thracum, secundum Indos, omnium maxima est: quæ si aut vnius imperio regeretur, aut idem sentiret, vt mea fert opinio, inexpugnabilis foret, &

1 Vel, Megabazo, *si nostra exempl. sequaris: itidemque in sequentibus*, Megabazo, & Megabazus. *Verum & apud alios istud nomen non hoc sed illo scriptum modo inuenitur.* 2 Quæ quondam à Pæonibus acciderant *Perinthiis*, ita se habuerant. *Vel*, Talem quidem olim cladem *Perinthii* à Pæonibus acceperant. Tunc tamen pro libertate strenue

omnium

omnium gentium multo validiſſima: ſed quia id nimis arduũ illis eſt, & nulla ratione contingere poteſt, ideo imbecilles ſunt. Habent autem multa nomina ſingularum regionum ſinguli. Moribus tamen ac opinionibus conſimilibus imbuti ſunt, præter Getas & Trauſos,[1] & qui ſupra Creſtonæos incolunt. IV Ex quibus quæ à Getis fiant qui[2] ſe pro immortalibus gerunt, à me commemoratum eſt. Trauſi vero in ceteris quidẽ omnibus idem quod Thraces, verum circa natalia ſuorum atque obitus hoc factitant: Edito puero, propinqui eum circumſidentes cum ploratione proſequuntur, ob ea mala quæ neceſſe eſt illi, quod vitam ingreſſus ſit, perpeti: humanas omnes calamitates recenſentes. Hominem autẽ fato functum, per luſum atq; lætitiam terræ demandant, referentes quod malis liberatus in omni ſit felicitate. V At qui ſupra Creſtonæos incolunt, iſta agunt: Singuli plures vxores habent: quorum vbi quis deceſſit, diſceptatio magna fit inter vxores, acri amicorum circa hanc rem ſtudio, quænam dilecta fuerit à marito præcipue. Quę talis iudicata eſt & hunc honorem adepta, ea à viris ac mulieribus exornata, ad tumulũ à ſuo propinquiſſimo mactatur, vnaq; cum viro humatur, ceteris vxoribus id ſibi pro ingenti calamitate ducentibus. nam id eis VI ſummo dedecori datur. Reliquis Thracibus hic mos eſt: Liberos in mercato venundant. Virgines autem non aſſeruant, ſed quibus libuerit cum viris concumbere ſinunt. at vxores aſſeruant vehemẽter, eaſq; magno ære à parentibus coemunt. Punctas[3] notis eſſe frontes, nobile iudicatur: non eſſe notatas punctis, ignobile. Otioſum eſſe, pro honeſtiſſimo habetur: agricolatorem vero, pro contemptiſſimo. E bello atque rapto viuere, pulcherrimum. Atque hi quidem ſunt eorũ inſigniſſimi mores. VII Deos autem hos ſolos colunt, Martem, I Liberum, Dianam: ſed reges, præter populares, etiam Mercurium, eumque è diis præcipue: per quem ſolum iurant, à quo progenitos quoq; ſe aiunt. VIII Optimatibus eorum tales ſunt ſepulturæ: Prolato triduum cadauere, mactatiſque omnifariis hoſtiis, conuiuantur. illudq; defletum prius, deinde combuſtum ſepeliunt, aut aliter humo contegunt. Aggeſtoq; deſuper tumulo,

πολλῷ κρέσσον πάντων ἐθνέων, κατὰ γνώμην τὴν ἐμήν. ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον μή κοτε ἐγχώριον. εἰσὶ δὲ καὶ τοῦτο ἀσθενέες. οὐδόμασι δὲ πολλὰ ἔχουσι κατὰ χώρας ἕκαστοι· νόμοισι δὲ οὗτοι τοῖσι πλησιοίσι πάντες χρέωνται κατὰ πάντα, πλὴν Γετέων, καὶ Τραυσῶν, καὶ τῶν κατύπερθε Κρηστωναίων οἰκεόντων. Τουτέων δὲ τὰ μὲν Γέται οἱ ἀθανατίζοντες ποιέουσι, εἰρηταί μοι· Τραυσοὶ δὲ τὰ μὲν ἄλλα πάντα κατὰ ταὐτὰ τοῖσι ἄλλοισι Θρηιξὶ ὅτι τελέοισι, κατὰ δὲ ὃν γινόμενόν σφι καὶ ἀπογινόμενον, ποιέουσι τάδε· Ὃν μὲν γινόμενον περιίζομενοι οἱ προσήκοντες ὀλοφύρονται, ὅσα μιν δεῖ, ἐπείτε ἐγένετο, ἀναπλῆσαι κακά· αἰνέοντες τὰ ἀνθρώπινα πάντα παθέα· Ὃν δὲ ἀποθνήσκοντα, παίζοντές τε καὶ ἡδόμενοι, γῆν κατὰ κρύπτουσι, ὡς ἐπιλέξαντες ὅσων κακῶν ἐξαπαλλαχθείς, ἔστι ἐν πάσῃ εὐδαιμονίῃ. Οἱ δὲ κατύπερθε Κρηστωναίων, ποιέουσι τάδε· ἔχει γυναῖκας ἕκαστος πολλάς· ἐπὰν δὲ τῶν αὐτέων ἀποθάνῃ, κρίσις γίνεται μεγάλη τῶν γυναικῶν, καὶ φίλων σπουδαὶ ἰσχυραὶ περὶ τῇδε, ἥ τις αὐτέων ἐφίλητο μάλιστα ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. ἢν δὲ αὖ κριθῇ καὶ τιμηθῇ, 183
ἐγκωμιασθεῖσα ὑπό τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, σφάζεται θυτὴ ὑπὸ τοῦ οἰκηϊοτάτου ἑωυτῆς. σφαχθεῖσα δὲ, συνθάπτεται τῷ ἀνδρί. αἱ δὲ ἄλλαι συμφορὴν μεγάλην ποιεῦνται. ὄνειδος γὰρ σφι τοῦτον μέγιστον γίνεται. Τῶν δὲ δὴ ἄλλων Θρηίκων ἔστι ὅδε νόμος· πωλέουσι τὰ τέκνα ἐπ' ἐξαγωγῇ· τὰς δὲ παρθένους οὐ φυλάσσουσι, ἀλλ' ἐῶσι οἵτινες αὐτὰς βούλονται ἀνδράσι μίσγεσθαι. Τὰς δὲ γυναῖκας ἰσχυρῶς φυλάσσουσι, καὶ ὠνέονται τὰς γυναῖκας πολλοῦ τῶν γονέων χρημάτων μεγάλων. καὶ ὅ μὲν ὑστίχθαι, ἀγλυὲς κέκριται· ὅ δὲ ἄστικτον, ἀγλυές. ἐργὸν εἶδος, κάλλιστον· γῆς δὲ ἐργάτην, ἀτιμότατον. Ὁ ζῆν ἀπὸ πολέμου καὶ λῃστύος, κάλλιστον. οὗτοι μὲν σφέων οἱ ὑπερφανέστατοι νόμοι εἰσί. Θεοὺς δὲ σέβονται μούνους τοὺσδε, Ἄρεα, καὶ Διόνυσον, καὶ Ἄρτεμιν. οἱ δὲ βασιλῆες αὐτέων παρὲξ τῶν ἄλλων πολιητέων, σέβονται Ἑρμέην μάλιστα θεῶν· καὶ ὀμνύουσι μοῦνον τοῦτον, καὶ λέγουσι γεγονέναι ἀπὸ Ἑρμέω ἑωυτούς. Ταφαὶ δὲ τοῖσι εὐδαίμοσι αὐτέων εἰσὶ αἵδε· τρεῖς μὲν ἡμέρας προτιθέασι τὸν νεκρόν· καὶ πρωτοῖα σφάξαντες ἱρήια, δαισχέοντες, προκλαύσαντες πρῶτον. ἔπειτα δὲ θάπτουσι κατακαύσαντες, ἢ ἄλλως γῇ κρύψαντες. χῶμα δὲ χέαντες,

1 *Vel*, Et Creſtonæos qui ſuperiorem regionem incolunt. *ſic & paulo poſt.* 2 *De his vide lib. precedente locum Herodoti ſimulque annotationem in eum.* 3 Stigmatis. *Cicero στιχθέντα interpretatur* compunctum notis.

ἀγῶνα τιθεῖσι πανδημοτάτους· ἐν τῷ τὰ μέγιστα ἆεθλα τίθεται καὶ λόγου μουνομαχίης. ταφαὶ μὲν δὴ Θρηκῶν εἰσι αἵδε. Τὸ δὲ τοῦ βορέω ἔπι τῆς χώρης ταύτης, οὐδεὶς ἔχει φέσιος ὅ τι ἐστὶ ἐπέκεινα οἰκέοντες· ἀλλὰ τὰ πρόσω ἤδη τοῦ Ἴστρου ἔρημος χώρη φαίνεται ἐοῦσα καὶ ἄπειρος. μούνους δὲ δύναμαι πυθέσθαι οἰκέοντας πέρην τοῦ Ἴστρου αὐθεντέας, τοῖσι οὔνομα εἶναι Σιγύνας, ἐσθῆτι χρεωμένους Μηδικῇ. τοὺς δὲ ἵππους αὐτέων εἶναι λασίους ἄπαν τὸ σῶμα, ὅτι πέντε δακτύλους ὁ βάθος τῶν τριχῶν· μικροὺς δὲ καὶ σιμούς, καὶ ἀδυνάτους ἄνδρας φέρειν· ζευγνυμένους δὲ ὑπὸ ἅρματα, εἶναι ὠκυτάτους. ἐξεπιστέασι δὲ καὶ οἱ Σιγύνες τὰς ἐπιχωρίους. κατήκειν δὲ τουτέων τοὺς ὅρους ἀγχοῦ Ἐνετῶν τῶν ἐν τῷ Ἀδρίῃ. εἶναι δὲ Μήδων σφέας ἀποίκους λέγουσι. ὅκως δὲ οὗτοι Μήδων ἄποικοι γεγόνασι, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω ὅτι φέσιος εἴπω· γένοιτο δ' ἂν πάντα ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ. Σιγύνας δὲ ὧν καλέουσι Λίγυες οἱ ἄνω ἐόντες Μασσαλίης οἰκέοντες, τοὺς καπήλους· Κύπριοι δέ, τὰ δόρατα. Ὡς δὲ Θρήικες λέγουσι, μέλισσαι κατέχουσι τὰ πέρην τοῦ Ἴστρου· τὴν δὲ τουτέων οὐκ ἔστι διελθεῖν τοσοῦτον πρόσω. ἐμοὶ μὲν νυν, ταῦτα λέγοντες, δοκέουσι λέγειν οὐκ εἰκότα. τὰ γὰρ ζῶα ταῦτα φαίνεται ἔστι δριμέα· ἀλλά μοι τὰ ὑπὸ τὴν ἄρκτον ἀοίκητα δοκέει εἶναι, διὰ τὰ ψύχεα. Ταῦτα μὲν νυν τῆς χώρης ταύτης πέρι λέγεται· τὰ παραθαλάσσια δὲ ὧν αὐτῆς Μεγάβαζος Περσέων κατήκοα ἐποίεε. Δαρεῖος δέ, ὡς διαβὰς τὰ χίσα τὸν Ἑλλήσποντον, ἀπίκετο ἐς Σάρδις, ἐμνήσθη τῆς δὴ Ἱστιαίου τε τοῦ Μιλησίου εὐεργεσίης, καὶ τῆς παραινέσιος τοῦ Μιτυληναίου Κώεω. μεταπεμψάμενος δὲ σφέας ἐς Σάρδις, ἐδίδου αὐτοῖσι αἵρεσιν. ὁ μὲν δὴ Ἱστιαῖος, ἅτε τυραννεύων τῆς Μιλήτου, τυραννίδος μὲν οὐδεμιῆς προσεδέετο· αἰτέει δὲ Μύρκινον τὴν Ἠδωνῶν, βουλόμενος ἐν αὐτῇ πόλιν κτίσαι. οὗτος μὲν δὴ ταύτην αἱρέεται· ὁ δὲ Κώης, οἷά τε ὑπὸ τύραννος, δημότης τε ἐὼν, αἰτέει Μιτυλλήνης τυραννεύσας. τελεωθέντων δὲ ἀμφοτέρησι, ὅτι μὲν κατὰ τὰ εἰλήιτο ἐτέλεσαν. Δαρεῖον δὲ συνιδόντα, τάδε γράμματα οἷόνδε τι δόλιον, ὑπὸ θυμηδίης ἐνείλεσε Μεγαβάζῳ, Παίονας ἐλθόντα δυνατοὺς ποιῆσαι ἐκ τῆς Εὐρώπης ἐς τὴν Ἀσίην. ὧν Πίγρης καὶ Μαστύης, ἄνδρες Παίονες· οἳ ἐπεί τε Δαρεῖος διέβη ἐκ τῆς Εὐρώπης ἐς τὴν Ἀσίην, αὐτοὶ ἐθέλοντες Παιόνων τυραννίδι, ἀπικνέονται ἐς Σάρδις, ἅμα ἀγόμενοι ἀδελφεὴν μεγάλην τε καὶ

cum alia omnis generis certamina proponunt, tum præcipue certa cum ratione monomachiam, *id est*, *singulare certamen*. Et sepulturæ quidem Thracum huiusmodi sunt. Quod autem huius regionis ad aquilonē vergit, nemo potest pro comperto referre quinam homines eam incolant: sed illam quę trans Istrum plaga est, constat vastam esse atque ignotam: vbi solos audio habitare homines nomine Sigynas, veste Medica vtentes, eorumque equos toto corpore hirsutos esse, ad quinque digitos altitudine pilorum, eosdemque pusillos ac simos, inualidosque ad viros gestandos, sed currui iunctos esse pernicissimos: atque his curribus indigenas inuehi. Horum fines proxime accedere ad Enetos, qui sunt in Adria. Eos quoque se colonos Medorum dicere: qui quo pacto coloni Medorum fuerint, equidem nō queo dicere: sed [2] fiat quidlibet intra longū tempus. [3] Sigynas Libyes qui supra Massiliā incolunt, institores appellant: Cyprii iacula. Verū, vt Thraces aiunt, apes loca quæ sunt trans Istrum, obtinent, & ob illas vlterius pergi non potest. Quæ quū dicunt, haud credibilia apud me dicunt, quoniam hoc animal constat frigoris intolerans esse. Sed mihi videntur loca quæ septemtrionibus subsunt, ob gelu inhabitabilia esse. Hactenus de hac regione: cuius oram maritimam Megabyzus Persis obedientem reddidit. ¶ Darius, [4] transmisso rapidissime Hellesponto, postquam Sardis venit, recordatus est beneficii in se ab Histiæo collati, & consilii Cois Mitylenæi. Quibus accersitis Sardis, obtulit electionem. Histiæus, vt qui esset Mileti tyrannus, nullā sibi tyrannidem poposcit: sed Myrcinum Edonidem, animo vrbis in ea condendæ. Et iste quidem hanc elegit. Coes autē, vt qui non tyrannus sed priuatus esset, optauit Mitylenes tyrannidem. Impetrato vterque quod optauerat, eo se contulit. ¶ At Dario res huiuscemodi oblata est, vt illam videnti incesserit cupido iubendi Megabyzo vt Pæonas ex Europæ sedibus in Asiam transportaret. Erant Pigres & Mastyes viri Pæones, qui postquā Darius transmisit in Asiā, & ipsi Sardis venere, cupidi tyrannidis apud Pæonas potiundæ, ducentes vna sororem procera statura atq;

1 De nullis autem possum quicquam accipere qui trans Istrum habitent præterquam de Sygnis. 2 Nihil est quod non contingere possit intra long. 3 Sygnas quidem certe Ligures qui supra Mass. &c. *At hic legit* Λίβυες *pro* Λίγυες. 4 Qum primum Sardis transmisso Hellesponto peruenit,

specioſa.

specioſa. Obſeruato tempore dum in ſuburbanis Lydorũ Darius præſideret, talem rem ſibi agendam putarunt: Sororem quamoptime poterant quum exornaſſent, ad aquam mittunt, vas capite tenentem, equumque è brachio trahentem, linumque nentem. Eam prætereuntẽ Darius attente conſiderabat, quod neque Perſica erant illa quæ ageret mulier, neque Lydica, neque vllarũ ex Aſia feminarum. Hæc conſiderans, miſit quoſdam ſuorum ſatellitum, iuſ- 10
ſos obſeruare in quã rem vteretur mulier equo. Iſtis obſequentibus, femina vbi peruenit ad flumẽ, [1]equo ſatisfecit, vas aqua impleuit. His actis, eadem via regreditur, aquam capite ſuſtinens, equum è brachio trahens, ac fuſum verſans. Admiratus Darius, tum iis quæ ab exploratoribus audiſſet, tum iis quæ ipſe vidiſſet, adduci coram feminam iubet. Ea adducta, adoleſcentes fratres qui aderant, non procul rem ipſam ſpeculantes, interroganti Dario cuias illa eſſet, aiunt ſe Pæones eſſe, & illam ſuam ſororem. Ad quos Darius, quinam homines eſſent Pæones, & vbi locorum habitarent, & cuius rei gratia illi veniſſẽt Sardis, percontari. Adoleſcentes, ſe vero veniſſe dicere vt ſeſe ei donarent. Pæoniam autem eſſe ad flumen Strymonem ſitam, qui Strymon non procul abeſſet ab Helleſponto. Eſſe vero Pæones coloniam Teucrorum qui è Troia fuerunt. Hæc ſingulatim illi referebãt. Interrogantiq; Dario nunquid omnes illic feminæ tam laborioſæ eſſent, affirmare prompte id ita ſe habere. huius enim rei gratia illud fiebat. Ibi Darius litteras ad Megabyzum dat, quem in Thracia præfectum reliquerat, iubens è ſedibus ſuis Pæones ad ipſum transferri cum liberis pariter & vxoribus. Eques cum hoc nuncio confeſtim ad Helleſpontum cucurrit, Helleſpontoque tranſmiſſo litteras Megabyzo reddidit. Quibus ille lectis, ſumpto è Thracia duce, aduerſus Pæoniam exercitum ducit. Pæones, cognito Perſarum in ſe aduentu, contractis copiis proceſſere ad mare, rati illac Perſas ingreſſuros ad dimicandum. Et Pæones quidem ad arcendum exercitus Megabyzi ingreſſum parati erant: Perſę autem certiores facti Pæonas conueniſſe ad intercludendum ab ora maritima ingreſſum, ſumptis ducibus, iter ad ſuperiora conuertũt, hoſtemq; latentes

λίδεα. φυλάξαντες ὁ Δαρεῖος τοῦτο καπιζόμενον ἐς τὸ προάστειον τὸ τῶν Λυδῶν, ἐπείνησαν τοιόνδε· σκευάσαντες τῇ ἀδελφεῇ ὡς εἶχον ἄριστα, ἐπὶ ὕδωρ ἔπεμπον, ἄγγος ἔχουσαν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, ἐκ τοῦ βραχίονος ἵππον ἐπέλκουσαν καὶ κλώθουσαν λῖνον. ὡς δὲ παρεξήιε ἡ γυνὴ, ἐπεμελὲς τοῦ Δαρείου ἐλήλυθε. ὅτε γὰρ Περσικὰ μὲν οὔτε Λύδια τὰ τοιαῦτα ἐστὶ γυναικῶν, οὔτε τοῦτο τῶν ἐστὶ τῆς Ἀσίης οὐδαμῶν· ἐπιμελὲς δὲ ὡς οἱ ἐλήλυθε, τῶν δορυφόρων τινὰς πέμπει, κελεύων φυλάξαι ὅ, τι χρήσαιτο τῇ ἵππῳ ἡ γυνή. οἱ μὲν δὴ ὄπισθεν εἵποντο· ἡ δὲ, ἐπεί τε ἀπίκετο ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἅμα τε ἵππον ἐποίεε· ἅρασα δὲ, καὶ ἅμα τὸ ἄγγος τὸ ὕδατος ἐμπλησαμένη, τῇ αὐτῇ ὁδῷ παρεξήιε, φέρουσα τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ ἐπέλκουσα ἐκ τοῦ βραχίονος τὸν ἵππον, καὶ στρέφουσα τὸν ἄτρακτον. Θωϋμάζων δὲ ὁ Δαρεῖος πάντα τὰ ἤκουσε ἐκ τῶν κατασκόπων, καὶ τὰ αὐτὸς ὤπτευσε, ἄγειν αὐτὴν ἐκέλευε ἐς ὄψιν. ὡς δὲ ἄχθη, παρῆσαν καὶ οἱ ἀδελφεοὶ αὐτῆς, ἅτε πρόσω σκοπιὴν ἔχοντες τούτεων. εἰρωτέωντος δὲ τοῦ Δαρείου ὁκοδαποί εἰσι, ἔφασαν οἱ νεηνίσκοι εἶναι Παίονες, καὶ ἑωυτοῦ εἶναι σφέων ἀδελφεούς. ὁ δὲ ἀμείβετο τίνες δὲ οἱ Παίονες εἰσὶ, καὶ κοῦ γῆς οἰκημένοι, καὶ τί δὴ κῶν οἱ ἐλθόντες ἔλθοιεν ἐς Σάρδις. οἱ δὲ ἔφραζον ὡς ἔλθοιεν μὲν ἐκείνῳ δῶρα τῆς σφέων αὐτῶν· εἴη δὲ ἡ Παιονίη ὅρια τῷ Σρυμόνι ποταμῷ πεπολισμένη· ὁ δὲ Στρυμὼν οὐ πρόσω τοῦ Ἑλλησπόντου· εἶναι δὲ Τεῦκρων τῶν ἐκ Τροίης ἄποικοι. οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἔκαστα ἔλεγον. ὁ δὲ ἤρετο εἰ καὶ πάσας εἶναι αὐτόθι αἰ γυναῖκες οὕτω ἐργατίδες. οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἔφασαν προθύμως οὕτω ἔχειν. αὐτοῦ γὰρ δὴ τούτου εἵνεκα καὶ ἐποιέετο.

Ἐνθαῦτα Δαρεῖος γράφει γράμματα πρὸς Μεγάβαζον, τὸν ἔλιπε ἐν τῇ Θρηίκῃ στρατηγὸν, ἐντελλόμενος ἐξανασῆσαι ἐξ ἡθέων Παίονας, καὶ παρ' ἑωυτὸν ἀγαγεῖν καὶ αὐτοὺς καὶ τέκνα τε καὶ γυναῖκας αὐτέων. αὐτίκα δὴ ἵππεύς ἐλθὼν φέρων τὴν ἀγγελίην ὅτι τὴν Ἑλλήσποντον διαβαίη, διδοῖ τὸ βιβλίον τῷ Μεγαβάζῳ. ὁ δὲ, ὡς λεξάμενος, καὶ λαβὼν ἡγεμόνας τῆς Θρηίκης, ἐστρατεύετο ἐπὶ τοὺς Παιονίην. Πυθόμενοι δὲ οἱ Παίονες τὰς Πέρσας ὅτι σφέας ἴενται, ἁλιαθέντες ὁδὸν ἐστρατεύσαντο πρὸς θάλασσαν· δοκέοντες ταύτῃ ὅτι χειρήσειν τοὺς Πέρσας ἐσβαλόντας. οἱ μὲν δὴ Παίονες ἦσαν ἑτοῖμοι ἐπὶ Μεγαβάζου στρατὸν ὅτεοι τα ἐρύκειν· οἱ δὲ Πέρσαι πυθόμενοι συναλιαθέντας τοὺς Παίονας, καὶ τὴν πρὸς θάλασσαν ἐσβολὴν φυλάσσοντας, ἔχοντες ἡγεμόνας, τὴν αὐτὴν ὁδὸν τρέπονται. λαβόντες δὲ τοὺς Παίονας,

1 Equum aquauit. *vel*, adaquauit.

ἐσπίπτοισι ἐς τὰς πόλιας αὐτέων, ἐύσας οἰδρδν ἐρήμους. οἷα δὲ κεινὴν ἐπιπεσόντες, ὑπετίως κατέχον. οἱ δὲ Παίονες ὡς ἐπύθοντο ἐχομένας τὰς πόλιας, αὐτίκα ἀραμενδαδὲ τες, κατ' ἑωυτὺς ἕκαστοι ἐτράποντο, καὶ παρεδίδοσαν σφέας αὐτοὺς τοῖσι Πέρσῃσι. οὕτω δὴ Παιόνων Σιριοπαίονές τε καὶ Παιόπλαι, καὶ οἱ μέχρι τῆς Γερρησίδος λίμνης, ἐξ ἠθέων ἐξαναστάντες ἤγοντο ἐς τὴν Ἀσίην. Οἱ δὲ περὶ τὸ Πάγγαιον οὖρος, καὶ Δόβηρας, καὶ Ἀγριᾶνας, καὶ Ὀδομάντους, καὶ αὐτὴν τὴν λίμνην τὴν Πρασιάδα, οὐκ ἐχειρώθησαν ἀρχὴν ὑπὸ Μεγαβάζου. ἐπεφρήθη δὲ καὶ τοὺς ἐν τῇ λίμνῃ κατοικημένους ἐξαιρέειν ὧδε· ἰκρία ἐπὶ σταυρῶν ὑψηλῶν ἐζυγωμένα ἐν ἦν ἐν μέσῃ τῇ λίμνῃ, ἔσοδον ἐκ τῆς ἠπείρου στεινὴν ἔχοντα μιὴν γεφύρῃ. τοὺς μὲν σταυροὺς τοὺς ὑποστάσας τοῖσι ἰκρίοισι ὃ μὲν πάλαι ἅπας ἔσησαν κοινῇ πάντες οἱ πολῖται· μετὰ δὲ, νόμῳ χρεώμενοι ἐσάσι τῷδε· κομίζοντες ἐξ οὔρεος τοῦ οὐνομα ἐστὶ Ὄρβηλος, καὶ γυναῖκα ἑκάστην ὀγαμέων τρεῖς σταυροὺς ὑποίσι· ἄγεται δὲ ἕκαστος πολλὰς γυναῖκας· οἰκέουσι δὲ τοιοῦτον τρόπον· κατέων ἕκαστος ἐπὶ τῶν ἰκρίων καλύβης τε ἐπῆ ἁρμοσται, καὶ θύρης κατὰ κρυπτῆς ἁρμοσμένης τῶν ἰκρίων κάτω φερούσης ἐς τὴν λίμνην· τὰ δὲ νήπια παιδία δέουσι τοῦ ποδὸς ἀσπάρτῳ, μὴ καταυλισθῇ δειμαίνοντες· τοῖσι δὲ ἵπποισι καὶ τοῖσι ὑποζυγίοισι παρέχουσι χόρτον ἰχθῦς. τῶν δὲ πλῆθός ἐστι τοσοῦτον, ὥστε ὅταν τὴν θύρην τὴν κατὰ κρυπτῆς ἀνακλίνῃ, κατιεῖ σχοίνῳ σπυρίδα κενὴν ἐς τὴν λίμνην· καὶ οὐ πολλόν τινα χρόνον ὑποσχών, ἀναμασᾷ πλήρεα ἰχθύων. τῶν δὲ ἰχθύων ἐστὶ γένεα δύο, τοὺς καλέουσι πάπρακάς τε καὶ τίλωνας. Παιόνων μὲν δὴ οἱ χειρωθέντες ἤγοντο ἐς τὴν Ἀσίην. Μεγάβαζος δὲ ὡς ἐχειρώσατο τοὺς Παίονας, πέμπει ἀγγέλους ἐς Μακεδονίην, ὕδωρ ἑωυτῷ Πέρσας, οἳ μετ' αὐτὸν ἦσαν δοκιμώτατοι ἐν τῷ στρατοπέδῳ. ἐπέμποντο δὲ ἐπὶ Ἀμύντην, αἰτήσοντες γῆν τε καὶ ὕδωρ Δαρείῳ βασιλεῖ. ἔστι δὲ ἐκ τῆς Πρασιάδος λίμνης σύντομος κάρτα ἐς τὴν Μακεδονίην. πρῶτα μὲν γὰρ ἔχει τὸ λίμνης τὸ μέτρημον, ὄρος ὑπερβάντα τοῦτον παλαιὸν ἀρχυρίου Ἀλεξάνδρῳ ἡμέρης ἑκάστης ἐφοίτα. μετὰ δὲ τὸ μέγα λεγόμενον ὄρος, Δύσωρον καλεόμενον ὄρος, ὑπέρβασις εἰς τὴν Μακεδονίην. Οἱ ὦν Πέρσαι οἱ πεμφθέντες ἐπὶ τοῦτο ἦλθον παρὰ Ἀμύντην, ὡς ἀπίκοντο, αἰτέουσι, ἐλθόντες ἐς ὄψιν τὴν Ἀμύντεω, Δαρείῳ βασιλεῖ γῆν τε καὶ ὕδωρ. ὁ δὲ ταῦτα ἐδίδου, καὶ σφέας ἐπὶ ξείνια ἐκάλεε. παρασκευάσαντος δὲ δεῖπνον μεγαλοπρεπὲς, ἐδέξατο τοὺς Πέρσας φιλοφρόνως. ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἐγένοντο ἅμα οἰνοπόται,

in eius oppida irrumpunt, & illa, vtpote vacua, facile occupant. Quod vbi resciuere Pæones, protinus dispersi, ad sua quisque dilabuntur, seque Persis dedunt. Ita è Pæonibus Syropæones & Pæoplæ, & qui ad Prasiadem vsque paludem incolunt, è suis sedibus emoti, in Asiam sunt abducti. Qui vero circa Pangæum montem incolunt, Doberasque & Agrianas & Odomantos, & ipsam Prasiadem paludem, à principio non cepit Megabyzus. Tentauit tamen eos etiam expugnare qui paludem incolunt. incolunt autem hunc in modũ: In media palude compactæ stant sublicæ, angustum à continente ingressum vno ponte habentes. Has sublicas tabulata sustinentes, olim communiter omnes ciues statuebant: mox è lege hũc in modum statuendas censuerunt, vt pro singulis vxoribus quas quisque duceret (ducunt autem singuli multas vxores) ternas defigeret sublicas, è monte sumptas cui nomen est Orbelus. Hoc habitantes modo, obtinent singuli super ea tabulata tugurium in quo degunt, & fores inter tabulata compactas, deorsum ad paludem ferentes. Paruulos autem liberos per pedem reste illigant, metuentes ne illi in aquam deuoluantur. Equis autem & subiugalibus pisces pro pabulo præbent. Porro piscium tanta est copia vt quoties quis ianuam compactam reclinauerit, demissam fune sportam vacuam, aliquanto post retrahat piscium plenam. quorum duo sunt genera, vnum quod vocant Papraces, alterum Tilones. Ceterum è Pæonibus ii qui capti fuere, in Asiam sunt abducti. ¶ Pæonibus captis, Megabyzus nuncios in Macedoniam, septem Persas, qui post eum erant in exercitu spectatissimi, misit ad Amyntam, petituros regi Dario terram & aquam. Est autem è palude Prasiade breuis admodum in Macedoniam via. nam in primis paludi confine est metallum, *id est*, [1]*fossa aeris*: vnde post ea tempora Alexandro in singulos dies singula talenta prouenichant. Post metallum, superato monte quem vocant Dysorum, Macedonia intratur. Eo Persæ vbi peruenere, & in conspectũ Amyntæ, ad quem mittebantur, regi Dario terrã & aquam petiere: Amyntas & ea dedit, & homines in hospitium vocauit: instructaq; splendide cœna, percomiter accepit. Persæ, postquam à cœna ad potum

1 Fodina, vnde ὀρυχεῖα

peruc-

perüenere, Hospes, inquiunt, Macedo, nobis Persis consuetudinis est, quoties magnam exhibuimus cœnam, tunc etiam concubinas [1] & adolescentulas vxores ad assidendum introducere. Proinde tu nunc, quoniam libenter excepisti nos, & liberali hospitio prosequutus es, regique Dario & terram das & aquam, sectare consuetudinem nostrã. Ad hæc Amyntas, Nobis, inquit, Persæ, ista consuetudo non est, sed viros à feminis semouendi: verum quandoquidem vos exigitis qui domini estis, hoc quoque vobis præstabitur. Hæc loquutus Amyntas, feminas accersit. Illæ, vt iussæ, præsto fuerunt, & eregione Persarum deinde consederunt. Quas Persæ conspicati formosas, Amyntam alloquuntur, negantes omnino id factum esse sapienter. satius enim futurum fuisse, ab initio nõ venire feminas, quam, postquam venerant, non assidere, sed ex aduerso sedere in oculorum dolorem. Ita coactus Amyntas illas assidere iussit. Quæ quum obtemperassent, illico Persæ mamillas illarum tractare, vtpote plusculo vino temulenti, nonnulli etiam tentare suauiari. Hæc Amyntas intuens etsi iniquo ferebat animo, tamen præ metu Persici nominis quiescere. Verum eius filius Alexander quum adesset, atque hæc aspiceret, vtpote adolescens, & malorum inexpertus, nequaquam amplius tolerare posse. itaque grauiter ferens, ad Amyntam inquit, Tu quidẽ pater [2] cede ætati, abiq; hinc ad requiescendum, [3] neque indulgeas nimium potationi: ego vero hic remanens, omnia hospitibus quæ oportet exhibebo. Amyntas eum rei nouæ aliquid facturum animaduertens, ad hęc respondit, Fili, inquiẽs, [4] verba tua hinc me summouentis pæne intelligo. ideo enim me dimittis quod aliquid noui agere in animo habes. Quare nolo te quicquam noui in hos viros perpetrare, futurũ in perniciem nostram: sed tolera expectans quæ geruntur. nam quod ad discessum meum pertinet, parebo.

XX His responsis Amyntas abiit. Tum Alexander ad Persas, [5] Vobis, inquit, hospites, cum his feminis vel omnibus, si libet, facillime licet concumbatis: sed cum qua earum concumbere libeat indicate. Nunc enim fere tempus cubandi

νοντες, Ξεῖνοι Πέρσαι τάδε, Ξεῖνε Μακεδών, ἡμῖν νόμος ἐστὶ τοῖσι Πέρσῃσι, ἐπεὰν δεῖπνον παρεσθώμεθα μέγα, τότε καὶ τὰς παλλακὰς καὶ τὰς γυναῖκας ἐσάγεσθαι παρέδρους. σύ νυν, ἐπεί περ παρεσθύμως μὲν ἐδέξαο, μεγάλως δὲ ξεινίζεις, Δαρείῳ δὲ βασιλέι δίδοις γῆν τε καὶ ὕδωρ, ἕπεο νόμῳ τῷ ἡμετέρῳ. εἶπε πρὸς ταῦτα Ἀμύντης, Ὦ Πέρσαι, νόμος μὲν ἡμῖν γέ ἐστι οὐκ οὗτος, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἄνδρας γυναικῶν χωρίζεσθαι· ἐπεί τε δὲ ὑμεῖς ἐόντες δεσπόται προσχρήζετε τούτων, παρέσται ὑμῖν καὶ ταῦτα. εἰπὼν τοσαῦτα ὁ Ἀμύντης μετεπέμπετο τὰς γυναῖκας· αἱ δὲ ἐσεκαλέοντό τε καλεόμεναι ἦλθον, ἐς ἕδρης αἰτίαι ἵζοντο τοῖσι Πέρσῃσι. ἐνθαῦτα οἱ Πέρσαι ἰδόντες γυναῖκας εὐμόρφους, ἔλεγον πρὸς Ἀμύντην, Φάμενοι ὃ ποιῆσαι τοῦτο, οὐδὲν εἶναι σοφόν. χρεὸν γὰρ εἶναι ἔμπροσθεν μὴ ἐλθεῖν τὰς γυναῖκας, ἢ ἐλθούσας καὶ μὴ παρεζομένας, δύπτας ἵζεσθαι, ἀλγηδόνας φυλάσσοντας ὀφθαλμῶν. ἀναγκαζόμενος δὲ ὁ Ἀμύντης ἐκέλευε παρίζειν. πειθομένων δὲ τῶν γυναικῶν, αὐτίκα οἱ Πέρσαι μάζων τε ἅπτοντο, οἷα πλουσίως οἰνωμένοι, καί κου τῆς καὶ φιλέειν ἐπειρῶντο. Ἀμύντης μὲν δὴ ταῦτα ὁρέων, ἀρήμενος εἶχε, καίπερ δυσφορέων, οἷα ὑπὸ δειλίης τοὺς Πέρσας· Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Ἀμύντεω, παρεών τε καὶ ὁρέων ταῦτα, ἅτε νέος τε ἐὼν καὶ κακῶν ἀπαθὴς, οὐδαμῶς ἔτι κατέχειν οἷός τ' ἦν· ὥστε δὲ βαρέως φέρων, εἶπε πρὸς Ἀμύντην τάδε, Σὺ μὲν ὦ πάτερ ἴκελε τῇ ἡλικίῃ, ἀπιὼν τε αἰτέω σεωυτοῦ, μηδὲ λίην ἄρρεε τῇ πόσει· ἐγὼ δὲ παραμείνας αὐτοῦ τῇδε, πάντα τὰ δοκέοντά σοι παρέξω τοῖσι ξείνοισι. πρὸς ταῦτα σιωπὴς Ἀμύντης ἔπεα νεώτερα τῶν πρήγματος τοῦ παρεόντος ῥέξειν μέλλει Ἀλέξανδρος, λέγει, Ὦ παῖ, σχεδὸν γάρ σεο αἰσχυνομένου σιωπῶντος τοὺς λόγους, ὅτι ἐθέλεις ἐμὲ ἐκπέμψας ποιέειν τι νεώτερον· ἐγὼ ὦν σεο χρῄζω μηδὲν νεοχμῶσαι πρὸς ἄνδρας τούτους, ἵνα μὴ ἐξεργάσῃ ἡμέας· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀπέχεο τῶν παιδικῶν. ἀμφὶ δὲ ἀπόστολῇ τῇ ἐμῇ πείσομαί τοι. Ὡς δὲ Ἀμύντης χορήσας ἐστέων οἰχώκεε, ἔλεγε ὁ Ἀλέξανδρος πρὸς τοὺς Πέρσας, Γυναικῶν τουτέων ξεῖνοι πολλή ἐστι ὑμῖν ἐν ὑστερίῃ, εἰ εἰ πάσῃσι βούλεσθε μίσγεσθαι, καὶ ὀχέσῃσι ὧν αὐτέων. τοῦτο μὲν πέρι αὖτις ἀπο-σημανέεται. νῦν δὲ (σχεδὸν γὰρ ἥδη τῆς κύλικος ὥρη

---

1 Et legitimo virginitatis iure nuptas 2 Morem gere ætati, 3 Neq; per totum potationis tempus hic maneas: 4 Ex istis verbis te ira propemodum ardere intelligo. *Potest etiam σχεδὸν cum σωίνημι iungi.* 5 Vobis, hospites, his feminis potiri, *vel, frui*, facile est, siue cum omnibus, siue cum aliquot earum, *vel, cum quantascunque earum parte* concumbere libeat. Verum id *posthac* nobis significabitis: at nunc quum & tempus petendi lecti

» προσέρχεται ὑμῖν, καὶ καλῶς ἔχοντας ὑμέας ἡδέως
» μέθης) γυναῖκας ταύτας, εἰ ὑμῖν φίλον ἐστί, ἄφετε
» λοῦσαι ἀθρόας· λουσαμένας δέ, ὅτι ἴσως προσδέχεσθε. εἰ-
» πὰς ταῦτα (συνέπαινοι γὰρ ἦσαν οἱ Πέρσαι) γυναῖ-
κας μὲν ἐξελθούσας ἀπέπεμπε ἐς τὸ γυναικήιον·
αὐτὸς δὲ ὁ Ἀλέξανδρος ἴσους τῇσι γυναιξὶ ἀριθμὸν
ἄνδρας λοχωμένους τῇ τῶν γυναικῶν ἐσθῆτι σκευά-
σας, καὶ ἐγχειρίδια δοὺς, παρῆγε εἴσω. προσιόντων δὲ
» τούτοις, ἔλεγε τοῖσι Πέρσῃσι τάδε, Ὦ Πέρσαι οἵηκατε
» πανδαισίην τελέην εἰς ἑωυτούς. πάντα γὰρ ἄλλα ὅσα εἰ- 10
» χομεν, καὶ τοῖς, καὶ τὰ οἷά τε ἦν ἐξευρίσκειν παρέχειν,
186 » πρώτα ὑμῖν παρέσχομεν. καὶ δὴ καὶ τόδε ὑπερῶν μεγι-
» στον, τάς τε ἑωυτῶν μητέρας καὶ τὰς ἀδελφεὰς ὁκό-
» σας φιλεύμεθα ὑμῖν· ὡς πανταχῶς μάθητε τι-
» μέοντες τοῖς ἡμετέροισι τῶν περ ἐστὲ ἄξιοι. τοῖς δὲ, καὶ
» βασιλέϊ τῷ πέμψαντι ἀπαγγείλατε, ὡς ἀνὴρ Ἕλλην
» Μακεδὼν ὕπαρχος δὴ ὑμέας ἐδέξατο καὶ τραπέζῃ καὶ
κοίτῃ. ταῦτα εἰπὰς Ἀλέξανδρος, πάντα ἐδίζητο Πέρσῃ
ἀνδρὶ ἄνδρα Μακεδόνα, ὡς γυναῖκα τῶν λόγῳ. οἱ δὲ, 20
ἐπεί τε σφέων οἱ Πέρσαι ψαυέειν ἐπειρῶντο, διεργά-
ζοντο αὐτούς. Καὶ μὲν τότε τῷ μόρῳ διε-
φθάρησαν, καὶ αὐτοὶ καὶ ἡ θεραπηίη αὐτέων. εἵπετο γὰρ
δὴ σφι καὶ ὀχήματα, καὶ θεράποντες, καὶ ἡ πᾶσα πολ-
λὴ παρασκευή. πάντα δὴ ταῦτα, ἅμα πᾶσι κείνοι-
σι ἠφανίζετο. μετὰ δὲ χρόνῳ οὐ πολλῷ ὕστερον, ζήτησις
τῶν ἀνδρῶν τουτέων μεγάλη ἐκ τῶν Περσέων ἐγέ-
νετο· καὶ σφέας Ἀλέξανδρος κατέλαβε σοφίῃ, χρήμα-
τά τε δοὺς πολλὰ, καὶ τὴν ἑωυτοῦ ἀδελφεὴν, τῇ οὔ-
νομα ἦν Γυγαίη. δοὺς δὲ ταῦτα κατέλαβε ὁ Ἀ- 30
λέξανδρος Βουβάρῃ ἀνδρὶ Πέρσῃ τῶν διζημένων
τοὺς ἀπολομένους τῶν σφετέρων. ὁ μὲν δὴ τῶν
Περσέων τουτέων θάνατος οὕτω κατὰ λάθος ἐσι-
γήθη. Ἕλληνας δὲ τούτους εἶναι τοὺς ἀπὸ Περδίκ-
κεω γεγονότας, κατά περ αὐτοὶ λέγουσι, αὐτός τε οὕ-
τω συγχωρέω εἶναι, καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖσι ὀπίσω
αὐτῶν λόγοισι ἀποδέξω ὡς εἰσὶ Ἕλληνες. τοὺς δὲ,
καὶ οἱ ἐν Ὀλυμπίῃ διέποντες ἀγῶνα ἑλληνο-
δίκῃσι ὕστερον, ἔγνωσαν εἶναι. Ἀλέξανδρου γὰρ ἀεθλεύ- 40
ἐλευθερίου, καὶ κατελθόντος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, οἱ ἀντιθέσθαι
μενοι Ἑλλήνων ἐξήιεσαν μὲν, φάσκοντες δὲ βαρβάρων
ἀγωνιεῖσθαι εἶναι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ Ἑλλήνων. Ἀλέξαν-
δρος δὲ, ὡς ἀπέδεξε ὡς εἴη Ἀργεῖος, ἐκρίθη τε εἶναι
Ἕλλην, καὶ ἀθλεύσας στάδιον, συνεξέπιπτε τῷ πρώ-
τῳ. Ταῦτα μὲν νυν οὕτω κως ἐγένετο. Μεγάβαζος
δὲ ἀγων τοὺς Παίονας, ἀπίκετο ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον·

aduentat, & vos bene potos esse temulentosque video. Proinde has feminas, si vobis cordi est, sinite ire ad se lauandum, quas, quum lotæ fuerint, accipiatis. Hæc loquutus Alexander, approbantibus Persis, egressas feminas in muliebre remittit conclaue: ac totidem [1] viros læues malas habentes, muliebribus vestibus exornat, traditisque pugionibus introducit: admonetque Persas, inquiens, Vos vero Persæ, à nobis in conuiuium estis omni munificentia accepti: quippe quibus & quæ habemus, & quæ inuenire potuimus, ea omnia repræsentauimus: &, quod omnium maximum est, etiam nostras ipsorũ matres & sorores liberaliter exhibemus: [2] vt omni honore affecti à nobis, intelligatis quibus rebus digni estis: vtque regi qui vos misit, à Græco quodam Macedonũ principe vos & mensa & lecto bene acceptos esse renuncietis. Hęc loquutus Alexander, singulos Macedonas quos feminas esse aiebant, assidere iussit singulis Persis. qui posteaquã à Persis attrectari cœpere, illos obtruncauere. Et hac quidem morte affecti sunt Persæ ipsi pariter & eorum comitatus. Comitabantur enim eos & vehicula, & famulitia, & omnis generis apparatus, quæ cuncta cum illis omnibus pariter interceptra sunt. Non multo deinde interiecto tempore, quũ magna horum virorum à Persis inquisitio fieret, Alexander illos [3] prudenter occupauit, tum multa pecunia, tum sorore sua nomine Gygæa, Bubari data, viro Persæ, vni ex inquisitoribus interfectorum. Ita horum Persarum cædes [4] deprehẽsa, sed silentio suppressa est. Esse autã Græcos hos qui à Perdicca progeniti sunt, quemadmodum ipsi aiunt, & ego scio, & ostendam in iis quæ postea dicam. Quinetiam & ii qui in Olympia certaminibus Græcorũ præsunt, *Græcos esse eos*, ita cognouerunt. Nam quum Alexander certandi gratia ad hoc ipsum descendisset, à concursoribus prohibebatur, quod negarent barbarorum id esse certamen, sed Græcorum. at vbi palam fecit sese Argiuũ, Græcus esse iudicatus est: & stadium currens, proximus primo extitit. Et hæc quidem ita gesta sunt. ¶ Megabyzus autem Pæones ducens, abiit in Hellespontum:

XXI

XXII

XXIII

ἠφανίζετο. Βουλομένου γὰρ Ἀλεξάνδρου ἀεθλεύειν, ἐκάπτε. ἀγωνιεῖσθαι

——— instet, & vos, vt video, egregie poti sitis, has (si graue non est) lotum ite sinite: & lotarum reditum expectate. 1 *Id est*, imberbes iuuenes, *queis lauia fulgent ora, vt loquitur Tibul.* 2 Vt nos vobis omnem quo digni estis honorem exhibere intelligatis: 3 Astutia circumuenit. 4 Inquisitoribus astu circumuentis, sil. supr. est. *Ad verbum, Ita circumuenta est. Voluit enim auctor retinere idem vocabulum: etsi minus posteriori loco conueniens.*

& illo tranſmiſſo, peruenit Sardis. quum interim Hiſtiæus Mileſius iam muris cingeret locum, quo à ſe petito donatus à Dario fuerat in pretium ſeruatæ ratis, qui locus eſt ad flumen Strymonem nomine Myrcinus. At Megabyzus, cognito quod fiebat ab Hiſtiæo, quumprimū venit Sardis, ducens Pæones, ita eſt Darium alloquutus, Rex, quidnam tu rei feciſti, dato loco ad vrbem condendam in Thracia viro Græco, eidemque ſolerti atque induſtrio? vbi affatim materia eſt ad naues ædificandas, multumque remigum atq; pecuniæ? multis etiam cum barbaris tum Græcis incolentibus? qui nacti ducem, facient quicquid ille vel die vel nocte præceperit. Nunc igitur tu virum hunc ita facientem inhibe, ne domeſtico bello afflicteris. Inhibe autem miti modo accerſitum: quem quum acceperis, da operam nequando in Græciam reuertatur. Hęc loquutus Megabyzus, perfacile Dario perſuaſit, tanquam probe proſpiciens quod eſſet euenturū. Darius miſſo in Myrcinum nuncio ad Hiſtiæum, hæc inquit, Hiſtiæe, rex Darius hæc dicit, Mihi rebuſque meis melius conſulentem quam te inuenio neminē: quod non verbis, ſed factis compertum habeo. proinde quum res magnas agere deſtinem, præſto mihi ſis vt eas tibi aperiam. His verbis fidem habens Hiſtiæus, & ſimul magni faciens conſiliariū regis fieri, Sardis profectus eſt. Cui aduenienti Darius, Hiſtiæe, ego (inquit) ea de cauſſa te accerſiui, quod[1] poſtea quam à Scythis redire maturaui, & tu ab oculis meis abfuiſti, nullius rei deſiderium tam me tenuit breui, quam vt tu in aſpectum & colloquium meum venires: quum ſciam omnium poſſeſſionum pretioſiſſimam eſſe virum amicum, ſolertem, bene ſentientem: quę tibi ambo adeſſe ego teſtimonio eſſe poſſum è rebus meis. Quare tibi ego, qui feciſti probe quod veneris,[2] hoc gratificandū putaui, vt omiſſa Mileto, & recens condita in Thracia vrbe, me ſequaris Suſa, eadem quæ ego habiturus, meuſq; conuictor ac conſiliarius futurus. Hæc loquutus Darius, vna ſecum Hiſtiæum ducens, Suſa verſus iter intendit, præfecto Sardibus Artapherne, fratre ſuo ex eodem patre. Item præfecto Otanes oræ maritimę: cuius patrem Siſamnem,

XXIV

XXV

187

καὶ ἀθῦτεν Δαρδανωπιωνῆς, ἀπίκετο ἐς Σάρδις. ἅτε δὲ τειχέοντος ἤδη Ἱστιαίου τὸν Μιλήσιον τεῖχος τὸν ὑπὸ Δαρείου αἰτήσας ἔτυχε μισθὸν δωρεὴν φυλακῆς τῆς σχεδίης· ἐόντος δὲ τοῦ χώρου τούτου παρὰ Στρυμόνα ποταμόν, τῷ οὔνομά ἐστι Μύρκινος. μαθὼν δὲ ὁ Μεγάβαζος ὃ ποιεύμενον ἐν τῷ Ἱστιαίῳ, ὡς ἦλθε τάχιστα ἐς τὰς Σάρδις ἄγων τοὺς Παίονας, ἔλεγε Δαρείῳ τάδε, Ὦ βασιλεῦ, οἷόν τι χρῆμα ἐποίησας, ἀνδρὶ Ἕλληνι δεινῷ τε καὶ σοφῷ δοὺς ἐγκτίσασθαι πόλιν ἐν Θρηίκῃ; ἵνα ἴδῃ τε ναυπηγήσιμός ἐστι ἄφθονος, καὶ πολλοὶ κωπέες, καὶ μέταλλα ἀργύρεα. ὅμιλός τε πολλὸς μὲν Ἕλλην περιοικέει, πολλοὶ δὲ βάρβαροι· οἱ ποιήσονται τοῦτο ὃ ἂν κεῖνος ἐξηγέηται καὶ ἡμέρης καὶ νυκτός. σὺ τοίνυν τοῦτον μὲν ἐάσας τοῦτο μὴ ποιεῦντα, ἵνα μὴ οἰκηίῳ πολέμῳ συνέχηαι. τοῦτον δὲ ἀτρέμα μεταπεμψάμενος, παῦσον. ἐπεὰν δὲ αὖτις περιλάβῃς, ποιέειν ὅκως μηκέτι κεῖνος ἐς Ἕλληνας ἀπίξηται. Ταῦτα λέγων ὁ Μεγάβαζος, διὰ πιστὰ ἔπειθε Δαρεῖον, ὡς δὴ προορέων τὸ μέλλον γίνεσθαι· μετὰ δὲ ἄγγελον πέμψας ὁ Δαρεῖος ἐς τὸν Μύρκινον, ἔλεγε τάδε, Ἱστιαῖε, βασιλεὺς Δαρεῖος τάδε λέγει· Ἐγὼ φρονέοντά σε εὑρίσκω ἐμοί τε καὶ τοῖσι ἐμοῖσι πρήγμασι σοφώτατα εἰδότα σὺν αὐτῷ ἐμὲ βουλεύεσθαι. τοῦτο δὲ οὐ λόγοισι ἀλλ' ἔργοισι οἶδα μαθών. νῦν ὦν (ὅπως νοέω γὰρ πρήγματα μεγάλα κατεργάσεσθαι) ἀπικνέο μοι πρώτως, ἵνα σε αὐτὰ ὀφθέωμαι. Τούτοισι τοῖσι ἔπεσι πιθὼν ὁ Ἱστιαῖος, καὶ ἅμα μέγα ποιεύμενος βασιλέος σύμβουλος γενέσθαι, ἀπίκετο ἐς Σάρδις. ἀπικομένῳ δέ οἱ ἔλεγε Δαρεῖος τάδε, Ἱστιαῖε, ἐγώ σε μετεπεμψάμην τῶνδε εἵνεκεν· ἐπεί τε τάχιστα ἐπαύσατο ἀπὸ Σκυθέων, καὶ σύ μοι ἐλθέο ὀξέως ὀφθαλμῶν, οὐδέν κω ἄλλο χρῆμα οὕτω σὺν βεβαιεῖ ἐπεζήτησα ὡς σὲ ἰδεῖν τε καὶ ἐς λόγους μοι ἀπικέσθαι· ἐγνωκὼς ὅτι κτημάτων πάντων ὀνήσιμώτατον ἀνὴρ φίλος, σωφρονέοντός τε καὶ νοῦν ἔχοντος. τά τε ἐγὼ καὶ ἀμφότερα σωφρονέοντα, ἔχω μαρτυρέειν ἐς πρήγματα τὰ ἐμά. νῦν ὦν (διὰ γὰρ ἐποίησας ἀπικόμενος) τάδε σοι ἐγὼ προτείνομαι· Μίλητον μὲν ἔα, καὶ τὸν νεόκτιστον ἐν Θρηίκῃ πόλιν· σὺ δέ μοι ἑπόμενος ἐς Σοῦσα, ἔχε πάντ' ἀπ' ἐμεῦ ἔχων, ἐμός τε σύσσιτος ἐὼν καὶ σύμβουλος. Ταῦτα Δαρεῖος εἶπας, καὶ καταστήσας Ἀρταφέρνεα ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ ὁμοπάτριον, ὕπαρχον εἶναι Σαρδίων, ἀπήλασε ἐς Σοῦσα, ἅμα ἀγόμενος

Ἱστιαῖον. Ὀτάνεα δὲ ὑποδεξάμενος στρατηγὸν ἐς τὴν Ἑλλάδα λασσόνων ἢ τριήκοντα νεῶν, καὶ τὸν πατέρα Σισάμνην

χρόνου

1 Quamprimum à Scythis redii, 2 Hæc propono, vel, offero.

βασιλεὺς Καμβύσης, ἁλόμενον τ̃ βασιλητίων δικαστέων, ὅτι δὴ χρήμασι δίκην ἄδικον ἐδίκασε, σφάξας, ἀπέδειρε πᾶσαν τ̃ αἰθρωπήιην. σανδάλιξας δ᾽ αὐτ̃ τὸ δέρμα, ἱμάντας ἐξ αὐτ̃ ἔταμε, τοῖσι ἐνέτεινε τ̃ θρόνον ἐς τ̃ ἵζων ἐδίκαζε. ἐνταῦσας δ᾽ ὁ Καμβύσης, ἀπέδεξε δικαστὴν (εἰ) αὐτὶ τ̃ Σισάμνεω, ὃν ἀπεκτείνας ἀπέδειρε, ὃν παῖδα τ̃ Σισάμνεω, ἐπιλεξάμενός οἱ μεμνῆσθαι ἐν τ̃ κατίζων θρόνῳ δικάζει.

Οὗτος ὦν ὁ Ὀτάνης ὁ ἐγκαταζόμενος ἐς τ̃τον τὸν θρόνον, τότε ἁλόμενος Μεγαβάζῳ τ̃ς στρατηγίης, Βυζαντίους τε εἷλε καὶ Καλχηδονίους. εἷλε δ᾽ Ἀντανδρον, τ̃ ἐν τ̃ Τρωάδι γ̃ εἷλε δ᾽ Λαμπώνιον. λαβὼν δ᾽ καὶ Λεσβίων νέας, εἷλε Λῆμνόν τε καὶ Ἴμβρον, ἀμφοτέρας ἔτι τότε ἐοὖσας Πελασγῶν οἰκεομένας. Οἱ μὲν δὴ Λήμνιοι καὶ ἐμαχέσαντο μὲν, καὶ ἀμυνόμενοι, αἶψα χρόνον ἐκακώθησαν. τοῖσι δὲ περιεοῦσι αὐτέων οἱ Πέρσαι ὕπαρχον ἐπέστησαν Λυκάρητον, τ̃ Μαιανδρίου τ̃ βασιλεύσαντος Σάμου ἀδελφεόν. οὗτος ὁ Λυκάρητος ἄρχων ἐν Λήμνῳ, τελευτᾷ. αἰτίη δ᾽ τούτου ἥδε· πολλοὺς καὶ δεινὰ ἐποίεε καὶ ἐλαύνειν τὸν ἐπιτυγχάνοντα ἐποίεε· τοὺς μὲν γὰρ, ὡς ἐπίστατο ἐπὶ Σκύθας αἰτιώμενος, τοὺς δὲ, σίνεσθαι τ̃ Δαρείου στρατὸν ὃν ἀπὸ Σκυθέων ὀπίσω ἀποκομιζόμενον. οὗτος μὲν νυν τοσαῦτα ἐξεργάσατο στρατηγήσας. μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον λύσεως κακῶν ἐγένετο. Καὶ ἤρχετο τοιάδε γίνεσθαι κακά. τοῦτο μὲν γὰρ, ἡ Νάξος ὑπερῴκησε τ̃ νήσων μᾶλλον ἐφέρετο· τ̃ τε γὰρ, καὶ τ̃ αὐτ̃ χρόνον ἡ Μίλητος αὐτή τε ἐωυτ̃ μάλιστα δὴ τότε ἀκμάσασα, καὶ δὴ καὶ τ̃ Ἰωνίης ἦν τὸ ἄνθημα. κατὰ τοῦτο δὲ τὸ τέων, ὅτι δύο γενεὰς ἀνδρῶν νοσήσασα ἐς ταραλίσιας ἔστη, μέχρι οὗ μὲν Πάριοι κατήρτισαν· κατηρτίσαντο. τούτους γὰρ καταρτιστῆρας ἐκ πάντων τ̃ Ἑλλήνων εἵλοντο οἱ Μιλήσιοι. Κατήλλαξαν δὲ σφέας ὧδε Πάριοι· ὡς ἀπίκοντο αὐτέων ἄνδρες ἄριστοι ἐς τ̃ Μίλητον (ὄρεον γὰρ δὴ σφέας διαφερόντως οἰκοφθορημένους) ἔφασαν αὐτέων βούλεσθαι διεξελθεῖν τὴν χώρην. ποιεῦντες δὲ ταῦτα, καὶ διεξιόντες πᾶσαν τὴν Μιλησίην, ὁκόσην τινὰ εἶδον αἰεὶ κεκτημένην τὴν χώρην ἀγρὸν καλῶς ἐξεργασμένον, ἀπεγράφεσθε τοὔνομα τοῦ δεσπότεω τοῦ ἀγροῦ. διεξελάσαντες δὲ πᾶσαν τ̃ χώρην, καὶ σανίδας λαβόντες λευκὰς, ὡς τάχιστα κατέβησαν ἐς τὸ ἄστυ, ἀλίην πεποιημένοι, ἀπέδεξαν τούτους μὲν τ̃ πολιηνέμην τ̃ χώρην τοὺς ἀγροὺς εὖ ἐξεργασμένους. δοκέειν γὰρ ἔφασαν καὶ τ̃ δημοσίων ἔτι μᾶλλον δὴ σφέας ἐπιμελήσεσθαι ὡς περ καὶ τ̃ σφετέρων. τοὺς δὲ λοιποὺς Μιλησίους

vnum è regiis iudicibus, quod iniuſte ob pecuniam iudicaſſet, rex Cambyſes interemerat: interemptoque detractum coriũ in lora concidit, quibus tribunal in quo ille ſedens iudicarat, intendit: ibidemque eius filium Otanem ſedere iudicem præcepit, atque in memoria habere in quo tribunali iudicaret. Hic igitur Otanes in eo tribunali XXVI ſedens, tũc Megabyzi ſucceſſor exercitus, Byzantios ac Chalcedonios cepit: cepit item Antandrum, quæ eſt in terra Troade, cepit quoque Lamponium. Sumpta etiam à Lesbiis claſſe, cepit Lemnum & Imbrum, à Pelaſgis tunc quoque vtranq; habitatam. Sed Lemnii XXVII quoniam prœlio contenderant, & aliquamdiu repugnauerant, mala perpeſſi ſunt: quorum qui ſuperfuere, iis præfectũ Perſæ impoſuere Lycaretum, Mæandrii eius qui Sami regnauit, germanum. Hic Lycaretus quũ Lemno præeſſet, hac de cauſſa mortem oppetiit, quod omnes in captiuitatẽ redigebat, atque euertebat, alios inſimulans deſertores Scythicæ expeditionis, alios vexatores copiarum Darii à Scythis reuertentium. Hæc iſte in ſua præfectura perpetrabat: ſed non diu [1] in malis faciendis delituit. ¶ Et cœperunt iterum XXVIII è Naxo atque Mileto calamitates Ionibus fieri.[2] è Naxo quidem, quod inter inſulas felicitate præſtabat: è Mileto autem, quod ea tempeſtate prope ſeipſa ſuperata maxime florebat, eratque Ioniæ prætextum: quum laboraſſet duabus ſuperioribus ætatibus morbo ſeditionis, donec eam ſeditionem Parii [3] ſedauerunt, ex omnibus Græcis correctores à Mileſiis delecti. Huncautem in XXIX modum eos Parii correxere: Quum Miletũ veniſſent viri inter Parios præſtantiſſimi, cernerentque [4] domos vehementer labefactatas, dixerunt velle ſe regionem ipſorum peragrare. Id facientes, & omnem agrum Mileſium luſtrantes, vt quemque fundum animaduertebant bene cultum *fructumque emittentem*, conſcribebant domini nomen. Peragrata omni regione, quum paucos huiuſmodi fundos comperiſſent, quammaturrime ad vrbem deſcenderunt: coactoque cœtu, decreuerunt vrbem ab iis eſſe incolendam quorum fundos bene cultos inueniſſent. videri enim illos ita curaturos publica vt ſua ipſorum curauiſſent. Ceteros Mileſios,

1 *Sunt qui ἄνοσος hic ſuſpectum habeant, nec immerito fortaſſe.* 2 Etenim Naxus quidem inter inſ. felic. præſtabat, Miletus verò eodem tempore magis quam vnquam antea florens, Ioniæ ornamentum erat: quum laboraſſ. 3 *Vel Compoſuerunt, ex omnibus Gr. compoſitores à Mil. delecti. Hunc autem in modum eos ad concordiam Parii reuocarunt.* 4 Eos plane fortunis euerſos,

qui prius

qui prius ſeditionem mouiſſent, iuſſerunt horum dicto audientes eſſe. Ita
xxx [1]Mileſios Parii correxerunt. Ex his tunc vrbibus hoc modo cœperunt Ioniæ mala contingere: Ex Naxo quidam locupletes è plebe in exilium miſſi, Miletum ſe contulerunt. Miletum autem procurabat Ariſtagoras, Molpagoræ filius, idemque gener ac conſobrinus Hiſtiæi, Lyſagoræ filii, quem Darius Suſis diſtinebat. nam Hiſtiæus Mileti erat tyrannus, & per id tempus Suſis degebat quum Naxii venere iampridem Hiſtiæi hoſpites. Quum autem Miletum Naxii aduenere, obſecrarunt Ariſtagoram vt aliquantulum copiarum ipſis præſtaret ad redeundum in patriam. Ille colligens, ſi per eum iſti in patriam redirent, fore vt Naxo imperaret, tamen prætendens Hiſtiæi [2] hoſpitium, ita eos eſt alloquutus, Meæ quidem vires ad tantum copiarū præbendum non ſuppetunt, vt inuitis iis qui Naxum tenent, vos poſſim reducere: quum audiam octo millia ſcutatorum Naxiis ac multum longarum nauium eſſe: tamen omne ſtudiū ad iſtud efficiendum adhibebo, hoc ſcilicet in animo verſans: Eſt mihi amicus Artaphernes, Hyſtaſpis filius, Darii regis frater, qui præſes eſt omnium in Aſia maritimorum, multo exercitu præditus ac multa claſſe: hunc ego virum opinor facturum omnia ex animi noſtri ſententia. His auditis Naxii [3] inſtare Ariſtagoræ vt rem quamoptime poſſet conficeret: vtque munera homini polliceretur, dicere, & ſe exercitui ſumptum ſuppeditaturos, vt ipſi paciſcerentur. magnam videlicet ſpē habentes, quū ipſi in Naxo apparuiſſent, Naxios omnia quæ ipſi iuberent eſſe facturos, atque adeo ceteros inſulanos. nulla dum enim Cycladum inſu-
xxxi larum ſub Dario erat. Profectus Sardis Ariſtagoras, ait Artapherni eſſe inſulam Naxum, non ſpatioſam illā quidem, ſed pulchram alioqui & bonam, Ioniæque vicinā, multis præterea & pecuniis & mancipiis refertā. Proinde tu aduerſus hanc regionē ducito exercitū, exules illuc reducens. [4] Quod facienti tibi magnæ ſunt penes me in expedito pecuniæ, præter illas quæ in exercitum erogabuntur. has enim æquum eſt nos

τοὺς πρὶν στασιάζοντας, ὑπὸ τούτοις ἔταξαν πείθεσθαι. Γάριοι μὲν νυν ὕστερον Μιλησίοις κατήρτισαν. Τότε δὲ οὐκ τουτέων τῶν πολίων ὧδε ἤρχετο κακὰ γίνεσθαι τῇ Ἰωνίῃ. ἐκ Νάξου ἔφυγον ἄνδρες τῶν πλουσίων νεωτέρου τοῦ δήμου· φυγόντες δὲ ἀπίκοντο ἐς Μίλητον· τῆς δὲ Μιλήτου ἐτύγχανε ὑπίτροπος ἐὼν Ἀρισταγόρης ὁ Μολπαγόρεω, γαμβρός τε ἐὼν καὶ ἀνεψιὸς Ἱστιαίου τοῦ Λυσαγόρεω, ὃν ὁ Δαρεῖος ἐν Σούσοισι κατεῖχε. ὁ γὰρ Ἱστιαῖος, τύραννος ἐὼν Μιλήτου, καὶ ἐτύγχανε τότε τον ὃν χειμῶνα ἐὼν ἐν Σούσοισι ὅτε οἱ Νάξιοι ἦλθον ξεῖνοι πρὶν ἐόντες τῷ Ἱστιαίῳ. ἀπικόμενοι δὲ οἱ Νάξιοι ἐς τὴν Μίλητον, ἐδέοντο τοῦ Ἀρισταγόρεω, εἴ πως αὐτοῖσι παρέξοι δύναμίν τινα, καὶ κατέλθοιεν ἐς τὴν ἑωυτῶν· ὁ δὲ, ὑπολεξάμενος ὡς καὶ δι' ἑωυτὸν κατέλθωσι ἐς τὴν πόλιν, ἔφη σφι παρέξειν τῆς Νάξου· σκῆψιν δὲ ποιεύμενος τὴν ξεινίην τὴν Ἱστιαίου, τόνδε σφι λόγον προσέφερε, Αὐτὸς μὲν ὑμῖν οὐ φερέσυος εἰμι δυνάμιν τοσαύτην παρέχειν, ὥστε κατάγειν ἀεκόντων τῶν τὴν πόλιν ἐχόντων Ναξίων. πυνθάνομαι γὰρ ὀκταχιλίην ἀσπίδα Ναξίοισι εἶναι, καὶ πλοῖα μακρὰ πολλά· μηχανήσομαι δέ, πᾶσαν σπουδὴν ποιεύμενος, ὑπο-
νοέων δὲ τῆδε· Ἀρταφέρνης μοι τυγχάνει ἐὼν φίλος. ὁ δὲ Ἀρταφέρνης, Ὑστάσπεος μὲν ὑὸς παῖς, Δαρείου δὲ τοῦ βασιλέος ἀδελφεός· τῶν δ' ὑπὸ θαλασσίων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ ἀρχει πάντων, ἔχων στρατιήν τε πολλὴν καὶ νέας πολλάς. τοῦτον ὦν δοκέω ὃν αὐτὸν ποιήσειν τῶν ἂν χρήζωμεν. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Νάξιοι, προσέθεντο τῷ Ἀρισταγόρῃ πρήσσειν ἥ δύναιτο ἄριστα καὶ ὑπίσχεσθαι δῶρα ἐκέλευον, καὶ δαπάνην τῇ στρατιῇ, ὡς αὐτοὶ ἀφαιρησόμενοι· ἐλπίδας πολλὰς ἔχοντες, ὅταν ὑπὸ φανέωσι ἐς τὴν Νάξον, πάντα ποιήσειν τοὺς Ναξίους τὰ ἂν αὐτοὶ κελεύωσι· ὡς δὴ, καὶ τοὺς ἄλλους νησιώτας. τῶν γὰρ νήσων τουτέων τῶν Κυκλάδων οὐδεμίη κω ἦν ὑπὸ Δαρείῳ. Ἀπικόμενος δὲ ὁ Ἀρισταγόρης ἐς τὰς Σάρδις, λέγει τοῦτον τὸν λόγον τὸν ὃν Ἀρταφέρνεα, ὡς Νάξος εἴη νῆσος μεγάθει μὲν οὐ μεγάλη, ἀλλως δὲ, καλή τε καὶ ἀγαθὴ, καὶ ἀγχοῦ Ἰωνίης· χρήματα δὲ ἔχοι πολλὰ, καὶ ἀνδραπόδεα. Σὺ δὲ ὑπὸ ταύτην τὴν χώρην στρατηλάτεε, κατάγων ἐς αὐτὴν τοὺς φυγάδας ἐξ αὐτῆς. καί τοι ταῦτα ποιήσαντι τοῦτο μὲν ὅδε ἐπίμαπαρ ἐμοὶ χρήματα μεγάλα παρέξεται αἰσιωμάτων τῇ στρατιῇ· ταῦτα μὲν δὴ δίκαια ἡμέας

1 Res Mileſiorum Parii compoſuerunt. At tunc ex his vrbib. 2 *Id eſt, Hoſpitii conſuetudinem: Vel, Hoſpitalem amicitiam quæ illis cum Hiſtiæo intercedebat. Intelligit autem hunc per textu huius amicitiæ voluiſſe Naxiis operam nauare, quum potius id eam ſpe quam declarat, faceret.* 3 Rem Ariſtagoræ commendarunt vt eam quam poſſet optime adminiſtraret. *Vel Negocium Ariſtagoræ dederunt rem quam poſſet commodiſſime gerendi.* quinetiam munera eum polliceri iubebant, & ſumptus in exercitum, vt qui eos reddituri eſſent. quod magna ſpe tenerentur fore vt, quū in Naxiorum conſpectū veniſſent, illi omnia quæ ab ipſis iuberentur facerent. 4 Quod tu quum feceris, non ſolum magnam pecuniarum vim, quæ tibi paratæ apud me erunt, conſequeris, præter ſumptus exercitus: (hos enim a nobis———

188

Ἀρταφέρνης. ὑὸς δὲ τοῦτο ἐὼν παῖς ὑστερον.

» τοὺς ἄγοντας παρέχειν· τοῦτο δὲ, νήσους προσκτή-
» σεαι βασιλεῖ, αὐτίκα τε Νάξον καὶ τὰς ἐκ ταύτης
» ἠρτημένας, Πάρον τε καὶ Ἄνδρον καὶ ἄλλας τὰς Κυ-
» κλάδας καλεομένας. ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενος,
» ἐπιστρατεύσεαι ἐπὶ Εὐβοίην νῆσον μεγάλην τε καὶ
» ὀλβιαίμονα, οὐκ ἐλάσσονι Κύπρου, καὶ κατὰ μὲ-
» πεντέ χειρωθῆναι. ἀποχρώσι δὲ ἑκατὸν νέες τού-
τας πάσας χειρώσασθαι. ὁ δὲ, ἀμείβετο αὐτὸν τοι-
» δε, Σὺ ἐς οἶκον ὀρθῶς βασιλῆος ἐξηγητὴς γίνεαι πρη-
» γμάτων ἀγαθῶν. καὶ ταῦτα μὲν ἐπαινέεις πολ- 10
» λὰ, πλεῦν τῶν νεῶν τὸν ἀριθμόν. αὐτίκα γὰρ τῶν ἐ-
» κατὸν νεῶν, διπλησίαι τοι ἕτοιμοι ἔστωσαν ἅμα τῷ ἔα-
» ρι. δεῖ δὲ τούτοισι καὶ τὸν βασιλῆα σύμφασιν γί-
νεσθαι. Ὁ μὲν δὴ Ἀρισταγόρης ὡς ταῦτα ἤκουσε, ἐπεχάρη ἐὼν, ἀπῆκε ἐς Μίλητον. ὁ δὲ Ἀρ- xxxii
ταφέρνης, ὡς οἱ πέμψαντι ἐς Σοῦσα, καὶ ὑποθεῖ-
ναι τὰ ἐκ τοῦ Ἀρισταγόρεω λεγόμενα, συμφάσιος
καὶ αὐτὸς Δαρεῖος ἐγένετο, παρεσκευάσατο μὲν
διπλησίας τριήρεας, πολλὸν δὲ κατὰ ὅμιλον Πέρ-
σεών τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων. στρατηγὸν δὲ
τούτεων ἀπέδεξε Μεγαβάτην, ἄνδρα Πέρσην τῶν
Ἀχαιμενιδέων, ἐωυτοῦ τε καὶ Δαρείου ἀνεψιόν·
τοῦ Παυσανίης ὁ Κλεομβρότου Λακεδαιμόνιος, εἰ
δὴ ἀληθής γε ὁ λόγος, ὑστέρῳ χρόνῳ τούτεων ἠρμό-
σατο θυγατέρα, ἔρωτα σχὼν τῆς Ἑλλάδος τυραν-
νος γενέσθαι. ἀποδέξας δὲ Μεγαβάτην στρατη-
γὸν Ἀρταφέρνης, ἀπέστειλε ἔχοντα τοῦτον Ἀ-
ρισταγόρεα. Παραλαβὼν δὲ ὁ Μεγαβάτης ἐκ
τῆς Μιλήτου τόν τε Ἀρισταγόρεα καὶ τὸν Ἰάδα
στρατιὴν, καὶ τοὺς Ναξίους, ἔπλεε προφάσιν ἐπ' 30
Ἑλλησπόντου· ἐπεί τε δὲ ἐγένετο ἐν Χίῳ, ἔσχε
τὰς νέας ἐς Καύκασον, ὡς ἐνθεῦτεν βορέη αἰεμὸν ἐς
τὸν Νάξον διαβάλοι. καὶ (οὐ γὰρ ἔδεε τούτῳ τῷ
στόλῳ Ναξίους ἀπολέεσθαι) τοιῆνδε σημνὶ ἐχρήσθη γενέσθαι· ἐπείοντος Μεγαβάτεω τὰς ἐπὶ τῶν νεῶν φυλακὰς, ἐπὶ νέος Μυνδίης ἔτυχε ἐόντας φυλάσσων· ὁ δὲ, δεινόν τι ποιησάμενος, ἐκέλευσε τοὺς δορυφόρους ἑξευρόντας τὸν ἀρχοντα ταύτης τῆς νεὸς, τῷ οὔνομα ἦν Σκύλαξ, δῆσαι διὰ θαλαμίης διελόντας τῆς νεὸς κατὰ τὸ ἔξω μὲν καταλῆν ποιεῦντας, ἔσω δὲ τὸ σῶμα. δεθέντος δὲ τοῦ Σκύλακος, ἐξαγγελθὲν τῷ Ἀρισταγόρῃ ὅτι τὸν ξεῖνον οἱ τὸν Μύνδιον Μεγαβάτης δήσας λυμαίνοιτο. ὁ δὲ ἐλθὼν παρῄτεετο τὸν Πέρσην. τυγχάνων δὲ ὁ δεθεὶς τὸν ἐδέετο, αὐτὸς ἐλθὼν ἔλυσε· πυθόμενος δὲ, καρτὰ δεινὸν ἐποιήσατο ὁ Μεγαβάτης, καὶ ἐσπερχθεὶς τῷ Ἀρισταγόρῃ.

prębere, qui aduentus veſtri autores ſumus: & te inſulas regi acquirere, ipſam Naxum & quæ ex hac pendent, Parum & Andrum, ceteraſque quæ Cyclades nominantur. Vnde proficiſcens, haud difficile inuades Eubœam, inſulam magnam ac beatam, nec inferiorem Cypro, ac facilem ſane ad capiendum, centum omnino nauibus ad has omnes occupandas ſuffecturis. Huic reſpondens Artaphernes, Tu vero, inquit, quæ ſunt ex vtilitate regiæ domus exponis, & probe iſta ſuades omnia, præterquam de numero nauium. nam pro centum nauibus, ducentæ tibi ineunte ſtatim vere in promptu erunt. Oportet tamen in his rebus authoritatem quoq; regis accedere. His auditis Ariſtagoras lætus Miletum rediit. Artaphernes autem miſſo Suſa ad Darium nuncio, per quem de rebus ab Ariſtagora dictis eum certiorem faceret, vbi ille rem approbauit, ducentas naues inſtruxit tum Perſarum tum aliorum ſociorum magna ſane multitudine, præfecto eis duce Megabate, viro Perſa, familia Achæmenidarum, ſuo ac Darii cõſanguineo:[1] qui (ſi vera ſunt quę poſt hoc tempus geſta) filiam deſponderat Pauſaniæ Lacedæmonio, Cleombroti filio, Græciæ tyrannidem affectanti. Delecto itaque duce Megabate, exercitum Artaphernes ad Ariſtagoram miſit è Mileto. Megabates Ariſtagora aſſumpto atq; Ionum exercitu cũ Naxiis, profectus eſt per ſimulationem eundi in Helleſpontum. Atq; vbi Chium peruenit, claſſem continuit apud Caucaſũ, vt illinc vento aquilone traiiceret in Naxum. Sed quoniam non erat fatale Naxios ea claſſe deleri, hoc contigit: Megabates in circumeundis nauium excubiis offendit nauem Myndiam à nemine cuſtodiri. quam rem indigne ferens, iuſſit ſatellites inuentũ eius nauis principem, nomine Scylacẽ, vincire traiectum per thalamiam, *id eſt, foramen per quod remus extat*: ita vt caput extaret, corpus intus eſſet. Ariſtagoras autem à quodam factus certior, hoſpitem ſuum Myndium à Megabate vinctum afflictari, Perſam adit & hominem excuſans repoſcit: quum nihil exoraret, ipſe accedens Scylacem ſoluit. Id vbi reſciuit Megabates,[2] grauiter admodum ferens, Ariſtagoram inuaſit,

xxxiii

[1] qui ducimus, ſuppeditari par eſt) verumetiam ditioni regis adiicies inſulas. & ipſam Nax. [2] Cuius filiam poſtea (ſi vera fama eſt) ſibi deſponſatam habuit Pauſ. Lacedæmonius, Cl. filius, Gr. tyrannus euadere cupiens. [2] Id magnæ iniuriæ loco ducens, Ariſtagoræ ſuccenſuit.

Cui Ari-

ὦν ἐκπεπτώκεσαν γὰρ ἔξω τῆς χώρης οἱ παῖδες τῶν Πεισιστρατιδέων ἤλωσαν. τοῦτο ὦν ὡς ἐγένετο, πρώτη αὐτέων τὰ πρήγματα συνετετάραχτο. παρέσησαν δὲ ὅτι μοῦνοι τοῖσι τέκνοισι, ἐπ' οἷσι ἐβούλοντο οἱ Ἀθηναῖοι. ὥστε δὴ πέντε ἡμέρησι ἐκχωρῆσαι ἐκ τῆς Ἀττικῆς. μετὰ δέ, ἐξεχώρησαν ἐς Σίγειον τὸ ὑπὲρ τοῦ Σκαμάνδρου, ἀρξάντες μὲν Ἀθηναίων ἐπ' ἔτεα ἑξήκοντα καὶ τετρακόσια, ἐόντες δὲ καὶ οὗτοι ἀνέκαθεν Πύλιοί τε καὶ Νηλεΐδαι, ἐκ τῶν αὐτέων γενεητιότες, καὶ οἱ ἀμφὶ Κόδρον τε καὶ Μέλανθον· οἵ περ τέως ἐπήλυδες ἐόντες, ἐγένοντο Ἀθηναίων βασιλῆες. ὑπὲρ τούτου δὲ καὶ τῶνδε ὁ ὦμος ἀπεμνημόνευσε Ἱπποκράτης τοῦ παιδὸς Πεισιστράτου, ὑπὲρ τοῦ Νέστορος Πεισιστράτου ποιεύμενος τὴν ἐπωνυμίην. οὕτω μὲν Ἀθηναῖοι τυράννων ἀπηλλάχθησαν. ὅσα δὲ ἐλθόντες ἔρξαι ἢ παθεῖν ἀξιόχρεα ἀπηγήσιος, πρὶν Ἰωνίην τε ἀπὸ Δαρείου, καὶ Ἀρισταγόρην τὸν Μιλήσιον ἀπικόμενον ἐς Ἀθήνας χρῆσαι σφέων βοηθέειν, ταῦτα πρῶτα φράσω.

Ἀθῆναι, οὐσαι καὶ πρὶν μεγάλαι, τότε ἀπαλλαχθεῖσαι τυράννων, ἐγένοντο μέζονες. ἐν δὲ αὐτῇσι δύο ἄνδρες ἐδυνάστευον, Κλεισθένης τε, ἀνὴρ Ἀλκμαιωνίδης, ὅπερ δὴ λόγον ἔχει τὴν Πυθίην ἀναπεῖσαι· καὶ Ἰσαγόρης ὁ Τισάνδρου, εἰκίης μὲν εὖ δοκίμου, ἀτὰρ τὰ ἀνέκαθεν οὐκ ἔχω φράσαι. θύουσι δὲ οἱ συγγενέες αὐτοῦ Διὶ Καρίῳ. οὗτοι οἱ ἄνδρες ἐστασίασαν περὶ δυνάμιος· ἐσσούμενος δὲ ὁ Κλεισθένης τὸν δῆμον προσεταιρίζεται· μετὰ δὲ, τετραφύλους ἐόντας Ἀθηναίους, δεκαφύλους ἐποίησε, τῶν Ἴωνος παίδων Γελέοντος καὶ Αἰγικόρεος καὶ Ἀργάδεω καὶ Ὁπλέος, ἀπαλλάξας τὰς ἐπωνυμίας· ὅτι χωρίων δὴ ἑτέρων ἡρώων ἐπωνυμίας ἐζήτεε, πρόσφορος Αἴακος. τοῦτον δὲ, ἄτε ἀσυγκοίτου καὶ σύμμαχον ξεῖνον ἐόντα, προσέθεντο. Ταῦτα δὲ, δοκέειν ἐμοὶ, ἐμιμέετο ὁ Κλεισθένης οὗτος τὸν ἑωυτοῦ μητροπάτορα Κλεισθένεα τὸν Σικυῶνος τύραννον. Κλεισθένης γὰρ Ἀργείοισι πολεμήσας, τοῦτο μὲν, ῥαψῳδοῖσι ἔπαυσε τὰ Σικυῶνι ἀγωνίζεσθαι τὰ Ὁμηρείων ἐπέων εἵνεκα, ὅτι Ἄργεἱοί τε καὶ Ἄργος πᾶν πολλὰ μνήσθησαν ὑμνέαται. τοῦτο δὲ (ἥρωον γὰρ ἔστι καὶ τοῦτο τῆς ἀγορῆς τῶν Σικυωνίων Ἄδρηστος ὁ Ταλαοῦ) τοῦτον ἐπεθύμησε ὁ Κλεισθένης ἐόντα Ἀργεῖον, ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς χώρης. ἐλθὼν δὲ ἐς Δελφοὺς, ἐχρηστηριάζετο εἰ ἐκβάλοι τὸν Ἄδρηστον· ἡ δὲ μιν Πυθίη χρᾷ οἱ φᾶσα, Ἄδρηστον μὲν εἶναι Σικυωνίων βασιλέα, ἐκεῖνον δὲ, λευοβόλον. ἐπεὶ δὲ ὁ θεὸς οὐ τοῦτό γε παρεδίδου,

[1] nam filii Pisistratidarum qui clam extra regionem supponebantur, intercepti sunt. Quo ex facto omnes eorum res perturbatæ sunt, & pro redimendis filiis ad voluntatem Athenienſium transegerunt vt intra quinque dies ex Attica excederent. Moxque in Sigeum quod est supra Scamandrum concesserunt, quum sex & triginta annos regnassent, oriundi è Pylo atque à Neleo, ex eisdem prognati [2] ex quibus ii qui fuere cum Codro ac Melantho, qui priusaduentitii, tamen Athenienſium reges euasere. Eaque de re Hippocrates Pisistrati pater, repetita memoria Pisistrati filii Nestoris, idem nomen filio suo imposuit. Hoc Athenienses modo tyrannis liberati sunt. Qui recepta libertate, quæcumque aut fecere aut passi sunt memoratu digna, antequam Ionia defecerit à Dario, & Aristagoras Milesius Athenas oratum auxilia venerit, hæc prius edisseram. ¶ Athenæ, LXVI quum magnæ fuissent antea, tunc tamen tyrannis liberatæ, extitere maiores. in quibus duo viri præpollebant, Clisthenes, vir Alcmæonides, qui (vt fama fert) [3] Pythiam persuaserat: & Isagoras, Tisandri filius, illustri quidem familia, sed quã vetusta nõ queo affirmare: eius tamẽ cognati Ioui Cario immolant. Hi viri per factiones de potentatu contendebant. Clisthenes, quum vinceretur, populum amplectendo, ex quatuor tribubus mox decem effecit, cognominibus Ionis filiorũ, [4] Peleontis & Ægicoris & Argadei & Hopletis, in alia commutatis quæ ipse inuenit, aliorum heroum indigenarum, præterquam Aiacis: quem etsi hospitem, tamen adiecit, vtpote finitimum ac sociũ. Qua in re videtur mihi Clisthenes hic auum suum maternum Clisthenem Sicyonis tyrannum fuisse imitatus. ille enim, quum bellum gessisset cum Argiuis, summouit è Sicyone certamina canentium poemata, ob Homeri carmina, in quibus Argos atque Argiui tantopere celebrantur. Neq; hæc modo summouit, sed etiam optauit monumentũ Adrasti, Talai filii, quod erat in ipso Sicyoniorum foro, quia fuerat Argiuus, exterminare: ideoque Delphos adiit ad oraculum consulendum nunquid Adrastum eiiceret. Cui Pythia respondens, inquit, Adrastum quidem Sicyonium regem esse, ipsum vero, lapidatorem. Id non concedente sibi deo, Clisthenes

[1] Pisistratidarum enim liberi dum clam è regione subducerentur, deprehensi fuerunt. Quo &c. [2] Ex quibus Codrus & Melanthus, qui prius aduenæ, &c. [3] *Pythia persuaserat vt id faceret quod paulo ante narratũ est.* [4] Geleontis

reuersus

reuersus excogitabat quo pacto Adraſtus ipſe demigraret. Quod vbi excogitaſſe ſibi viſus eſt, miſit ad Bœotias Thebas nunciatum, velle ſe [1] afferre Sicyonem Melanippum Aſtaci filium. Eumque tribuentibus Thebanis, in vrbem intulit: atque ei fanum in ipſa curia doſignatum exædificauit munitiſſimo in loco, in quem intulit Melanippum. [2] Quod factum deberet exiſtimari inimiciſſimum Adraſto, quod & Mecistem fratrem eius & Tydeum generum Melanippus interfeciſſet. Cliſthenes vbi fanum extruxit, hoſtias & dies feſtos Melanippo dedit ab Adraſto ereptos, quibus illum Sicyonii magno cum honore proſequi conſueuerant. Etenim regio Polybi fuerat, qui, quum ſine liberis decederet, imperium Adraſto legauit nepoti ſuo ex filia. eum igitur Sicyonii cum aliis honoribus proſequebantur, tum vero [3] tragicis choris, ita vt non Dionyſum, ſed Adraſtum venerarentur. at Cliſthenes choros quidem Libero, ceteras vero ceremonias Melanippo dicauit. Hæc ille in Adraſtum

LXVIII egit. Tribus autem Dorienſium ne forent eædem Sicyoniis quæ Argiuis, in alia nomina commutauit: ex quibus Sicyonios plurimum ridiculos reddidit. quippe hyos & ονον, *id eſt, ſuis & aſini,* [4] vltima nomina pro priſtinis impoſuit, præterquam tribui ſuæ, cui à ſua arche, *id eſt, à ſuo imperio,* nomen indidit. itaq; hi tribules Archelai vocabantur: ceterorũ autẽ alii, Hyatæ, *id eſt, ſuales*: alii, Oneatæ, *id eſt, aſinales*: alii, Chœreatę, *id eſt, porcales*. Histribuum nominibus Sicyonii, & Cliſthene imperante, & eo defuncto, ad ſexaginta annos vſi ſunt, quę poſtea [5] inter ſe reputantes, in alia tranſtulerunt, Hylleas, Pãphylos, Dymanates: quartæ tribui quã adiecerunt, impoſito cognomine Ægiales, ab Ægialo Adraſti filio.

LXIX Hæc Sicyonius Cliſthenes: [6] & ipſe (vt mihi videtur) præ contemptu Ionũ, ne forent eædẽ ipſis & Ionibus tribus, Cliſthenem ſibi cognominem imitatus eſt. Quum enim populus Athenienſis fuiſſet antea exagitatus, poſteaquam omnium autoritatem ad ſuam vnius redegit, tum tribuum nomina cenſuit immutanda, & plures ex paucioribus faciendas, decem pro quatuor, & totidẽ phylarchos, *id eſt, tribuũ præfectos*. Ita populo in tribus diſtributo atq; cõpoſito, erat

ἀπελθὼν ὀπίσω, ἐβούλευετο μηχανὴν τὴν αὐτὸς ὁ Ἄδρηστος ἀπαλλάξεται. ὡς δὲ οἱ ἐξευρῆσθαι ἐδόκεε, πέμψας ἐς Θήβας τὰς Βοιωτίας, ἔφη θέλειν ἀπαγαγέσθαι Μελάνιππον τὸν Ἀστακοῦ· οἱ δὲ Θηβαῖοι ἐδίδοσαν. ἀπαγαγόμενος δὲ ὁ Κλεισθένης τὸν Μελάνιππον, τέμενός οἱ ἀπέδεξε ἐν αὐτῷ τῷ πρυτανηίῳ, καὶ μιν ἵδρυσε ἐνθαῦτα ἐν τῷ ἰσχυροτάτῳ. ἐπῆγε δὲ τὸν Μελάνιππον ὁ Κλεισθένης (ἐχθρὸς γὰρ τοῦτο δὴ ἀπὸ παντὸς ἐὼν) ὡς ἐχθίστον ἐόντα Ἀδρήστῳ· ὃς τόν τε ἀδελφεὸν οἱ Μηκιστέα ἀπέκτεινε, καὶ τὸν γαμβρὸν Τυδέα. ἐπεί τε δὲ οἱ ὁ τέμενος ἀπέδεξε, θυσίας τε καὶ ὁρτὰς Ἀδρήστου ἀπελόμενος, ἔδωκε τῷ Μελανίππῳ. οἱ δὲ Σικυώνιοι ἐώθασι μεγαλωστὶ καρπαμᾶν τὸν Ἄδρηστον. ἦν γὰρ χώρης βασιλεὺς αὕτης Πολύβου· ὁ δὲ Ἄδρηστος ἦν Πολύβου θυγατριδέος· ἄπαις δὲ Πόλυβος τελευτᾷ διδοῖ Ἀδρήστῳ τὴν ἀρχήν. τά τε δὴ ἄλλα οἱ Σικυώνιοι ἐτίμων τὸν Ἄδρηστον, καὶ δὴ καὶ τραγικοῖσι χορηγοῖσι ἐγέραιρον· τὸν μὲν Διόνυσον ἐνόμιζον, τὸν δὲ Ἄδρηστον. Κλεισθένης δὲ χορὸς μὲν τῷ Διονύσῳ ἀπέδωκε, τὰ δὲ ἄλλα θυσίαν τῷ Μελανίππῳ. ταῦτα μὲν ἐς Ἄδρηστον οἱ ἐπεποίητο. Φυλὰς δὲ τὰς Δωριέων, ἵνα δὴ μὴ αἱ αὐταὶ ἔωσι τοῖσι Σικυωνίοισι καὶ τοῖσι Ἀργείοισι, μετέβαλε ἐς ἄλλα ὀνόματα. ἔνθα καὶ πλεῖστον κατεγέλασε τῶν Σικυωνίων. ὄνους καὶ 197
ὗς τε καὶ ὄνους τὰς ἐπωνυμίας μεταθεὶς, αὐτὰ τὰ τελευταῖα ἐπέθηκε, πλὴν τῆς ἑωυτοῦ φυλῆς. ταύτην δὲ τὸν ὄνομα ἀπὸ τῆς ἑωυτοῦ ἀρχῆς ἔθετο. ἦσαν μὲν δὴ Ἀρχέλαοι καλέοντο ἕτεροι δέ, Ὑάται· ἄλλοι δέ, Ὀνεᾶται· ἕτεροι δέ, Χοιρεᾶται. τούτοισι τοῖσι ὀνόμασι τῶν φυλέων ἐχρέωντο οἱ Σικυώνιοι, καὶ ὅτι Κλεισθένεος ἄρχοντος, καὶ ἐκείνου τεθνεῶτος, ἔπι ἐπ᾽ ἔτεα ἑξήκοντα. μετέπεσε μέντοι λόγῳ σφίσι δόντες, μετέβαλον ἐς τοὺς Ὑλλέας καὶ Παμφύλους καὶ Δυμανάτας· τέταρτος δὲ αὐτοῖσι προσέθεντο ὅτι τὸν Ἀδρήστου παῖδος Αἰγιαλέος, τὸν ἐπωνυμίην ποιεύμενοι κεκλῆσθαι Αἰγιαλέας. Ταῦτα μὲν νυν ὁ Σικυώνιος Κλεισθένης ἐπεποίηκε. ὁ δὲ Ἀθηναῖος Κλεισθένης, ἐὼν τὸν Σικυωνίου τοῦ θυγατριδέος, καὶ τοῦ ὀνόματος ὅτι τούτου ἔχων, δοκέω ἐμοὶ, καὶ οὗτος φυλετιδῶν Ἴωνας, ἵνα μὴ σφίσι αἱ αὐταὶ ἔωσι φυλαὶ καὶ Ἴωσι, τὰ ὀνόματα Κλεισθένεα ἐμιμήσατο. ὡς γὰρ δὴ τὸν Ἀθηναίων δῆμον πρότερον ἀπωσμένον, τότε πρώτων πρὸς τὴν ἑωυτοῦ μοίρην προσεθήκατο, τὰς φυλὰς μετωνόμασε, καὶ ἐποίησε πλείνας ἐξ ἐλασσόνων. ἔσχε τε δὴ φυλάρχους ἀντὶ τεσσέρων ἐποίησε, δέκα δὲ καὶ τοὺς δήμους κατένεμε ἐς τὰς φυλάς. ἦν τε δὴ δῆμον προσθέμενος

1 Reducere. *Sic in ſeq.* 2 Reduxit autem Melanippum Cliſthenes (hoc enim narrandum eſt) vt Adraſto inimiciſſimum, quod & Mecist. 3 Eius infortunia choris tragicis decorabant, 4 Cognomina enim eorum mutans in alia quibus ὗς & ὄνος, *id eſt, ſuis & aſini,* appellationes præfixæ eſſent, vltimas ſyllabas addebat. 5 Quum apud ſe expendiſſent, 6 *Poſt* Cliſthenes, *adde,* fecerat. Athenienſis autem Cliſthenes, quum huius Sicyonii eſſet ex filia nepos, & ab eo nomen haberet, &c.

πολλῷ κατύπερθε τῶν αἰτησασίων. Ἐν τοῦ-
μέρει δὲ ἐσυρόμενος ὁ Ἰσαγόρης αἰτίην τοιήνδε
ἐπεκαλέετο Κλεομένεα τὸν Λακεδαιμόνιον, ξυ-
νόμενον ἐωυτῷ ξεῖνον ἀπὸ τῆς Πεισιστρατίδων πολι-
ορκίης. Τὸν δὴ Κλεομένεα εἶχε αἰτίη φοιτᾶν πα-
ρὰ τὴν Ἰσαγόρεω τὴν γυναῖκα. τὰ μὲν δὴ πρῶ-
τα πέμπων ὁ Κλεισθένης ἐς τοὺς Ἀθηναίους κήρυκα,
ἐξέβαλε Κλεισθένεα, καὶ μετ' αὐτὸν ἄλλους πολλοὺς
Ἀθηναίων, τοὺς ὀναγέας ἐπίλεγον. ταῦτα δὲ
πέμπων, ἔλεγε ἐκ διδαχῆς τῆς Ἰσαγόρεω. οἱ μὲν
γὰρ Ἀλκμεωνίδαι καὶ οἱ συστασιῶται αὐτέων εἶ-
χον αἰτίην τοῦ φόνου τούτου· αὐτὸς δὲ οὐ μετεῖχε,
οὐδὲ οἱ φίλοι αὐτοῦ. Οἱ δὲ ὀναγέες Ἀθηναίων
ὧδε ὠνομάσθησαν· ἦν Κύλων τῶν Ἀθηναίων ἀν-
ὴρ Ὀλυμπιονίκης· τοῦτον ὅτι τυραννίδι ἐπόμενον
πρεσσοινσάμενος δὲ ἑταιρηίην τῶν ἡλικιωτέων, κα-
τελαβεῖν τὴν ἀκρόπολιν ἐπειρήθη· οὐ δυνάμενος
δὲ βιῇ κρατῆσαι, ἱκέτης ἵζετο πρὸς τὸ ἄγαλμα. τού-
τους μὲν οἱ πρυτάνιες τῶν Ναυκραρέων, οἱ-
περ ἐνέμοντο τότε τοὺς Ἀθηναίους κατεχίους, πλὴν
θανάτου. φονεῦσαι δὲ αὐτοὺς αἰτίην ἔχει Ἀλκμεω-
νίδας. ταῦτα μὲν τῆς Πεισιστράτου ἡλικίης ἐγέ-
νετο. Κλεομένης δὲ ὡς πέμπων ἐξέβαλε Κλει-
σθένεα καὶ τοὺς ὀναγέας, Κλεισθένης μὲν αὐτὸς ἀπε-
ξέφυγε· μετὰ δὲ, ὅσον ἦσαν παρὼν ἐς τοὺς Ἀθή-
ναας ὁ Κλεομένης, οὐ σφι μεγάλη χαρὰ ἀπικόμε-
νος δὲ ἀγήλατέει ἑπτακόσια ἐπίσια Ἀθηναίων,
τὰ οἱ ὑπεθέτο ὁ Ἰσαγόρης. ταῦτα δὲ ποιήσας,
δεύτερα τὴν βουλὴν καταλύειν ἐπειρᾶτο. τει-
χεσίοισι δὲ τοῖσι Ἰσαγόρεω ξασιώτησι τὰς ἀρχὰς
ὑπεχείρεε. ἀντιστάσης δὲ τῆς βουλῆς, καὶ οὐ βου-
λομένης πείθεσθαι, ὅ, τε Κλεομένης καὶ ὁ Ἰσαγόρης
καὶ οἱ ξασιῶται αὐτὴν καταλαμβάνουσι τὴν ἀκρόπο-
λιν· Ἀθηναίων δὲ οἱ λοιποὶ τὰ αὐτὰ φρονήσαντες,
ἐπολιόρκεον αὐτοὺς ἡμέρας δύο. τῇ δὲ τρίτῃ ὑπο-
σπονδοὶ ἐξέρχονται ἐκ τῆς χώρης ὅσοι ἦσαν αὐτέων
Λακεδαιμόνιοι. ἐπετελέετο δὲ τοῦ Κλεομένεϊ ἡ
φήμη. ὡς γὰρ ἀνέβη ἐς τὴν ἀκρόπολιν, μέλλων
δὴ αὐτὴν καταστχήσειν, ἦιε ἐς τὸ ἄδυτον τῆς θεοῦ,
ὡς προσερέων. ἡ δὲ ἱρείη ἐξαναστᾶσα ἐκ τοῦ θρό-
» νου, πρὶν ἢ τοῖς θύρας αὐτοῦ ἀμεῖψαι, εἶπε, Ὦ ξεῖνε
» Λακεδαιμόνιε, πάλιν χώρει, μηδ' ἔσιθ' ἐς τόδε
» ἱρόν. οὐ γὰρ θεμιτὸν Δωριεῦσι παριέναι ἐνθαῦ-
» τα. ὁ δ' εἶπε, Ὦ γύναι, ἀλλ' οὐ Δωριεύς εἰμι, ἀλλ'
Ἀχαιός. ὁ μὲν δὴ τῇ κλεηδόνι οὐδὲν χρεώμενος,
ἐπεχεί-

multo superior iis qui erant contrariæ factionis. [1] Superatus in partibus Isagoras, LXI
hoc inuicē excogitauit, vt Cleomenem Lacedæmoniū aduocaret, iam inde ab obsidione Pisistratidarum sibi hospitē factum: qui quidē culpabatur quod ad vxorem Isagoræ ventitaret. is misso primum Athenas caduceatore, Clisthenē eiecit, & cum eo alios complures Athenienses, eos enageas vocans, *q. d. piaculares*, videlicet admonitu Isagoræ hæc dicens. nam Isagoras atque amici eius nō erant affines cædis cuius insimulabantur [2] Alcmæonidæ, & qui Atheniensium erant enagees, ita nominabantur, LXII
qui piaculo obstricti erant. Cylon quidam Atheniensis vir olympionices, affectatę tyrannidis cōpertus est. Simulato nanque æqualium sodalitio arcem occupare conatus est. Id quum efficere non potuisset, assedit simulacro dei supplex, ipse ac socii. hos illinc submouerunt quidem magistratus Naucratiorū, qui tunc Athenas incolebant, data fide puniendi eos citra mortem: sed culpa horum mox interfectorum fuit penes Alcmæonidas. Hæc ante Pisistrati ætatem gesta sunt. Vbi autem Cleomenes per LXIII
nuncium eiecit Clisthenem atque piaculares, quamuis Clisthenes ipse profugisset, nihilo secius Athenas venit, nō magna cum manu, atque illinc septingentas familias *militares* Atheniensium, tanquam piaculo contaminatas, relegauit, quas ei suggerebat Isagoras. Hoc acto conabatur secundo loco senatum dissoluere, & magistratus trecentis Isagoræ militibus mandare: verum reluctante senatu, atque obtemperare nolente, Cleomenes Isagorasque cum suæ factionis hominibus arcem occuparūt. quos ceteri Athenienses cum senatu sentientes, biduo obsederunt: tertio die quicunque Lacedæmonii ibi erant, accepta fide, regione discesserunt, [3] rato effecto quod Cleomeni dictū est. nam ei ad occupandam arcem ascendenti, & ad dei penetrale consulendi gratia eunti, exurgens è sella sacerdos, antequam ille valuas reseraret, Lacedæmonie, inquit, hospes, retro redeas, neve templum introeas. non enim Doribus huc introire fas est. Cui Cleomenes, Ego, inquit, mulier, Dores non sum, sed Achæus. Itaque admonitu vti nolens,

1 Superatus autem vicissim Isagoras, hoc contra excogit. 2 Alcmæonidæ enim & qui earundem partium erant, cædis huius inuidiam sustinebant, at ipse *Isagoras* nequaquam, nec eius amici. Enagees autem inter Athenienses ita nominati fuerunt.
3 Omine Cleomeni rato effecto. *Id est, Rato effecto eo quod omine portendebatur Cleomeni. vel, Exitu omen approbante Cleomene.* Quod autem hic φήμην statim post, κληδόνα vocat, *quod Valla interpret.* admonitum.

atque

atque in conatu pergens, tunc quoque iterum à proposito cum Lacedæmoniis decidit. Ceteros autem ad necem vinxere Athenienses,& in iis Timesitheum fratrē eius, cuius manualia opera atq; strenuitatē maximam referre possem. Atque hi quidem in vincula coniecti
LXXIII mortem oppetiere. Athenienses autem post hæc reuocatis cum Clisthene septingentis *militum* familiis, quas Cleomenes exegerat, Sardis mittunt ad contrahendam cum Persis societatē. Intelligebant enim sibi cum Cleomene atque Lacedæmoniis esse bellandum. Vt Sardis venere nuncii, mandataque exposuere, percontatus est eos Artaphernes Hystaspis filius, Sardiū prætor, quinam homines essent Athenienses,& vbi terram incolentes, qui socii Persarum fieri orarent. Vbi id ex nunciis audiuit, ita eis ingenue respondit, Si regi Dario terram darent & aquam, se contracturum cum eis societatē: sinminus, illos abscedere præcepit. Nuncii inter se colloquuti, quod societatem facere cuperent, daturos se esse dixerunt. quo nomine, vbi reuersi sunt domum, vehe-
LXXIV menter accusati sunt. Cleomenes, intelligens ab Athenensibus se & verbis & factis lædi, ex omni Peloponneso copias coegit, dissimulans quem ad finem, quum haberet in animo tum populum Athenensem vlcisci, tum Isagorā constituere tyrannum, qui vna cum eo ex arce decesserat. Comparato exercitu ingenti, ipse Eleusina inuasit,& ex composito Bœotii OEnoem occuparunt & Hysias, vltimos Atticę populos: & ab altera parte Chalcidenses oræ Atticæ loca populabantur. Athenienses etsi ancipiti bello districti, Bœotiorū & Chalcidensium vltione dilata, arma contra Peloponnenses in Eleusine agentes ferūt.
LXXV Dumque ambo exercitus conserturi prœlium essent, Corinthii, primi omnium secum reputantes iniuste à se agi, [1]auerterunt se, atq; abscesserunt. Secundum hos idem fecit Demaratus Aristonis filius, qui & ipse erat rex Spartiatarum, & è Lacedæmone copias contraxerat, nec à Cleomene superiori tēpore dissenserat. Ob quam regum dissensionem lex apud Spartam lata est, non licere vtrique regi cum exercitu prodire. (nam prius prodibant) & his seiunctis, alterum quoque è Tyndaridis relinqui: qui & isti antehac ab eis euocati, exercitū ambo comitabātur. Porro tūc

ἐπεχείρησέ τε, ϗ τότε πάλιν ὀξέπιπτε μὴ τῶν Λακεδαιμονίων. τὸς ὃ ἄλλους Ἀθηναῖοι κατέδησαν τῷ ὅτι θανάτῳ ἐζημίουν· ἐν ὃ αὐτοῖσι ϗ Τιμησίθεον ὃν ἀδελφεὸν, τὰ ἔργα χειρῶν τε ϗ λήμματος ἔχοιμ' ἂν μέγιστα καταλέξαι. ὅτοι μὲν νυν δεδεμένοι ἐτελεύτησαν. 198
Ἀθηναῖοι ὃ μετὰ ταῦτα Κλισθένεα ϗ τὰ ἑπτακόσια ἱππικὰ τὰ διωχθέντα ὑπὸ Κλεομένεος μεταπεμψάμενοι, πέμπουσι ἀγέλεας ἐς Σάρδις, συμμαχίην βουλόμενοι ποιήσασθαι τοῖσι Πέρσῃσι. ἐπιστέατο γὰρ σφι τοῖς Λακεδαιμονίοις τε ϗ Κλεομένεα ἤδη πολεμίους. ἀπικομένων ὃ τῶν ἀγέλεων ἐς τὰς Σάρδις, ϗ λεγόντων τὰ ἐντεταλμένα, Ἀρταφέρνης ὁ Ὑστάσπεος, Σαρδίων ὕπαρχος, ἐπειρώτα τίνες ἐόντες αὐθρωποι, ϗ ποῖ γῆς οἰκέοντες, δεοίατο Περσέων σύμμαχοι γενέσθαι. πυθόμενος ὃ τοῖς τῶν ἀγγέλων, ἀπεκρύψατο τάδε· εἰ μὲν δώσουσι βασιλεῖ Δαρείῳ Ἀθηναῖοι γῆν τε ϗ ὕδωρ, ὁ δὲ συμμαχίην ποιήσεται· εἰ δὲ μὴ δώσουσι, ἀπαλλάσσεσθαι ἐκέλευε. οἱ ὃ ἄγγελοι ὅτι σφέων αὐτέων βουλόμενοι, δώσειν ἔφασαν, βουλόμενοι τὴν συμμαχίην ποιήσασθαι. ὅτοι μὲν δὴ ἀπελθόντες ἐς τὰ ἑωυτῶν, αἰτίας μεγάλας ἔσχον. Κλεομένης ὃ ὀρμώμενος τοῦ εὐεργείας ἔπεσι ϗ ἔργοισι τὸν Ἀθηναίων, στρατὸν ἐκ πάσης Πελοποννήσου ἀγείρας, ϗ φέρων ἐς ὃ συλλέγει· πασάμενός τε ἑκόντων ὃν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, ϗ Ἰσαγόρεα βουλόμενος τύραννον καταστῆσαι. ϗ Ἰσαγόρην συνεξῆλθε γὰρ οἱ ἐκ τοῦ ἀκροπόλιος. Κλεομένης τε δὴ σὺν ὀλίγῳ μεγάλῳ ἐσέβαλε ἐς τὴν Ἐλευσῖνα, ϗ οἱ Βοιωτοὶ ἅμα στρατοπέδου Οἰνόην τε αἱρέουσι, ϗ Ὑσίας, δήμους τοὺς ἐσχάτους τῆς Ἀττικῆς. Χαλκιδέες τε ὅτι τὰ ἔτερα ἐσίνοντο, ὁρμηθέντες χώρους τῆς Ἀττικῆς. Ἀθηναῖοι ὃ, καίπερ ἀμφιβολίην ἐχόμενοι, Βοιωτῶν μὲν ϗ Χαλκιδέων ἐπύστεσθαι ἔμελλον μνήμην ποιήσασθαι, Πελοποννησίοισι ὃ ἔδοσι σὺν Ἐλευσῖνι αἰτίην ἔθεντο τὰ ὅπλα. Μελλόντων ὃ συνάψειν τὰ στρατόπεδα ἐς μάχην, Κορίνθιοι μὲν πρῶτα σφι αὐτοῖσι δόντες λόγον ὡς ὑ ποιοῖεν τὰ δίκαια, μετεγνώσθη τε ϗ ἀπῆλασσαν· μετὰ ὃ, Δημάρητος ὁ Ἀρίστωνος, ἐὼν ϗ οὗτος βασιλεὺς Σπαρτιητέων, ϗ συνεξαγαγών τε τὴν στρατιὴν ἐκ Λακεδαίμονος, ϗ οὐκ ἐὼν ἑωυτοῦ φρενήρης ἐς τὰ πρόσθεν χείνῳ Κλεομένεϊ. ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς διχοστασίης, ἐτέθη νόμος ἐν Σπάρτῃ, μὴ ἀξεῖναι ἑπεσθαι ἀμφοτέρους τοὺς βασιλέας, ἀξιοῦσης τῆς στρατιῆς. τέως γὰρ ἀμφότεροι εἵποντο. τοῦδε λυομένου ὃ τούτεων τὸ ἕτερον, καταλείπεται ϗ τῶν Τυνδαριδέων τὸ ἕτερον. τοῦτο γὰρ δὴ ϗ ὅτοι ἀμφότεροι, ὑπόκλητοι ἐόντες, εἵποντο. τότε δὴ

1 Sententiam mutauerunt,

ἐν τῇ Ἐλευσῖνι ὁρέωντες οἱ λοιποὶ τῶν συμμάχων τάς τε βασιλέας τῶν Λακεδαιμονίων οὐκ ὁμολογέοντας, καὶ Κορινθίους σκληπόντως τὴν τάξιν, οἴχοντο καὶ αὐτοὶ ἀπαλλαγέοντες. Τέταρτον δὴ τοῦτο ὅτε τὸν Ἀττικὸν ἀπικόμενοι Δωριέες, δίς τε ὅτε πολέμῳ ἐσβαλόντες, καὶ δὶς ἐπ' ἀγαθῷ ὑπὲρ πλῆθος τῶν Ἀθηναίων. πρῶτον μὲν, ὅτε καὶ Μέγαρα κατοίκισαν, οὗτος ὁ στόλος ὅτε Κόδρου βασιλεύοντος Ἀθηναίων, ὀρθῶς μὲν καλέοιτο· δεύτερον δὲ καὶ τρίτον, ὅτε ὅτε Πεισιστρατίδας ἐξέλασιν ὁρμηθέντες, ἐκ Σπάρτης ἀπίκοντο· τέταρτον δὲ τότε, ὅτε ἐς Ἐλευσῖνα Κλεομένης ἄγων Πελοποννησίους ἐσέβαλε. οὕτω τέταρτον τότε Δωριέες ἐσέβαλον ἐς Ἀθήνας. Διαλυθέντος δὲ τοῦ στόλου τούτου ἀκλεῶς, ἐνθαῦτα Ἀθηναῖοι τίνυσθαι βουλόμενοι, πρῶτα μὲν ἐπὶ Χαλκιδέας. Βοιωτοὶ δὲ τοῖσι Χαλκιδεῦσι βοηθέουσι ὅτε δὴ εἶδον. Ἀθηναίοισι δὲ ἰδοῦσι τὰς Βοιωτούς, ἔδοξε πρότερον τοῖσι Βοιωτοῖσι ἢ τοῖσι Χαλκιδεῦσι ὅτι χειρέφη. συμβάλλοισί τε δὴ τοῖσι Βοιωτοῖσι οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ πολλῷ ἐκράτησαν· κρατήσαντες δὲ πολλοὺς φονεύσαντες, ἑπτακοσίους αὐτέων ἐζώγρησαν. τῇ δὲ αὐτῆς ταύτης ἡμέρης οἱ Ἀθηναῖοι διαβάντες ἐς τὴν Εὔβοιαν, συμβάλλουσι καὶ τοῖσι Χαλκιδεῦσι· νικήσαντες δὲ καὶ τούτους, τετρακισχιλίους κληρούχους ὅτε τῶν ἱπποβοτέων τὴν χώρην λείποισι· οἱ δὲ ἱππόβοται ἐκαλέοντο οἱ πάχεες τῶν Χαλκιδέων. ὅσους δὲ καὶ τούτων ἐζώγρησαν, ἅμα τοῖσι Βοιωτῶν ἐζωγρημένοισι εἶχον ἐν φυλακῇ, ἐς πέδας δήσαντες. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἔλυσάν σφεας δημότεως ἀποτιμησάμενοι. Τὰς δὲ πέδας αὐτέων, ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἀνεκρέμασαν ἐς τὸν ἀκρόπολιν, αἷπερ ἐπὶ καὶ ἐς ἐμὲ ἔσαν πρὸς εὐσεβέων χρημάτων ἐκ τειχέων περιπεφλυσμένων συεὶ ὑπὸ τοῦ Μήδου. αἰτίον δὲ τοῦ μεγάρου τοῦ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένου, καὶ τῶν λύτρων τὸν δεκάτην ἀνέθηκαν, ποιησάμενοι τέθριππον χάλκεον· ὃ δὲ, ἀριστερῆς χερὸς ἔσηκε πρῶτα ἐσιόντι ἐς τὰ προπύλαια τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλι. ὅτι μὲν γὰρ σφέας πρὸς ἑσπέρην ἔλαβε δέος τοιόνδε,

Ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
Παῖδες Ἀθηναίων ἔργμασιν ἐν πολέμου,
Δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι σιδηρέῳ ἔσβεσαν ὕβριν·
Τῶν ἵππους δεκάτην Παλλάδι τάσδ' ἔτισαν.

Ἀθηναῖοι μὲν νυν νῦξηντο. δηλοῖ δὲ καὶ κατ' ἓν μοῦνον, ἀλλὰ πολλαχῇ ἰσοῦσθαι ὡς ἔστι χρῆμα σπουδαῖον, εἰ καὶ Ἀθηναῖοι τυραννευόμενοι μὲν, οὐδενὸς μᾶλλον τῶν σφέας περιοικεόντων ἔσαν τὰ πολέμια ἀμείνους, ceteri socii qui erant in Eleusine, cernentes non conuenire inter reges, & Corinthios aciem deseruisse, & ipsi dilapsi abierunt. Quarto tunc Dores in Atticam profecti sunt, bis ad bellandũ ingressi, bis ob Athenienſium multitudinis commodum. Primo, quum Megaram coloniam deduxerũt, hæc expeditio recte vocetur, sub Codro Athenienſium rege: iterum ac tertio, quum ad expellẽdos Pisistratidas ex Sparta ventũ est: quarto, quũ Cleomenes Peloponnenſes ducens, Eleusinen inuasit. Ita quarto tũc Dores aduersus Athenas expeditionẽ sumpserunt. Dilapso igitur indecore hoc exercitu, ibi Athenienſes volentes vltum ire iniurias, primam expeditionem fecerunt aduersus Chalcidenſes: quibus Bœotii ad Euripũ iere suppetias. His conspectis Athenienſes putarunt sibi cum eis prius quam cum Chalcidenſibus pugnam conserendã. itaque congressi cum illis egregie superant, permultisque eorum cæsis, septingentos capiunt. Eodem die transgressi Eubœam, cum Chalcidenſibus conflixere: quibus etiam victis, quatuor millia colonorum in prædiis hippobatarum, *q.d. equitum*, reliquerunt. hippobatæ autem apud Chalcidenſes vocabantur locupletes. Horum quoscunque ceperunt, vnacũ Bœotiorum captiuis vinctos in carcerem coniecerunt: quos aliquanto post binis mulctatos minis soluerunt: eorumq; vincula quibus alligati fuerant, in arce suspenderunt: quę ad meam vsque memoriam extabant, pendentia è muris à Medo ambustis, eregione cœnaculi ad occasũ spectantis. Decimam quoque [1] redemptionis consecrarunt, facta ærea quadriga, quæ ad sinistram manum intrantium statim in propylæa arcis stabat, cum hac inscriptione,

Attica perdomitis acri sub marte iuuentus
Bœotûm populis Chalcidicaque manu,
Damna rependerunt vinclis & carcere cæco,
Quorum: hæc de decima stant tibi Pallas equæ.

Et Athenienſes quidem augescebant. Iuris autem æquabilitatem esse rem bonam, non ex vno tantum, sed vndiq; datur intelligi: si Athenienſes etiã quamdiu tyrannis subiecti fuerũt, nullis finitimorum in bello præstantiores erant:

1 Pecuniarum à singulis in pretium redemptionis persolutarum

liberati

liberati vero tyrannis, multo omnium primi extitere. Vnde liquet, eos, dum tyrannis parebant, [1] de industria peccasse, tanquã domino laborantes: at libertate parta, sibiipsi quisq; rem gerere properabat.[2] Athenienses ita agebant.

LXXIX ¶ Thebani autem post hæc vlciscendi illos cupidi, sciscitatum ad deum miserunt. Quibus respondens Pythia, negabat per sese eos posse illos vlcisci, iubebatq; vt[3] ad famæ celebritatem referentes rogarent sibi proximos. [4] Reuersis qui missi ad oracu lum erant, ac responsum exponentibus, Thebani illud nihili facientes quod referebatur, vt rogarent proximos, dicebant, Nunquid non proxime nos incolunt Tanagræi Coronæique & Thespienses, qui nostri assidue commilitones, alacri atq; concordi in partes animo bella nobiscum tolerant? quid hos rogari oportet?[5] nũquid potius hoc non habendum pro oracu lo?

LXXX Hæc illis ratiocinãtibus, quidã re audita, inquit, Ego quid nobis significare velit oracu lum videor mihi intelligere. Asopi duæ filiæ fuisse traduntur, Thebe & Ægina, quæ quoniam sorores sunt, opinor deum respondere nobis vt Æginetas rogemus vicem nostram vlcisci. Thebani, quoniam nulla quam hæc visa est dici potior sententia, protinus misere ad Æginetas orandos auxilia, tanquam proximos, ex dei oraculo. Illi petentibus his auxilia dixe-

LXXXI re se mittere cum eis Æacidas. Societate Æacidarum freti Thebani, quum lacessissent Athenienses, accepta offensione aduersæ pugnæ, iterum auxilia virorum remissis Æacidis orauerunt. Quorum prece moti Æginetæ, tum magnitudine opum inflati, tum pristinæ inimicitiæ quam gessere cum Athenien sibus memores, bellum illis haud indictum intulerunt. Nam quum Athenienses [6] Bœotiis incumberẽt, ipsi longis nauibus in Atticam traiicientes, cum alios multos populos in cetera ora maritima, tum Phalerum diripuerunt, magnam ex hac re calamitatem

LXXXII Athenien sibus afferentes. Inimicitia autem quam Æginetæ aduersus Athenienses habebant, ex hoc initio extitit: Epidaurii, quũ sua ipsis terra nihil redderet, de hac calamitate Delphicũ consuluere oraculum. Quibus Pythia iussit vt Damiæ & Auxesiæ simulacra erige-

ἀπαλλαχθέντες δὲ τυράννων, μακρῷ πρῶτοι ἐγένοντο. δηλοῖ ὧν τοῦτο ὅτι κατεχόμενοι μὲν, ἐθελοκάκεον, ὡς δεσπότῃ ἐργαζόμενοι· ἐλευθερωθέντων δὲ, αὐτὸς ἕκαστος ἑωυτῷ προεθύμεετο κατεργάζεσθαι. οὕτω μὲν νυν ταῦτα ἔπρησσον. Θηβαῖοι δὲ μετὰ ταῦτα ἐς θεὸν ἔπεμπον, βουλόμενοι πίσασθαι Αἰακιδέων. ἡ δὲ Πυθίη ἀπὸ σφέων μὲν αὐτέων οὐκ ἔφη αὐτοῖσι εἶναι πίσιν, ἐς Πολύφημον δὲ ὀξενείκαντας, κελεύειν σφέων αὐτῶν ἄγχιστα δέεσθαι. ἀπελθόντων ὦν τῶν θεοπρόπων, ἐξέφερον τὸ χρηστήριον, ἀλίλοισι ποιησάμενοι. ὡς ἐπυνθάνοντο δὲ λεχθέντων αὐτέων τὰ ἄγχιστα δέεσθαι, εἶπαν οἱ Θηβαῖοι ἀκηκοότες τοῦτο, Οὐκ ὦν ἄγχιστα ἡμέων οἰκέουσι Ταναγραῖοί τε καὶ Κορωναῖοι καὶ Θεσπιέες, καὶ οὗτοί γε ἅμα ἡμῖν αἰεὶ μαχόμενοι, συνδύμῳ σὺν ἀλαφέρσι ἔν πολέμου; τί δεῖ τούτων γε δέεσθαι; ἀλλὰ μᾶλλον μὴ οὐ τοῦτο ἦ τὸ χρηστήριον. Τοιαῦτα δὴ ἐπιλογιζομένων, εἶπε δή κοτε μαθών τις, Ἐγώ μοι δοκέω συνιέναι τὸ ἐθέλει λέγειν ἡμῖν τὸ χρηστήριον. Ἀσωποῦ λέγεται θυγατέρες Θήβη τε καὶ Αἴγινα· τουτέων ἀδελφεὴν ἐούσεων, δοκέω ἡμῖν Αἰγινητέων δέεσθαι τὸν θεὸν χρῆσαι τιμωρητήρων γενέσθαι. καὶ, οὐ γάρ τις γνώμη ταύτης ἀμείνων ἐδόκεε φαίνεσθαι, αὐτίκα πέμψαντες ἐδέοντο Αἰγινητέων, ἐπικαλέομενοι κατὰ τὸ χρηστήριον συμβοηθέειν, ὡς ἐόντων ἀγχιστέων. οἱ δὲ σφι αἰτέοισι ἐπικουρέειν τοὺς Αἰακίδας συμπέμπειν ἔφασαν. Πειρωμένων δὲ τῶν Θηβαίων τὴν συμμαχίην τῶν Αἰακιδέων, καὶ τρὶς ἐπιφερόντων ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων, αὖτις οἱ Θηβαῖοι πέμψαντες, τοὺς μὲν Αἰακιδας σφι ἀπεδίδοσαν, τῶν δὲ αὐτῶν ἐδέοντο. Αἰγινῆται δὲ, δυσδαιμονίη τε μεγάλῃ ἐσπαρέντες, καὶ ἔχθρης παλαιῆς ἀναμνησθέντες ἐούσης πρὸς Ἀθηναίους, τότε Θηβαίων δεηθέντων, πόλεμον ἀκήρυκτον Ἀθηναίοισι ἐπέφερον. ἐπικειμένων γὰρ αὐτέων Βοιωτοῖσι, ἐπιπλώσαντες μακρῇσι νηυσὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν, κατὰ μὲν ἔσυραν Φάληρον, καὶ δὴ τῆς ἄλλης παραλίης πολλοὺς δήμους. ποιεῦντες δὲ ταῦτα, μεγάλως Ἀθηναίους ἐσίνεοντο. Ἡ δὲ ἔχθρη ἡ προφειλομένη ἐς Ἀθηναίους ἐκ τῶν Αἰγινητέων, ἐγένετο ἐξ ἀρχῆς τοιῆσδε· Ἐπιδαυρίοισι ἡ γῆ καρπὸν οὐδένα ἀπεδίδου· περὶ ταύτης ὦν τῆς συμφορῆς οἱ Ἐπιδαύριοι ἐχρέωντο τῷ Δελφοῖσι. ἡ δὲ Πυθίη σφέας ἐκέλευε Δαμίης τε καὶ Αὐξησίης ἀγάλματα ἱδρύ-

1 Remisse agere voluisse. *Vel, Operam sedulo non nauasse.* 2 Horum igitur res ita se habebant. *Vel, Hic igitur erat rerum Athenien sium status.* 3 Ad Polyphemum, 4 Reuersi consultores oraculi, quod ab eo responsum erat exposuerunt, conuocata concione. Thebani, quum audirent quod illi dicebant, *nimirum* vt proximos rogarent, Nonne, inquiunt, proxime nos habitant Tanagr. 5 Imo *videndum* ne aliud potius sibi velit oraculum. 6 Bœotos bello premerent,

σαλ. καὶ σφι ἱδρυσαμένοισι, ἄμεινον ἔσεσθαι. ἐπηρώτεον ὧν οἱ Ἐπιδαύριοι πότερα χαλκέῃ ποιεύντα τὰ ἀγάλματα, ἢ λίθου. ἢ δὲ Πυθίη σφέτερα τέτων ἔα, δηλοῦν ξύλου ἡμέρης ἐλαίης. ἐδέοντο ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίων ἐλαίην σφι δοῦναι τεμέσθαι, ἱρωτάτας δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι· (λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαίαι ἔσαν ἁπανθ' ἧς γῆς ὑδαμοῦ κατ' ὄκαφον τὸ χεῖρον, ἢ Ἀθήνῃσι) οἱ δὲ ὅτι τοῖσδε δώσειν ἔφασαν, ἐπ' ᾧ ἀπάξουσι ἔτεος ἑκάστου τῇ Ἀθηναίῃ τε τῇ πολιάδι ἱερά, καὶ τῷ Ἐρεχθέι. καταινεσάντες δὴ ὅτι τοῦτοισι οἱ Ἐπιδαύριοι, τῆς τε ἐδέοντο ἔτυχον, καὶ ἀγάλματα ἐκ τῶν ἐλαιέων τουτέων ποιησάμενοι, ἱδρύσαντο. καὶ ἥ τε γῆ σφι ἔφερε καρπόν, καὶ Ἀθηναίοισι ἐπετέλεον τὰ συνέθεντο. Τοῦτον δὲ τὸν χρόνον, καὶ ὅτε τοῦ τότε, Αἰγινῆται Ἐπιδαυρείων ἦρχον, πάντα δικαιοῦντες ἐς Ἐπίδαυρον, ἐδίδοσάν τε καὶ ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων οἱ Αἰγινῆται. ὕστερον δὲ τοῦτον, νηῶν τε πεζάμενοι, καὶ ἀγνωμοσύνῃ χρησάμενοι, ἀπέστησαν ἀπὸ τῶν Ἐπιδαυρείων· ἅτε δὲ ἐόντες δυνάμιες, ἐδῃλέοντο αὐτούς. ὡς δὲ ἁλασοκράτορες ἐόντες, καὶ δὴ καὶ τὰ ἀγάλματα ταῦτα τά τε Δαμίης καὶ τὰ Αὐξησίης ἐκομίσαντο (ἦσαν δὲ λίθινα) αὐτέων. καὶ σφέα ἐκομίσαντο ἐς τὴν μεσόγαιαν, τῇ Οἶα μὲν ὄνομα, στάδια δὲ μάλιστά κη ἀπὸ τοῦ πόλιος ἐς εἴκοσι ἀπέχει. ἱδρυσάμενοι δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ, θυσίησί τε σφέα καὶ χορηγοῖσι γυναικηίοισι κερτομίοισι ἱλάσκοντο, χορηγῶν ἀποδεικνυμένων ἑκατέρῃ τῶν δαιμόνων δέκα ἀνδρῶν. κακῶς δὲ ἠγόρευον οἱ χορηγοὶ ἄνδρα μὲν οὐδένα, ταῖς δὲ ὅτι χωλείας γυναῖκας. ἔσαν δὲ καὶ τοῖσι Ἐπιδαυρείοισι αἱ τοιαῦται ἱρουργίαι· εἰσὶ δὲ σφι καὶ ἄρρητοι ἱρουργίαι. Κλεφθέντων δὲ τῶνδε τῶν ἀγαλμάτων, οἱ Ἐπιδαύριοι τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰ ξυνέθεντο, οὐκ ἐπετέλεον. πέμψαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ἐμιώουν σφίσι Ἐπιδαυρίοισι. οἱ δὲ ἀπέφαινον λέγοντες ὡς οὐκ ἀδικοῖεν. ὅσον μὲν γὰρ χρόνον εἶχον τὰ ἀγάλματα ἐν τῇ χώρῃ, ὅτε τελέοντο τὰ συνέθεντο. ἐπεὶ δὲ ἐξερπάσαι αὐτέων, οὐ δίκαιον εἶναι ἀποφέρειν ἔτι, μηδὲ τοὺς ἔχοντας αὐτὰ Αἰγινήτας τρηχέως ἐκέλευον. τρὸς ταῦτα Ἀθηναῖοι, ἐς Αἴγιναν πέμψαντες, ἀπαίτεον τὰ ἀγάλματα· οἱ δὲ Αἰγινῆται ἔφασαν σφίσι τε καὶ Ἀθηναίοισι οὐδὲν πρῆγμα. Ἀθηναῖοι μέν νυν λέγουσι, μετὰ τὴν ἀπαίτησιν ἀποστέλλαι τεσσερεσκαιδεκήρη μίην τῶν ἀρχαίων τούτους· οἱ ἀποπεμφθέντες ἀπὸ τῆς γείτονος, καὶ ἀπικόμενοι ἐς Αἴγιναν, τὰ ἀγάλματα ταῦτα, ὡς σφετέρων ξύλων ἐόντα, ἐπειρῶντο ἐκ τῶν βάθρων ἐξανασπᾶν, ἵνα σφέα ἀναχωμίσωνται.

rent: & postquam erexissent, melius secum actum iri. Sciscitantibusque Epidauriis vtrum ex ære facerent illa an ex lapide, respondit se è neutro fieri sinere, sed è ligno oleagino, oleæ tamen, non oleastri. Rogabant igitur Epidaurii Athenienses vt sibi permitterent oleam incidere, qui scilicet oleas illas sacratissimas esse existimarent. (fertur etiam nusquam gentium nisi Athenis illa tempestate oleas fuisse.) Athenienses se vero dixerunt concessuros, hac tamen lege, si quotannis illi sacra Mineruæ vrbanæ & Erechtheo afferrent. Accepta condicione Epidaurii quæ rogabant impetrauerunt, & simulacra ex his oleis fabricata statuerunt: terraque sua fructum eis ferente, quod conuenerat Athenienſibus persoluebant. Eo tempore atq; superiori Æginetæ Epidauriis parebant tũ in aliis tum vero in litibus, quas Æginetæ inter se vel actores, vel rei, illuc se conferentes agebant: verum ex eo tempore fabricatis nauibus, nullo consilio vsi, ab Epidauriis defeciuerunt. Factiq; hostes, ac mari potiti, cum alias clades inferebant, tum simulacra Damiæ & Auxesiæ surripuerunt: eaque asportata, in regionis suæ mediterraneo loco statuerunt, cui nomen est OEæ, viginti ferme procul ab vrbe stadiis. Hoc in loco illis erectis, supplicabant sacrificiis atque iocabundis choris mulierum, denis viris vtrique dæmonum assignatis, qui choris præessent. Chori autem neminem virum nuncupabant, sed indigenas feminas: quæ ceremoniæ apud ipsos quoque Epidaurios fuerant. Surreptis statuis, Epidaurii quod fuerant pacti Athenienſibus non soluebant: cuius rei quum à nunciis Athenienſium admonerentur, reddere rationem cur iniurii non essent: se enim quamdiu apud se statuas habuissent, quod conuentum erat exoluisse, eisdem iam viduatos, non debere exoluere, sed Æginetas, qui illas haberent: à quibus id exigi iubebant. Ad eas repetendas Æginam Athenienses misere. Æginetæ negare quicquam negocii esse sibi cum Athenienſibus. Athenienses autem aiunt, post repetita simulacra, triremem missam publice cum ciuibus quibusdam: qui Æginam quum venerunt, simulacra, tanquam è suis lignis facta, conati sint suis sedibus emoliri vt asportarent:

LXXXIII

LXXXIV

LXXXV

1 Probris inficiabantur,

quumque

quumque eo pacto auferre nequirent, circumdatis funibus trahere tentasse. Sed dum trahunt, tonitrum & cum tonitruo terræmotum extitisse: eaque de re illos remiges qui trahebant simulacra, ab his in amentiam esse conuersos: & ex hoc morbo sese tanquam hostes mutuo trucidasse, donec vnus ex omnibus relictus est, qui ad Phalerum
LXXXVI se recepit. Athenienses quidem ita rem gestam esse memorant. Æginetæ vero negant illos vna cum naui veniisse, (facile enim se vnam nauim, atque adeo compluscula, etiamsi sibi nullæ fuissent naues, fuisse propulsaturos) sed cum compluribus in ipsorum terram inuasisse, se vero cessisse, nec pugna nauali contendere voluisse. Qui tamen planum facere nequeunt, an quia impares se esse ad pugnandum agnoscerent, cesserint: an volentes permiserint illos facere quod fecerunt. Athenienses certe, quod nulli propugnatores obstarent, egressos è nauibus ad simulacra se conuertisse: & quum ea è suis vestigiis amoliri nequirent, circumdatis restibus trahere ita conatos, donec illic ambo simulacra, dum traherentur, fecere rem apud me fide carentem, alicui alteri credibilem. aiunt enim illa procubuisse sibi in genua, atque ex eo tempore semper genu nixa permansisse. Et hæc quidem Athenienses fecisse: Se vero, quod audirent sibi bellum ab Athenensibus illatum iri, præparasse Argiuos vt sibi aduersus Athenienses in Æginam descendentes adesset auxilio. Eosque, quum latuissent hostem in traiiciendo ex Epidauro in insulam, in Athenienses, qui nihil præsciissent, à nauibus discluſos irruisse: & interea tonitrum ipsis terræ-
LXXXVII motumque extitisse. Hæc ab Argiuis Æginetisque commemorantur. Athenienses quoque confitentur vnum omnino è suis incolumem in Atticam reuertisse, quem tamen Argiui aiunt superstitem fuisse ex Attico exercitu quem ipsi profligassent. Eundem Athenienses, dæmonio incolumem, nihilo secius periisse referunt, hunc in modum: Quum Athenas se recepisset, clademque renunciasset, vxores eorum qui aduersus Æginam profecti fuerant, indigne ferentes vnum ex omnibus esse reducem, circumfusas hominem prehendisse, ac fibulis vestimentorum pupugisse, percontantes singulas vbi suus vir esset, atque hoc modo hunc fuisse

οὐ δυναμένους δὲ πύτῳ πῷ τρόπῳ αὐτέων κρατῆσαι, περιβαλόντας σχοινία ἕλκειν τὰ ἀγάλματα. καὶ σφι ἕλκουσι, βροντή τε, καὶ ἅμα τῇ βροντῇ σεισμὸν ἐπιγενέσθαι· τοὺς δὲ τελευταίους τὸν ἕλκοντας, ὡς τοῦτο ἐποίησαν· παθόντας δὲ τοῦτο, κτείνειν ἀλλήλους ἅτε πολεμίους· ἐς ὃ οἱ πάντων ἕνα λειφθέντα, ἀνακομισθῆναι αὐτὸν ἐς Φάληρον. Ἀθηναῖοι μὲν νυν οὕτω λέγουσι γενέσθαι· Αἰγινῆται δὲ, οὐ νηῒ μιῇ ἀπικέσθαι Ἀθηναίους, (μίην μὲν γὰρ, καὶ ὀλίγῳ πλεῦνας μιῆς, καὶ εἰ σφι μὴ ἔτυχον οὖσαι νέες, ἀπαμυνέεσθαι αὐτοῖσι) ἀλλὰ πολλῇσι νηυσὶ ἐπιπλέειν σφι ἐπὶ τὴν χώρην· αὐτοὺς δὲ σφι εἴξαι, καὶ οὐ ναυμαχῆσαι. Οὐκ ἔχουσι δὲ τοῦτο ἀμφισημῆναι ἀτρεκέως, οὔτε εἰ ἑκόντες συγχινωσκόμενοι εἰς τὴν ναυμαχίην, καὶ διὰ τοῦτο εἶξαι, οὔτε εἰ βουλόμενοι ποιῆσαι οἷόντι καὶ ἐποίησαν. Ἀθηναίους μὲν νυν, ἐπεί τέ σφι οὐδεὶς ἐς μάχην κατίστατο, ἀποβαίνοντας ἀπὸ τῶν νεῶν, τετράφθαι πρὸς τὰ ἀγάλματα. οὐ δυναμένους δὲ αἰεὶ ἀπαντόσας ἐκ τῶν βάθρων αὐτὰ, οὕτω δὴ περιβαλομένους σχοινία, ἕλκειν, ἐς οὗ ἑλκόμενα τὰ ἀγάλματα ἀμφότερα τώυτὸ ποιῆσαι· ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, ἄλλῳ δέ τεῳ. ἐς γόνατα γάρ σφι αὐτὰ πεσεῖν, καὶ ὅτι ἀπὸ τούτου χρόνου διατελέειν οὕτω ἔχοντα. Ἀθηναίους μὲν δὴ ταῦτα ποιέειν. σφέας δὲ Αἰγινῆται λέγουσι πυθομένους τοὺς Ἀθηναίους, ὡς μέλλοιεν ὑπὸ σφέας στρατεύεσθαι, ἑτοίμους Ἀργείους ποιέεσθαι. τοὺς τε δὴ Ἀθηναίους ἀποξεξάσθαι ἐς τὴν Αἰγινέην, καὶ παρεῖναι βοηθέοντας σφι τοὺς Ἀργείους, καὶ λαθεῖν τε ἐξ Ἐπιδαύρου διαβάντας ἐς τὴν νῆσον, καὶ οὐ προσκηδέσασι τοῖσι Ἀθηναίοισι ὑποπεσεῖν ἐκβαπτομένους ὃ ἀπὸ τῶν νεῶν. ἅμα τε ὦν τούτῳ τὴν βροντὴν τε γενέσθαι καὶ ὃν σεισμὸν αὐτοῖσι. Λέγεται μὲν νυν ὑπ' Ἀργείων τε καὶ Αἰγινητέων τάδε· ὁμολογέεται δὲ καὶ ὑπ' Ἀθηναίων ἕνα μοῦνον ὃν ἀπισωθέντα αὐτέων ἐς τὴν Ἀττικὴν γενέσθαι. πλὴν Ἀργεῖοι μὲν λέγουσι, αὐτέων ὃ Ἀττικὸν στρατόπεδον διαφθειράντων, ὃν ἕνα τοῦτον περιγενέσθαι· Ἀθηναῖοι δέ, τὸν δαιμόνιον. περιγενέσθαι μέν νυν καὶ τοῦτον ὃν ἕνα, ἀλλ' ἀπολέσθαι τρόπῳ τοιῷδε. κομισθεὶς γὰρ ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀπήγγελε τὸ πάθος· πυθομένας δὲ τὰς γυναῖκας τῶν ἐπ' Αἰγινέων στρατευσαμένων ἀνδρῶν, δηλόν τι ποιησάσας μύας, κρίνουσι μοῦνον ἐξ ἁπάντων σωθῆναι, περιζωσαμένας τὸν ἄνθρωπον τὸν λαβόντας, καὶ κελεύσασι τῆσι φοιτήσι τῶν ἱματίων εἰρωτᾶν ἑκάστην αὐτέων ὅκου εἴη ὁ ἑωυτῆς ἀνήρ. καὶ τὸν μὲν ὕστερον ἀπ-

φθαρῆναι. Ἀθηναίοισι δὲ ἐπὶ τῷ πάθεϊ δηλότερον ἢ δόξαι εἶναι τὸ τῶν γυναικῶν ἔργον· διὸ μὲν δὴ οὐκ ἔχω ἕτερον ζημιώσασθαι τὰς γυναῖκας, τὴν δὲ ἐσθῆτα μετέβαλον ἐξ ἐκείνων ἐς τὴν Ἰάδα. ἐφόρεον γὰρ δὴ πρότερον αἱ τῶν Ἀθηναίων γυναῖκες ἐσθῆτα Δωρίδα, τὴν Κορινθίων τῷ ἐμφερεστάτην· μετέβαλον ὦν ἐς τὸν λίνεον χιτῶνα, ἵνα δὴ περόῃσι μὴ χρέωνται. Ἔστι δέ, ἀληθέϊ λόγῳ χρεωμένοισι, οὐκ Ἰὰς αὕτη ἡ ἐσθὴς τοπαλαιόν, ἀλλὰ Κάϊρα. ἐπεὶ ἦγε Ἑλληνικὴ ἐσθὴς πᾶσα ἡ ἀρχαίη τῶν γυναικῶν, ἥ αὐτὴ ἐστὶ καὶ νῦν Δωρὶς καλέομεν. τοῖσι δὲ Ἀργείοισι καὶ τοῖσι Αἰγινήτῃσι, καὶ τοῦτο ἕτερα τούτων ἐστί. νόμον δὲ τόνδε σφι ἑκατέροισι τὰς περόνας ἡμιολίας ποιέεσθαι τῶν τότε κατεστεώτων μέτρου, καὶ ἐς δὲ ἱερὸν τῶν θεῶν τουτέων φέρουσι μάλιστα διατίθενται τὰς γυναῖκας. Ἀττικὸν δὲ μήτε τι ἄλλο τοιοῦτο φέρειν τοῦτο ἱερόν, μήτε κέραμον, ἀλλ' ἐκ χυτρείδων ὀπαιθαίων νόμον ἔλουσι πίνειν. Ἀργείων μὲν νυν καὶ Αἰγινητέων αἱ γυναῖκες ἔκ τε τοσούτου κατ' ἔχθεα τῶν Ἀθηναίων, περόνας ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐφόρεον μείζονας ἢ πρότερον. Τῆς δὲ ἔχθρης τῆς πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοισι ὁμοιμάκης ἀρχὴ κατὰ τάδε ἔρρηται ἐγένετο· τότε δὴ Θηβαίων ὀπίσω καλεομένων τοῖσι θυμὸς τῶν πρὸς τὰ ἀγάλματα τὰ ὁμομένων, ἀμυνομενοκόμοι οἱ Αἰγινῆται ἐβοήθησαν τοῖσι Βοιωτοῖσι. Αἰγινῆται δὴ ἐδῄουν τῆς Ἀττικῆς τὰ παράθαλάσσια καὶ Ἀθηναίοισι ἐρμωμένοισι ἐπ' Αἰγινήτας στρατεύεσθαι, ἦλθε μαντήϊον σφι ἐκ Δελφῶν, ὑπισχόμενον δώσειν τὸν Αἰγινητέων αἰτίην τεισάμενοι ἕτεα, τὰ ἐνὶ καὶ τεσσεράκοντα, Αἰακῷ τέμενος ἀποδέξαντας, ἔχεσθαι τοῦ πρὸς Αἰγινήτας πολέμου· καὶ σφι χωρήσειν τὰ βούλονται. ὧν δὲ ἀντέλεγον ὑπερφρονέοντες, πολλὰ μὲν σφέας ἐσ τὰ μεταξὺ τοῦ χρόνου πείσεσθαι, πολλὰ δὲ καὶ ποιήσειν· τέλος μέντοι καταρέλασθαι. Ταῦτα ὡς ἀπενείχθη πάντα ἄκουσαν οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν Αἰακῷ τέμενος ἀπέδεξαντο τοῦτο ὃ νῦν ὑπὸ τῆς ἀγορῆς ἵδρυται· τεσσεράκοντα δὲ ἔτεα οὐκ ἀνῆκαν, ἀκούσαντες ὅκως χρεὼν εἴη ὑπερβῆναι πεπρωμένα ἐστὶ Αἰγινητέων κακά. Ἐς τιμωρίην δὲ τοῦτο ἐπασκευαζομένοισι αὐτοῖσι, ἐκ Λακεδαιμονίων ἄγγελμα ἐξηγέετο, ἐμπόδιον ἐλθεῖν. πυθόμενοι γὰρ Λακεδαιμόνιοι τὰ ἐκ τῆς Ἀλκμαιωνιδέων ἐς τὴν Πυθίην μεμηχανημένα, καὶ τὰ ἐκ τῆς Πυθίης

confectum. Idque factum mulierũ visum esse Athenienſibus ipſa clade triſtius. in quas quum alia ratione animaduertere non poſſent, veſtem illarum in Iadem mutauerunt. nam antea Doridẽ veſtem gerebant Atticæ feminæ, ſimillimam Corinthiæ. eam itaque mutauerunt in lineam, ne fibulis vterentur. [1] Quanquam reuera ſi ratione vtamur, LXXVIII non Ias olim veſtis fuit, ſed Caira. quoniam omnis priſca veſtis feminarum Græcarũ eadem erat quæ nunc, quam Doridem appellamus. Præterea Argiui & Æginetæ idem adhuc factitant. apud quorum vtroſque mos eſt fibulas faciendi ſeſcuplas menſura quàm tunc conſueuerat: quas præcipuæ feminæ eorum templis deorum conſecrare ſolent, neque aliud quicquam Atticum illic offerre, ne vrceum quidem, ſed ex ollis gentilibus in poſterum ibidem potare. Eoque contentionis proceſſere Argiuæ atque Æginæ mulieres cum Atticis, vt ad meam vſque ætatem fibulas geſtauerint quam antea grandiores. Odiorum principium Æginetarum in LXXIX Athenienſes hoc, quemadmodũ commemoratum eſt, extitit. Cuius rei circa ſtatuas geſtæ memoriam retinentes, libenter Thebanorum rogatu auxilium tulere Bœotiis Æginetæ. Qui quum maritima Atticæ vaſtarent, Athenienſeſque aduerſus Æginam expeditionẽ inirent, aduenit è Delphis oraculum, vt ab Æginetis lædendis triginta annos abſtinerent, triceſimo anno, quum fanum Æaco dicaſſent, bellum cum Æginetis inchoarent, ad votum eis re ſucceſſura. Sin bellum continuo inferrent, fore vt interea multa detrimenta acciperent & inferrent, ſed ad extremum illos [2] ſubigerent. Hoc oraculum ad ſe Athenienſes allatum vbi audiere, eatenus ei obtemperandum cenſuerunt vt Æaco fanum dicarent, quod nunc in foro extructum viſitur: [3] ſed triginta annis non eſſe abſtinendũ, quod videlicet audiſſẽt eſſe fatale, multa ſe paſſuros indigna ab Æginetis, ſi bello abſtinerent. His tamen ad vlciſcendum ſe parantibus, XC Lacedæmonium factum extitit impedimento. Siquidem Lacedæmonii, audito commento Alcmæonidarum erga Pythiam, & quæ egiſſet Pythia

1 Vt tamen verum fateamur, non Ionica eſt hæc veſtis ab antiqua origine, ſed Caira. omnis enim priſca veſtis Græcarum mulierum eadem erat cum illa quam nunc Doricam appellamus. At vero Argiuis & Æginetis hac de cauſſa conſuetudinem iſtam inualuiſſe *aiunt*, vt fibulæ fiant menſuræ ſeſcuplo maiores quam quæ tum recepta erat. quin etiam mulieres apud eos templo deorum fibulas præcipue conſecrare, *vel, fibulas pro donariis offerre*: Atticum vero, nihil, ac ne laterem quidem, templo offerre: atque adeo vt ibi ex vrceis ſuæ patriæ potarent, more poſtea receptum fuiſſe. *Animaduertendum eſt autem, in Græco textu interpunctionem quæ eſt poſt ποιῆσαι, inde tranſlatam ponendam eſſe poſt ἔτεα, vt ſit, τὰ ἐνὶ καὶ τεσσεράκοντα ἔτεα, τὰ ἐνὶ καὶ τεσσεράκοντα νόμον ἔτεα.* 2 *Vel potius*, Ipſi ſubigerentur. 3 Sed annos triginta non abſtinuerunt, *vel, ſuperſederunt*, quum audiſſent ſibi eſſe abſtinendum, paſſis hoſtilia ab Æginetis. His tamen ad vlc.

in ipſos

in ipsos atque Pisistratidas, duplicem se iacturam fecisse animaduertebant: quod & suos hospites è patria eiecissent, & nulla sibi ex hoc facto gratia ab Athenienſibus haberetur. Præterea oraculis vrgebantur, denunciantibus multa ipsis & [1] indigna ex Athenienſibus futura, quorum antehac securi fuissent, præsertim ex eo quod à Cleomene Spartam reuerso didicerant. Etenim Cleomenes potitus est ex arce Athenienſium oraculis quæ à Pisistratidis prius possessa, quum illi expellerentur, [2] relicta fuerant in templo. Ea Lacedæmonii vbi per Cleomenem accepere, & animaduertebant Athenienſes augescentes, nec ad ipsis obtemperandum vllo modo esse animatos: præterea genus Atticum quod sub tyrannis fuisset infirmum, & ad parendū promptum, nunc parta libertate ipsis par existere: hæc omnia considerantes, accersierunt Hippiam Pisistrati à Sigeo Hellespontiquo Pisistratidæ confugerant. Postquam Hippias accersitus adfuit, accitis etiam aliorum sociorum nunciis, ita Spartiatæ apud eos verba fecere, [3] Agnoscimus viri socii, nos haud recte egisse, qui mentitis oraculis inducti, viros qui erant nostri in primis hospites, [4] quique in animum inducebant præbere nobis Athenas obnoxias, è patria eiecimus. & quum hæc fecerimus, tamen ingrato populo vrbem tradidimus: qui posteaquā per nos [5] liberatus, despexit nos, pariter ac regem nostrum per dedecus detrimentumque eiecit: inflatusque superbe, famam auget, præcipue quidem Bœotos suos finitimos atq; Chalcidēses didicisse qui ipsi sint: sed fore fortassis vt alius quis, si peccauerit, idem discat. Quare, quoniam in illis agendis peccauimus, nunc demus operam vt illuc vna vobiscū euntes, supplicium de illis sumamus. Hac enim de caussa Hippiam & vos è sua quoſq; vrbe accersiuimus, vt publico consensu & communi exercitu reducentes hunc Athenas, reddamus ei quæ abstulimus. Hęc Spartiatæ. Quę quum alii socii non probarent, quumq;

ὅτι σφέας τε καὶ τοὺς Πεισιστρατίδας, συμφορὴν ἐποιεῦντο διπλῆν, ὅτι τε ἄνδρας ξείνους σφι ἐόντας ἐξελελάκεσαν ἀπὸ τῆς ἑωυτῶν, καὶ ὅτι ταῦτα ποιήσασι χάρις οὐδεμία ἐφαίνετο τοῖσι Ἀθηναίων. ἔτι τε τοῖσι τούτοισι ἐπῆσαν σφέας οἱ χρησμοί, λέγοντες πολλά τε καὶ ἀνόσια ἔσεσθαι αὐτῆσι ἐξ Ἀθηναίων, τῶν πρότερον μὲν ἔσαν ἀδαέες, τότε δὲ, Κλεομένεος χρήσαντος ἐς Σωσιστρατον, ἐξέμαθον. ἐκτήσατο δὲ ὁ Κλεομένης ἀπὸ τῆς Ἀθηναί- 202
ων ἀκρόπολιν πρὸς χρησμοῖς, πρὸς ἣν ἔκτητο πρότερον μὲν οἱ Πεισιστρατίδαι, ἀξελαυνόμενοι δὲ ἔλιπον ἐν τῷ ἱρῷ· καταλειφθέντες δὲ ὁ Κλεομένης ἀνέλαβε. Τότε δὲ ὡς ἀνέλαβον οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς χρησμοὺς, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐώρων αὐξομένους, καὶ οὐδαμῶς ἑτοίμους ἐόντας πείθεσθαί σφι, νόῳ λαβόντες ὡς ἐλεύθερον μὲν εἴη ὁ δῆμος ὁ Ἀττικὸν, ἰσόρροπον τῷ ἑωυτῶν σθένει γένοιτο, κατεχόμενον δὲ ὑπὸ τυραννίδος, ἀδρανές, καὶ πειθαρχέεσθαι ἑτοῖμον· μαθόντες ταῦτα ἔκαστα, μετέπεμπον τὸν Ἱππίην ἐς Σίγειον τὸν ἐπὶ Σιγείου τῷ ὑπὸ Ἑλλησπόντῳ, ἐς ὃν καταφεύγουσι οἱ Πεισιστρατίδαι. ἐπεί τε δὲ σφι Ἵππιος καλεόμενος ἦκε, μετεπέμψαντο καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων ἀγγέλους, ἔλεγόν σφι Σπαρτιῆται τάδε, Ἄνδρες σύμμαχοι, συγγινώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς. ἐσπαρθέντες γὰρ χρηστηρίοισι μυθώδεσι, ἄνδρας ξείνους ἐόντας ἡμῖν πάμπαλιστα, καὶ ἀναδεκομένους ὑποχειρίους σπάρξειν τῇ Ἀθηναίᾳ, τούτους ἐκ τῆς πατρίδος ἐξηλάσαμεν, καὶ ἔπειτα ποιήσαντες ταῦτα, δήμῳ ἀχαρίστῳ παρεδώκαμεν τὴν πόλιν· ὃς ἐπεί τε δι' ἡμέας ἐλευθερωθεὶς ἀπέκυψε, ἡμέας μὲν καὶ ὃν βασιλέα ἡμέων ἐξύβρισας ἐξέβαλε, δόξαν δ' ἑωυτοῦ ηὔξησε· ὥστε ἐκμεμαθήκασι μάλιστα μὲν οἱ πλησιόχωροι αὐτέων Βοιωτοὶ καὶ Χαλκιδέες, τάχα δέ τις καὶ δι' ἡμέας ἐκμαθήσεται ἁμαρτών. ἐπεὶ δὲ κακὰ ποιήσαντες ἡμάρτομεν, νῦν πρὸ σφέων ἄμα ὑμῖν ἀπικόμενοι πειρησόμεθα αὐτῶν. εἰ δὲ ἦμεν εἴνεκα τοῦδε τε Ἱππίην μετεπεμψάμεθα καὶ ὑμέας ἀπὸ τῆς πολίος, ἵνα κοινῷ τε λόγῳ καὶ κοινῷ σθένει ἐλθόντες αὖτις ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀποδῶμεν τὰ ἀπελόμεθα. Οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον· τῶν δὲ συμμάχων τὸ πλῆθος οὐκ εἰδέκετο τοὺς λόγους· οἱ μὲν νυν δὴ

1 Hostilia, *vel, atrocia*, ab Athen. fut. quorū *oraculorum* antea quidem ignari fuerant, tum vero cognita habuerant, quum Cleomenes ea Spartam attulisset. iis enim potitus est ex Athenienſium arce oraculis quæ *&c. vt non opinor referat* [illegible]. 2 In templo reliquerant: relicta autem Pisistratus acceperat. Lacedæmonii igitur, quū hæc oracula in eorū manus peruenissent, Athenienſium potentiam crescere & ad parendum ipsorum imperio nullo modo animatos esse videntes, quum apud se considerassent, gentem Atticam tantisper dum libertate potiretur, *vel sui iuris esset*, viribus parem suæ esse futuram, at si tyrannide coerceretur, infirmam & ad imperata faciendū fore promptam. hæc, *inquam*, omnia quū animaduertissent, accersiuerunt Hipp. 3 Consciī nobis sumus nos haud rect. 4 Quique se Athenas in potestatem nostram redacturos receperant. 5 Liberatus, animo erigi cœpit, nos regemque nostrum per contumeliam eiecit: atque adeo superbe inflatus, suam potentiam auget: vt & iam didicerunt potissimum quidem finitimi eorum Bœoti & Chalcid. discet vero fortasse & alius quem peccare contigerit. *i. non caute se erga illos gerere. Quod tamen potest aliter etiam exponi, sicut & illud δόξαν φύσας.*

Σωκλέης ἡσυχίην ἦγεν· Κορίνθιος δ' Σωσικλέης ἔλεξε τάδε,
„ Ἦ δὴ ὅτε ὁ οὐρανὸς ἔσται ἔνερθε τῆς γῆς, καὶ ἡ γῆ μετ-
„ έωρος ὑπὲρ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οἱ ἄνθρωποι νομὸν ἐν θα-
„ λάσσῃ ἕξουσι, καὶ οἱ ἰχθύες δὴ τὸ πρότερον ἀνθρω-
„ ποι, ὅτε ὑμεῖς ὦ Λακεδαιμόνιοι ἰσονομίας κατα-
„ λύοντες, τυραννίδας ἐς τὰς πόλιας καταγειν πρήσ-
„ σεσθε. τοῦ οὔτε ἀδικώτερον οὐδὲν ὂν οὔτε κατ'
„ ἀνθρώπους, οὔτε μιαιφονώτερον. εἰ γὰρ δὴ τοῦτο
„ γε δοκέει ὑμῖν εἶναι χρηστόν, ὥστε τυραννεύεσθαι τὰς
„ πόλιας, αὐτοὶ πρῶτοι τύραννον καταστησάμενοι πα-
„ ρὰ σφίσι αὐτοῖσι, οὕτω καὶ τοῖσι ἄλλοισι διζεσθε καθ-
„ ιστάναι· νῦν δὲ, αὐτοὶ ἄπειροι ἐόντες τυραννων, καὶ
„ φυλάσσοντες δεινόταται τοῦτο σὺ τῇ Σπάρτῃ μὴ
„ γενέσθαι, πρήσσεσθε τοῖς συμμάχοις. εἰ δὲ
„ αὐτοὶ ἔμπειροι ἔατε, καὶ παρ' ἡμεῖς, εἴχετε ἂν πρὸς
„ αὐτοὺς γνώμας ἀμείνονας συμβάλλεσθαι ἢ παρ' νῶν.
„ Κορινθίοισι γὰρ ὧν πόλιος κατάστασις τοιήδε. ἐν
„ ὀλιγαρχίῃ, καὶ οὗτοι Βακχιάδαι καλεόμενοι ἔνε-
„ μον τὴν πόλιν· ἐπίνοντο δὲ καὶ ἤγοντο ἐξ ἀλλήλων.
„ Ἀμφίονι δὲ ἐόντι τουτέων τῶν ἀνδρῶν, γίνεται θυ-
„ γάτηρ χωλή· οὔνομα δέ οἱ ἦν Λάβδα. Ταύτην
„ (Βακχιαδέων γὰρ οὐδεὶς ἤθελε γῆμαι) ἴσχει Ἠ-
„ ετίων ὁ Ἐχεκράτεος· δήμου μὲν ὢν Γέτρης ἐών,
„ ἀταρὰ τὰ αἰεκάθεν Λαπίθης τε καὶ Καινίδης. ὃς
„ δέ οἱ ταύτης τῆς γυναικὸς, οὐδὲ ἐξ ἄλλης, παῖδες ἐ-
„ γίνοντο· ἐς Δελφοὺς ἐπὶ χρηστοῦ ἐσιόντα
„ δὲ αὐτὸν, ἰθέως ἡ Πυθίη προεχρημάτισε τοῖσιδε τοῖ-
„ σι ἔπεσι,

„ Ἠετίων, οὔτίς σε τίει πολυπίτνον ἐόντα.
„ Λάβδα κύει, τέξει δὲ ὀλοίτροχον· ὃς δὲ τε-
„ σεῖται
„ Ἀνδράσι μουναρχοισι, δικαιώσει δὲ Κόρινθον.

„ Ταῦτα χρησθέντα τῷ Ἠετίωνι, ἐξαπέλλεται κως
„ τοῖσι Βακχιάδῃσι, τοῖσι ὄν μιν πρότερον νομίζοντες
„ χρηστήριον ἐς Κόρινθον ἐπὶ ἄσημον, φέρειν τε ἐς τωὐ-
„ τὸ καὶ τὸ Ἠετίωνος, καὶ λέγειν ὧδε,
„ Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει. τέξει δ' λέοντα
„ Καρτερὸν, ὠμηστήν· πολλῶν δὲ ὑπὸ γούνατα λύσει.
„ Ταῦτά νυν δὴ φράζεσθε Κορίνθιοι, οἱ πρὸς καλιὴν
„ Πυρρώνην οἰκέετε καὶ ὑφρυόεντα Κόρινθον.

silentium tenerent, Corinthius Sosicles ita loquutus est, [1] Eo tempore cœlū sub terra, ac terra superior cœlo erit, hominesque domicilium in mari habebunt, quo tempore vos Lacedæmonii rebus publicis euersis, tyrannides in vrbes introducere conabimini. quibus nihil est in rebus humanis neque iniustius, neque magis mortiferum. Quod si bonum vobis videtur ciuitates subesse tyrannidi, ipsi vobis primi tyrannum constituite, atque ita vt aliis constituatis operam date. At nunc ipsi tyrannorum expertes, & ne id in Sparta contingat vehementissime cauentes, hoc in socios studetis efficere: qui si essetis, vt nos sumus, experti, meliorem quam nunc facitis, de hac re [2] sententiam diceretis. Nam ista res apud Corinthios ciuitatis perturbatio fuit. quum esset apud eos paucorum regimen: & ii qui Bacchiadæ vocabantur, vrbem incolerent, vltro citroque inter eos matrimonia contrahebantur. Horum vni nomine Amphioni nata est filia clauda, cui nomen erat Labda: quam quoniam nemo Bacchiadarum ducere volebat, duxit Eetion Echecratis filius, è Petra quidē tribu, sed oriundus à Lapithe ac Cæneo. Qui quum neq; ex hac muliere, neque ex alia tolleret liberos, missus est Delphos ad consulendum de prole. eum introeuntē statim Pythia his versibus compellauit,

Eetion, te nemo (licet sis tantus) honorat.
Conceptum pariet saxum graue Labda, monarchos
[3] *Qui cadet in ciues, emendabitque Corinthum.*

[4] Hoc oraculum quod Eetioni redditum est, eôdem tendebat quo alterum antea Bacchiadis redditum, haud prius intellectum quam hoc renunciatum est in hæc verba,

Concipit in petris aquila, enixura leonem
Robustum, sæuum, genua & qui multa resoluet.
Ionibus, quum ex aduerso castra haberent. nam posteaquam potiti sunt vrbibus, formosissimos quosque puerorum seligentes castrauerunt, exectis testibus facientes eunuchos: virgineſque forma præstantissimas ad regem transportarunt: & super hæc, vrbes cum ipsis templis cremauerunt. Ita tertio Iones sunt in seruitutem redacti, primum à Lydis, bis deinceps à Persis. Profectus ab Ionia naualis exercitus, omnia quæ ad læuam sunt in Hellespontum nauigantibus, subegit. nam quæ sunt ad dexteram, iam subacta erant à Persis per continentem. Hellespontiorum autem hæc in Europa sunt, Chersonesus, in qua frequentes sunt vrbes, & Perinthus, & muri super Thraciam, & Selymbria, & Byzantium. Quorũ Byzantii, & qui vlteriori in litore sunt Chalcedonii, ne expectauerunt quidem aduentũ Phœniciæ classis: sed relictis suis vrbibus, in interiora Euxini ponti recesserunt, ibiq; vrbem Mesambriam condiderunt. at Phœnices his vrbibus quas commemoraui incensis, ad Præconnesum & Artacen se conuertunt. Quibus & ipsis igni traditis, rursus in Chersonesum reuehuntur, euersuri ceteras vrbes quas superiore accessu non euerterant. nam Cyzicum ab initio ne accesserant quidem, quod ipsi Cyziceni, iam ante aduentum hunc classis Phœnicum sub rege erant, quum se OEbari filio Megabyzi qui Dascylii præses erat, dedissent. Ceteras Chersonesi vrbes (præter Cardiã) Phœnices subegerunt: Quarum vsque ad id tempus tyrannus erat Miltiades, filius Cimonis, nepos Stesagorę: cuius imperii autor fuerat Miltiades Cypseli filius, ad hunc modũ: Dolonci Thraces qui Chersonesum hanc tenebant, quum ab Absinthiis bello vexarentur, reges suos, vt de bello cõsulerent, Delphos miserunt. quibus Pythia respondit vt coloniæ in suam terrã deducendæ eum autorem asciscerent qui primus eos templo abeuntes hospitio inuitasset. Dolonci sacram viam ingressi, per Phocenses atque Bœotios iter fecerunt: à quorum nemine inuitati, Athenas diuertunt. Ea tempestate Athenis omne quidem imperium tenebat Pisistratus, dominabatur tamen & Miltiades Cypseli filius è familia [1] Tethrippotrophi, [2] ab Æaco & Ægina oriundus, nuper familia facta Athenienſi,

XXXIII

XXXIV

XXV

1 *Vide quæ paulo post dicit de palma quam hic quadrigario curriculo reportauerat. ibi enim est ὁλύμπια ἀνηρηκὼς τεθρίππῳ, vt hic οἰκίης τιθριπποτρόφου. quod (vt verba sonant) significat. Ex familia quadriiuges equos alente. vel, Equos ad quadrigariũ cursum. Ex quo videtur voluisse lectores splendorem opulentiamque domus colligere.* 2 Longius quidem repetita origine ab Æaco & Ægina oriundus, at propius repetita Athenienſis,

cuius

ctiius author extitit Philæus Æaci filius. Miltiades hic, vt sedebat in domus suæ vestibulo, cernens Doloncos prætereuntes, non illius loci vestem gerentes, neque tela, homines inclamauit: accedentibusque obtulit domicilium & hospitum congiarium. Illi in domum excepti & hospitaliter accepti, aperuerunt ei oraculum, precesq; addiderunt vt eo obsequeretur. Miltiades ea oratione audita, confestim persuasus est, vt qui pertæsus imperium Pisistrati, cuperet illinc emigrare: protinusq; Delphos se contulit oraculum consulturus nunquid faceret quod à Doloncis rogaretur. Iubente Pythia, ita Miltiades Cypseli filius, (qui quadrigario curriculo prius Olympiacam palmam reportauerat) vna cum Doloncis nauigauit, assumptis Athenienſium voluntariis quibusque ad expeditionem ineundam: & vbi locum illum tenuit, ab iis qui se deduxerant, tyrannus creatus est. Is ante omnia Chersonesi isthmum, *id est breuem inter duo maria intercapedinem*, ab vrbe Cardia ad Pactyam muro præsepsit, ne ab Absinthiis regionem incursantibus infestari posset. sunt autem isthmi sex ac triginta stadia. ab hoc autem isthmo introrsus, omnis Chersonesus quadringentorũ viginti stadiorum est longitudinis. Miltiades igitur, interseptis faucibus Chersonesi, atque hoc modo Absinthiis cohibitis, primis ceterorũ Lampsacenis intulit bellum: illi dispositis insidiis eum viuum cepere. Ea re Crœsus Lydus audita (erat autẽ Crœso Miltiades charus) per nuncios Lampsacenis præcepit vt hominem missum facerent: alioqui se illos in morem pini extirpaturum comminatus est. Hac oratione nutantibus Lampsacenis, quid sibi vellet quod Crœsus minabatur se illos in morẽ pini extirpaturũ, vix tandem quidam è maioribus natu intelligens, quid illud esset exposuit, inquiens pinũ ex omnibus arboribus solã esse quæ excisa nullam sobolem remittat, sed prorsus emoriatur. Eapropter veriti Crœsũ Lampsaceni, solutum Miltiadem remiserunt. Ita Miltiades ob Crœsum euasit: qui postea sine liberis moriẽs, imperiũ atq; opes tradidit Stesagoræ, Cimonis sui è matre germani filio. Cui defun-

XXXVI

XXXVII

XXXVIII

Φιλαίου τῦ Αἰακοῦ παιδὸς ἡγεμόνος τοῦ τόπου τῆς οἰκίης ταύτης Ἀθηναίου. οὗτος ὁ Μιλτιάδης, καταπλώσας ἐς τοῖσι τοῦ Θρηϊκίου τοῖσι ἐωϋτῦ, ἐρέων τοὺς Δολόγκους παρεόντας, ἐδίζα σὺν ἐγχωρίοισι ἔχοντας, ἢ αἰχμάς, προσεδώσατο· καὶ σφι προσελθοῦσι, ἐπικρείλατο καταγωγίὴ καὶ ξείνια. οἱ δὲ δεξάμενοι, καὶ ξεινισθέντες ὑπ' αὐτῦ, ἐξέφαινον πρῶ τὸ μαντήϊον. σκοπήσαντες δὲ, ἐδόκεον αὐτῦ τῷ θεῷ μὲν πείθεσθαι. Μιλτιάδεα δ' ἀκούσαντα, παραυτίκα ἔπεισε ὁ λόγος, εἶα ἀχθομένου τε τῇ Πεισιστράτου ἀρχῇ, καὶ βουλόμενον ἐκποδὼν εἶναι. αὐτίκα δ' ἐς Δελφοὺς, ἐπειρησόμενος ἢ χρηστήριον εἰ ποιοίη τὰ περ αὐτῦ οἱ Δόλογκοι προσεδέοντο. Κελευούσης δὲ καὶ τῆς Πυθίης, οὕτω δὴ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου ὀλυμπιὰς αἰπολικῶς προτέρην τουτέων τεθριππασίην, τότε πρῶτα Ἀθηναίων πολλὰ τὸν βουλόμενον μετέχειν τῦ κλήρου, ἔπλεε ἅμα τοῖσι Δολόγκοισι, καὶ ἔσχε τὴν χώρην· καί μιν οἱ ἐπαγόμενοι τύραννον κατεστήσαντο. ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἀπετείχισε τὸν ἰσθμὸν τῆς Χερσονήσου, ἐκ Καρδίης πόλιος ἐς Πακτύην, ἵνα μὴ ἔχοιεν ἐνσφέας οἱ Ἀψινθιῆται σηλέεσθαι ἐσβάλλοντες ἐς τὴν χώρην. εἰσὶ δὲ οὐκ ἐλάσσους ἓξ τε καὶ τριήκοντα τὰ ἰσθμοῦ. ἀπὸ δὲ τῦ ἰσθμῦ τούτου ἡ Χερσόνησος εἴσω πᾶσα ὁκτὼ καὶ τετρακοσίων ὁ μήκης. Ἀποτειχίσας δὲ τὸν αὐχένα τῆς Χερσονήσου ὁ Μιλτιάδης, καὶ τοὺς Ἀψινθίους τρόπῳ τοιῷδε ὑπερβάλλων, τῶν λοιπῶν πρώτοισι ἐπολέμησε Λαμψακηνοῖσι· καί μιν οἱ Λαμψακηνοὶ οἱ λοχήσαντες αἱρέουσι ζωγρίῃ. ὠν δὲ ὁ Μιλτιάδης Κροίσῳ τῷ Λυδῷ ἐν γνώμῃ γεγονώς. πυθόμενος δὲ ὁ Κροῖσος ταῦτα, πέμπων προηγόρευε τοῖσι Λαμψακηνοῖσι μετιέναι Μιλτιάδεα· εἰ δὲ μὴ, σφέας αὐτίκα τρόπον ἀπολεῖν σκολύψει. πλανωμένων δὲ τῶν Λαμψακηνῶν ἐν τοῖσι λόγοισι, τί θέλει ὁ ἔπος εἶναι τὸ σφέας ἀπολεῖν ὁ Κροῖσος, αὐτίκα τρόπον σκολύψει, μόλις κοτὲ μαθόντων τῶν πρεσβυτέρων, εἶπε ὁ εἰδώς, ὅτι αὐτίκα μοι δοκέει τὰς πρεσβυτέρας πάντων σκληροτάτας ἔλαφος ὀδόντα μετιών, μηδὲ πρωϊαλέθρους ἔτι πολλαπλασίους ἐξανιστάναι. δείσαντες ὦν οἱ Λαμψακηνοὶ Κροῖσον, λύσαντες μετῆκαν Μιλτιάδεα. Οὗτος μὲν δὴ ἀφῆκε Κροῖσον σκολύψαι· αὐτῷ δὲ ταῦτα τελευτὰ πᾶσα, τὴν ἀρχήν τε καὶ τὰ χρήματα παραδοὺς Στησαγόρῃ τῷ Κίμωνος ἀδελφεῷ παιδὶ ὁμομητρίῳ. καὶ οἱ τελευτή-

quum Philæus, Æaci filius, ex hac familia primus, Athenienſis fuisset. 1 *Hæc Valla non è suo addidit. nam in vulgatis quidem edit. desunt, in vet. autẽ codic. legimtur hæc verba,* πλανωμένων δὲ Λαμψακηνῶν ἐν τοῖσι λόγοισι, τί θέλει τὸ ἔπος εἶναι τὸ σφέας ἀπολεῖν ὁ Κροῖσος, πίτνος τρόπον σκολύψει, *qui error ex repetitione eiusdem verbi* σκολύψει *contigit, librarii oculis alterum transilientibus.*

σαντι Χερσονησίτῃσι θύεσι, ὡς ὁ νόμος, δίκις ἦν, καὶ ἀγῶνα ἱππικὸν τε καὶ γυμνικὸν ἐπιτελέα, ἐν ᾧ Λαμψακηνῶν οὐδενὶ ἐξῆν ἀγωνίζεσθαι. πολέμου δὲ ἐόντος πρὸς Λαμψακηνοὺς, καὶ Στησαγόρεα κατέλαβε ἀποθανεῖν ἄπαιδα, πληγέντα τὴν κεφαλὴν πελέκει ἐν πρυτανηίῳ, πρὸς ἀνδρὸς αὐτομόλου μὲν τῷ λόγῳ, πολεμίου δὲ καὶ ὑποθερμοτέρου τῷ ἔργῳ. Τελευτήσαντος δὲ καὶ Στησαγόρεω τρόπῳ τοιῷδε, ἐθαύμασε Μιλτιάδεα ὁ Κίμωνος, Στησαγόρεω δὲ τελευτήσαντος ἀδελφεὸν, καὶ καταλαμφθὲν τὰ πρήγματα, ὅτι Χερσονήσου ἀποστέλλουσι τεσσαρεσκαίδεκα τριήρεα οἱ Πεισιστρατίδαι· οἱ μὲν καὶ ἐπὶ Ἀθηναίοισι ἐποίεον δῆθεν, ὡς δὲ συνέδοξε δηλήσειν τὰ μάλιστα Κίμωνος αὐτοῦ τὸν θάνατον· τὸν ἐγὼ ἐν ἄλλῳ λόγῳ σημανέω ὡς ἐγένετο. Μιλτιάδης δὲ ἀπικόμενος ἐς τὴν Χερσόνησον, εἶχε κατ' οἴκους τὸν ἀδελφεὸν Στησαγόρεα, δηλαδὴ ἐπιτιμέων· οἱ δὲ Χερσονησίτῃσι πιθανόμενοι ταῦτα, συνελέχθησαν ἀπὸ πασέων τῶν πολίων οἱ δυνατεύοντες πολλῷ· κηλίῳ δὲ ὅλῳ ἀπικόμενοι ὡς συλλυπησόμενοι, ἐδέθησαν ὑπ' αὐτοῦ. Μιλτιάδης τε δὴ ἔσχε τὴν Χερσόνησον, πεντακοσίοισι δορυφόροισι κρατήσας, καὶ γάμεῖ Ὀλόρου τοῦ Θρηϊκῶν βασιλέος τὴν θυγατέρα Ἡγησιπύλην. Οὗτος δὲ ὁ Κίμωνος Μιλτιάδης, νεωστὶ μὲν ἐληλύθεε ἐς τὴν Χερσόνησον, κατελάμβανε δὲ μιν ἐλθόντα δήμου τὸν κατεχόντων πρηγμάτων χαλεπώτερα. τρίτῳ μὲν γὰρ ἔτεϊ ἐκπεφύγεε Σκύθας. Σκύθαι γὰρ οἱ νομάδες ἐρεθισθέντες ὑπὸ Δαρείου, στρατὸν ἀθρόον ἤλασαν μέχρι Χερσονήσου ταύτης. τοὺς δὲ ἐπιόντας οὐκ ὑπομείνας ὁ Μιλτιάδης, ἔφυγε Χερσόνησον· ἐς ὃ οἵ τε Σκύθαι ἀπαλλάχθησαν, καὶ ὁ ἐκ Δόλογκοι κατήγαγον ὀπίσω. ταῦτα μὲν δὴ τρίτῳ ἔτεϊ πρότερον ἐγεγόνεε τοῦ τότε μιν κατεχόντων. Τότε δὲ πιθανόμενος ἐξ τοὺς Φοίνικας ἐν Τενέδῳ, πληρώσας ἑβδομήκοντα τριήρεας πέντε τοῦ παρεόντων, ἀπέπλεε ἐς τὰς Ἀθήνας. καὶ ὡς τὰ ὁρμήθη ἐκ Καρδίης πόλιος, ἔπλεε διὰ τοῦ Μέλανος κόλπου. παραμειβόμενός τε τὴν Χερσόνησον, καὶ οἱ Φοίνικες οἱ ἀπεστηκότες τῶν νησιωτέων. αὐτὸς μὲν δὴ Μιλτιάδης σὺν τῇσι δέκα τῶν νεῶν κατὰ φεύγει ἐς Ἴμβρον· τὰς δὲ οἱ πέμπλην τῶν νεῶν καλέσαν διώκησαν οἱ Φοίνικες· τὰς δὲ νέος ἐπῆν ἐπὶ τοῦ Μιλτιάδεω παίδων ὁ πρεσβύτατος ἀρχων Μητίοχος, οὐκ ἐκ τῆς Ὀλόρου τοῦ Θρηϊκος ἐὼν θυγατρὸς, ἀλλ' ἐξ ἄλλης· καὶ τῶν ἄμα ἐπῆν νηῒ εἵλοντο οἱ Φοίνικες· καὶ μιν

219

cto Cherſonitæ, vt mos eſt, conditori vrbis, ſacrificant, certamenq; equeſtre ac gymnicũ ſtatuto tempore celebrant, in quo nulli Lampſacenorum certare permittitur. Durãte autem cum Lampſacenis bello, contigit vt Steſagoras quoque liberis orbus decederet, apud curiã percuſſus ſecuri in capite à quodã qui ſe transfugam verbis ſimulabat, ſed re ipſa[1] quã hoſtis erat atrocior. Steſagora hunc in modum defuncto, tum Piſiſtratidæ Miltiadem Cimonis filium fratrem defuncti, cum trireme ad ſuſcipiendas in Cherſoneſo res dimiſerunt: in quem etiam Athenis beneficia contulerant, tanquã non ſane conſcii mortis Cimonis patris eius: de qua morte alio in libro qualis fuerit commemorabo. Miltiades vt venit in Cherſoneſum, [2] domi ſeſe continebat, in honorem videlicet Steſagoræ fratris. Quod quũ audiſſent Cherſonitæ, vndique ex omnibus ciuitatibus principes congregati ſunt ad lugendã cum Miltiade fratris necem. Hi poſtquam venerũt illuc, in vincula coniecti ſunt, & Miltiades Cherſoneſum obtinuit,[3] conductis auxiliariis: filiamque Olori regis Thraciæ Hegeſipylam duxit vxorẽ. [4] Quẽ etſi nuper illuc profectum, tamen non mediocria ſed grauia ſane negotia exceperunt. nam tertio quam hæc geſta ſunt anno è Cherſoneſo profugit, non auſus expectare venientes Scythas Nomades: qui à rege Dario irritati, coactis copiis ad hanc vſq; Cherſoneſum proceſſerant. Illis digreſſis eum rurſus Dolonci reduxere, tribus annis antequam aliis curis implicaretur. Tunc Phœnices apud Tenedum eſſe quum audiſſet, quinq; cum triremibus (quas præſentibus facultatibus impleuerat) Athenas nauigauit, ſoluens ex vrbe Cardia. Qui dum per ſinum Nigrum tranſmiſſa Cherſoneſo curſum tenet, Phœnicum claſſe circumuentus, ipſe quidem cum quatuor triremibus ad Imbrum euaſit, quintam vero Phœnices inſequuti ceperunt, cui præerat Miltiadis filius natu maximus Metiochus, non ex filia Olori Thracum regis, ſed ex alia muliere. Eum Phœnices quum

XXXIX

XL

XLI

τῶν κατελαβόντων

1 Hoſtis erat, & temerarius. *vel, & ira præcipitis. Ad verbum, Subferuidus.* 2 *Suſpectus eſt hic locus in vulg. edit. Gr. & ἐπιτιμέων eſt potius Vlciſcens, quod hic accipiendum fuerit pro Vltionem moliens.* 3 Quingentos alens auxiliarios. 4 Huic Cimonis filio Miltiadi, quum nuper in Cherſoneſum veniſſet, moleſtiæ maiores quam antea contigerunt. tertio enim quam hæc geſta ſunt anno, à Scythis fugatus fuerat. nam quum Scythæ Nomades à rege Dario irritati, conſerto agmine ad hanc Cherſoneſum vſque progreſſi eſſent, illis inuadentibus obſiſtere non auſus, è Cherſoneſo auſugit, donec poſt Scytharum diſceſſum, cum Dolonci reduxerunt. Hæc inquam tribus ante annis contigerant quam iſta ei euenerunt. Tunc enim quum Phœnices &c. *Lego autem ex vet. cod.* τῶν κατελαβόντων *pro* κατεχόντων *in priore loco, vt ſit* πρὸ τελαύσαντων ἄλλα τοῦ κατελαβόντων πρ. χαλ. *i.* καπίχει ἄλλα, *eo ſenſu quo poſtea dicit* τοῦ τότε μιν κατεχόντων. *Illud autem,* ἐφυγε Χερσόνησον, *fortaſſe interpr. Cherſoneſo exulabat, quod videlicet cum illis congredi auſus non eſſet. Cui interpretationi quadrat* κατήγαγον.

Miltia-

Miltiadis filium esse cognouissent, ad regem perduxerunt, rati se magnam apud eum gratiam inituros: quoniam Miltiades in dicenda apud Iones sententia suasisset vt Iones Scythis rogantibus soluta rate domum abire, obtemperarent. Oblato tamen sibi Metiocho Darius tantum abest vt quicquam mali fecerit, vt permultis eum bonis affecerit. donauit enim domo, facultatibus, vxore etiam Perside: ex qua liberi geniti sunt qui inter Persas censentur.

XLII Miltiades autē ex Imbro Athenas peruenit.[1] Neque hoc anno quicquam est à Persis amplius in Ionas sæuitum, sed benigne sane cum eis actum. Hoc anno Artaphernes Sardium præses, accitis hostiū nunciis, adegit Iones ad pactiones inter se faciendas,[2] de tradēdis mutuo iis qui iniurias intulissēt: neve quid inuicem ferrent aut agerent. Ad hoc adactis Ionibus, per parasangas (ita enim Persæ tricena stadia appellant) regiones diuisit: regionatimque vectigal instituit quod regi penderent: quod vectigal ab Artapherne institutū, ad meā vsque ætatem qui illic fuere pependerunt, eadem pæne qua prius condicione institutum. Et hæc quidem illis pacata erant. ¶ Ceterum ineunte statim

XLIII vere aliis ducibus ab rege abdicatis, Mardonius Gobryæ filius, adhuc adolescens, & recens in matrimonium accepta Darii filia Artozostra, ad mare descendit, permagnas ducens peditū classiariorumque copias. Qui cum exercitū postquam in Siciliam peruenit, ipse conscensa naui cum classe abiit, aliis ducibus pedestres copias in Hellespontum ducentibus. Posteaquā autem præteruectus Asiam in Ioniam peruenit Mardonius, miram hic rem ego referā iis Græcis qui non assentiuntur Otanem inter septem Persas suasisse potiorem esse Persis statum popularem,[3] abdicatis tyrannis Mardonius statum popularem in ciuitatibus constituit. his actis, in Hellespontum ire contendit: vbi coacta ingenti vi nauium ac peditatus, eas copias traiecit Hellespontum, perque Europam iter Eretriā

XLIV versus atque Athenas faciebat. Hæ igitur ciuitates[4] prætextus à Dario erāt belli inferendi: sed in animo habebat

πυθόμενοι ὡς εἴη Μιλτιάδεω παῖς, ἀπήγαγον πρὸς βασιλῆα, δοκέοντες χάριτα μεγάλῳ καθ' ἑωυτοὺς ὄψεσθαι· ὅπως δὲ Μιλτιάδης γνώμην ἀπεδέξατο ἐν τοῖσι Ἴωσι, πείθας κελεύων τοῖσι Σκύθῃσι, ὅτε οἱ Σκύθαι παρεσεδέοντο, λύσαντας τὴν γέφυραν, ἀποπλέειν ἐς τὰ ἑωυτῶν· Δαρεῖος ὦν, ὡς οἱ Φοίνικες Μητίοχον τὸν Μιλτιάδεω αἰτήσαντες, ἐποίησε κακὸν μὲν οὐδὲν Μητίοχον, ἀγαθὰ δὲ συχνά· καὶ γὰρ οἶκον καὶ κτῆσιν ἔδωκε, καὶ Περσίδα γυναῖκα, ἐκ τῆς οἱ τέκνα ἐγένετο, τὰ ἐς Πέρσας κεκοσμέαται. Μιλτιάδης δὲ ἐξ Ἴμβρου ἀπικνέεται ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ κατὰ ἔτος τοῦτο ἐκ τῶν Περσέων οὐδεὶς ἐπὶ πλέον ἐγένετο πυτίων, ἐς ἰθέως φέρων Ἴωσι. ἀλλὰ τάδε μὲν χρήσιμα κάρτα τοῖσι Ἴωσι ἐγένετο. τότε τῶν ἔτεος Ἀρταφέρνης ὁ Σαρδίων ὕπαρχος, μεταπεμψάμενος ἀγγέλους ἐκ τῶν πολεμίων, συνεθήκας σφίσι αὐτοῖσι τοὺς Ἴωνας ἠνάγκασε ποιήσασθαι, ἵνα δοσιδίκαι εἶεν, καὶ μὴ ἀγήλατοι φέροιέν τε καὶ ἄγοιεν. ταῦτά τε ὠνάγκασε ποιέειν, καὶ τὰς χώρας σφέων μετρήσας καὶ παρασάγγας, ἃς καλέουσι οἱ Πέρσαι τὰ τετράκοντα στάδια· καὶ δὴ τούτους μετρήσας, φόρους ἐπιτάξας ἑκάστοισι, οἱ κατ' ἠπείρου ἀτελέστους ἔχοντες ἐκ τούτου τοῦ χρόνου αἰεί, καὶ ἔτι ἐς ἐμέ, ὡς ἐπάχθησαν ὑπ' Ἀρταφέρνεος ἐπάχθησαν ὑπὸ φόρου καὶ κατὰ τὰ καὶ πρότερον εἶχον. καὶ σφι ταῦτα μὲν εἰρηνικὰ ὦν. Ἅμα δὲ τῷ ἔαρι τῶν δὴ ἄλλων καλαλελυμένων στρατηγῶν ἐκ βασιλῆος, Μαρδόνιος ὁ Γωβρύεω καταβαίνει ἐπὶ θάλασσαν, στρατὸν πολλὸν μὲν κάρτα πεζὸν ἅμα ἀγόμενος, πολλὸν δὲ ναυτικόν· ἡλικίην τε νέος ἐών, καὶ νεοστὶ γαμβρὸς βασιλῆος Δαρείου θυγατέρα Ἀρτοζώστρην. ἅτε δὲ τοῦτον ὁ Μαρδόνιος, ἐπί τε ἐλάσας ἐκ τῆς Κιλικίης, αὐτός μὲν ἐπιβὰς ἐπὶ νεός, ἐκομίζετο ἅμα τῇσι ἄλλῃσι νηυσὶ, στρατιὴν δὲ τὸν πεζὸν ἄλλοι ἡγεμόνες ἦγον ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον. ὡς δὲ παραπλέων τὴν Ἀσίην ἀπίκετο ὁ Μαρδόνιος ἐς τὴν Ἰωνίην, ἐνθαῦτα μέγιστον θῶυμα ἐρέω τοῖσι μὴ ἀποδεκομένοισι Ἑλλήνων, Περσέων τοῖσι ἑπτὰ Ὀτάνεα γνώμην ἀποδέξασθαι, ὡς χρεὼν εἴη δημοκρατέεσθαι Πέρσας. τοὺς γὰρ τυράννους τῶν Ἰώνων καταπαύσας πρώτους ὁ Μαρδόνιος, δημοκρατίας κατίστα ἐς τὰς πόλιας. ταῦτα δὲ ποιήσας, ἐπείγετο ἐς τὸν Ἑλλήσποντον. ὡς δὲ συνελέχθη μὲν χρῆμα πολλὸν νεῶν, συνελέχθη δὲ καὶ πεζὸς στρατὸς πολλὸς, διαβαίνει τῇσι νηυσὶ δι' Ἑλλησπόντου, ἐπορεύετο διὰ τῆς Εὐρώπης· ἐπορεύετο δὲ ἐπί τε Ἐρέτριαν καὶ Ἀθήνας. Αὗται μὲν δὴ ὦν σφι παρεσκήμμεναι ἦσαν ἐς πόλεμον, ἀταρὰ ἐννοέοντες ἔχοιεν

1 Neque hoc anno vlla Persis aduersus Iones contentio exitit: imo magno Ionum commodo factum hoc fuit, *quod sequitur videlicet.* 2 Vt rationi iniuriarum mutuo reddendæ obnoxii essent, vtque à mutuis direptionibus abstinerent. *vel, Vt iniurias mutuo persequi ex iure possent.* 3 Mardonius enim abdic. tyrannis, *vel, abrogato tyrannis imperio*, statum pop. 4 Prætextus expeditionis ipsis erant:

ὅσας δὲ πλείστας δύναιντο καταστρέφεσθαι τῶν Ἑλλη-
νίδων πολίων, ἵνα τὸ μὲν δὴ, τῆσι νησὶ Θασίους ὑδὲ χεί-
ρας ἀνταφαμένους, κατεστρέψαντο· τὸ δ', τῷ πεζῷ
κατεστ. Μακεδόνας πρὸς τοῖσι ὑπάρχουσι δούλους ποιησα-
σθαι. τὰ γὰρ ἐντὸς Μακεδόνων ἔθνεα πάντα σφι
ἤδη ἦν ὑποχείρια καὶ ἐπήκοα. ἐκ μὲν δὴ Θάσου ἀφα-
νιζόντες περὶ ὑπὸ τὸν ἤπειρον ἐκομίζοντο μέχρι
Ἀκάνθου· ἐκ δὲ Ἀκάνθου ὁρμεώμενοι, τὸν Ἄθων περι-
έβαλλον. ἐπιπεσὼν δὲ σφι περὶ πλέουσι βορέης ἄνε-
μος, μέγας τε καὶ ἄπορος, καὶ παραλημφθεὶς περὶ ἄκρην
πλήθει πολλῶν τῶν νεῶν, ἐκβαλλων πρὸς τὸν Ἄθων·
λέγεται γὰρ τεσσερήκοντα μὲν τῶν νεῶν ἐς διαφθαρείσας
ἐλθεῖν, ἀνδρῶν δὲ δύο μυριάδας ἀπολέσθαι. ὅτε γὰρ
θηριωδεστάτην ἔχουσι τὴν θάλασσαν περὶ τὸν
Ἄθων, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων διεφθείροντο ἁρπαζό-
μενοι· οἱ δὲ, πρὸς τῇ πέδῃ ἀρασσόμενοι· οἱ δὲ αὐ-
τέων νέειν οὐκ ἐπιστέατο, καὶ ἐν τούτῳ διεφθείροντο· οἱ δὲ,
ῥίγεϊ. ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς στρατὸς οὕτω ἐπάρατος
Μαρδόνιος δὲ καὶ τῷ πεζῷ στρατῷ στρατοπεδευο-
μένῳ ἐν Μακεδονίῃ, νυκτὸς Βρύγοι Θρήϊκες ἐπε-
χείρησαν· καὶ σφέων πολλοὺς φονεύουσι οἱ Βρύγοι,
Μαρδόνιον δὲ αὐτὸν τραυματίζουσι. οὐ μέντοι οὐδὲ
αὐτοὶ δουλοσύνην διέφυγον παρὰ Περσέων. ἐν γὰρ
δὴ τούτῳ ἀπαγέσθη ἐκ τῶν χωρέων τουτέων
Μαρδόνιος, πρὶν ἢ σφέας ναυτικοὺς ἐποιήσα-
το. τότε μέντοι καταστρεψάμενος, ἀπῆγε τὸν
στρατὸν ὀπίσω, ἅτε τῷ πεζῷ τε παρεσκευασμένος
πρὸς τοὺς Βρύγους, καὶ τῷ ναυτικῷ μεγάλως πρε-
σβεύοντι Ἄθων. οὗτοι μέντοι οὐ τόλμῃ αἰσχρῶς ἀγω-
νισάμενος, ἀπηλάχθη ἐς τὸν Ἀσίην. Δευτέ-
ρῳ δὲ ἔτεϊ τούτων ὁ Δαρεῖος, πρόφασιν μὲν Θασίους
ἀφορμηθέντας ὑπὸ τῶν ἀστυγειτόνων ὡς ἐπίστα-
σιν μηχανᾶσθαι, πέμψας ἄγγελον, ἐκέλευε σφέας
τὸ τεῖχος περιαιρέειν, καὶ τὰς νέας ἐς Ἄβδηρα
κομίζειν. οἱ γὰρ δὴ Θάσιοι, εἶχον ὑπὸ Ἱστιαίου τε
τοῦ Μιλησίου πολιορκηθέντες, καὶ προσόδων ἐουσέ-
ων μεγάλων, ἐχρέωντο τοῖσι χρήμασι, ναῦς τε ναυ-
πηγεύμενοι μακρὰς, καὶ τεῖχος ἰσχυρότερον περι-
βαλλόμενοι. ἡ δὲ πρόσοδος σφι ἐγίνετο ἔκ τε τῆς ἠ-
πείρου καὶ ἀπὸ τῶν μετάλλων. ἐκ μέν γε τῶν
Σκαπτῆς ὕλης. Σκαπτῆς ὕλης τὰ χρύσεια μέταλλα, πεντήκοντα ὀγ-
δώκοντα τάλαντα προσήϊε· ἐκ δὲ τῶν ἀπὸ τῆς
Θάσου, ἐλάσσω μέν τουτέων, συχνὰ δὲ οὕτω, ὥστε
τοῖσι ἐπὶπαν Θασίοισι ἐοῦσι καρπῶ ἀτελέσι, προσιὸν
ἀπό τε τῆς ἠπείρου καὶ τῶν μετάλλων ἔτεος ἑκάστου, δι-
κόσια τάλαντα· ὅτε δὲ ὁ πλῆθος ἐν προσῆλθε, τετρακόσια. Εἶδον δὲ ἐγὼ αὐτὰ τὰ μέταλλα τοῦτα·

quam plurimas posset Græcarum ciuitatum subigere. Nam & classe Thasios nec manum ex aduerso leuantes subegit, & peditatu Macedones, vltra eos qui iam seruiebant, in seruitutem redegit. etenim quæ intra Macedones sunt nationes, iam subactæ erant. Hæc classis è Thaso transmittens, ac terram legens, ad Acanthũ vsq; processit: & ex Acantho soluens, dum Athon circumuertit, ventus aquilo vehemens atq; admodũ atrox & intolerandus dicitur in eam ingruisse, nauiumq; pleraſq; [1] in Athon propulsas, ad trecentas afflixisse, vt supra viginti millia hominum interierint: partim quod à feris rapti, partim quod natare nescirent, partim quod petris allisi, (nam sæuissimum circa Athon est mare) partim gelu absumpti. Et cum nautico quidem exercitu ita actum est. Mardonium autem cum pedestribus copiis in Macedonia statiua habentem Thraces Brygi sub noctem inuasere, & cũ alios multos ex eis occiderunt, tum ipsum Mardonium vulnerauerunt. Sed non tamen seruitutem Persarũ deuitare potuerunt. nam Mardonius non prius ex iis locis decessit quam illos in suam redegit potestatem. His subactis rursus reduxit exercitum, tum ob eam quam aduersus Brygos in exercitu terrestri, tum ob maiorem quã in classe ad Athon acceperat calamitatem. Ita hic exercitus pugna turpiter gesta rediit in Asiam. ¶ Insequenti anno Darius ante omnia Thasios à vicinis insimulatos tanquam defectionem molientes, misso nuncio iussit diruere muros, & naues in Abdera transportare. nam Thasii, vt qui ab Histiæo Milesio fuerant obsessi, & prouentus magnos habebant, [2] pecunia multa vtebantur, cum in compingendis nauibus longis, tum validioribus muris vrbi circumdandis. Erat autem eis prouentus ex continenti atque ex metallis. ex fossitia quidem metallorum aureorum materia, [3] septuaginta talentorum: ex Thasiis autem metallis minus, sed tamen ita frequenter, vt si Thasii forent immunes tributorum, fuerint eis in summam prouentura quotannis ex continenti atque ex metallis ducenta talenta, & quando plurimum, trecenta. Quę metalla ipse quoque inspexi,

1 In Athon propulisse, & ex nauibus quidem trecentas, ex hominibus supra viginti millia interiisse. Quum enim feris abundantissimum sit hoc mare quod circa Athon, (id est, hæc maris pars quæ est circa Athon) illi à feris rapti, alii petris allisi, alii, quod natare nescirent, nonnulli & frigore interibant. Et cum nautico q. ex. impendebant in comping. 2 Pecuniam quum ex illis magnis prouentibus habebant, 3 Octoginta

[1] & tamen longe admirabiliora fuere quæ Phœnices ii qui cum Thaſo eam inſulam condiderunt, inuenere: quę inſula ab hoc Thaſo Phœnice nomen obtinuit. Hęc autem Thaſi Phœnicea metalla ſunt inter locum qui vocatur AEnyrorum & Cœnyrorum, ſita: atque e regione Samothraciæ ingens mons indagando euerſus eſt. Et hoc quidem
XLVIII huiuſcemodi eſt. Thaſii autem iubente Dario, muros ſuos diruerunt, & naues omnes in Abdera tranſportarunt. Poſt hæc Darius, quid in animo Græci haberent, pugnarene ſecum an ſeſe dedere, tentandũ ratus, legatos per Græciam alios alio dimittit, regi terram & aquam petere iuſſos. Et hos quidem in Græciam, alios autem ad tributarias ſibi maritimas ciuitates mittit, imperans longas naues fieri, & hippagogas, *id eſt, naues quibus equi feruntur.*
XLIX Dum hæc iſti comparant, legatis per Græciam euntibus, & quæ Perſes præceperat petentibus, terrã multi in continente populi dederunt: inſulani quoque, cum alii omnes, ad quos eadem petituri legati acceſſere, tum vero Æginetæ. Qua de re continuo Athenienſes irritati ſunt, quod putarent hoſtili in ipſos animo dediſſe terram & aquam Æginetas, vt vna cum Perſa aduerſus Athenas militarent. Itaque libenter occaſionem contra Æginetas amplexi, Spartam profecti illos inſimulauerunt quod ex eo quod fecerãt Græ-
L ciã prodidiſſent. Ad hanc delationẽ Cleomenes Anaxandridæ filius, Spartiatarũ rex, Æginam tranſmiſit, animo præcipuos eius rei autores comprehendendi. Conanti autẽ illos comprehendere cum alii Æginetæ interceſſere, tũ præcipue Crius Polycriti filius, [2] negans eum gauiſurum ſiquem abduceret Æginetarum: nam id eum facere ſine communi conſilio Spartiatarum, ſed ab Athenienſibus pecunia corruptum: alioqui cum altero rege venturum fuiſſe ad ſe comprehendendos. Hoc autem dicebat ex [3] epiſtola Demarati. Eum Cleomenes ab Ægina diſcedens interrogauit quod ei nomen eſſet. Ille reſpondit quod erat Crios, *id eſt aries.* Cui Cleomenes, Crie, inquit, iam nunc præferrato cornua, tanquam occurſurus magno malo.
LI ¶ Spartæ autem per id tempus Demaratus Cleomenem inſimulabat, & ipſe rex Spartiatarum,

τὴ μακρῷ ἰῶ αὐτέων θωμασιώτατα τὰ οἱ Φοίνικες αἰδρεγοι οἱ μὴ Θάσου κτίσαντες τὴν νῆσον ταύτην, ἢ τις νῦν ἀπὸ τῦ Θάσου τύτου τῦ Φοίνικος τοὔνομα ἔσκε· τὰ δὲ μέταλλα τὰ Φοινικὰ ταῦτά ἐστι τῆς Φοινικὰ
Θάσου, μεταξὺ Αἰνύρων τε χώρου καλεομένου, καὶ Κοινύρων· ἀντίον δὲ Σαμοθρηίκης ὄρος μέγα αἰεσθεμμένον· οὗτοι ζητήσει. τῦτο μὲν νυν ἔστι τοιοῦ- ἢ ἐπὶ τῆς
το. Οἱ δὲ Θάσιοι τῷ βασιλέϊ κελεύσαντι καὶ τὸ τεῖχος τὸ σφέτερον κατεῖλον, καὶ τὰς νέας πάσας ἐκόμισαν ἐς Ἄβδηρα. μετὰ τῦτο, ἀπεπειρᾶτο ὁ Δαρεῖος τῶν Ἑλλήνων ὅ, τι ἐν νόῳ ἔχοιεν, ἤτοι πολεμέειν ἑωϋτῷ, ἢ δωρα διδόναι σφέας αὐτοῖς. διέπεμπε ὧν κήρυκας, ἄλλους ἄλλη πάσης, καὶ τὴν Ἑλλάδα, κελεύων αἰτέειν βασιλέϊ γῆν τε καὶ ὕδωρ. τύτους μὲν δὴ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἔπεμπε· ἄλλους δὲ κήρυκας διέπεμπε ἐς τὰς ἑωϋτῦ δασμοφόρους πόλιας τὰς παραθαλασσίους, κελεύων νέας τε μακρὰς καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα ποιέεσθαι. Οὗτοί τε δὴ παρεσκευάζοντο ταῦτα, καὶ τοῖσι ἥκουσι ἐς τὴν Ἑλλάδα κήρυξι, πολλοὶ μὲν ἠπειρωτέων ἔδοσαν τὰ προῄκετο αἰτέων ὁ Πέρσης· πάντες δὲ νησιῶται, ἐς τὰς ἀπικνέατο αἰτήσοντες, οἵ τε δὴ ἄλλοι νησιῶται δεδώκεσαν γῆν τε καὶ ὕδωρ Δαρείῳ, καὶ δὴ καὶ Αἰγινῆται. ποιήσασι δὲ σφι ταῦτα, ἰθέως Ἀθηναῖοι ἐπεκέατο, δοκέοντες ὅτι σφίσι ἔχοντας τὰς Αἰγινήτας δεδωκέναι, ὡς ἅμα τῷ Πέρσῃ ὅτι σφέας στρατεύσωνται· καὶ ἅσμενοι προφάσιος ἐπελάβοντο. φοιτέοντές τε ἐς τὴν Σπάρτην, κατηγόρεον Αἰγινητέων τὰ πεποιήκοιεν, προδόντες τὴν Ἑλλάδα. Πρὸς
30 ταύτην δὲ τὴν κατηγορίην, Κλεομένης ὁ Ἀναξανδρίδεω, βασιλεὺς ἐὼν Σπαρτιητέων, διέβη ἐς Αἴγιναν, βουλόμενος συλλαβεῖν Αἰγινητέων τοὺς αἰτιωτάτους. ὡς δὲ ἐπειρᾶτο συλλαμβάνειν, ἄλλοι τε δὴ αὐτῷ ἐγένοντο ἀντίξοοι τῶν Αἰγινητέων, ὁ δὲ δὴ καὶ Κριὸς ὁ Πολυκρίτου μάλιστα· ὃς οὐκ ἔφη αὐτὸν ὑπόδεια ἄξειν χαίροντα Αἰγινητέων. κατὰ γὰρ μὲν Σπαρτιητέων τὸν κοινὸν ποιέειν ταῦτα, ὑπὸ Ἀθηναίων ἀναγνωσθέντα χρήμασι· ἅμα γὰρ ἂν μιν τῷ ἑτέρῳ βασιλέϊ ἑλόντα συλλαμβάνειν. ἔ-
40 λεγε δὲ ταῦτα ἐξ ἐπιστολῆς τῆς Δημαρήτου. Κλεομένης δὲ ἀπαλλασσόμενος ἐκ τῆς Αἰγίνης, εἴρετο τὸν Κριὸν ὅ, τι οἱ εἴη τὸ οὔνομα· ὁ δὲ τὸν ἐπέφρασέ οἱ. ὁ δὲ Κλεομένης πρὸς αὐτὸν ἔφη, Ἤδη νῦν καταχάλκευε τὼ Κριὲ τὰ κέρεα, ὡς συνοισόμενος μεγάλῳ κα- 221
κῷ. Ἐν δὲ τῇ Σπάρτῃ τῶτον τὸν χρόνον νεωμένων Δημάρητος ὁ Ἀρίστωνος, διέβαλε τὸν Κλεομένεα, ἐὼν βασιλεὺς καὶ οὗτος Σπαρτιητέων,

1 Ex quibus admiratione digna erant ea potiſſimum quæ Ph. 2 *Id eſt,* Negans eum impune quemquam Ægin. abduciturum. 3 Mandato

οἰκίης ἦ τὸ ὑποδεέστερης· κατ' ἀρχὴν μὲν ὦδὲν ὑποδεέστερης, (ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ γεγόνασι) τοῦ πρεσβυτέρην δέ κως τιμὴν μᾶλλον ἢ Εὐρυσθένεος. Λακεδαιμόνιοι γάρ, ὁμολογέοντες τοῖσι ποιητῇ, λέγουσι αὐτὸν Ἀριστόδημον τὸν Ἀριστομάχου τοῦ Κλεοδαίου τοῦ Ὕλλου βασιλεύοντα, ἀγαγεῖν σφέας ἐς ταύτην τὴν χώρην τὴν νῦν ἔχονται, ἀλλ' οὐ τοὺς Ἀριστοδήμου παῖδας. μοῦνον δὲ πολλοὶ, Ἀριστοδήμῳ τελευτῆσαι τὴν γυναῖκα, τῇ οὔνομα εἶναι Ἀργείην. δυγατέρα δὲ αὐτὴν λέγουσι εἶναι Αὐτεσίωνος, τοῦ Τισαμενοῦ, τοῦ Θερσάνδρου, τοῦ Πολυνείκεος. ταύτην δὲ τεκεῖν δίδυμα· βραδύτατα δὲ τὰ Ἀριστοδήμου τὰ τέκνα, ἰσόφρονα τελευτᾶν. Λακεδαιμονίους δὲ τοὺς τότε ἐόντας, βουλομένους νόμον βασιλέα τῶν παίδων ἕν πρεσβύτερον ποιήσασθαι· ἔχειν δὴ σφέας ἔχοντας ἐλαύνειν, ὥστε μὴ ὁμοίων καὶ ἴσων ἀμφοτέρων ἐόντων. δύνασθαι γνῶναι, ἢ μὴ τοῦ τούτου, ἐπειρωτᾶν τὴν τεκοῦσαν. τὴν δὲ, οὐδὲ αὐτὴν φάναι ἀτρεκέως εἰδέναι· εἶναι μὲν γὰρ δκαρῆ λέγειν ταῦτα, βουλομένην δὲ εἴ κως ἀμφοτέροισι γένοιτο βασιλεῦσι. τοὺς μὲν δὴ Λακεδαιμονίους ἀπορέειν. ἀπορέουσι δὲ, πέμπειν ἐς Δελφοὺς, ἐπειρησομένους ὅ, τι χρήσονται τῷ χρήγματι. τὴν δὲ Πυθίην κελεύειν σφέας ἀμφοτέρους τὰ νομιζόμενα βασιλεύεσθαι, τιμᾶν δὲ μᾶλλον τὸν γενεσίτερον. τὴν μὲν δὴ Πυθίην ταῦτα σφι αἰνέλειν. τοῖσι δὲ Λακεδαιμονίοισι ἀπορέουσι οὐδὲν ἦεν ὅκως ἐξεύρωσι αὐτέων τὸν πρεσβύτερον, ἐς ὃ δὴ ἄνδρα Μεσσήνιον, τῷ οὔνομα εἶναι Πανίτην. ἐσοδήσαντα δὲ τοῦτον τὸν Πανίτην πάσῃ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι, φυλάξαι τὴν γυναῖκα τὴν παίδων πρότερον λούσῃ καὶ σιτίζει. καὶ ὃς μὲν ταῦτα φαίνηται αἰεὶ ποιεῦσα, τοὺς δὲ πρῶτα ἔξειν ὅσον τι χρὴ δίζηνται καὶ θέλουσι ἐξεύρειν· ὡς δὲ πλανᾶται καὶ ἀτρεκέα, ἀλλὰ ξεῖνα ποιεῦσα, δῆλα σφι ἔσεσθαι ὡς οὐδὲ ἀτρεκέα πλέον οὐδὲν εἰδέη· ἐπ' ἄλλην τε σφέας τρέπεσθαι ὁδόν. οὕτω δὴ τοὺς Σπαρτιήτας, κατὰ τὰ τοῦ Μεσσηνίου ἐσοδήκας, φυλάξαντας τὴν μητέρα τῶν Ἀριστοδήμου παίδων, λαβεῖν καὶ ταύτην πρώτην καὶ σίτοισι καὶ λουτροῖσι, οὐκ εἰδυῖαν τὸν εἵνεκεν ἐφυλάσσετο. λαβόντες δὲ τὸν παῖδα τὸν τιμιώτερον τῶν γεναμένων, ὡς ἐὸν πρότερον, δίδοσθαι τὸ τῶν δημοσίων· καὶ οἱ οὔνομα τεθῆναι Εὐρυσθένεα· τὸν δὲ νεώτερον, Προκλέα. τούτους ἀνδρωθέντας, αὐτούς τε ἀδελφεοὺς ἐόντας, λέγουσι διαφόρους εἶναι πάντα χρόνον τὸν ζόης αὐτέων πρὸς ἀλλήλους, καὶ τοὺς ἀπὸ τούτων γενομένους, ὡσαύτως διατελέειν. Λακεδαιμόνιοι μὲν ταῦτα λέγουσι μοῦνοι Ἑλλήνων·

sed ex familia inferiore, quæ tamen alia nulla in re inferior erat, (ab eodē enim oriundi) quam quod familia EVrysthenis, quod primigenius esset, nonnihil honoratior erat. Etenim Lacedæmonii, nulli poetarum assentientes, negant se in eam quam nunc possident regionem deductos a filiis Aristodemi, sed ab ipso Aristodemo regnante, qui fuit Aristomachi, qui fuit Cleodæi, qui fuit Hylli filius. Nec multo pòst Aristodemi vxorem nomine[1] Æginam, (quam dicunt fuisse filiam AVtesionis, qui fuit Tisameni, qui fuit Therſandri, qui fuit Polynicis filius) peperisse geminos: [2] eisque natis Aristodemum morbo decessisse. Lacedæmonios autem qui tum erant, inito consilio creasse regem è pueris eum qui esset primigenius, vt lex iubebat. Sed nescientes vtrum puerorum eligerent, quum essent similes ac pares: id quum nequirent ipsi discernere, prius fuisse percontatos genitricem: eaque negante se dignoscere, sed dissimulante, quod videlicet (vt credibile est) magnopere cuperet ambos effici reges: ita de hoc dubitantes Lacedæmonios misisse Delphos sciscitatum quid in ea re agerent: & iis Pythiam respondisse vt vtrunque puerorum regem ducerent, sed primigenium magis honorarent. Hoc responso à Pythia edito, Lacedæmonios nihilominus incertos quo pacto primigenium reperirent, admonitos fuisse à quodam Messenio, nomine Panite, vt obseruarent vtrum puerorum mater priorem lauaret cibaretq; : quam si deprehenderent eodem semper modo factitare, habituros id omne quod quærerent, & inuenturos quod vellent: sin illa alternando erraret, palam fore ne ipsam quidem quippiam magis nosse: & vt isti aliam rationem inirent. Ibique Spartiatas ex admonitu Messenii obseruantes matrem puerorum, ignaram cur obseruaretur, animaduertentesque illam præferentem alteri primigenium tum cibando tum lauando, accepisse puerum qui magis honorabatur à matre, tanquam primigenium, publiceque alendum curasse, impositoque ei nomine EVrysthene: iuniori, Procle. Hos autem fratres, vbi adoleuerunt, per omne vitæ tempus inter se dissensisse, & itidē eorū posteros perseueraſſe. Hęc soli Græcorum Lacedæmonii aiunt.

1 Argiuam, 2 Aristodemum autem liberos hos intuitum morbo decessisse.

At hæc

Athæc quæ commemorantur à Græcis, ego ſcribo: hos Dorienſium reges vſque ad Perſeum Danaes à deo genitum, recenſeri recte à Græcis, & oſtendi Græcos eſſe. iam tũ enim iſti inter Græcos cenſebantur. Ideo autẽ dixi, vſque ad Perſeum, nec altius repetii, quod nullũ Perſeo cognomentum fuit mortalis patris, quemadmodum Herculi Amphitryon. Itaque à me rectam rationem ſequente dictum recte eſt vſque ad Perſeum. A Danae vero Acriſii filia retrorſum patres eorum recenſendo, conſtabit principes Dorienſium [1] ex Ægypto oriundos. Hæc generis recenſio ex commemoratione Græcorũ
LIV facta eſt. Vt autẽ à Perſis fertur, Perſeus ipſe, quum eſſet Aſſyrius, factus eſt Græcus, non tamen progenitores eius. nam progenitores Acriſii [2] recenſere ad progeniem Perſei nihil attinet: eoſque (quemadmodum Græci aiunt) Ægy-
LV ptios fuiſſe. Hæc de his hactenus. Quod autem regnum Dorum, quum Ægyptii eſſent, ſibi traditũ acceperint, hoc (quoniam ab aliis dictũ eſt) omittemus: quæ vero alii non attigerunt, eorum faciemus mentionem. [3] Has di-
LVI gnationes regibus Spartiatæ tribuerũt: duo ſacerdotia, Iouis Lacedæmonii & Iouis cæleſtis: & ius belli in quamcunq; libuerit regionem inferendi, vt id nulli Spartiatarum prohibere fas ſit, alioqui piaculari crimine teneatur. Vt in expeditionibus adeundis primi eant reges, in abeundo poſtremi ſint. Centum delecti viri eis in militia cuſtodes adſint. [4] In egreſſibus vtantur quotcunque pecoribus libuerit: quorum immolatorum pelles omnes ac terga accipiant. Bellica hęc.
LVII Alia ſunt quę pacis tempore eis tribuuntur: Vt quoties aliqua publica euiſceratio fit, primi in cœna reges diſcũbant, & iis primis diſtribui incipiat vtrique eorum duplum omnium quàm ceteris conuiuis: [5] libaminaque immolatorum & coria, eorũ ſint. Singulis quoque calendis inſtantis menſis, ſingula pecora vtrique è publico dentur Apollini immolanda: & farinæ medimnus, *id eſt*, *ſex modia*, & vini Laconicus quartarius: & in ſpectaculis ſingulorum certaminum certis lo-

τὰ δὲ δὴ καταλειπόμενα ὑπ' Ἑλλήνων, ἐγὼ γράφω. τούτους τοὺς Δωριέων βασιλῆας, μέχρι μὲν Περσέος τοῦ Δανάης τοῦ θεοῦ ἀπόντος, καλεομένους ὀρθῶς ὑπ' Ἑλλήνων, καὶ ἀποδεικνυμένους ὡς εἰσὶ Ἕλληνες, ἤδη γὰρ τηνικαῦτα ἐς Ἕλληνας οὗτοι ἐτέλεον. ἔλεξα δὲ, μέχρι Περσέος, τοῦδε εἵνεκα, ἀλλ' οὐκ αἰτιηθεὶς ἐλάχεον, ὅτι οὐκ ἔστι ἐπωνυμίη Περσεῖ θνητοῦ πατρὸς ὀνομασθῆναι, ὥσπερ Ἡρακλεῖ Ἀμφιτρύων. ἤδη ὦν ὀρθῷ λόγῳ χρεωμένῳ, μέχρι τοῦ Περσέος ὀρθῶς εἰρήσθαί μοι. ἀπὸ δὲ Δανάης τῆς Ἀκρισίου καταλέξαντι τοὺς αἰεὶ πατέρας αὐτέων, φανήσεται δὴ ἐόντες οἱ τῶν Δωριέων ἡγεμόνες Αἰγύπτιοι ἰθαγενέες. ταῦτα μὲν νυν κατὰ τοὺς Ἕλληνας λέγουσι γεγονέναι. Ὡς δὲ ὁ Περσέων λόγος λέγεται, αὐτὸς ὁ Περσεὺς, ἐὼν Ἀσσύριος, ἐγένετο Ἕλλην, ἀλλ' οὐκ οἱ Περσέος προόντες. τοὺς δὲ Ἀκρισίου γε πατέρας ὁμολογέοντας κατ' οἰκιότητα Περσεῖ εἶναι, τούτους δὲ εἰ, κατάπερ Ἕλληνες λέγουσι, Αἰγυπτίους. Καὶ ταῦτα μὲν νυν περὶ τουτέων εἰρήσθω. ὅτι δὲ ἐόντες Αἰγύπτιοι, καὶ ὅτι ἀποδεξάμενοι ἔλαβον τὰς Δωριέων βασιληίας, ἄλλοισι γὰρ περὶ αὐτέων εἴρηται, ἐπισκιῶ αὐτά· τὰ δὲ ἄλλοι οὐ κατελάβοντο, τουτέων μνήμην ποιήσομαι.

Γέρεά τε δὴ τάδε τοῖσι βασιλεῦσι Σπαρτιῆται δεδώκασι, ἱρωσύνας δύο, Διός τε Λακεδαίμονος, καὶ Διὸς οὐρανίου· καὶ πόλεμόν γε ἐκφέρειν ἐπὶ ὅκου ἂν βούλωνται χώρην. τούτου δὲ μηδένα εἶναι Σπαρτιητέων ἀπαγορεύειν· εἰ δὲ μή, αὐτὸν ἐπὶ τῷ ἄγει ἐπέχεσθαι. στρατευομένων δὲ, πρώτους ἰέναι τοὺς βασιλῆας, ὑστάτους δὲ ἀπιέναι· ἑκατὸν δὲ ἄνδρας λοχαγέας ὅτι στρατῆς φυλάσσειν αὐτούς. πρεσβύτοισι δὲ χρᾶσθαι ὁμοίοισι τοῖσι ἐξοσίοισι, ὁκόσοισι ἂν ἐθέλωσι· τῶν δὲ θυομένων ἀπόντων τὰ δέρματά τε καὶ τὰ νῶτα λαμβάνειν σφέας. ταῦτα μὲν τὰ ἐμπολέμια. Τὰ δὲ ἄλλα τὰ εἰρηναῖα κατὰ τάδε σφὶ δέδοται· ἐὼν θυσίην τινὰ δημοτελέα ποιέηται, πρώτοισι ὑπὸ τοῦ δείπνου ἵζειν τοῖσι βασιλεῦσι· καὶ ἀπὸ τούτων πρῶτον μὲν ἀρχεσθαι, διπλήσια νέμοντας ἑκατέρῳ τὰ πάντα ἢ τοῖσι ἄλλοισι δαιτυμόνεσι. καὶ σπονδῆς ἐπὶ τούτων, καὶ τῶν ἱερείων προβαίων τὰ δέρματα. ἐς μηνίας δὲ καὶ ἑβδόμας ἑκάστου μηνός, δίδοται ἐκ τοῦ δημοσίου ἱρήιον τέλεον ἑκατέρῳ ἐς Ἀπόλλωνος, καὶ μέδιμνον ἀλφίτων, καὶ οἴνου τετάρτην Λακωνικήν. καὶ ἐν τοῖσι ἀγῶσι πᾶσι προεδρίας

1 Ægyptios fuiſſe indigenas. 2 Nullam habere cum Perſeo conſanguinitatem: 3 Has dignitates. *Vel*; Hos honores.
4 Quoties in expeditionem proficiſcuntur, vtant. 5 Et vt primum in libationibus locum obtineant, coriaq; immolatorum pecorum, eorum ſint. Singulis quoque calendis, & ſeptimo quoque die menſis ineuntis, victima perfecta vtrique illorum detur in Apollinis æde. *Illud autem, ἱρήιον τέλεον, (id eſt, ad verbum, perfecta victima, & quaſi omnibus ſuis numeris abſoluta) varie exponitur.*

ὀξυρέπτης, καὶ προξείνους ἀποδεικνύναι τούτοισι προσκεῖσθαι τοὺς αὐτὸς ἐθέλοντας τῶν ἀστῶν, καὶ Πυθίους αἱρέεσθαι δύο ἑκάτερον. (οἱ δὲ Πύθιοι, εἰσὶ θεοπρόποι ἐς Δελφοὺς, σιτεόμενοι μετὰ τῶν βασιλέων τὰ δημόσια) μὴ ἐλθοῦσι δὲ τοῖσι βασιλεῦσι ὅπισθε δεῖπνον, ἀποπέμπεσθαι σφι ἐς τὰ οἰκία ἀλφίτων τε δύο χοίνικας ἑκατέρῳ, καὶ οἴνου κοτύλην· παρεοῦσι δὲ διπλήσια πάντα δίδοσθαι. τιμᾶται δὲ τοῦτο καὶ τοῖσι ἰδιωτέων κληθεῖσι ὅπισθε δεῖπνον τιμᾶσθαι. ταῖσι δὲ μαντηίας ταῖς γινομένας τούτοις φυλάσσειν· σιωπᾶσθαι δὲ καὶ τοὺς πυθίους. δικάζειν δὲ μούνους τοὺς βασιλέας τοσάδε μούνα· πατρούχου τε παρθένου πέρι, ἐς ὃν ἂν ἥκῃ ἔχειν, ἢν μὴ αὐτὸς ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐγγυήσῃ· καὶ ὁδῶν δημοσίων πέρι· καὶ ἢν τις θεὸν παῖδα ποιέεσθαι ἐθέλῃ, βασιλέων ἑκάτερον ποιέεσθαι· καὶ παρίζειν βουλεύουσι πᾶσι γέρουσι, ἐοῦσι δυοῖν δέουσι τεσσεράκοντα. ἢν δὲ μὴ ἔλθωσι, τοὺς μάλιστά σφι τῶν γερόντων προσήκοντας ἔχειν τὰ τῶν βασιλέων γέρεα, δύο ψήφους πρὸς δυώδεκα, τρίτην δὲ, τὴν ἑωυτῶν. Ταῦτα μὲν ζῶσι τοῖσι βασιλεῦσι δέδοται ἐκ τοῦ κοινοῦ τῶν Σπαρτιητέων· ἀποθανοῦσι δὲ, τάδε· ἱππέες περιαγγέλλουσι δεῦρο καὶ ἐς Περιοίκους κατὰ τὴν Λακωνικήν· κατὰ δὲ τὸ πολιοῦχον ἄστυ γυναῖκες περιιοῦσαι, λέβητας κροτέουσι. ἐπεὰν δὲ τοῦτο γένηται τοιοῦτο, ἀνάγκη ἐξ οἰκίης ἑκάστης ἐλεύθερος δύο καταμιαίνεσθαι ἄνδρα τε καὶ γυναῖκα· μὴ ποιήσασι δὲ τοῦτο, ζημίαι μεγάλαι ὄπιθε ἔασι. νόμος δὲ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι καὶ τῶν βασιλέων τοὺς θανάτους ἐᾶσι ὠυτὸς καὶ τοῖσι βαρβάροισι τοῖσι ἐν τῇ Ἀσίῃ. τὸ γὰρ βαρβάρων οἱ πλεῦνες τωὐτῷ νόμῳ χρέωνται καὶ τοὺς θανάτους τῶν βασιλέων. ἐπεὰν γὰρ ἀποθάνῃ βασιλεὺς Λακεδαιμονίων, ἐκ πάσης δὴ Λακεδαίμονος, χωρὶς Σπαρτιητέων, ἀριθμῷ τῶν οἰκοίων καὶ ἄλλοισι ἐς τὸν κῆδος εἶναι. ἱππέων δὲ καὶ τῶν εἰλωτέων, καὶ αὐτέων Σπαρτιητέων ἐπεὰν συλλεχθέωσι ἐς τωὐτὸ πολλαὶ χιλιάδες, σύμμιγα τῇσι γυναιξὶ κόπτονταί τε τὰ μέτωπα παρυφύμενοι, καὶ οἰμωγῇ δοκεῦσι χρᾶσθαι ἀπλέτῳ· φάμενοί τε ὕστατον αἰεὶ ἀποκλαίεσθαι τῶν βασιλέων, ἤν τοι δὴ γε ἀρίστου. ὃς δ' ἂν ἐν πολέμῳ τῶν βασιλέων ἀποθάνῃ, τοῦτο δὲ εἴδωλον σκευάσαντες, ἐν κλίνῃ εὖ ἐστρωμένῃ ἐκφέρουσι. ἐπεὰν δὲ θάψωσι, ἀγορὴ δέκα ἡμερέων ἄκοιτός ἐστι σφι, ἐν δὲ αἱρεσίῃ συνίζει, οὐδὲ πειθόμενοί τισι τὰς ἡμέρας. Συμφορὴ δὲ καὶ τοῦτο τοῖσι Γέρουσι· ἐπεὰν ἀποθανόντος τοῦ βασιλέος δῆμος ἐνίκησε βασιλεύειν, ἐκεῖνος ὁ ἐσιὼν ἐλευθεροῖ ὅστις

cis præsideant.[1] Liceatque quibuscunque libeat ciuibus inniti, & vtrique binos eligere Pythios. (sunt autem Pythii qui Delphos ad consulenda oracula mittuntur, quique publice cum regibus pascuntur.) Regibus ad cœnam nõ euntibus mittantur bini farinę chœnices, *id est, semodia*, & vini singulæ cotylæ, *id est, sextarii*: præsentibus dupla dentur omnia. eadē ratione à priuatis quoque inuitati ad cœnam, honorentur. [2] Vaticinia quæ de virgine pupilla, vtri danda sit, eine cui mater, an cui pater desponderat: necnon de viis publicis: & siquis adoptiuum filium[3] facere velit inuitis regibus. Liceat quoque eis pro suo arbitrio assidere in senatu, qui constat ex duodetriginta senibus: si eo non accesserint, eorum maxime propinqui duo senatores ius regum obtineant, duos calculos ponendi, tertium pro seipsis. Viuentibus hæc regibus LVIII à republica Spartiatarum tribuuntur: ista, defunctis: Equites per vniuersam Laconicam obitum regis enunciant: feminæ per vrbem circumeuntes ollas pulsitant. quumque hoc fit, necesse est ex singulis domibus duos ingenuos, marem ac feminam, luctu fœdari, magnis pœnis (nisi hoc faxint) impositis. Eadem autem circa funus regum consuetudo Lacedæmoniis est quæ barbaris Asianis. nam plerique barbarorum eodem ritu in mortibus regum vtuntur. Siquidem[4] posteaquam mortem obiit Lacedæmoniorum rex, oportet eius exequiis adesse ex omni Lacedæmonis regione necessarios quosque Spartiatarum, qui sunt numero vicinorum. Quorum & item seruorum atque ipsorum Spartiatarum posteaquã multa millia in vnum coacta sunt, promiscue cum mulieribus frontes suas intrepide pungunt, & vlulatu immenso vtuntur, vltimum quenque regum dicentes semper fuisse optimum. Qui vero regum in bello periit, eius simulacrum quum expressérunt, in toro bene strato efferunt, cuius tumulatione decem dies iustitium est, nullusque magistratuũ consessus, sed luctus continens. In hoc quoque cum Persis isti conueniunt LIX quod defuncto rege alter qui succedit, liberat ære alieno quicunque

223

1 Liceatque illis quos velint ex ciuibus proxenos constituere, *vel*, creare. *Erant autem proxeni qui totius vrbis nomine hospitio excipiebant qui ex aliis ciuitatibus adueniebant, itaque quæcunque poterant humanitatis officia præstabant.* 2 Vaticinia autem quæ eduntur, vt ab iis custodiantur, *vel, asseruentur*. Vt soli reges de his solis iudicium ferant: de virgine ad quam tota hereditas deuenerit, quis ex iure illam in vxorem ducere debeat, si pater eam non desponderit. *Ad verbum*, Cui obueniat illam habere. *i. in quem cadat. Sic Gall. A qui il vient, pro, à qui il touche.* 3 Facere velit, vt coram regibus faciat. *vel, in conspectu regum.* 4 Mortuo rege Lacedæmoniorum coguntur prosequi funus aperto pectore totius Lacedæmoniæ regionis certi numeri incolæ, exceptis Spartiatis. *Ita Camerar. hunc locum interpret.*

Spar-

Spartiata aliquid aut regi aut reipublicæ debebat: & apud Persas item qui rex creatus est, omnibus ciuitatibus tributum quod debebant remittit. Cum
LX Ægyptiis etiã Lacedæmonii in hoc cõgruunt, quod eorũ præcones & tibicines & coqui in paterna artificia succedunt: & coquus è coquo, & tibicen è tibicine, & præco ex præcone gignitur: neq; vlli propter vocalitatẽ aliis insidiantes seipsos ingerunt, sed in paterno opere perseuerant: atq; hæc quidem ita
LXI fiunt. ¶ Cleomenẽ autem tunc quum apud Æginam esset, communi Græciæ bono operam dantem insimulabat Demaratus, non tam Æginetis studens, quam inuidia & odio ductus. Quem Cleomenes ab Ægina reuersus consultabat vt regno submoueret, ob hanc rem intendens in eum actionem: Ariston Spartæ regnum obtinens, quum è duabus vxoribus liberos non susciperet, & in se culpam eius rei non esse agnosceret, tertiam duxit vxorem, & duxit hunc in modum: Erat ei amicus quidam Spartiata, cuius opera ex omnibus ciuibus maxime vtebatur: cui viro erat vxor specioſissima, ex turpissima talis facta. siquidem hanc mala forma præditã esse cernens nutrix sua, idq; parentes eius, vtpote locupletes, ægre ferre, hoc excogitauit, vt puellam singulis diebus baiularet ad Helenæ templum, quod est in loco qui dicitur Therapne, supra fanum Phœbi. eo quoties nutrix intulerat puellam, stans ante simulacrũ, deam precabatur vt alumnã deformitate liberaret. Cui aliquando exeunti è templo mulier quædam apparuisse fertur, atque interrogasse illam quidnam in vlnis gestaret: & quum nutrix se infantem gestare respondisset, iussisse sibi ostendi. Quumque negaret nutrix id se facturam, quod infantem parentes sui vetuissent ostendi cuipiam, institisse iubere prorsus vt sibi ostenderetur. [1] magni enim facturam illam si à se infans conspiceretur. ita nutrice puellam ostendente, demulcentem caput puellæ dixisse, futurã eam omnium Spartanarum formosissimam: atque ab eo pristinam speciem decidisse. Hanc, quum ad nubilem peruenit ætatem, duxit vxorem Agetus
LXII Alcidis filius, ille amicus Aristonis. Eius mulieris amore titillatus quum esset Ariston, hanc rem commentus est:

τὴ Σπαρτιητέων τῷ βασιλέϊ ἢ τῷ δημοσίῳ ὤφειλε. ὁ δ' αὖ Πέρσησι ὁ καπῃλεύμενος βασιλεὺς ὃν προοφειλόμενον φόρον μετίει πάσησι τῇσι πόλισι. Συμφέρονται ὦν καὶ παῖδες Αἰγυπτίοισι Λακεδαιμόνιοι· οἱ κήρυκες αὐτέων καὶ αὐληταὶ καὶ μάγειροι ἐκδέκονται τοὺς πατρῴους τέχνας. καὶ αὐλητὴς τε αὐλητέω γίνεται, καὶ μάγειρος μαγείρου, καὶ κῆρυξ κήρυκος, οὐ χρὴ λακμοτροφωνίην ὑπιπτεύοντι ἄλλοι σφέας παρακληίοισι, ἀλλὰ καὶ τὰ πάτρια ὑπιτελέουσι. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω γίνεται. Τότε δὲ ὧν Κλεομένεα ἐόντα ἐν τῇ Αἰγίνῃ, καὶ κοινὰ τῇ Ἑλλάδι ἀγαθὰ πρήσσοντα, ὁ Δημάρητος διέβαλε, οὐκ Αἰγινητέων οὕτω κηδόμενος, ὡς φθόνῳ καὶ ἄτῃ χρεώμενος. Κλεομένης δὲ νοσήσας ἀπὸ Αἰγίνης, ἐβούλευε τὸν Δημάρητον παῦσαι τῆς βασιληίης, ἁμὰ πρῆγμα τοιόνδε ὑπίσχνεε ἐς αὐτὸ ποιήσειν· Ἀρείσωνι βασιλεύοντι ἐν Σπάρτῃ, καὶ γήμαντι γυναῖκας δύο, παῖδες οὐκ ἐγίνοντο. καὶ, ἐν νῷ δοκέοντι ἔσεσθαι, γινώσκετο ἀμφὶς τοῦτο εἰ αἴτιος, γαμέει τρίτῳ καὶ τρίτην γυναῖκα. ὧδε δὲ γαμέει· ἦν οἱ φίλος τῶν Σπαρτιητέων ἀνήρ, τῷ πρεσχόμενος τῶν ἀστῶν μάλιστα ὁ Ἀρείσων. τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἐτύγχανε ἐοῦσα γυνὴ κάλλιστη μακρῷ τῶν ἐν Σπάρτῃ γυναικῶν· καὶ τοῦτο μὲν κάλλιστη ἐξ αἰσχίστης γενομένη. ἐοῦσαν γὰρ μιν τὸ εἶδος φλεύρην, ἡ τροφὸς αὐτῆς, οἷα ἀνθρώπων τε ὀλβίων θυγατέρα, καὶ δυσειδέα ἐοῦσαν, τροφὸς ἐοῦσα καὶ ὁρέουσα τὰς μητέρας συμφορὴν τὸ εἶδος αὐτῆς ποιεύμενους, τοῦτο ἔκαστα μαθοῦσα, ὑπεφέρετο τοιάδε· ἐφόρεε αὐτὴν αἰεὶ πᾶσαν ἡμέρην ἐς τὸ τῆς Ἑλένης ἱρὸν, τὸ ἵδρυται ἐν τῇ Θεραπνῃ καλεομένῃ, ὑπὲρ θεὸν τὸν Φοιβηίου ἱρόν. ἔχουσα δὲ ἐπείκειε ἡ τροφὸς πρὸς τὸν ἄγαλμα ἵστα, καὶ ἐλίσσετο τὸν θεὸν ἀπαλλάξαι τὸ δυσμορφίης τὸ παιδίον. καὶ δή κοτε ἀπιούσῃ ἐκ τοῦ ἱροῦ τῇ τροφῷ γυναῖκα λέγεται ὑπαφθῆναι· ὑπαφθεῖσαν δ', ἐπείρεσθαί μιν ὅ, τι φέροι ἐν τῇ ἀγκάλῃ. καὶ τὴν φήσαι, ὡς παιδίον φορέοι. τὴν δὲ κελεῦσαι οἱ δεῖξαι· τὴν δὲ οὐ φάναι· ἀπειρῆσθαι γάρ οἱ ἐκ τῶν γειναμένων μηδενὶ ὑπιδεικνύναι. τὴν δὲ πρόφασιν ἐωυτῇ κελεύειν ὑπιδεῖξαι. ὁρέουσαν δὴ τὴν γυναῖκα πολλοῦ ποιεύμενον ἰδέσθαι, ὅτῳ δὴ τρόπῳ τροφὸν ἔδοξε τὸ παιδίον. τὴν δὲ, καταψώσαν τοῦ παιδίου τὴν κεφαλήν, εἶπαι ὡς καλλίς βύσει πασέων τῶν ἐν Σπάρτῃ γυναικῶν. ἀπὸ μὲν δὴ ταύτης τῆς ἡμέρης μεταπεσεῖν τὸ εἶδος. γαμέει δέ μιν ἐς γάμου ὥρην ἀπιγμένην Ἄγητος ὁ Ἀλκείδεω, τοῦ δὴ ὁ Ἀρείσωνος φίλος. Τὸν δ' Ἀρείσωνα ἔσχε ἄρα τὴ γυναικὸς ταύτης ὁ ἔρως. μηχανᾶται δὴ τοιάδε·

1 Nutricem autem, quum videret mulierem illam magni æstimare, infantem à se conspici, ei tandem ostendisse. Hanc autem caput puellæ demulc. dixisse, &c.

αὐτός τε τῷ ἑταίρῳ τὴν ἰδίην γυναῖκα αὕτη, ἐπεδέκετο δωτίνην δώσειν τῶν ἑωυτῷ πρήγματων ἥν τι ὁ Ἀγις αὐτὸς ἐκ τοῦ ἑλληται, καὶ τὸν ἑταῖρον ἑωυτῷ ἐκέλευε ὡσαύτως τὸ ὁμοῖον δίδοναι. ὁ δέ, οὐδὲν φοβηθεὶς ἀμφὶ τῇ γυναικί, ὁρέων ἐοῦσαν καὶ Ἀρίστωνι γυναῖκα, κατανεύει ταῦτα. ὅτε δὲ τούτοισι ὅρκους ἐπήλασαν. μετὰ δὲ, αὐτός τε ὁ Ἀρίστων ἔδωκε τοῦτο, τὸ δὴ ἰδὼν ἥρεετο τὸν εἵλετο τῶν Ἀρίστωνος ὁ Ἄγης, καὶ αὐτὸς τὸ ὁμοῖον ζητέων φέρεσθαι παρ' ἐκείνου. ἐνθαῦτα δὴ τὸν ἑταῖρον τὴν γυναῖκα ἐπιέσθαι ἀπάγεσθαι. ὁ δέ, πλὴν τούτου μοῦνον, πάντα ἔφη κατανέσαι. ἀναγκαζόμενος μέντοι τῷ τε ὅρκῳ, καὶ τὴν ἀπάτην τῇ ὑποδοχῇ, ἀπῆγε ἀπαγεσθαι. Οὕτω μὲν δὴ τὸν τρίτην ἐσηγάγετο γυναῖκα ὁ Ἀρίστων, τὴν δευτέραν ἀποπεμψάμενος. ὁ δὲ οἱ χρόνῳ ἐλάσσονι, καὶ ἢ πληρώσασα τοὺς δέκα μῆνας ἡ γυνὴ αὕτη, τίκτει τὸν δὴ Δημάρητον. καί τις οἱ τῶν οἰκετέων ἐν θώκῳ κατημένῳ μετὰ τῶν ἐφόρων, ἐξαγγέλλει ὡς οἱ παῖς γένοιτο. ὁ δὲ, ὅτε σάφα μνήμων τε ἦν χρόνου τοῦ ἠγάγετο τὴν γυναῖκα, καὶ ὅτι δακτύλῳ συμβαλλόμενος τοὺς μῆνας, εἶπε ἀπομόσας, Οὐκ αὐτέμὸς εἴη. τοῦτο ἤκουσαν μὲν οἱ ἔφοροι. τρῆγμα μέντοι οὐδὲν ἐποιήσαντο τοιοῦτο· ὁ δὲ παῖς ηὔξετο· καὶ τῷ Ἀρίστωνι ὁ εἰρημένος μετέμελε. παῖδα γὰρ ὃν Δημάρητον ἐς τὰ μάλιστα οἱ ὁμοῖον ἐόντα· Δημάρητον δὲ αὐτῷ οὔνομα ἔθετο, ἀπὸ τόδε· πρότερον τούτεων, πάντα δημεὶ Σπαρτιῆται Ἀρίστωνι ὡς ἀνδρὶ βιδοκιμέοντι ἀπὸ πάντων δὴ τῶν βασιλέων τῶν ἐν τῇ Σπάρτῃ γιομένων, ἐρρύη ἐποιήσαντο παῖδα γενέσθαι. ἀπὸ τοῦτο μὲν οἱ ὄνομα Δημάρητος ἐτέθη. Χρόνῳ δὲ πρότερον Ἀρίστωνα μὲν ἀπέθανε, Δημάρητος δὲ ἔσχε τὴν βασιληίην. ἔσχε δὲ (ὡς ἔοικε) ἀνάστυτα γιόμενα ταῦτα, καταπαύσας Δημάρητον τὴν βασιληίης, ἀπὸ τὰ Κλεομένεϊ διεβλήθη μεγάλως, πρότερόν τε ὁ Δημάρητος ἀπαγαγὼν τὸν στρατὸν ἐξ Ἐλευσῖνος, καὶ δὴ καὶ τότε ἐπ' Αἰγινήτεων τοὺς μηδίσαντας ἀπαβάντος Κλεομένεος. Ὁρμηθεὶς ὦν ἀποτίνυσθαι ὁ Κλεομένης, συνίστατο Λευτυχίδῃ τῷ Μενάρεος τοῦ Ἄγιος, ἐόντι οἰκίης τῆς αὐτῆς Δημαρήτῳ, ἐπ' ᾧ τε, ἐὼν αὐτὸν καταστήσῃ βασιλέα αὐτὶ Δημαρήτου, ἕψεται οἱ ἐπ' Αἰγινήτας· ὁ δὲ Λευτυχίδης ἐὼν ἐχθρὸς τῷ Δημαρήτῳ μάλιστα γενομένως, ἀπὸ τοιῆνδε πρήγματος τοιόνδε· ἁρμοσαμένου Λευτυχίδεω Πέρκαλον τὴν Χίλωνος τοῦ Δημαρμένου θυγατέρα, ὁ Δημάρητος ἐπιβουλεύσας, ἁρπάσας Λευτυχίδεα τὸν γάμον, φθάσας αὐτὸς τὴν Πέρκαλον ἁρπάσας καὶ ἔχων γυναῖκα. καὶ τοῦτο μὲν τῷ Λευτυχίδῃ ἡ ἔχθρη

Ageto sodali suo, cuius illa erat vxor, recepit se dono daturũ vnam è suis rebus quamcunque ille optaret: atque inuicem iussit illum simile munus sibi dare. Agetus nihil de re vxoria suspicatus, quum videret Aristoni quoque vxorẽ esse, accepit condicionem, & in eam rem iusiurandum interposuit. Cui mox Ariston è suis rebus pretiosis donauit quã ille elegit. Ipse vicissim, quum eius partes petendi muneris ab illo fuerunt, ibi optauit vxorẽ eius adferri. Agetus dicere, se præter hoc vnũ cetera annuisse: iureiurando tamen adactus ac dolo seductus, ad eam ducendã abiit. Ita tertiam hanc Ariston, repudiata secunda, duxit vxorem: quæ circa legitimũ pariendi tempus, nondum exactis decẽ mensibus, hunc ei genuit Demaratũ. Ariston, quum ei sedenti in basilica cũ ephoris quidam famulus nuncium nati filii attulisset, sciens quo tempore duxisset vxorem, deductis in digitos mensibus, dixit cum iureiurando, Hic non est filius meus. Quod audientes ephori, haud magni fecere impræsentiarũ: sed posteaquam puer adoleuit, pœnituit Aristonem dicti, opinantem vtique filium suum esse Demaratum: cui ideo nomen impositum est Demaratus, *id est, à populo votis petitus*: quod ante eum natum omnis populus vota fecit vt Aristoni, omnium ante id tempus regum probatissimo, filius gigneretur. ea de re id nomẽ impositum est. Interiecto deinde tempore Aristone vita functo, Demaratus obtinuit regnum: sed videlicet necesse erat vt id quod auditum fuerat, hominem regno priuaret. Eapropter à Cleomene vehementer insimulabatur, cũ antea quod ab Eleusine abduxisset exercitum, tum eo tempore quum aduersus Æginetas cum Medo sentientes traiecit Cleomenes. Ergo ingressus eum vrgere Cleomenes, componit cum Leutychide Menaris filio, Agis nepote, ex eadem qua erat Demaratus familia, ea pactione, vt si eum regem in locum Demarati cõstituisset, se aduersus Æginetas comitaretur. Erat autem Leutychides Demarato inimicus, ob hanc præcipue causam, quod quũ Percala filia Chilonis, filii Demarmeni, ei desponsata esset, Demaratus insidiose hominẽ cõiugio priuauit, præoccupata & prærepta vxore, ac retenta. Ob hãc causam Leutychidi inimicitiæ

LXIII

LXIV

LXV

1 Illius vxorem abducere studebat. 2 Eam abducere permisit. 3 Quæ intra breuius temporis spatium, & non exact. *Id est, intra breuius quam decem mensium spatium.* 4 Vlcisci

cum De-

Et Delon, quamuis sit adhuc immota, mouebo.

Et sane in Græca lingua pollent hæc nomina, Darius, idem quod ἐργάτης, *id est coercitor*: Xerxes, idem quod ἀρήϊος, *id est bellator, ad verbum, martius*: Artoxerxes, idem quod μέγας ἀρήϊος, *id est magnus bellator*. Barbari, postquam à Delo ad alias insulas profecti sunt, sumebant illinc tum copias tum liberos insulanorũ obsides. Vt vero insulas præternauigantes, Carystum appulerunt, Carystiique negarunt se vel obsides daturos vel militaturos aduersus vicinas ciuitates (videlicet Athenas & Eretriam significãtes) Carystii tamdiu obsessi sunt, eorumque ager vastatus, donec in deditionem Persarum venerunt. Eretrienses autem audito Persarũ exercitum aduersum se venire, auxilia ab Atheniensibus implorauere. Quibus nõ denegãda auxilia rati Athenienses, miserũt subsidio illis ea quatuor millia hominum qui Chalcidensium equitum obtinuerant prædia. Sed Eretriensiũ haud quaquam syncerum erat consilium, qui tametsi accersebant Athenienses, tamẽ ancipiti sententia vacillabant: quibusdam eorũ censentibus vrbem deserendam, & in cacumina Eubœæ eundum: quibus-

quibusdã, qui propria lucra à Persis expectarent, proditionem molientibus. Horum vtrorumque animos animaduertens Æschines Nothonis filius, Eretriensium primarius, patefecit Atheniensibus omnẽ præsentiũ rerum statum, orauitq; vt domum abirent, ne vna cum illis occumberent. Hæc consulenti Æschini obtemperantes Athenienses, illinc in Oropum transgressi, salutem sibi pepererunt. At Persæ eo aduecti, naues oræ Eretricæ ad fanum & Chœreas & Ægilia applicuerunt: potitique his locis, continuo equos exposuere, & tanquã cum hostibus conflicturi se instruxere. Aduersus quos non decreuerunt Eretrienses sibi esse prodeundum: sed quandoquidem sententia de vrbe non deserenda euicerat, merito dabant operam vt mœnia custodirent. Adorientibus autem ea Persis, acri pugna per sex dies certatum est: multisque vtrinque cadentibus, septimo die EVphorbus Alcimachi filius, & Philagrus Cynei, inter populares suos viri spectati, filius, vrbem hostibus prodidere. Quã ingressi Persæ, postquam templa spoliauere, incenderunt, in vltionem eorum templorum quæ Sardibus deflagrauerant, hominibus iussu Darii in seruitutem captis. ¶ Potiti Eretria, & aliquot illic dies morati, in Atticam nauigauerunt, tuncque magnam partem vastauerunt, rati idem facturos Athenienses quod Eretrienses fecissent. etenim erat locus Atticæ Marathon proxime Eretriam, ad equitandum opportunissimus, quo illos Hippias Pisistrati filius deducebat. Eodem Athenienses & ipsi re audita ad vim arcendam processerunt, decem præfectis sibi ducibus: quorum decimus erat Miltiades, cuius patrem Cimonem Stesagoræ filium fugere ex Athenis Pisistratum Hippocratis contigerat, & dum fugit, obtinere Olympiadem quadriiugo certamine: quam victoriam muneris gratia transtulit in Miltiadem ex matre germanum: proximaque Olympiade eisdem equabus aliam Olympiadem quum vicisset, à filiis Pisistrati interfectus est, non iam viuo Pisistrato. Interfectus est autem ad Prytaneum, noctu summissis percussoribus, sepultusque ante vrbem trans viam quæ vocatur Diacœle: & eregione sepultæ sunt equę illæ quę tres Olympiacas victorias

ἀνῆγον ὑπ' αὐτέων, ἴδοξε κέρδεα τοιῆδε χρησάμενοι τῶν δὴ τὸν Πέρσεω οἶκον, τοῦ δόσιν ἐσκυλάζοντο. μαθὼν ὦν τὰ τούτων ἑκάτερα ὡς εἶχε Αἰσχίνης ὁ Νόθωνος, ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα, φράζει τοῖσι ἥκουσι τῶν Ἀθηναίων πρὸς τὰ παρεόντα σφι πρήγματα. προσδέεσθαί τε ἀπαλλάσσεσθαί σφεας ἐς τὠυτὸ σφετέρῃσι, ἵνα μὴ σὺν πολλῶν. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταῦτα Αἰσχίνῃ συμβουλεύσαντι πείθονται. καὶ δὴ καὶ μετὰ ταῦτα ἐς Ὠρωπὸν, ἔσωζον σφέας αὐτούς. Οἱ δὲ Πέρσαι πλέοντες κατέσχον τὰς νέας τῆς Ἐρετρικῆς χώρης κατὰ τέμενος, καὶ Χοιρέας, καὶ Αἰγίλια. καταλαβόντες δὲ ἐς ταῦτα τὰ χωρία, αὐτίκα ἵππους τε ἐξεβάλλοντο, καὶ παρεσκευάζοντο ὡς προσοισόμενοι τοῖσι ἐχθροῖσι. οἱ δὲ Ἐρετριέες ἐπεξῆλθον μὲν καὶ μαχέσασθαι οὐκ ἐποιεῦντο βουλόμενοι, εἴκως δὲ ἐφύλασσον τὰ τείχεα, τούτου σφι ἐμέλλε πέρι, ἐπεί τε σφέας μὴ ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν. προσβολῆς δὲ γενομένης καρτερῆς πρὸς ὀλίγους, ἔπιπτον μὲν ὀπτὼ ἐξ ἡμέρας πολλοὶ μὲν ἀμφοτέρων· τῇ δὲ ἑβδόμῃ Εὔφορβός τε ὁ Ἀλκιμάχου, καὶ Φίλαγρος ὁ Κυνέου, ἄνδρες τῶν ἀστῶν δόκιμοι, προεδίδοσαν τοῖσι Πέρσῃσι τὴν πόλιν. οἱ δὲ, ἐσελθόντες ἐς τὴν πόλιν, τοῦτο μὲν, τὰ ἱερὰ συλήσαντες ἐνέπρησαν, ἀνταποδεύμενοι τὰ ἐν Σάρδισι κατακαυθέντων ἱρῶν· τοῦτο δὲ, τοὺς ἀνδραποδίσαντο, κατὰ βασιλέος Δαρείου ἐντολάς. Χρόνου δὲ διαλιπόντος οὐκ ὀλίγου ἀπὸ τοῦ Ἐρετρίας ἁλώσιος, ἐπιχρόντες ὀλίγας ἡμέρας, ἔπλεον ἐς τὴν Ἀττικὴν, κατέρχοντές τε πολλὸν, καὶ δοκέοντες ταῦτα τοὺς Ἀθηναίους ποιήσειν τὰ καὶ τοὺς Ἐρετριέας ἐποίησαν. καὶ, ὡς γὰρ ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατος χωρίων τῆς Ἀττικῆς ἐνέπεσον, καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρείης, ἐς τοῦτο σφι κατηγέετο Ἱππίης ὁ Πεισιστράτου. Ἀθηναῖοι δὲ ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, ἐβοήθεον καὶ αὐτοὶ ἐς τὸν Μαραθῶνα. ἦρχον δὲ σφέων στρατηγοὶ δέκα· τῶν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης, τοῦ τὸν πατέρα Κίμωνα τὸν Στησαγόρεω κατέλαβε φυγὴν ὑπὸ Ἀθηναίων Πεισίστρατον τὸν Ἱπποκράτεος. καὶ αὐτῷ φεύγοντι, ὁ Ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι τεθρίππῳ συνώκησε. καὶ ἑωυτὴν μὲν τὴν νίκην ἀνελόμενον μιν, τῶν δὲ ἀξιεικάσαι τῷ ὁμομητρίῳ ἀδελφεῷ Μιλτιάδῃ. μετὰ δὲ, τῇ ὑστέρῃ Ὀλυμπιάδι τοῖσι αὐτοῖσι ἵπποισι νικῶν, ἐπεδίδου Πεισιστράτῳ αἰακηρυχθῆναι τὴν νίκην παρεὶς τοῦτο, καὶ ἦλπε δὴ τὰ ἐωυτοῦ ὑπάσσεσθαι. καί μιν αἰεὶ βουλόμενον τοῖσι αὐτοῖσι ἵπποισι δὶς Ὀλυμπιάδα, κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων, οὐκέτι περεόντος αὐτοῦ Πεισιστράτου. κτείνουσι δὲ οὗτοί μιν κατὰ τὸ πρυτανήιον, νυκτὸς ὑπείσαντες ἄνδρας. τέθαπται δὲ Κίμων πέρην τῆς ὁδοῦ, πρὸς τῆς Ἀκαδημείης καλεομένης ὁδοῦ. καταντίον δὲ αὐτοῦ αἱ ἵπποι τέθαπται αὐτῷ αἱ τρεῖς Ὀλυμπιάδας

233 ἀπελόμενοι· ἐποίησαν ὦν καὶ ἄλλα ἱππικοὶ ἤδη τῶν τοῦτο Εὐαγόρεω Λάκωνος· πλέω ὦν τουτέων, οὐδὲ μία. ὁ μὲν δὴ πρεσβύτερος τῶν παίδων τῷ Κίμωνι Στησαγόρης ἐὼν τὴν καὶ τὰ πατρῷα μετὰ τοῦ πατρὸς Μιλτιάδεω τρεφόμενος ἐν τῇ Χερσονήσῳ· ὁ δὲ νεώτερος παρ' αὐτῷ Κίμωνι Ἀττικοῖσι, τὸ νομα ἔχων ἀπὸ τοῦ οἰκιστέω τῆς Χερσονήσου Μιλτιάδεω, Μιλτιάδης. Οὗτος δὴ ὦν τότε ὁ Μιλτιάδης ἦκων ἐκ τῆς Χερσονήσου, ἐκπεφυγὼς διπλόον θάνατον, ἐστρατήγεε Ἀθηναίων. ἅμα μὲν γὰρ, οἱ Φοίνικες αὐτὸν οἱ ὑπεδιώξαντες μέχρι Ἴμβρου, θέλοντες πολλοῦ ἐποιεῦντο λαβεῖν τε καὶ ἀναγαγεῖν παρὰ βασιλῆα· ἅμα δὲ, ἐκφυγόντα τε τούτους, καὶ ἀπικόμενον ἐς τὰ ἑωυτοῦ, δοκέοντά τε εἶναι ἐν σωτηρίῃ, ἤδη ὀπίσω μιν οἱ ἐχθροὶ κατοδέξαμενοι, κατὰ δίκας ἦγον αὐτὸν ἐπαγαγόντες, ἐδίωξάν τυραννίδος τῆς ἐν Χερσονήσῳ. ἀποφυγὼν δὲ καὶ τούτους, στρατηγὸς οὕτω Ἀθηναίων ἀπεδέχθη, αἱρεθεὶς κατὰ τὸ δήμου. Καὶ πρῶτα μὲν, ἐόντες ἔτι ἐν ἐκείνῃ ἀρχῇ οἱ στρατηγοὶ, ἀποπέμπουσι ἐς Σπάρτην κήρυκα Φειδιππίδεα, Ἀθηναῖον μὲν αὐδρα, ἄλλως δὲ ἡμεροδρόμον τε καὶ τὰ τοιαῦτα μελετῶντα. τῷ δὴ (ὡς αὐτός τε ἔλεγε Φειδιππίδης, καὶ Ἀθηναίοισι ἀπήγγελε) ἐνέτυχε Παρθένιον οὔρεος ὑπὲρ Τεγέης τοῦ Πάν. τοῦτον δὲ ὀνομάζει. βούλεται δὲ τοῦτο τὸ ὄνομα τῷ Φειδιππίδεα ὁ Πὰν, Ἀθηναίοισι κελεύσαι ἀπαγγεῖλαι δι' ἐμεῦ τὸν σφετέρην ἐπιμέλειαν ποιεῦνται, ἐόντος σφι νόου ἤδη Ἀθηναίοισι, καὶ πολλάκις ἐμοῦ μνησθέντος ἤδη σφίσι χρησίμου, τὰ δὲ καὶ ἐς τὸ μέλλον. καὶ ταῦτα μὲν Ἀθηναῖοι, κατὰ σφέων τῶν σφίσι ἐν ἤδη τῶν πρηγμάτων, πίστιν ποιησάμενοι εἶναι ἀληθέα, ἱδρύσαντο κατὰ τὴν ἀκρόπολι Πανὸς ἱρὸν, καὶ αὖθις ἀπὸ ταύτης τῆς ἀγγελίης θυσίῃσι ἐπετείῃσι καὶ λαμπάδι ἱλάσκονται. Τότε δὲ πεμφθεὶς κατὰ τῶν στρατηγῶν ὁ Φειδιππίδης οὗτος, ὅτε σφι ἔφη καὶ τὸν Πᾶνα φανῆναι, δεύτερος ἐκ τῆς Ἀθηναίων ἄστεος ἐν Σπάρτῃ. ἀπικόμενος δὲ ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας ἔλεγε, Ὦ Λακεδαιμόνιοι, Ἀθηναῖοι ὑμέων δέονται σφίσι βοηθῆσαι, καὶ μὴ περιιδεῖν πόλιν ἀρχαιοτάτην ἐν τοῖσι Ἕλλησι δουλοσύνῃ περιπεσοῦσαν περὶς ἀνδρῶν βαρβάρων. καὶ γὰρ Ἐρέτρια τε νεωστὶ ἐξανδραποδίσθη, καὶ πόλι λαμπρῇ Ἑλλὰς γέγονε ἀσθενεστέρη. ὁ μὲν δὴ σφι τὰ ἐντεταλμένα ἀπήγγελε· τοῖσι δὲ ἔδοξε μὲν βοηθέειν Ἀθηναίοισι, ἀδυνατέοντα δὲ σφι ὡς τοῦ δεῦτερα ποιέειν ταῦτα, οὐ βουλομένοισι λύειν τὸν νόμον. ἦν γὰρ ἱσταμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτη· εἰνάτῃ δὲ

ἡμεροδρόμου

reportarant. Idem quod istæ, iam aliæ equæ fecerant, quæ fuerunt Euagoræ Laconis: aliæ præterea nullæ. Per idem tempus maior natu filiorum Cimonis Stesagoras, apud Miltiadem patruum in Chersoneso educabatur: minor autem apud ipsum Cimonem Athenis erat, nomen habens à Miltiade Chersonesi conditore. Hic igitur Miltiades è Chersoneso tunc profectus, dux Athenienſium erat, è duplici cæde elapsus: semel, quum eum Phœnices vsque ad Imbrum persequuti sunt, magni facientes capere hominem vt ad regem perducerent: iterum, quum ab iis elapsum, domum suam reuersum, ac se reducem esse existimantem, inimici sui exceperunt, & ad iudicium deduxerunt, accusantes occupatæ in Chersoneso tyrannidis. Hoc reatu liberatus, suffragiis populi dux declaratus est. Duces autem quum adhuc in vrbe essent, ante omnia legatum Spartam mittunt Phidippidem, illum quidem Athenienſem, sed tabellariam operam facitantem. Huic Phidippidi, vt ipse refert, & Athenienſibus renunciauit, circa Parthenium montem, qui supra Tegeam est, obuius fuit Pan: compellatoque nominatim Phidippide, iussit nunciari Athenienſibus quid ita illi nullam gererent curam sui, qui bene ipsis vellet, quique iam sæpenumero de eis bene meritus fuisset atque etiam futurus esset. His verbis fide habita, Athenienses, quod eorum iam status erat bene constitutus, extruxerunt sub arce templum Panis: illique annuis hostiis, ex quo nuncium accepere, sacrificant, & ardenti candelabro supplicant. Phidippides autem hic qui sibi Pana dixit apparuisse tunc quum à ducibus missus est,[1] iterum Athenis egressus, Spartam peruenit, adienſque magistratus, Lacedæmonii, inquit, orant vos Athenienses vt sibi opem feratis, nec ciuitatem inter Græcos vetustissimam contemnatis, in discrimen adductã, ne barbaris viris seruiat. Etenim Eretria direpta est, insignique ciuitate Græcia imbecillior reddita. His mandatis à Phidippide expositis, placebat quidẽ Lacedæmoniis opem ferre Athenienſibus: sed id sibi impossibile confestim facere erat, nolentibus legem rumpere. nam erat nonus dies instantis mensis, quo die

1 Postridie quam Athenis egressus est. *Ad verbum, Secundanus ex Athenienſium vrbe fuit Sparta. At Valla δευτεραῖος accepit pro δεύτερον. Sic infra in hoc eodem libro,* τεταῖος ὦν Σπάρτης ἱζόμενος τῇ Δηλιῇ.

negabant

negabant se progressuros, nec nisi orbe lunari impleto. Et isti quidem plenilunium expectabant. Hippiæ autem Pisistrati filio, qui barbaros in Marathonem perducebat, visum hoc in somnis superiore nocte oblatum est: Videbatur sibi Hippias cum matre concubere. Quo ex somnio coniectabat fore vt reuersus Athenas, ac recepto dominatu senex domi suæ obiret. Hunc in modum interpretabatur visum suum. Dum autem prædam Eretriensem quam deposuerat, in insulam Styreorum nomine Ægileam, reportat, dumque naues ad Marathonem appulsas in stationibus locat, ac barbaros in terrã egressos disponit, ei talia administranti contigit sternutatio, tussisque solito vehementior. vnde concussis eius, vtpote senis, plerisq; dentibus, vnus illorum ex violentia tussiendi excussus est, & in arenam delapsus: qui magna adhibita ad inueniendum diligentia, quum tamen non appareret, suspirans Hippias, ad eos qui aderant ait, Hæc terra non est nostra, nec eam poterimus nobis subiectã efficere, [1] sed tantum modo partem, quantum spatii dens qui mihi aderat, obtinet. Huc Hippias suam visionem interpretabatur euasisse. Athenien-
CVII
CVIII
sibus autem apud Herculis fanũ instructis superuenere auxilio Platæenses, omni cum populo, qui sese Athenien-
sibus dediderant, & pro quibus frequentes iam labores susceperant Athenienses: dediderant autem sese hoc modo: Quum à Thebanis premerentur Platæenses, primum Cleomeni Anaxandridæ, qui interuenerat, atque Lacedæmoniis sese dediderant: à quibus tamen recepti non sunt, hac oratione vtentibus, A nobis qui procul habitamus, frigidum quoddam fuerit vobis auxilium. nam priusquã nostrũm quisquã audiat, possitis occupati ab hostibus sæpe expugnari. Suademus autem vt vosipsos Athenienses dedatis, vicinis pariter & ad tutandum non inualidis. Hoc Lacedæmonii non tam consulebant Platæensibus quod eis bene vellent, quam quod optarent Athenienses defatigari Bœotio bello. Id suadentibus Lacedæmoniis non aduersati Platæenses, aditis Athenienses, dum rem diuinam duodecim diis faciunt, eis ad aram suppliciter sedentes sese dediderunt. Aduersus quos Thebani re audita

οὐκ ὀξελαύσεσθαι ἔφασαν, μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου. οὗτοι μὲν νυν τὴν πανσέληνον ἔμενον. Τοῖσι δὲ βαρβάροισι κατηγέετο Ἱππίης ὁ Πεισιστράτου ἐς δὴ Μαραθῶνα, τῆς παρεσχομένης νυκτὸς ὄψιν ἰδὼν τοιήνδε· τῇ ὑπνῳ τοιὰδε· ἐδόκεε ὁ Ἱππίης τῇ μητρὶ τῇ ἑωυτοῦ συνευνᾶσθαι. συνεβάλλετο ὦν οὐκ τὸ ἐὸν ἔσεσθαι, κατελθὼν ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἀναισωσάμενος τὴν ἀρχὴν, τελευτήσειν ἐν τῇ ἑωυτοῦ γηραιός. οὐκ μὲν δὴ τῆς ὄψιος συνεβάλλετο ταῦτα. τότε δὲ κατηγεόμενος, τοῦτο μὲν, τὰ αἰδεσιμώτατα τῶν ἐξ Ἐρετρίης ἀπεβήσατο ἐς τὴν νῆσον τὴν Στυρέων, καλεομένην δὲ Αἰγίλειαν· τοῦτο δέ, καταγεμίσας ἐς δὴ Μαραθῶνα τὰς νέας ὥρμιζε ἐπὶ τοῦτο. ἐκβιβάσας δὲ ἐς τὴν γῆν τοὺς βαρβάρους διέταξε. καί οἱ ταῦτα διέποντι ἐπῆλθε πταρεῖν τε καὶ βῆξαι μεζόνως ἢ ὡς εἰώθεε· οἷα δὲ πρεσβυτέρῳ ἐόντι, τῶν ὀδόντων οἱ πλεῦνες ἐσείοντο. ξυνέων ὦν ἓνα τῶν ὀδόντων ἐκβάλλει κάτω βὶς βήξας. ἐκ πεσόντος δὲ ἐς τὴν ψάμμον αὐτοῦ, ἐποιέετο πολλὴν ἀνάζητον ὀξιδρεῖν. ὡς δὲ οὐκ ἐφαίνετο ὁ ὀδούς, ἀναστενάξας, εἶπε πρὸς τοὺς παρεστεῶτας, Ἡ γῆ ἥδε οὐκ ἡμετέρη ἐστί, οὐδέ μιν δυνησόμεθα ὑποχειρίην ποιήσασθαι. ὁκόσον δέ τι μοι μέρος μετῆν, ὁ ὀδοὺς μετέχει. Ἱππίης μὲν δὴ ταύτην τὴν ὄψιν συνεβάλλετο ὀξελαυθήσεσθαι. Ἀθηναίοισι δὲ τεταγμένοισι ἐν Ἡρακλέος, ἐπῆλθον βοηθέοντες Πλαταιέες πανδημεί. καὶ γὰρ καὶ ἐδεδώκεσαν σφέας αὐτοὺς τοῖσι Ἀθηναίοισι οἱ Πλαταιέες, καὶ πόνους δὴ οὐ σμικροὺς ἀπ' αὐτέων οἱ Ἀθηναῖοι συχνοὺς ἤδη ἀναιρέοντο. ἔδοσαν δὲ ὧδε πιεζόμενοι ὑπὸ Θηβαίων οἱ Πλαταιέες, ἐδίδοσαν πρῶτα μὲν τοῖσι Μερμνάδῃσι καὶ Λαχεδαιμονίοισι σφέας αὐτούς. οἱ δὲ, οὐ δεκόμενοι, ἔλεγόν σφι τάδε, Ἡμεῖς μὲν ἑκατέρω τε οἰκέομεν, καὶ ὑμῖν τοιήνδε τινὰ χώρον οὐ βασχύειν ψυχρὴ φαίνεται γὰρ αἰεὶ πολλάκις ὀξανδραποδιζόντες ἢ πόλιας πυθόμενοι ἡμέων. συμβουλεύομεν δὲ ὑμῖν δοῦναι ὑμέας αὐτοὺς Ἀθηναίοισι, πλησιοχώροισί τε αἰδεσίμοισι, καὶ πιμπρέειν ἐοῦσι οὐ κακῆσι. ταῦτα συνεβούλευον οἱ Λακεδαιμόνιοι, οὐ κατὰ δόκησιν οὕτω τῶν Πλαταιέων, ὡς βουλόμενοι τοὺς Ἀθηναίους ἔχειν πόνους, συνεχεῶς Βοιωτοῖσι. Λακεδαιμόνιοι μὲν νυν Πλαταιῦσι ταῦτα συνεβούλευον· οἱ δὲ οὐκ ἐπαΐσησαν, ἀλλ' Ἀθηναίων ἱκὰ ποιευντων τοῖσι δώδεκα θεοῖσι, ἱκέται ἵζοντο ἐπὶ τὸ βωμόν, ἐδίδοσάν σφεας αὐτούς. Θηβαῖοι δὲ πυθόμενοι ταῦτα,

1 Sed eam illius portionem quæ ad me pertinebat, dens possidet.

ἐς ϛρατόπεδον τὸν Πλαταιέων. Ἀθηναῖοι δὲ στρατεύεσθαι. μελλόντων δὲ στρεφων συνάψειν μάχην, Κορίνθιοι οὐ προσεῖδον· ὡς δὲ τυχόντες δὲ, καὶ καταλλάξαντες, ἐπιτρέψαντων ἀμφοτέρων, οὕρισαν τὴν χώρην ὅπῃ περ δὲ ἐὰν Θηβαίους Βοιωτῶν τοὺς μὴ βουλομένους ἐς Βοιωτοὺς τελέειν. Κορίνθιοι μὲν δὴ ταῦτα γνόντες ἀπαλλάσσοντο. Ἀθηναίοισι δὲ ἀπιοῦσι ἐπιθήκαντο Βοιωτοί· ὑπεθέμενοι δὲ, ἐνόησαν τὴν μάχην. Ὑπερβάντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς οἱ Κορίνθιοι ἔθηκαν Πλαταιέων εἶναι οὖρος, πύπτοις ὑπερβάντες, ἐν Ἄσωπὸν αὐτὸν ἐποιήσαντο οὖρον Θηβαίοισι τοῖς Πλαταιέας εἶναι καὶ Ὑσιάς. ἔδοσαν μὲν δὴ οἱ Πλαταιέες σφέας αὐτοὺς Ἀθηναίοισι τέσσερσι τοῦ εἰρυμένοι· ἦκον δὲ τότε ἐς Μαραθῶνα βοηθέοντες. Τοῖσι δὲ Ἀθηναίων στρατηγοῖσι ἐδόκεον δίχα αἱ γνῶμαι· τοῖσι μὲν, οὐκ ἐῶσι συμβάλλειν (ὀλίγους γὰρ εἶναι στρατῷ τῷ Μήδων συμβαλέειν) τοῖσι δὲ, καὶ Μιλτιάδεϊ, κελεύουσι. ὡς δὲ δίχα ἐγίνοντο, καὶ οὕτω ἧσσον τοῖσι γνώμῃσι, ἐδόκεε, ἐῶσι τὰ, ἐν γὰρ ἐνδέκατος ψῆφος ἐφόρεε τοῦ κυάμου λαχὼν Ἀθηναίων πολεμαρχέειν· (τοπάλαι γὰρ Ἀθηναῖοι ὁμόψηφον ἐν πολέμαρχον ἐποιεῦντο τοῖσι στρατηγοῖσι) ἐν δὲ τότε πολέμαρχος Καλλίμαχος Ἀφιδναῖος· πρὸς τοῦτον ἐλθὼν Μιλτιάδης, ἔλεγε τάδε,

„ Ἐν σοὶ νῦν Καλλίμαχε ἔστι ἢ καταδουλῶσαι Ἀθή-
„ νας, ἢ ἐλευθέρας ποιήσαντα, μνημόσυνον λιπέσθαι
„ ἐς τὸν ἅπαντα ἀνθρώπων βίον, οἷον οὐδὲ Ἁρμόδιός
„ τε καὶ Ἀριστογείτων λείπουσι. νῦν γὰρ δὴ ἐξ οὗ
„ ἐδμώθησαν Ἀθηναῖοι, ἐς κίνδυνον ἥκουσι μέγιστον· καὶ
„ ἐν μὲν γε τοῖσι θεοῖσι τοῖσι Μήδοισι, δέδοκται τὰ
„ πείσονται οὐδὲ δεδομένοι Γῆν τοῖσι· ἐν δὲ εἰ ἡμῖν
„ ται αὕτη ἡ πόλις, οἵη τε ἔστι πρώτη τῶν Ἑλληνίδων
„ πολίων ἀνθέσθαι. κῶς ὦν δὴ ταῦτα οἷά τε ἔστι γενέ-
„ σθαι, καὶ κῶς ἐς ἐπὶ τουτέων αἰτήκει τῶν πρηγμάτων
„ ἐκ ἡμέας ἔχειν, νῦν ἔρχομαι φράσων. ἡμέων τοὺς στρα-
„ τηγοὺς ἐόντων δέκα, δίχα γίνονται αἱ γνῶμαι, τὸ μὲν,
„ κελευόντων, τὸ δὲ, ἐᾶν συμβάλλειν. ἢν μὲν μὴ νῦν μὴ
„ συμβάλωμεν, ἔλπομαί τινα σήσιν μεγάλην ἐμπε-
„ σοῦσαν διασείσειν τὰ Ἀθηναίων φρονήματα, ὥστε
„ μηδίσαι· ἢν δὲ συμβάλωμεν πρίν τι κακὸν σαπρὸν Ἀ-
„ θηναίων μετεξετέροισι ἐγκυρέσαι, ἡμῖν τὰ ἴσα νε-
„ μόντων, οἷοί τε εἰμὲν ἐκκρατέες γενέσθαι τῆς συμβολῆς.
„ Ταῦτα ὦν πάντα ἐς σὲ νῦν τείνει, ἐκ σέο ἤρτηται.

Ἢ μνημόσυνα λιπ. ἐς τ. ἐπ. αἰθ. βίον ἁπ.

exercitum duxerunt, in eorumque auxilium Athenienſes venerunt. Sed dum conſerturi prœlium eſſent, Corinthii haud contemnendam ſibi rem putantes, ad eos reconciliandos interuenere: atque vtrorumque permiſſu regionem hunc in modum terminarunt, vt Thebani eos Bœotos qui nollent inter Bœotos cenſeri, ſinerent facere quod vellēt. Hoc vbi decreuere Corinthii, abſceſſere. Abſcedentes quoque Athenienſes aggreſſi Thebani ſunt, commiſſaque pugna, repulſi. vnde Athenienſes tranſgreſſi quos Corinthii ſtatuerant terminos, [1] Aſopum fecerunt limitem Thebanis. Ergo Platæenſes Athenienſibus ſeſe quum dedidiſſent, ad Marathonem tunc auxilio venerunt. Erant CIX autem in Athenienſium ducibus ancipites ſententiæ, aliis vetantibus fieri prœlium: pauciores enim ſe eſſe quam vt cū Medis confligerent: aliis (quorum erat Miltiades) ad pugnandum hortantibus. Itaque quum eſſent bifariæ ſententiæ, & deterior vinceret, ibi Miltiades Callimachum Aphidnæum adiit, [2] tunc forte polemarchum, *id eſt*, *belli principem*: qui magiſtratus per ſuffragia electus in danda faba, *hoc eſt*, *in declaranda ſententia*, vndecimus eſt. nam quondam Athenienſes in dicenda ſententia parem ducibus faciebant polemarchum. Ad hunc Miltiades, In te, inquit, nunc Callimache ſitum eſt, vtrum in ſeruitutem Athenæ redigantur, an tu eas liberando memoriam tui in omne ævum relinquas, qualem ne Harmodius quidem atq; Ariſtogiton reliquerunt. Nam Athenienſes nunc in maximum omnium ex quo nati ſunt venere diſcrimen: qui ſi Medis ſuccumbant, palam eſt quę paſſuri ſint, traditi Hippiæ: ſin autem ſuperent, poterit hæc ciuitas vrbiū Græciæ effici prima. Quo autem pacto hæc fieri poſſint, & quomodo ad te harum rerum arbitrium redeat, nunc exponam: Noſtræ, qui duces ſumus, bifariæ ſunt ſententię de prœlio committendo: aliis id ſuadētibus, aliis diſſuadentibus. Qui niſi prœlium committimus, vereor ne magna exiſtat ſeditio, quæ mentes eorum ſolicitet ad ſentiendū cum Medis: ſin pugnamus antequā aliquid vitii in nonnullis Athenienſium ſubeat, poſſumus diis æquis cum victoria diſcedere. Hæc omnia ad te tendunt, & abs te dependent:

1 Aſopum & Hyſias Thebanis aduerſū Platæenſes limitem ſtatuerunt. Ergo Pl. 2 Tunc, quod vndecimū ſuffragium ad eum pertineret, qui ex facta per fabam ſortitione polemarchus Athenienſium creatus eſſet, *vel, ducēs fabæ ſortibus polem. Ath. creatus eſſet*, (olim enim Athenienſes ferendo ſuffragio parabant polemarchum faciebant) adit Callimachū Aphidnæum Miltiades, tunc polemarchū, eique dixit, In te nunc ſitum eſt Callimache, Athenas vel in ſeruitutem redigere, vel, illis liberatis, monumentum in omne ævum relinquere, qualem ne Harmod.

qui ſi

qui si meæ sententiæ accesseris, erit & tibi patria libera, & ciuitas omnium Græcarum princeps: sin accesseris sententiæ dissuadentium pugnam, eorum quæ recensui bonorũ tibi contraria exi-
cx stent. Hęc dicens Miltiades Callimachum induxit. Ita accedente sententia polemarchi, obtentum est vt confligeretur. Post hæc ii duces quorum sententia de confligendo fuerat, vt cuiusque dies imperitandi venerat, vicem suam Miltiadi dabant: quam ille accipiens, non tamen prius decertandum putauit quam sua dies imperii aduenit.
cxi Itaq; vbi vices eius fuere, tunc Atheniẽses hunc in modũ instructi sunt ad confligendum: Dextro cornu præerat Callimachus polemarchus. ita enim lex apud Athenienses tunc postulabat vt polemarchus dextrum cornu teneret. Hoc duce sequebantur deinceps ceterę tribus, vt quæq; ordine erat. Nouissimi autem sunt collocati Platæenses, sinistrum cornu tenentes. Quo factum est vt ab huius pugnæ tempore, quoties Athenienses ferunt hostias apud panegyrias, *id est, publicos conuentus*, quæ quinto quoque anno fiunt, Athenienses præco conceptis verbis precetur bona Athenienſibus pariter & Platæenſibus. Igitur Athenienſium acies tunc apud Marathonem instructa idcirco sic erat quod aciem Medicam imitabatur: sed in medio paucis conferta erat ordinibus, ideoque illic debilior: vtroque
cxii autẽ in cornu confertior. Quæ posteaquam ita instructa est, ac sacrificium litatum esse Athenienses audierunt, tũc cursu in barbaros tendunt. erat autẽ inter vtranque aciem non minus octo stadiorum intercapedinis. Quos cursu ferri in se videntes Persæ, aptabant se tanquam illos excepturi: insaniæ dantes id quod cernerent eos cursu tendere, quũ pauci essent, & nec equitatu nec sagittis freti. Hoc ita barbari interpretabantur. at vero Athenienses, posteaquam conferti conflixere cũ barbaris, pugnã memoratu dignã edebant. Quippe primi omniũ Græcorũ (quos ipsi nouimus) cursu in hostem vsi sunt: [1] primi sustinuerunt cernere Medica veste indutos: quum antehac vel audire nomen Me-
cxiii dorum Græcis terror fuisset. In Marathone quum diu pugnatũ esset, barbari circa mediã aciem vincebant, vbi Persæ stabãt & Sacæ, eamq; perrumpentes,

ἦν γὰρ σὺ γνώμην τῇ ἐμῇ προσθῇ, ἔστι τοι πατρίς τε ἐλευθέρη, καὶ πόλις πρώτη τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι· ἢν δὲ τῶν ἀποσπευδόντων τὴν συμβουλὴν ἕλῃ, ὑπάρξει τοι τῶν ἐγὼ κατέλεξα ἀγαθῶν ταὐτά.

Ταῦτα λέγων ὁ Μιλτιάδης, προσκτᾶται τὸν Καλλίμαχον. προσγενομένης δὲ τῇ πολεμαρχίῃ τῆς γνώμης, ἐκέκυρωτο συμβάλλειν. μετὰ δέ, οἱ στρατηγοὶ, τῶν ἡ γνώμη ἐφέρετο συμβάλλειν, ὡς ἑκάστη αὐτέων ἐγίνετο πρυτανηίη τῆς ἡμέρης, Μιλτιάδῃ παρεδίδοσαν. ὁ δὲ, δεκόμενος, οὔκω τι συμ- 235
βολὴν ἐποιέετο, πρίν γε δὴ αὐτῷ πρυτανηίη ἐγένετο. Ὡς δὲ ἐς ἑωυτὸν προῆλθε, τότε δὴ ἐτάσσοντο ὧδε Ἀθηναῖοι ὡς συμβαλέοντες. τῷ μὲν δεξιῷ κέρεϊ ἡγέετο ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος. ὁ γὰρ νόμος εἶχε οὕτω τοῖσι Ἀθηναίοισι, ἔν τῳ πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν· ἡγεμείου δὲ τούτου, ἑξεδέκοντο ὡς ἀριθμέοιτο αἱ φυλαὶ, ἐχόμεναι ἀλλήλων. τελευταῖοι δὲ ἐτάσσοντο, ἔχοντες τὸ εὐώνυμον κέρας, Πλαταιέες. ἀπὸ ταύτης γὰρ σφι τῆς μάχης, θυσίας Ἀθηναίων ἀναγόντων ἐς πανηγύρεις τὰς ἐν τῇσι πεντετηρίσι γινομένας, κατεύχεται ὁ κήρυξ ὁ Ἀθηναῖος, ἅμα τε Ἀθηναίοισι λέγων γίνεσθαι ἀγαθὰ καὶ Πλαταιεῦσι. τότε δὲ τασσομένων τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ Μαραθῶνι, ἐγίνετο τοιόνδε τι. τὸ στρατόπεδον ἐξισούμενον τῷ Μηδικῷ στρατοπέδῳ, τὸ μὲν αὐτοῦ μέσον ἐγίνετο ὀλίγῃσι παξίῃσι ὀλίγας· καὶ τούτῃ ἦν ἀσθενέστατον τὸ στρατόπεδον. τὸ δὲ κέρας ἑκάτερον ἔρρωτο πλήθεϊ.

Ὡς δὲ σφι διετέτακτο, καὶ τὰ σφάγια ἐγίνετο καλὰ, ἐνθαῦτα ὡς ἀπείθησαν οἱ Ἀθηναῖοι, δρόμῳ ἴεντο ἐς τοὺς βαρβάρους. ἦσαν δὲ στάδιοι οὐκ ἐλάσσονες τὸ μεταξὺ μέσον αὐτέων, ἢ ὀκτώ. οἱ δὲ Πέρσαι, ὁρέωντες δρόμῳ σφέας ἰόντας, παρεσκευάζοντο ὡς δεξόμενοι. μανίην τε τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐπέφερον, καὶ πάγχυ ὀλεθρίην, ὁρέωντες αὐτοὺς ὀλίγους, καὶ τούτους δρόμῳ ἐπειγομένους, ἔτε ἵππου οὐκ ὑπαρχούσης σφι, ἔτε τοξευμάτων. ταῦτα μέν νυν οἱ βάρβαροι κατεῖκαζον. Ἀθηναῖοι δὲ, ἐπεί τε ἀθρόοι προσεμίξαν τοῖσι βαρβάροισι, ἐμάχοντο ἀξίως λόγου. πρῶτοι μὲν γὰρ Ἑλλήνων πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, δρόμῳ ἐς πολεμίους ἐχρήσαντο, πρῶτοί τε ἀνέσχοντο ἐσθῆτά τε Μηδικὴν ὁρέοντες, καὶ τοὺς ἄνδρας ταύτην ἐσθημένους· τέως δὲ ἦν τοῖσι Ἕλλησι καὶ τοῦνομα τὸ Μήδων φόβος ἀκοῦσαι. Μαχομένων δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι, χρόνος ἐμήκυνε πολλός· καὶ τὸ μὲν μέσον τοῦ στρατοπέδου εἶκον οἱ βάρβαροι, τῇ Πέρσαι τε αὐτοὶ καὶ Σάκαι ἐτετάχατο. καὶ τοῦτο μὲν δὴ εἶκον οἱ βάρβαροι, καὶ ῥήξαντες,

1 Primique vestem Medicam & eos qui illam gestarent: cernere sustinuerunt, quum antea &c.

ἐδίωκον ἐς τ' μεσόγαιαν. ὃ δ' κέρας ἑκάτερον σίκων
Ἀθηναῖοί τε καὶ Πλαταιέες. ἰκῶτες δ', ὁ μὲν τε-
τραμμένον τῶν βαρβάρων φεύγειν ἔων· τοῖσι δ'
μέσον ῥῆξαι αἰτέων, σὺν αὖ τοῖσι κέρεα, ἐμά-
χοντο, καὶ σίκων Ἀθηναῖοι· φεύγουσι δὲ τοῖσι Πέρ-
σῃσι εἴποντο κόπτοντες, ἐς ὃ ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἀπι-
κόμενοι, πῦρ τε αἴτεον, καὶ ἐπελαμβάνοντο τῶν νε-
ῶν. Καὶ τὸ μὲν, ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ ὁ πολέ-
μαρχος Καλλίμαχος ἀγαθῇ ἐπείρετο, ἀνὴρ γενόμε-
νος ἀγαθός· ἀπὸ δὲ ἔθανε τῶν στρατηγῶν, Στησίλε-
ω ὁ Θρασύλεω τοῦ δὲ, Κυναίγειρος ὁ Εὐφορίω-
νος, σὺν ᾧ ἅπτεται βόμβος τῶν ἀφλάστων νηός, τὴν
χεῖρα ἀποκοπεὶς πελέκει, ὡς φασι· τοῦτο δ', ἄλλοι
Ἀθηναίων πολλοί τε καὶ ὀνομαστοί. Ἑπτὰ μὲν
δὴ τῶν νεῶν ἐπεκράτησαν τρόπῳ τοιῷδε Ἀθη-
ναῖοι. τῆσι δὲ λοιπῆσι οἱ βάρβαροι ἐξαναχρυ-
σάμενοι, καὶ ἀναλαβόντες ἐκ τῆς νήσου ἐν τῇ ἔλιπον,
τὰ δὲ Ἐρετριέων δυδεκάποδα, περιέπλωον Σούνι-
ον, βουλόμενοι φθῆναι τοὺς Ἀθηναίους ἀπικόμε-
νοι ἐς τὸ ἄστυ. αἰτίη δὲ ἦν Ἀθηναίοισι δεῖξαι Ἀλκμαι-
ωνιδέων μηχανῆς αὐτοῖς ταῦτα ὑπερφρονέουσι. τού-
τους γὰρ συνθεμένους τοῖσι Πέρσῃσι ἀναδέξασθαι
ἀσπίδα, εἶναι ἤδη ἐν τῇσι νηυσί. Οὗτοι μὲν δὴ
περιέπλωον Σούνιον. Ἀθηναῖοι δὲ ὡς ποδῶν εἶ-
χοντο, τάχιστα ἐβοήθεον ἐς τὸ ἄστυ. καὶ ἔφθησάν τε
ἀπικόμενοι, πρὶν ἢ τοὺς βαρβάρους ἥκειν, καὶ ἐς στα-
τοπεδεύσαντο, ἀπιγμένοι δὲ Ἡρακλείου τοῦ ἐν
Μαραθῶνι ἐν ἄλλῳ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Κυνοσάρ-
γεϊ· οἱ δὲ βάρβαροι τῇσι νηυσὶ ὑπαφορμηθέντες Φα-
λήρου, (τοῦτο γὰρ ἦν τὸ τότε τὸ Ἀθηναίων) ὑπὲρ
τούτου ἀνακωχεύσαντες τὰς νῆας, ἀπέπλεον ὀπίσω
ἐς τ' Ἀσίην. Ἐν ταύτῃ τῇ ἐν Μαραθῶνι μάχῃ
ἀπέθανον τῶν βαρβάρων χιλιάδες καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ τε-
τρακόσιοι ἄνδρες, Ἀθηναίων δὲ, ἑκατὸν ἐνενήκοντα καὶ
236 δύο. ἔπεσον μὲν ἀμφοτέρων τοσοῦτοι. συνέβη δὲ
αὐτοῦ θῶυμα τοιόνδε γενέσθαι· Ἀθηναῖον ἄνδρα
Ἐπιζήλεον Κουφαγόρεω ἐν τῇ συρῇσι μαχόμενόν τε, καὶ ἀνδρα γενόμενον ἀγαθόν, τῶν ὀμμάτων
στερηθῆναι, οὔτε πληγὴν σχόντα τοῦ σώματος, οὔτε
βληθέντα· καὶ ὃς λοιπὸν τῆς ζόης διατελέειν ἀπὸ
τούτου τοῦ χρόνου ἐόντα τυφλόν. λέγειν δὲ αὐτὸν ἤκ-
ουσα τοῦτο τοῦ πάθεος τοιόνδε τινὰ λόγον· δοκέειν οἱ ὁπλίτην ἀντίον ἑωυτοῦ μέγαν, καὶ ὃ γένυν τε ἀσπίδα
πᾶσαν σκιάζειν. Τὸ μὲν δὴ φάσμα τοῦτο ἑωυτὸ μὲν παρεξ-
ελθεῖν, τὸν δὲ ἑωυτοῦ θεράποντα ἀποκτεῖναι. ταῦτα
μὲν δὴ Ἐπιζήλεον ἐπυθόμην λέγειν. Δᾶτις δὲ
πορευόμενος ἅμα τῷ στρατῷ ἐς τὴν Ἀσίην, ἐπεί τε

hostem in mediterranea persequebantur: at in vtroque cornu vincentes Athenienses Platæenseſque, barbaris, qui terga dederant, fugere permissis, contraxerunt cornua, & cum iis qui mediam ipsorum aciem perfregerant, dimicantes, quum superassent, fugientes Persas vrgebant cædebantque, donec ad mare peruenientes, petito igne naues corripuere. Quo in certamine CXIV
Callimachus polemarchus interficitur, egregia nauata opera. Occubuit quoque è ducibus Stesileus Thrasyli, & Cynægirus EVphorionis filius, qui dum summam puppim apprehendit, abscissa bipenni manu cecidit: necnon alii Athenienses multi & clari. Ac septem CXV
quidē naues obtinuerunt Athenienses hoc modo: ceteris barbari retracti, receptaque præda Eretriensi ex insula vbi reliquerant, circumuecti sunt Sunium, animo prœuertendi Athenienses eueſtigio abeuntes. Ceterum Alcmęonidę ab Athenienſibus [1] insimulati sunt, quod videlicet ex composito Persis adhuc apud insulā agentibus scutum ostenderint. Dum illi Suniū circūuehuntur, CXVI
Athenienses eueſtigio abeuntes celerrime ad ferendam vrbi opem properarunt, barbarosq; eodem tendentes prœuerterunt: progressique ex Herculis templo quod est in Marathone, in aliud Herculis fanum quod est in Cynosargi, castra posuerunt. Barbari, quum classe Phalerū superassent (hic enim Atheniensium nauale tunc erat) super eum locum aliquandiu propter tempestatem morati, rursus in Asiā abierunt. Quo- CXVII
rum in hac pugna apud Marathonem gesta occubuere circiter sex millia trecenta: Athenienſium vero, centum nonagintaduo. tot ex vtrisque cecidere. In qua pugna hæc res mira contigit, vt Athenienſis quidam Epizelus Cuphagoræ filius, dum stante acie pugnat strenue, luminibus caperetur, neque saucius vlla parte corporis, neque ictus: atque ita cæcus in reliquum vitæ tempus permanserit. Quem audiui dicere solitū de sua clade, visum sibi esse ante se stare virum quendam armatū, procero corpore, cuius [2] mentum omnem clypeum inumbraret: & hanc laruam ipsum prætergressam, sed illum qui sibi assisteret occidisse. Hæc Epizelum solitum commemorare audiui. Porro CXVIII
Datis in Asiam cum classe rediens, vbi

1 Insimulati sunt, illis id molientibus Persas hoc consilium cepisse, quod videl. 2 Barba totum clyp.

Myco-

Myconum tenuit, vidit in ſomnis viſum. id tamen quod fuerit, non traditur: ſed vbi primum dies illuxit, naues rimatus eſt: compertoque in naui Phœnicia ſimulacro Apollinis inaurato, ſciſcitatus eſt quo è templo ſublatum eſſet: & vbi audiuit ex quo templo, nauigans ſua naui in Delum (iam enim Delii in inſulam redierant) ibi ſimulacrum in templo depoſuit, præcepitque Deliis vt illud in Delium Thebanorũ referrent, quod eſt ad mare eregione Chalcidis. Hoc vbi præcepit Datis, vela illinc fecit. Delii tamen hanc ſtatuam non reportauerunt, ſed viceſimo poſt anno eam Thebani ex oraculo in Delium contulerunt. Datis autem & Artaphernes, poſteaquam in Aſiam nauigauere, captiuos Eretrienſes Suſa perduxere. quos Darius rex, etſi in eos ante captiuitatem vultum contraxerat acerbitatis, quod ſe priores iniuria laceſſiſſent, tamen vt in conſpectum ſuũ adductos vidit ac ſibi ſubiectos, nullo alio malo affecit, ſed in ſuo Ciſſiæ regionis ſtathmo collocauit, cui nomen eſt Anderica: ducentis ac decem ſtadiis procul à Suſis, quadraginta à puteo qui exhibet trifarias rerum ſpecies. nam ex eo aſphaltum, *id eſt*, *bitumen*, & ſalem & oleum hauriunt, ad hunc modũ. Hauritur quidem celoneo, *id eſt*, *inſtrumento dicto ciconia*, pro ſitula autem, dimidiato vtre ad celoneum alligato: quo in puteum decuſſo, quicquid hauritur, mox in ciſternam diffunditur, atque hinc alio effuſum, triplici varietate concreſcit: in aſphaltum quidem & ſalem, protinus: oleum autem (quod Perſæ rhadinacen appellant) in vaſa colligunt. eſt autem atrum ac grauiter olens. Hoc loci rex Darius locauit Eretrienſes, quem ad meam vſq; memoriam tenuere, ſeruantes priſtinam linguam. Quod ad Eretrienſes attinet, ita habet. ¶ Ceterum poſt plenilunium duo millia Lacedæmoniorum Athenas venerunt, tanta feſtinatione adipiſcendi hoſtem, vt tridub quam ex Sparta diſceſſere, in Atticam peruenerint: & licet ſerius ad pugnam veniſſent, tamen intuendi Medos cupidi, ad illos intuendos in Marathonem perrexerunt. Quibus viſis, laudatiſque Athenienſibus ob præclarum facinus, rurſus redierunt. Tenet autem admiratio me, nec rationem inire poſſum, Alcmæonidas vnquam Perſis ex compoſito oſtentaſſe

ἐγίνετο ὁ Μυκόνιος, εἶδε ὄψιν ὁ τοῦ ὕπνου. καὶ ἥντινα μὲν δὴ ὄψιν ἐνόμισε ἰδεῖν, οὐ λέγεται· ὡς δὲ ἡμέρη τάχιστα ἐπέλαμψε, ζήτησιν ἐποιέετο τῶν νεῶν. εὑρὼν δὲ ἐν Φοινίσσῃ νηὶ ἄγαλμα Ἀπόλλωνος κεχρυσωμένον, ἐστωθάζετο ὁκόθεν σεσυλημένον εἴη. πυθόμενος δὲ ἐξ οὗ ἐνόμισε ἱροῦ, ἔπλεε τῇ ἐωυτοῦ νηὶ ἐς Δῆλον· καὶ, ἀπίκοντο γὰρ τηνικαῦτα οἱ Δήλιοι ὀπίσω ἐς τὴν νῆσον, κατατίθεται τε ἐς τὸ ἱρὸν τὸ ἄγαλμα, καὶ ἐντέλλεται τοῖσι Δηλίοισι ἀπαγαγεῖν τὸ ἄγαλμα ἐς Δήλιον τὸ Θηβαίων. τὸ δὲ ἔστι ἐπὶ θαλάσσῃ, Χαλκίδος καταντίον. Δᾶτις μὲν δὴ ταῦτα ἐντειλάμενος ἀπέπλεε. οἱ δὲ αἰδεσθέντα τοῦτον Δήλιοι οὐκ ἀπήγαγον, ἀλλά μιν δι' ἐτέων εἴκοσι Θηβαῖοι αὖθις ἐκ θεοπροπίου ἐκόμισαν ἐπὶ Δήλιον. Τοὺς δὲ τῶν Ἐρετριέων δουλοσαμένους Δᾶτίς τε καὶ Ἀρταφέρνης, ὡς προσέσχον ἐς τὴν Ἀσίην πλέοντες, ἀπήγαγον ἐς Σοῦσα. Βασιλεὺς δὲ Δαρεῖος, ὡρῶν μὲν αἰχμαλώτους γενέσθαι τοὺς Ἐρετριέας, ἐνεῖχέ σφι δεινὸν χόλον, οἷα δὴ ἐξ αἰτίων ἀδικίης πρότερον τῶν Ἐρετριέων· ἐπεί τε δὲ εἶδέ σφεας ἀπαχθέντας παρ' ἑωυτόν, καὶ ὑποχειρίους ἑωυτῷ ἐόντας, ἐποίησε κακὸν ἄλλο οὐδέν, ἀλλά σφεας τῆς Κισσίης χώρης κατοίκισε τὸ ταθμῷ ἑωυτοῦ, τῷ οὔνομά ἐστι Ἀνδείκα. ἀπὸ μὲν Σούσων δέκα καὶ διηκόσιοι σταδίους ἀπέχοντι, τεσσεράκοντα δὲ ἀπὸ τοῦ Φρέατος, ὃ παρέχεται τριφασίας ἰδέας. καὶ γὰρ ἄσφαλτον καὶ ἅλας καὶ ἔλαιον ἀρρύσσονται ἐξ αὐτοῦ τρόπῳ τοιῷδε· αἰτλέεται μὲν κηλωνήϊῳ, αἰτὶ δὲ γαυλοῦ, ἥμισυ ἀσκοῦ προσδέδεται. ὑποτύψας δὲ τούτῳ αἰτλέει, καὶ ἔπειτα, ἐγχέει ἐς δεξαμενήν. ἐκ δὲ ταύτης ἐς ἄλλο διαχέόμενον, τρέπεται τριφασίας ὁδούς. καὶ ἡ μὲν ἄσφαλτος ἐν οἱ ἅλες πήγνυνται τὸ ἁρμύτικα, ὃ δὲ ἔλαιον στεγάζουσι ἐς ἀγγήϊα, ὃ οἱ Πέρσαι καλέουσι ῥαδινάκην· ἔστι δὲ μέλαν, καὶ ὀδμὴν παρεχόμενον βαρέαν. κατοικίσθησαν τοίνυν Ἐρετριέας κατοίκισε βασιλεὺς Δαρεῖος, οἳ καὶ μέχρι ἐμεῦ εἶχον τὴν χώρην ταύτην, φυλάσσοντες τὴν ἀρχαίην γλῶσσαν. τὰ μὲν δὴ περὶ Ἐρετριέας, ἔσχε οὕτω. Λακεδαιμονίων δὲ ἦκον ἐς τὰς Ἀθήνας δισχίλιοι μετὰ τὴν πανσέληνον, ἔχοντες σπουδὴν πολλὴν καταλαβεῖν. ὕστερον οὕτω ὥστε τεσσαράκοντα ἡμέρας ὑστεροῦντες τῆς συμβολῆς, ἐμισέησαν τὸ μὴ ἐπιθέσθαι τοῖσι Μήδοισι. ἐλθόντες δὲ ἐς τὸν Μαραθῶνα, ἐθηήσαντο. μετὰ δὲ ἀνιέσαντες Ἀθηναίους, καὶ τὸν αἰνέοντες ἔργον αὐτῶν, ἀπαλλάσσοντο οἴκοι. Θωῦμα δέ μοι, καὶ οὐκ ἐνδέκομαι τὸν λόγον, Ἀλκμαίωνίδας αὖ κοτὲ διαδέξαι Πέρσῃσι σημήϊα

ἀσπίδα, βουλομένους ἅτε τοῦ βαρβαρικοῦ τε ἐόντος καὶ ἅτε τοῦ Ἱππίου· οἵ τινες μᾶλλον ἢ ὁμοίως Καλλίῃ τῷ Φαινίππου, Ἱππονίκου δὲ πατρὶ, φαίνονται μισοτύραννοι ἐόντες. Καλλίης τε γὰρ μοῦνος Ἀθηναίων ἀπιόντων ἐτόλμα, ὅκως Πεισίστρατος ἐκπέσοι ἐκ τῶν Ἀθηναίων, τὰ χρήματα αὐτοῦ κηρυσσόμενα ἅτε τοῦ δημοσίου ὠνέεσθαι, καὶ πάλλα τὰ ἔχθεα ἐς αὐτὸν πρήγματα ἐμηχανᾶτο. Καλλίεω δὲ τούτου ἄξιον πολλαχοῦ μνήμην ὁρῶ πρήγμα ἓν ἔχειν. τοῦτο μὲν γὰρ, τὰ προδιελέγμεθα, ὡς αἰνὰ ἄνδρες ἐλευθερώσαντες τὴν πατρίδα· τοῦτο δὲ, τὰ ἐν Ὀλυμπίῃ ἐποίησε, ἵππῳ νικήσας, τεθρίππῳ δὲ, δεύτερος ἡρέθη. πύθια δὲ προτέρῃσι δυοκαίδεκα, ἐφανερώθη ἐς τοὺς Ἕλληνας πρήγμασι μεγίστῃσι δαπρήσι. τοῦτο δὲ, κατὰ τὰς ἑωυτοῦ θυγατέρας, ἐούσας τρεῖς, οἷός τις ἀνὴρ ἐγένετο. ἐπείδη γὰρ ἐγίνοντο γάμου ὥρῃαι, ἔδωκε σφι δωρεὴν μεγαλοπρεπεστάτην, ἐκείνῃσί τε ἐξαίρετα. ἐκ γὰρ πρώτων τῶν Ἀθηναίων ὃν ἑκάστη ἐθέλοι αὐτέων ἑωυτῇ ἐκλέξασθαι, ἔδωκε πότῳ τῷ αὐτοῦ. Καὶ οἱ Ἀλκμεωνίδαι ὁμοίως, ἢ οὐδὲν κάρτα τούτου ἔσαν μιξότύραννοι. θωυμάζω ὦν μοι, καὶ οὐ προσίεμαι τὴν Ἡροδότου, τούτους γε αἰκάζεσθαι ἀσπίδα, οἵ τινες ἔφυγόν τε τὸν πρόπαν χρόνον πὰς τυραννίδας, ἐκ μηχανῆς τε τῆς τούτων ἔξέλιπον οἱ Πεισιστρατίδαι τὴν τυραννίδα. καὶ οὕτω τοὺς Ἀθηναίους οὗτοι ἔσαν οἱ ἐλευθερώσαντες πολλῷ μᾶλλον ἢπερ Ἁρμόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων, ὡς ἐγὼ κρίνω. οἱ μὲν γὰρ ἐξεγείρασι πὰς τοὺλοίπους Πεισιστρατίδεων Ἵππαρχον ἀποκτείναντες, οὐδέ τι μᾶλλον ἔπαυσαν πὰς λοιποὺς τυραννεύοντας. Ἀλκμεωνίδαι δὲ ἐμφανέως ἐλευθέρωσαν, εἰ μὴ οὗτοί γε ἀληθέως ἔσαν οἱ τὴν Πυθίην δυνατίσαντες προσημαίνειν Λακεδαιμονίοισι ἐλευθεροῦν τοὺς Ἀθηναίους, ὡς μοι προτέρῃσι δεδήλωται. Ἀλλὰ γὰ ἴσως ὑπεμφόμενοι τῶν Ἀθηναίων τὸν δῆμον προεδίδοσαν τὴν πατρίδα· ὑμῖν ὦν ἥσσων σφέων δῆλοι δοκιμώτεροι ἦσαν γε Ἀθηναίοισι ἄνδρες, ὑδ' οἱ μᾶλλον ἐτεπμέατο. οὔτω οὐδὲ λόγος αἱρεῖ δύνασθαι ἔκ γε αὖ τούτων ἀσπίδα ὑπὸ πιστῷ λόγῳ. αἰεδέχθη μὲν γὰ ἀσπὶς (ἐς τοῦ-

parmam, quod vellent Athenienſes barbaris atque Hippiæ ſubeſſe.[1] quippe quos conſtat in habendis odio tyrannis vehementiores quam ſimiliores fuiſſe Calliæ Phænippi, qui fuit pater Hipponici. nam Callias cum alia omnia in Piſiſtratum inimiciſſime commentus eſt; tum vero ſolus Athenienſium omnium, illius Athenis electi quum publice ſub præcone venderentur bona, emere auſus eſt. Cuius Calliæ mentionem crebro plerique omnes habere debent, cum ob ea quæ dicta ſunt, vt viri ſummopere patriam liberantis, tum ob hæc quæ in Olympia fecit. nam & in equorum curſu palmam obtinuit, & in quadrigario fuit ſecundus: & in ludis Pythiis quum primas obtinuiſſet, in vniuerſos Græcos ſumptuoſiſſimus extitit: tum ob id quod talem ſe in filias ſuas quæ tres fuerunt, exhibuit. nam poſteaquam nubiles extitere,[2] hoc eis magnificentiſſimum munus eſt gratificatus, vt quem ſibi vnaquæque vellet ex omnibus Athenienſibus, eum deligeret: atque ita eam illi nuptum dedit. At Alcmæonidæ aut perinde aut nihil minus quam Callias, peroſi tyrannos fuere. Quo maior me admiratio ſubit, minuſque admitto criminationem, eos parmam Perſis oſtentaſſe, qui per omne tempus tyrannos effugerunt, & quorum aſtutia Piſiſtratidæ tyrannidem reliquerunt. Atque ita multo magis Athenarum liberatores extiterunt, meo iudicio, quam Harmodius & Ariſtogiton. Illi enim Hipparcho interempto, non tam ceteros Piſiſtratidas ab affectanda tyrannide repreſſerunt, quam ad illam irritauerunt: Alcmæonidæ autem proculdubio Athenas liberauerunt, ſi modo ipſi fuere qui Pythiam perſuaſere ad Lacedæmonios commonefaciendos vt Athenas liberarent, quemadmodum ſuperius à me commemoratum eſt.[3] Atenim aliqui forſitan ſuccenſentes quod Athenienſi in populo patriam prodiderunt. Imo nulli erant eis inter Athenienſes viri illuſtriores, neque qui magis eſſent honorati.[4] Neque vero ſermo obtinuit, clypeum ab his eſſe oſtentatum, ſed tantummodo fuiſſe oſtentatum

CXXII

CXXIII

CXXIV

1 Quippe qui vel maiori vel certe pari odio tyrannos proſequuti eſſe comperiuntur ac Callias Phænippi filius, Hipponici pater. *Vt autem hic dixit μᾶλλον ἢ ὁμοίως, ſic paulo poſt,* ὁμοίως ἢ οὐδὲν κάρτα. 2 Dotem eis magnificentiſſimam dedit, atque hoc præterea gratificatus eſt, *vel, inauſus*, vt quem ſibi &c. 3 Atenim fortaſſe Athenienſium populo ſuccenſentes patriam prodebant. *Q. d. Atenim (dicet aliquis fortaſſe) ægre ferentes ſe non eum apud Athenienſes locum obtinere quo ſe dignos exiſtimabant, patriam prodere conabantur. Imo vero nulli ex Athenienſibus maiore autoritate præditi, nulli magis honorati erant: tantum abiſt vt ſua ſorte contenti non eſſent. & de eo Athenienſibus ſuccenſerent. Poteſt tamen & cum interrogatione legi hic locus eodem ſenſu.* 4 Quo fit vt rationi conſentaneum nullo modo eſſe poſſit, clypeum ab illis hac de cauſſa fuiſſe oſtenſum. oſtenſus enim clypeus fuit.

quod

quod nihil est quàm si id demum diceretur, ostensus quidem est, sed à quo ostensus, incertum. cxxv [1] Quamquam Alcmæonidæ iampridem extiterãt Athenis clari sane vsque ab Alcmæonide atque etiam Megacle. Etenim Alcmæon Megaclis filius, iis Lydis qui Sardibus a Crœso Delphos ad oraculum ierant, administrum se præbuit, eosque comiter accepit. Cuius beneficentiam Crœsus à Lydis quos ad oraculum miserat quum audisset, hominem accersiit, & vbi aduenit, eum donauit tanto auro quantum semel corpore suo ferre posset. Ad istam doni condicionem Alcmæon hanc astutiam attulit: Pergrandem tunicam amictus, ingenti in ea sinu relicto, cothurnisque quos laxissimos reperit calceatus, ad thesaurum perrexit ad quem ducebatur. [2] Ibi in aceruum ramentorum procumbens, primum cothurnos quibus erat indutus, auro quantum ferebant refersit: deinde omnem sinum suum atque etiam crines ramentis subigens, & parte in os desumpta, è thesauro processit, ægre trahens cothurnos, cuiuis alteri rei quam homini similis: cuius os quum turgidum esset, & omnia onusta, id cernens Crœsus, in cachinnumque erumpens, ea omnia illi donauit: nec minora his alia dona dedit. Ita domus hæc vehementer locupletata est, & Alcmæon quadriiugos equos alens, vicit Olympia. cxxvi Sed eam deinde secunda ætate Clisthenes Sicyonis tyrannus extulit, vt multo magis quam prius inter Græcos celebris extiterit. Erat enim Clistheni Aristonymi filio, Myronis nepoti, Andrei pronepoti, filia nomine Agarista: quam pater destinabat nuptum dare ei quem præstantissimum Græcorum omnium comperisset. Quum igitur ludi Olympiaci celebrarentur, & ex eis Clisthenes curriculo quadrigali victor extitisset, nunciari iussit voce præconis vt quisquis sese dignum putaret qui Clisthenis gener esset, is ad sexagesimum diem aut prius, Sicyone præsto foret, quod Clisthenes intra annum à sexagesimo die incepturus, exequi nuptias destinasset. Itaque omnes [3] Græci aut sua ipsorum aut familiæ claritate sibi confidentes, eo

ἐν τῷ τοῦτο οὐκ ἔστι ἀτρεκέως εἰπεῖν· ἐλθόντος γὰρ) ὅς μὲν τοι ἐπὶ τοῦτο ἀπαδέξας, οὐκ ἔχω πρόσωτερω εἰπεῖν τούτεων. οἱ δὲ Ἀλκμαιωνίδαι ἔσαν μὲν καὶ τὰ ἀνέκαθεν λαμπροὶ ἐν τῇσι Ἀθήνῃσι, ἀπὸ δὲ Ἀλκμέωνος, καὶ αὖτις Μεγακλέος, ἐγένοντο καὶ κάρτα λαμπροί. τοῦτο μὲν γὰρ, Ἀλκμέων ὁ Μεγακλέος τοῖσι ἐκ Σαρδίων Λυδοῖσι πρὸς Κροίσου ἀπικομένοισι ἐπὶ θεσπήιον ἐδίζητο ἐν Δελφοῖσι, συμπρήκτωρ τε ἐγένετο καὶ συνελάμβανε προθύμως· καί μιν Κροῖσος πυθόμενος τὸν Λυδῶν τοὺς ἐς τὰ χρηστήρια φοιτέοντας εὐεργέτεε ποιέειν, μεταπέμπεται ἐς Σάρδις. ἀπικόμενον δὲ δωρέεται χρυσῷ, τὸν δὲ δώσεσθαι τῷ ἑωυτοῦ σώματι ἐξείρηκε εἰσάπαξ. ὁ δὲ Ἀλκμέων πρὸς τὸν δωρεὸν ἐσθῆτα τοιαύτην διὰ δὴ τοῦτο ἐπιτηδεύσας, πρῶτα μὲν φορέει ἐνδυτὴν κιθῶνα μέγαν, καὶ κόλπον βαθὺν καταλιπόμενος ἐπὶ κιθῶνος, κοτόρνυγας τοὺς ὑπάρχοντας οἱ μάλιστα ὑποδησαμένους, ἤιε ἐς τὸν θησαυρὸν ἐς τὸν οἱ κατηγέοντο. ἐπισεσωρευμένης δὲ ἐς σωρὸν ψήγματος, πρῶτον μὲν παρέσαξε τοῖσι κνήμῃσι τοῦ χρυσοῦ ὅσον ἐχώρεον οἱ κόθορνοι μεγάλοι, τὸν κόλπον πρήσας πλησάμενος χρυσοῦ, καὶ ἐς τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς ἐπιπάσας τοῦ ψήγματος, καὶ ἄλλο λαβὼν ἐς τὸ στόμα, ἐξήιε ἐκ τοῦ θησαυροῦ, ἕλκων μόγις τοὺς κοτόρνυγας, πρωτὶ δὲ τῷ εἰκὼς μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ τοῦτό τε στόμα ἐβέβυστο, καὶ πρήσματα ἐξωίκωτο. ἰδόντα δὲ τὸν Κροῖσον γέλως ἐσῆλθε· καί οἱ πρήγματα ἐκ μὲν ἀνδρὸς ἄλλου ἐδίδου, καὶ πρὸς ἑτέροισι μιν δωρέεται, ὡς ἐλάσαντα ἐκείνων. οὕτω μὲν ἐπλούτησε ἡ εἰκία αὕτη μεγάλως, καὶ ὁ Ἀλκμέων οὗτος οὕτω τεθρίπποτε Ὀλυμπιάδα ἀναιρέεται. Μετὰ δὲ, ἡμέρῃ δευτέρῃ ὑστέρῃ, Κλισθένης μὲν ὁ Σικυωνίων τύραννος ἐξήρατο, ὥστε πολλῷ ὀνομαστοτέρην γενέσθαι ἐν τοῖσι Ἕλλησι ἢ πρότερον ἦν. Κλισθένεϊ γὰρ τῷ Ἀριστωνύμου τοῦ Μύρωνος τοῦ Ἀνδρέω, γήνεται θυγάτηρ τῇ οὔνομα ἦν Ἀγαρίστη. Ταύτην ἠθέλησε, Ἑλλήνων πάντων ἀξιωθέντων τὸν ἄριστον, τοῦτο συναίκα προσθεῖναι. Ὀλυμπίων δὲ ἐόντων, καὶ νικήσας τὸ ἅρμασι τεθρίππῳ ὁ Κλισθένης, κήρυγμα ἐποιήσατο, ὅστις Ἑλλήνων ἑωυτὸν ἀξιοῖ Κλισθένεος γαμβρὸν γενέσθαι, ἥκειν ἐς ἑξηκοστὴν ἡμέρην, ἢ καὶ πρότερον, ἐς Σικυῶνα, ὡς κυρώσοντος Κλισθένεος τὸν γάμον ἐν ἐνιαυτῷ, ἀπὸ δὲ ἑξηκοστῆς ἀρξαμένου ἡμέρης. ἐνθαῦτα Ἑλλήνων ὅσοι σφίσι τε αὐτοῖσι ἔδοξε καὶ πατρίδι ἐξωικωμένοι,

---

neque hoc aliter dici potest: factum enim fuit. sed à quo ostensus fuerit, de eo vltra hæc dicere non possum. *Id est, Hæc de re non habeo quod dicam: quippe qui sciam quidem ostensum fuisse Clypeum. sed nihil vltra, vt sit* οὐκ ἔχω εἰπεῖν προσωτέρω τούτων, *pro* οὐκ ἔχω εἰπεῖν, ἄτε οὐδὲν εἰδὼς προσωτέρω τούτων. *Illud autem* οὐκ ἔστι ἄλλως εἰπεῖν, *respondet Gallica phrasi, On ne peut dire autrement, pro, Non potest negari.* 1 Hi autem Alcmæonidæ cum ab antiqua origine clari extiterant, tum vero ab Alcmæone & rursum à Megacle clari vel maxime fuerunt. 2 Ibi aceruo ramentorũ *auri* incumbens, primũ quidem circa suas tibias tantum aggessit auri quantum cothurni capiebant: deinde vero quum sinum totum auro impleuisset, & capillos ramentis illis conspersisset, *vel, & ramenta illa per capillos sparsisset,* & alia ori indidisset, ex thesauro egressus est, & ægre cothurnos trahens, & cuiuis rei magis quam homini similis, vtpote cuius os obturatum, & partes omnes inflatæ essent. At Crœsus eum intuitus in risum prorupit, eique cum hæc omnia, tum vero alia his non minora donauit. 3 Græci qui & de seipsis & de patria sua magnifice sentiebant, eo

ἐφοίτεον μνηστῆρες· πᾶσι Κλισθένης ἀγῶνά τε καὶ δρόμον καὶ παλαίστρην ποιησάμενος, ἐπ' αὐτῷ τούτῳ εἶχε. Ἀπὸ μὲν δὴ Ἰταλίης ἦλθε Σμινδυρίδης ὁ Ἱπποκράτεος Συβαρίτης, ὃς ἐπὶ πλεῖστον δὴ χλιδῆς εἰς ἀνὴρ ἀπίκετο· (ἦν δὲ Σύβαρις ἥκμαζε τοῦτον τὸν χρόνον μάλιστα) καὶ Σείτης Δάμας ὁ Σαμύρεος ἀπὸ σοφοῦ λεγόμενος παῖς. ἀπὸ μὲν δὴ Ἰταλίης ἦλθον. ἐκ δὲ τοῦ κόλπου τοῦ Ἰονίου, Ἀμφίμνηστος Ἐπισφόρου Ἐπιδάμνιος· οὗτος δὲ ἐκ τοῦ Ἰονίου κόλπου. Αἰτωλὸς δὲ ἦλθε, Τιτορμοῦ τοῦ Ὀρσιφώντος τε Ἕλληνας ἰσχύι, καὶ φυγόντος ἀνθρώπους ἐς τὰς ἐσχατιὰς τῆς Αἰολίδος χώρης· τούτου δὲ Τιτορμοῦ ἀδελφεὸς Μάλης. ἀπὸ δὲ Πελοποννήσου, Φείδωνος τοῦ Ἀργείων τυράννου παῖς Λεωκήδης. Φείδωνος δὲ τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος Πελοποννησίοισι, καὶ ὑβρίσαντος μέγιστα δὴ Ἑλλήνων ἀνθρώπων· ὃς ἀξιώσας τοὺς Ἠλείων ἀγωνοθέτας, αὐτὸς ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα ἔθηκε. τούτου τε δὴ παῖς, καὶ Ἀμίαντος Λυκούργου Ἀρκὰς ἐκ Τραπεζοῦντος, καὶ Ἄζην ἐκ Παὸς πόλιος Λαφάνης Εὐφορίωνος, τοῦ δεξαμένου τε (ὡς λόγος ἐν Ἀρκαδίῃ λέγεται) τοὺς Διοσκούρους οἰκίοισι, καὶ ἀπὸ τούτου ξεινοδοκέοντος πάντας ἀνθρώπους· καὶ Ἠλεῖος ὀνομαστὸς Ἀγαίου· ἦσαν μὲν δὴ οὗτοι ἐξ αὐτῆς Πελοποννήσου ἦλθον. ἐκ δὲ Ἀθηναίων ἀστοῖσι μὲν Μεγακλέης τε ὁ Ἀλκμαίωνος τοῦ τῶν δὴ Κροίσου ἀστοῖσι μάλιστα, καὶ ἄλλος Ἱπποκλείδης Τισάνδρου, πλούτῳ καὶ εἴδεϊ τοῦ φέρων Ἀθηναίων. ἀπὸ δὲ Ἐρετρίης, ἀθλεύσης τότε τὸν ἐνιαυτόν, Λυσανίης. οὗτος δὲ ἀπ' Εὐβοίης μοῦνος. ἐκ δὲ Θετταλίης ἦλθε τῶν Σκοπαδέων Διακτορίδης Κρανώνιος. ἐκ δὲ Μολοσσῶν, Ἄλκων. τοσοῦτοι μὲν ἐμνῶντο οἱ μνηστῆρες.

Ἀπικομένων δὲ τούτων ἐς τὸν προειρημένην ἡμέρην, ὁ Κλεισθένης πρῶτα μὲν τοὺς πάντας τε αὐτέων ἀνεπύθετο, καὶ ἕκαστον· μετὰ δὲ, κατέχων ἐνιαυτὸν, διεπειρᾶτο αὐτέων τῆς τε δύδεκαλογίης, καὶ τῆς ὀργῆς, καὶ σωφροσύνης τε καὶ τρόπου, καὶ ἐνὶ ἑκάστῳ ἐς συνουσίην, καὶ σὺν ἅπασι· καὶ ἐς γυμνάσιά τε ἐξαγινέων ὅσοι ἦσαν αὐτέων νεώτεροι· καὶ τὸ μέγιστον ἐν τῇ σοφιστῇ διεπειρᾶτο. ὅσον γὰρ κατεῖχε χρόνον αὐτούς, τοῦτον πάντα ἐποίεε, καὶ ἅμα ἐξεδίζε μεγαλοπρεπέως. καὶ δὴ καὶ μάλιστα τῶν μνηστήρων ἠρέσκοντο οἱ ἀπ' Ἀθηναίων ἀπιγμένοι, καὶ τούτεων μᾶλλον Ἱπποκλείδης ὁ Τισάνδρου, ἐών τε κατ' ἀνδραγαθίην ἐφαίνετο, καὶ ὅτι οἱ αὐτεκαδὴν πᾶσι ἐν Κορίνθῳ Κυψελίδῃσι ὠπροσήκων.

proci contenderunt: quibus Cliſthenes & curriculum, & palæſtram ad certandum præparauerat. Ex Italia illuc ſe contulit Smindyrides Hippocratis filius Sybarita, (florebat autē maxime Sybaris ea tēpeſtate) qui vnus vir in plurimum deliciarum proceſſerat: & Siritanus Damas Samyris filius, eius qui ſapiens appellabatur. & hi quidem ab Italia venerunt. Ab Ionio autem ſinu Amphimneſtus Epiſtrophi filius Epidamnius. Ætolus vero Males, germanus Titormi illius qui Græcos robore fuerat ſupergreſſus; & in extrema Ætoliæ hqmines fugerat. E Peloponneſo autem Leocides Phidonis Argiuorum tyranni filius, eius inquam Phidonis qui ſpatia Peloponnenſibus ſtatuit, longe omnium Græcorum inſolentiſſimus: qui ſummotis Elienſium agonothetis, *id eſt, munerariis*, ipſe agonotheta extitit in Olympia, *id eſt, certamen præmiumque propoſuit*: necnon Amiantus Lycurgi filius Arcas, ex Trapezunte: & Laphanes Azenus, ex vrbe Pæo, filius EVphorionis eius qui (vt in Arcadia fertur fama) in domum ſuam excepit Caſtorem & Pollucem, [1] & ob id in omnes homines hoſpitalis: [2] & Eleus Agæi filius vir præclarus. Iſti ex ipſa Peloponneſo venerunt. Ex Athenienſibus autem, Megacles, Alcmæonis eius filius qui ad Crœſum ſe contulerat: & alter, Hippoclides, Tiſandri filius, diuitiis ac forma inter Athenienſes præcipuus. Ex Eretria autem (quæ per id tempus florebat) Lyſanias: ſolus hic ab Eubœa. E Theſſalia vero à Scopadeis Diactorides Cranonius. Ex Moloſſis autem Alcon. Tot proci fuere. Qui quum ad diem præſtitutam adfuiſſent, Cliſthenes ante omnia patriam ſingulorum familiamque percontatur. deinde eos annū apud ſe detinens, explorauit vniuſcuiuſque & virilitatem & iracundiam, & eruditionem, & mores: nunc cum ſingulis, nunc cum vniuerſis congrediens, & iuniores in gymnaſia educens: præcipue tamē in conuiuiis experiebatur. quandiu enim eos apud ſe tenuit, omnia fecit ac magnifice accepit. Sed ei inter procos præcipue cordi erant Athenienſes: [3] & illorū magis Hippoclidē Tiſandri ſtrenuum eſſe iudicabat, quū præſertim eius maiores Cypſeli Corinthii propinqui fuiſſent.

CXXVII

CXXVIII

1 Et ab eo tempore in quoslibet hoſpitalitatem exercuit: 2 Et Eleus Onomaſtus Agæi filius. Atque hi quidem ex ipſa Pel. ἐγε. *Valla autem putauit* ὀνομαστὸς *hic, vt vulgo, appellatiuum eſſe nomen.* ἠλεῖος *autem proprium: quum contra* ὀνομαστὸς *ſit hoc quidem loco nomen proprium,* ἠλεῖος *autem nomen à patria.* 3 Et ex illis magis Hippoclides Tiſandri filius, qui & ſtrenuitate ceteris præſtare iudicabatur, & eo quod eius maiores à Cypſelidis Corinthiis genus ducerent.

Quum

CXXIX Quum autem destinatus nuptiis dies illuxit, quo ipse Clisthenes edixerat indicaturum se quem ex omnibus deligeret, mactatis centum bobus, in conuiuium tum ipsos procos, tũ omnes Sicyonios accepit. Postea vero quàm cœnatum est, proci certamen de musica habere cœperunt, [1] pariter & de oratione habenda in medium, procedente autẽ potatione, Hippoclides, [2] quum longe alios anteecederet, iussit tibicinem sibi canere ἐμμέλειαν, *id est, sedatum quoddam saltationis genus.* Tibicine obsequente saltauit, sibi quidem placens, sed Clisthenes omnem rem cernens [3] dissimulabat. Post hæc aliquantulum interquiescens Hippoclides, iussit aliquam sibi inferri mensam: qua illata, primum super eam Laconiços saltauit modulos, mox alios Atticos: tertio super mensam capite statuto, cruribus veluti manibus gesticulabatur. Ad cuius primam ac secundam saltationem, etsi stomachabatur Clisthenes, eum qui tam impudens esset, generum sibi fieri, tamen sese continebat, nolens [4] in eum erumpere: at vbi vidit cruribus veluti manibus gesticulantem, iam se vltra continere non sustinens, inquit, Fili Tisandri, [5] desaltasti mattrimonium. Cui excipiens ille ait, Non est istud curæ Hippoclidæ. Vnde prouerbium factum

CXXX est, *Non est istud curæ Hippoclidæ.* Tunc Clisthenes silentio impositio, in medium hæc protulit, Viri proci meæ filiæ, vos equidem omnes laudo, vobisque omnibus, si fieri posset, gratificarer, neque vnum è vobis præcipuum probans, neque ceteros improbans: [6] verum fieri non potest vt de vnica virgine deliberans, omnium voto satisfaciam. Itaque singulis vestrũm, qui compotes huius mattrimonii non estis, tanquam dignis meæ filiæ nuptiis, quodque domo peregre abfuistis, singula argenti talenta dono do: Megacli aurem Alcmæonis filio meam filiam Agaristam despondeo ritu Athenienſium. Annuente condicioni Megacle, nuptiæ apud Clisthenem celebratæ

CXXXI sunt. [7] Hactenus quæ iudicandis procis gesta sunt: atque hunc in modum Alcmæonidæ per Græciam celebrati fuerunt.

Bene enim consultare, comperio maximum esse lucrum. nam etiamsi quid è contrario euenturum est, nihilo tamen minus bene consultum est, superauitque fortuna consilium: at qui turpiter consultauit, si ei fortuna obsecundauit, ille est quidem voti compos, nihilo tamen minus male consilium cepit. Vides vt prægrandia animalia fulmine deus ferit, nec sinit insolescere: parua vero [1] nihil lædit? Vides vt magna semper ædificia magnasque arbores huiusmodi fulminum tela percutiunt? Gaudet enim deus eminentissima quæque deprimere. Vnde & ingens exercitus ab exiguo profligatur, quoties deus iis quibus inuidet, aut metum incutit aut tonitruum. Propterea quidam secus ac dignitas sua postulabat, in calamitatem inciderunt, quia deus neminem alium quam seipsum sinit magnifice de se sentire. Omnis res properando parit errores, vnde magna detrimenta fieri adsolent: in cunctando autem bona insunt, si non talia quæ statim videantur esse bona, certe quæ suo tempore bona quis esse comperiat. Et hoc quidem tibi rex suadeo. Tu vero Gobryæ fili Mardoni desine loqui stulta de Græcis, haud dignis qui male audiant. nam Græcis detrahendo, ipsum regem vis excitare ad bellum illis inferendum: ad quod tu omni auiditate contendis: [2] quod absit vt fiat. Detractio nanque importunissima res est: in qua duo sunt qui iniuriam faciunt, vnus cui iniuria fit. Qui enim detrahit, iniurius est, quod non præsentem accusat: item qui huic credit, iniurius est, quod prius credit quam rem compertã habeat. & illi cui absenti detrahitur, ob id fit iniuria quod ab altero insimulatur vt malus, ab altero talis putatur. Quod si omnino bellum his viris inferre oportet, agedum: rex ipse permaneat domi apud Persas, nostrûm amborum liberi deponantur: tu in expeditionem ito, delectis quos velis viris ac quantiscunque velis copiis: &, si ex sententia tua res succedent regi, interimantur liberi mei, & insuper ego: sin succedent vt ego dico, interimantur tui, & insuper tu, si redieris. Quod si hanc subire condicionem recusas, cupisque in Græciam prorsus deducere exercitum, affirmo fore vt aliqui eorum qui hic relinquentur, audiant Mardonium

1 Ne vellicat quidem? 2 Absit vt talia fiant à nobis. Detractio enim, *vel, obtrectatio, aut calumnia*, res est detestissima.

post al-

post allatam Persis magnam aliquam calamitatem, à canibus volucribusque discerpi aut in Athenienſium ſolo aut in Lacedæmoniorum: niſi forte antea inter viam: tunc agniturum aduerſus quales viros ſuades regi vt moueat bellum. Hæc Artabano loquuto, Xerxes ira percitus his verbis excepit, Artabane, quod patris mei frater es, hoc te ſubleuat ne dignã ſtulta oratione mercedem recipias. hac tamen te notabo ignominia, quia inſtrenuus es & ignauus, ne comes ſis meæ in Græciam expeditionis, ſed hic vna cum feminis maneas. Ego etiam ſine te quæ dixi conficiam. neque enim fuerim Darii filius, (qui fuit Hyſtaſpis, qui fuit Arſamis, qui fuit Ariaramnis, qui fuit Teiſpei, qui Cyri, qui fuit Cambyſis, qui fuit Achæmenis filius) niſi Athenienſes vltus fuero: probe intelligens, ſi nos quieuerimus, non quieturos illos, ſed noſtram terram cum exercitu inuaſuros: prout colligere licet ex iis quæ illi facere cœperunt, qui & Sardis incenderunt, & Aſiam incurſarunt. Itaque neutris fas eſt recedere,[1] ſed vtriſque propoſitum eſt certamen aut agendi, aut patiendi, vt aut hæc omnia ſub Græcis, aut illa omnia ſub Perſis ſint. medium enim inimicitiarum nullum eſt. Quare honeſtum erit nos iam iniuria laceſſitos exigere vltionem, vt quam calamitatem paſſurus ſum intelligam, profectus aduerſus eos viros quos etiam Pelops Phryx noſtrorum maiorum ſeruus ita ſubegit vt ad hoc vſque tempus & ipſi homines & eorum regio ab illius qui ſubegit cognomine appellentur. Hæc hactenus loquutus eſt. [2] Deinde ſub veſperum, quum fuiſſet ſtomachatus Artabani ſententia, per noctem apud ſe conſultans, cõperit prorſus non eſſe ſibi opus inferre Græciæ bellum: immutataque rurſus ſententia, quũ obdormiſſet, viſus eſt in ſomnis (vt fertur à Perſis) videre quendam corpore ingenti atque ſpecioſo, qui ſibi aſtans diceret, Reuocaſtine ſententiam Perſa de inferendo Græciæ bello, [3] quum prædixeris Perſis te comparaturum eſſe exercitũ? Neq; ſi reuocaueris eam, bene facis, neq;

μέγά τι κακὸν ἐξεργασάμενον Πέρσας τὸ κυνῶν τε καὶ ὀρνίθων διαφορβήσαιον, ἢ καὶ ἐν γῇ τῇ Ἀθηναίων, ἢ σέ γε ἐν τῇ Λακεδαιμονίων· εἰ μὴ καὶ ἄρα καὶ πρότερον κατ' ὁδὸν, γνώσεαι ἐὼν οἵους ἀνδρας αἰχμιώσεις στρατεύεσθαι βασιλῆα. Ἀρτάβανος μὲν ταῦτα ἔλεξε. Ξέρξης δὲ θυμωθεὶς ἀμείβεται τοῖσδε, Ἀρτάβανε, πατρὸς εἶς τοῦ ἐμοῦ ἀδελφεός. τοῦτό σε ῥύσεται μηδένα ἄξιον μισθὸν λαβεῖν ἐπέων ματαίων· καίτοι ταύτῃ τιὴ ἀπομείωσόμενος ἐπέθηκα, ἐόντι κακῷ τε καὶ ἀθύμῳ, μήτε συστρατεύεσθαι ἐμοί γε ὅτι τὴν Ἑλλάδα, αὐτόν τε μένειν ἅμα τῇσι γυναιξί. ἐγὼ δὲ καὶ ἄνευ σέο, ὅσα περ εἶπα, ἐκτελέα ποιήσω. μὴ γὰρ εἶην ἐγὼ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος, τοῦ Ἀρσάμεος, τοῦ Ἀριαραμνέος, τοῦ Τεΐσπεος, τοῦ Κύρου, τοῦ Καμβύσεω, τοῦ Ἀχαιμένεος γεγονὼς, μὴ τιμωρησάμενος Ἀθηναίους· δοκέω δὲ ἐξεπιστάμενος ὅτι εἰ ἡμεῖς ἡσυχίην ἄξομεν, οὐδὲν ἧσσον ἐκείνους, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον στρατεύσονται ὅτι τὴν ἡμετέρην, εἰ χρὴ τεθμῷ πάντα τοῖσι ὑπάρχουσι ἐξ ἐκείνων· οἱ Σάρδις τε ἐνέπρησαν, καὶ ἦλθον ἐς τὴν Ἀσίην. οὕκων ἐξεστι χωρέειν ὀπίσω ἐπιστρεφομένοισι δίκην τοῦ ἔχει, ἀλλὰ ποιέειν ἢ παθέειν περὶ ἐστὶ ἀγών· ἵνα ἡ πάσῃ πόλι τὸ Ἕλληνι ἢ ἐκείνῃ πόλι τὸ Περσῃσι γένηται· ὁμὸν γὰρ μέσον οὐδὲν τῆς ἔχθρης ἐστί. καλὸν ὦν, περ τοι δόξας ἡμέας τιμωρέειν ἐπιγίνεται, ἵνα καὶ ὃ δόξαν, ὃ πείσομαι, τοῦτο μάθω, ἐλάσας ἐπ' ἀνδρας τούτους· τοὺς γε καὶ Γύλαξ ὁ Φρύξ, ἐὼν ἐμὸς πατρώιος δοῦλος, κατεστρέψατο οὕτω ὡς καὶ ἐς τόδε αὐχέει τε ὠνήσεσθαι καὶ ἡ γῆ αὐτέων ἐπώνυμος τοῦ καταστρεψαμένου καλέεται. Ταῦτα μὲν ὅτι τοσοῦτο ἐλέγετο. Μετὰ δὲ, ὀψίης τε ἐγίνετο, καὶ Ξέρξεα ἔκνιζε ἡ Ἀρταβάνου γνώμη. νυκτὶ δὲ βουλὴν διδοὺς, πάγχυ οἱ οὐ δοκέοντι εἶναι στρατεύεσθαι ὅτι τὴν Ἑλλάδα. δεδογμένων δέ οἱ αὖτις τούτεων, κατύπνωσε· καὶ δή κου ἐν τῇ νυκτὶ εἶδε ὄψιν τοιήνδε, ὡς λέγεται ὑπὸ Περσέων· ἐδόκεε ὁ Ξέρξης αὐτὸς ἑωυτοῦ ἐπιστὰς μέγας τε καὶ εὐειδὴς εἶναι, Μετὰ δὴ βουλεύεσθαι ὦ Πέρσαι στρατεύμα ἄγειν ὅτι ἐπὶ Ἑλλάδα, πρόσθεν ἁλίζας Περσῃσι στρατόν· ὅτε ὦν μεταβαλλόμενος ποιέοις δή, οὔτε

1 *Quidam ſic*, Sed in eo res vertitur diſcrimine vt aut faciendum aut patiendum aliquid ſit. 2 Vt autem nox aduenit, mordere cœpit Xerxem Artabani ſententia. Quum autem in conſilium noctem adhibuiſſet, plane comperiebat è re ſua non eſſe expeditionem in Græciam ſuſcipere. Quum igitur hæc contraria prioribus decreuiſſet, obdormiit. Sed ea nocte viſus eſt in ſomnis &c. *Illud* ἔκνιζε *verti etiam poteſt* Scrupulum iniiciebat. *Eodem autem fere modo vſus eſſe videtur Ouidius verbo* mordere. *Illud vero* ἐδόκεε οἱ οὐ πάγχυ εἶναι, *videtur ad verbum reſpondere phraſi noſtrati & ea melius exprimi, Que ce n'eſtoit pas ſon conſeil.* 3 Quum iam Perſis vt copias cogerent denunciaueris? Atqui nec quod ſententiam reuoces bene facis, nec ——

„ ὁ συμφωνότατός τοι πάρεξ· ἀλλ' ὥσπερ τῆς ἡμέρης
ἐβούλευσας ποιέειν, ταύτην ἴθι τὴν ὁδόν. Ὁ μὲν,
ταῦτα εἰπὼν, ἐδόκεε ὁ Ξέρξης ἀποπλάθαι.
Ἡμέρης δὲ γενομένης, ὀνείρου μὲν τούτου λό-
γον οὐδένα ἐποιέετο, ὁ δὲ Περσέων συναλίσας τοὺς
ἀνδρὰς τοὺς πρώτους συνέλεξε, ἔλεγέ σφι τάδε,
„ Ἄνδρες Πέρσαι συγγνώμην μοι ἔχετε ὅτι ἀγχί-
„ στροφα βουλεύομαι. φρενῶν τε γὰρ ἐς τὰ ἐμεωυ-
„ τοῦ πρήγματα οὔκω αἰήκω, καὶ οἱ παρηγορεόμενοι κε-
„ να ποιέειν, οὐδένα χρόνον μοι ἀπέχονται. ἀκού-
„ σαντι μέντοι μοι τῆς Ἀρταβάνου γνώμης, οὐδαμοῦ
„ πάρα μοὶ ἡ νεότης ἐπέζεσε, ὥστε ἀειπέσεσι ἀπορρί-
„ ψαι ἔπεα ἐς ὕβριν πρεσβυτέρου ἢ χρεών· νῦν μέν-
„ τοι συμφορῇ, χρήσομαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ. ὡς ὦν με-
„ ταδεδογμένῳ μοι μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς Ἕλ-
„ λήνας, ἥσυχοι ἔστε. Πέρσαι μὲν, ὡς ἤκουσαν ταῦ-
τα, κεχαρηκότες προσεκύνεον. Νυκτὸς δὲ γε-
νομένης, αὖτις τοῦτο ὄνειρον ἐλέξε τῷ Ξέρξῃ, καὶ συ-
„ πεπωκότι ὅτι σὺ, Ὦ παῖ Δαρείου, οὐ δὴ φαίνεαι
„ τὸ Πέρσῃσί τε ἀπειπάμενος τοῦ στρατηλασίου, οὐ
„ τὰ ἐμὰ ἔπεα τὸ σὸν ποιησάμενος λόγῳ, ὡς παρ'
„ σοῦνὸς ἀκούσας. Σὺ νῦν τόδε ἴσθι, ἵνα μὴ αὖ-
χὶ αὐτῶν ἀναχάσῃ· „ τίς στρατηλατέης, τάδε τοι ἐξ αὐτέων προσδό-
„ κα αἰασχήσειν· ὡς οὐ μέγας οὐ πολλὸς ἐγένεο τὸ ὀ-
„ λίγῳ χρόνῳ, οὕτω οὐ ταπεινὸς ὀπίσω αὖ τάχος ἔσε-
αι. Ξέρξης μὲν δείσας ὑπνώσσων τῇ ὄψει, αὐτά
τε ἔδραμε σὺν τοῖσι, καὶ πέμπει ἄγγελον, Ἀρτά-
βανον καλέοντα. ἀπιγμένῳ δὲ ἔλεγε Ξέρξης τάδε,
„ Ἀρτάβανε, ἐγὼ τοιῷδε μὲν σὺκ ἐσωφρόνεον,
„ εἶπας ἐς σε μάταια ἔπεα, χρηστῆς εἵνεκα συμβολῆς·
„ αὖ μέντοι οὐ πολλὸν χρόνον μετέγνων. ἔγνων δὲ
„ ταῦτά μοι ποιητέα εἶναι τὰ σὺ παρεθήκαο. σύκων
„ δυνατός τοι εἰμὶ ταῦτα ποιέειν βουλόμενος. τεθα-
μμένῳ γὰρ δὴ οἱ μετεγνωκέναι ὅτι φοιτᾷ ὄνειρον φλυ-
„ τάζειν μοι, οὐδαμῶς συνεπαινέον ποιέειν με ταῦ-
„ τα· νῦν δὲ οἱ ἀφαπειλῆσαν οἴχεται. εἰ δὲ θεός ἐστι ὁ
„ ὀπιπέμπων, καὶ οἱ πάντως σὺ ἡδυὴ ἔστι γενέσθαι
„ στρατηλασίην ὅτι τ' Ἑλλάδα, ὅτι τοι ἥσεται καὶ σοὶ
„ τοῦτο τοῦτο ὄνειρον, ὁμοίως ὡς καὶ ἐμοὶ ἐπιτελόμε-
νον. Κελεύω δὴ ὦδε· ἐμὸν οἰκήιον πᾶσαν, καὶ σὺ δὲ,
„ ἐμὸν θρόνον, καὶ ἕσσαι τὸ κείνῃ τῇ ἐμῇ κατυπνώσα-
„ ας. Ξέρξης μὲν ταῦτά οἱ ἔλεγε. Ἀρτάβανος δὲ
οὐ πρώτῳ κελεύσματι πειθόμενος, οἷα δὴ ἀξιού-
μενος ἐς τὸν βασιλήιον θρόνον ἵζεσθαι, τέλος ὡς
ἠναγκάζετο, εἵπας πάντα, ἐποίεε τὸ κελευόμενον,

qui tibi assentiatur adest. quare perge ire eam viam quam interdiu ire destinaueras. Hæc loquutus ille visus est Xerxi ab aspectu euanuisse. Vbi dies illuxit, Xerxes huius insomnii nulla ratione habita, coacto eorundem Persarum quos pridie coegerat concilio, ita verba fecit, Viri Persæ, veniam mihi date dicenti contrariam superiori sententiam. nam & ego nondum ad summum quo perueniendum est mihi prudentiæ perueni: & qui vt illud faciam suadent, nullo vnquã à me tempore abscedunt. Eoque mihi Artabani sententiam audienti, confestim iuuẽtus efferbuit vt verba in virum grandẽ natu effunderem petulantiora quam debui. nunc itaque agnoscens erratum meum, vtar illius sententia: & quoniam reuocaui expeditionis sumendæ sententiam, vos quieti estote. Hæc vbi audiere Persæ, lætitia affecti regem adorauere. Insequenti nocte idem rursus insomniũ quiescenti Xerxi assistens, inquit, Fili Darii, videris expeditionem apud Persas reuocasse, verbis meis pro nihilo habitis, quasi illa à nemine audisses. Hoc igitur nunc bene intellige, nisi extemplo inis expeditionem, hoc tibi ex ea re continget: quemadmodum breui magnus & amplus effectus es, ita breui rursus humilis eris. Hoc viso perterrefactus, è cubili exiliit pariter & nunciũ misit ad accersendum Artabanum. qui vbi aduenit, ita ad eum inquit, Artabane, ego statim quũ in te bene consulentẽ mihi stultis verbis inuectus sum, non fui compos mentis: sed non multo post pœnitens, cognoui id mihi esse faciendum quod tu præcipiebas. Tamen id volens exequi, non possum. nam mihi iam animo immutato, & prioris sententiæ pœnitenti, apparuit in somnis visio, dissuadens omnino hoc quod posterius facere constitueram: quinetiam nunc interpositis minis abscessit. Quod si Deus est qui insomnium misit, eique prorsus est cordi expeditionem sumi aduersus Græciam, continget hoc tibi quod mihi insomnium, itidem vt mihi præcipiens. Quod ita fore coniecto, si omnem meum ornatum sumas, eoque indutus [1] in sella mea consideas, & deinde in cubili meo capias somnum. Hæc loquuto Xerxi, Artabanus initio nolle obsequi, atque negare se dignum qui regio in solio sederet: tandem quum cogeretur, fecit imperata, hæc præloquutus,

——— adest quisquam qui tibi *huius rei, id est, reuocatæ sententiæ*, conscius futurus sit. *Vel*, Nec adest qui tibi *hoc delictum reuocatæ sententiæ* condonaturus sit. *q. d. Nec ego qui tibi adsto impune hoc abire sinam.* 1 In solio meo

Apud

1 Apud me rex tantundem valet bene sentire per se, & alteri bonam dicenti sententiam accedere: quæ ambo tibi quum adsint, malorum tamen hominum colloquia te deprauant: quemadmodum mare, quod est hominibus omnium vtilissimum, ferunt ab ingruentibus ventorum flatibus non sini natura sua vti. Ego vero[1] quum ex te male audiui, non tam meam dolui vicem quam tuam: qui, quum propositæ essent duæ sententiæ Persis, vna quæ detrimentum augeret, altera quæ tolleret, dicens pernicioſum esse imbui animum vsu plura semper expetendi: his propositis sententiis, tu elegisti eam quæ & tibi ipsi & Persis est periculosior. 2 Nunc autem quum ad te mutato in melius consilio de sumenda aduersus Græcos expeditione ais accessisse insomnium, alicuius dei nutu, quod te vetat dimittere exercitum, hoc non res diuina est, fili. insomnia enim ista sunt, quæ adeuntia homines frustrantur, quemadmodum ego te docebo, multis quam tu annis natu grandior. Consuerunt ipsa somniorum visa plerunq; frustrari ob ea quæ quis per diem mente agitauit. nos autem nudiustertius[2] expeditionem hanc inter manus & quidē vehemēter habuimus. 3 Quod si hoc nō est cuiusmodi ego dico, sed aliquid diuini habens, tu ipse omnia in summa dixisti. apparebit enim vt tibi, ita & mihi eadem iubens. Verum nihilo magis apparere mihi debebit tuum amictum gerenti, quam non gerenti, sed meum: neque magis quiescenti in tuo toro quam non, sed in meo: si etiam alias vult se exhibere. Neque eo vesaniæ peruenit illud quicquid est quod sese obtulit in somnis, vt me cernens putet esse te, ducto è vestibus argumento. Id autem si me contemptui habebit, profecto nec aspectu suo dignabitur siue mea gerentem vestimenta, siue tua, sed te adibit: quod iam animaduertendum est. Nam si frequentius accesserit, ipse quoque fatebor diuinum esse. Ceterum si ita tibi agendum videtur, neque id reuocari potest, en ad cubandum in tuo cubili pergo. Age, mihi quoque, quum ista fecero, appareat. hac tantum condicione tuæ sententiæ acquiescam. Hæc loquutus

Γ'σθι σκεῖνο ὦ βασιλεῦ παρ' ἐμοὶ κείμενα, φρονέειν τε εὖ, καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι· τάδε καὶ ἀμφότερα πάρεστι, ἀνδράσι κακοῖσι ὁμιλίη σφάλλουσι. καπνὸν μὲν τὸν πάντων χρησιμώτατον ἀνδράσι θάλασσαν, πνεύματα φαῦλα ἀέκοντα ἐμποδίζουσα, οὐ περιορᾶν φύσει τῇ ἑωυτῆς χρᾶσθαι. ἐμὲ δὲ ἀκούσαντα τοὺς σοὺς κακῶς, οὐ τοσοῦτον ἔδακε λύπη, ὅσον γνωμέων σέο περκειμένων Πέρσῃσι, τῆς μὲν, ὕβριν αὐξούσης, τῆς δὲ, καταφρονούσης, καὶ λεγούσης ὡς κακὸν εἴη διδάσκειν τὸν ψυχὴν πλέον τι δίζεσθαι αἰεὶ ἔχειν τοῦ παρεόντος, τουτέων περκειμένων γνωμέων, ὅπη τὸν σφαλερωτέρην σεωυτῷ τε καὶ Πέρσῃσι αἱρέο. νῦν ὦν, ἐπείδὴ πίτρωσαι ὅτι τὸν ἀμείνω, φής τοι μεπείθειν ὃν ἐπ' Ἕλληνας στόλον, ἐπιστάμενον ὄνειρον θεοῦ τινὸς πομπῇ, ὃς οὐκ ἐῶντός σε καταλύειν τὸν στόλον. ἀλλ' οὐδὲ ταῦτά ἐστι θεῖα, ὦ παῖ. σύμπνια γὰρ τὰ ἐς ἀνθρώπους πεπλασμένα, τοιαῦτά ἐστι οἷά σε ἐγὼ διδάξω, ἔτεσι σοῦ πολλοῖσι πρεσβύτερος ἐών. πεπλάσθαι αὐτὰ μάλιστα εἰώθασι αἱ ὄψιες τῶν ὀνείρων, τὰ περ ἡμέρης φρονέει. ἡμεῖς δὲ καὶ περὶ τῆς ἡμέρης ταύτην τὴν στρατηλασίην καὶ σὺ μάλιστα εἴχομεν μετὰ χεῖρας. εἰ δὲ ἄλλο μή ἐστι τοῦτο τοιόνδε οἷον ἐγὼ λέγω, ἀλλά περ τοῦ θεοῦ μετέχον, σὺ πρῶτα αὐτὸ συλλαβὼν εἰπὲ σύ. φαίνεται γὰρ δή κάμοὶ ὡς καὶ σὺ λέγοντι ἀμφὶ τοῦ ἐμοῦ. φανοῦμαι δὲ οὐδὲν μᾶλλον μοι ὀφείλειν ἔχοντι τῷ σῷ ἐσθῆτα, ἢ οὐκὶ τῷ ἐμῷ· οὐδὲ μᾶλλον ἐν κοίτῃ τῇ σῇ ἀναπαυσόμενος, ἢ οὐ καὶ ἐν τῇ ἐμῇ· εἴπερ γε ἢ ἄλλως ἐθέλει φαίνειν. οὐ γὰρ δὴ ἐς τοσοῦτό γε δυσμενείης αἰνίκεται τοῦτο ὁ, τι δηλήσεσθαι ὃν ὄψιν φαινόμενόν τοι ἐν τῷ ὕπνῳ, ὥστε δίζεσθαι, ἐμὲ ὁρᾶν, σὲ εἶναι, τῇ σῇ ἐσθῆτι τεκμαιρόμενον. εἰ δὲ ἐμὲ μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιήσεται, οὐδὲ ἀξιώσει ὄψεσθαι φαίνειν, οὔτε ἣν τὴν ἐμῷ ἐσθῆτα ἔχω, οὔτε ἣν τὴν σὴν, οὐδὲ ὄψεσθαι τοῦτο μαθητέον ἤδη ἐστί. εἰ γὰρ δὴ ὄψεσθαί γε συνεχέως, φαίην ἄν καὶ αὐτὸς θεῖον εἶναι. εἰ δέ τοι οὕτω δέδοκται γίνεσθαι, καὶ οὐκ οἷά τε αὐτῷ ἐναντιοῦσθαι, ἀλλ' ἤδη ἵημι ἐν κοίτῃ τῇ σῇ κατυπνώσας, φέρε, τουτέων ἐξ ἐμοῦ ὄψεσθαι τελεομένων, φαίνεσθω καὶ ἐμοί. μέχρι γὰρ τούτου τῇ παρεούσῃ γνώμῃ χρήσομαι. Τοιαῦτα εἰπὼν

247 χρ σφαλερωτέρην τῷ χρ ἑωυτῷ

XVII

---

1 Quum tu me probris es insectatus, non id mihi tam doluit, quam quod ex duabus sententiis quæ Persis propositæ erant, altera insolentiam prouehente, altera eam compescente, & pernicioſum esse dicente docere animū plura præsentibus semper expetere: ex his sententiis eam tu elegeris &c. 2 *Id est, de hac expeditione, magna cum animi contentione egimus, vel, tractauimus.*

Ἀρτάβανος, νομίζων Ξέρξεα ἀποδίξειν λέγοντα ὐδέν. ἐποίεε ὃ κελεύομενον. ἐνδὺς δὲ τὴν Ξέρξεω ἐσθῆτα, καὶ ἑζόμενος ἐς ὃν βασήιον θρόνον, ὡς μετὰ ταῦτα κατέκειτο, ἦλθέ οἱ κατυπνωμένῳ τὠυτὸ ὄνειρον ὃ καὶ τῷδε Ξέρξεα ἐφοίτα. δόξαι δὲ τὸν Ἀρταβάνου, εἶπε τάδε, Ἄρα σὺ δὴ κεῖνος ἢς ὁ ἀποστρέπων Ξέρξεα στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ὡς δὴ κηδόμενος αὐτοῦ; ἀλλ' οὔτε ἐς ὃ μετέπειτα, οὔτε ἐς τὸ παρεὸν νοῦν κατέσχες, οὔτε κατασχὼν δηλώσεις ἀποτρέπων ὃ χρεὼν γενέσθαι. Ξέρξεα δὲ τὰ δεῖ πάσχειν, καὶ ἀνήκουστον εἶναι παθεῖν, αὐτῷ σοὶ δεδήλωται.

Ταῦτά τε δὴ ἐδόκεε Ἀρτάβανος ὄνειρον ἀπειλέειν, καὶ θερμοῖσι σιδηρείοισι ἐκκαίειν αὐτὸν μέλλειν τοὺς ὀφθαλμούς. καὶ ὡς, ἀμβώσας μέγα δεινὸν θέσκει· καὶ παρεξόμενος Ξέρξῃ, ὡς τὸν ὕπνον οἱ τοῦ ἐνυπνίου διεξῆλθε ἀπηγεόμενος, δόντι ἐκ οἱ λέγει τάδε, Ἐγὼ μὲν, ὦ βασιλεῦ, οἷα ἀνθρώπου ἰδόντα τε πολλὰ καὶ μεγάλα πεσόντα πρήγματα ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, οὐκ ἔων σε τὰ πρῶτα τῇ ἡλικίῃ εἴκειν· ἐπιστάμενος ὡς κακὸν εἴη ὃ πολλῶν ἐπιθυμέειν· μεμνημένος δὲ καὶ ὧν ἐς Μασσαγέτας Κύρου στόλον ὡς ἔσχε, μεμνημένος δὲ καὶ ὧν ἐς Αἰθίοπας τὸν Καμβύσεω, συστρατεύσας δὲ καὶ Δαρείῳ ἐπὶ Σκύθας. ἐπιστάμενος ὧν ταῦτα, γνώμην εἶχον, ἀτρεμίζοντά σε μακαρίζων εἰ πασέων πρώτων ἀνθρώπων. ἐπεὶ δὲ δαιμονίη τις γίνεται ὁρμὴ, καὶ Ἕλλησι (ὡς ἔοικε) φθορή τις καταλαμβάνει θείη πρόφασις, ἐγὼ μὲν καὶ αὖθις ἐρέομαι, καὶ τὴν γνώμην μεταπέσομαι· σὺ δὲ σήμηνον μὲν Πέρσῃσι τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ πεμπόμενα, κέλευε δὲ τοῖσι ἐκ σέο προφάτοισι προεργασμένοισι ἐς τὸν πόλεμον σκευήν. πρέπει δὲ οὕτω ὅκως τοῦ θεοῦ προδιδόντος, τῷ σῷ ἐνδεήσῃ μηδέν. τουτέων λεχθέντων, ἐπαυσάμην εἰπὼν τῇ ὄψει, ὡς ἡμέρη ἐγίνετο τάχιστα, Ξέρξης τε ἐπερρώσθη ταῦτα Πέρσῃσι· καὶ Ἀρτάβανος, ὃς πρότερον ἀποστρέφων μοῦνος ἐφαίνετο, τότε ἀποστρέφων φανερὸς ἦν. Ὡρμημένῳ δὲ Ξέρξῃ στρατηλατέειν, μετὰ ταῦτα τρίτη ὄψις ἐν τῷ ὕπνῳ ἐγίνετο, τὸν οἱ μάγοι ἐκείνην ἀναχρύσαντες, φέρειν τε ὑπὸ πᾶσαν γῆν, καὶ ἀγαλόμενοι τε οἱ πάντας ἀνθρώπους. ἡ δὲ ὄψις ἐν τάδε· ἐδόκεε ὁ Ξέρξης ἐστεφανῶσθαι ἐλαίης θαλλῷ· ἀπὸ δὲ τῆς ἐ-

Artabanus, [1] quod speraret ea à Xerxe sine vllis verbis admissum iri, iussa exequutus est. Et quum induta sibi Xerxis veste, regali solio resedisset, moxque recubuisset, idem insomnium dormientẽ adiit quod Xerxem adierat, eique superassistens, ita inquit, [2] Tune ille es qui festinantem ire in Græciam Xerxem distines, tanquã eius curator? Tu neque in futurum neque in præsens consideras, qui dissuades id quod est fatale contingere. Quid autem Xerxem pati necesse sit, nisi dicto audiens fuerit, ei ipsi demonstratum est. His XVIII verbis Artabano visus est ille vir in somnis minitari, candentibusque ferramentis conari oculos ipsi exurere. Qua de re vehementer exclamans Artabanus exiliit, aditoque Xerxi obseruatam sibi in somnis visionem exposuit, secundoque loco hæc inquit: [3] Equidem rex, ego, veluti homo, quod multa iam videram, & magna negocia sub Hesionibus contigisse, non sinebam te omni ætati indulgere, gnarus rem esse malam multa concupiscere, memoria tenens quomodo cum exercitu Cyri contra Massageras actum esset: quomodo cum exercitu Cambysis contra Æthiopes: qui etiam cum Dario militaui aduersus Scythas. Hæc sciens ego, sentiebam te (si quiescerres) omnium hominum beatissimum. Sed quoniam diuinus quidam instinctus est, & Græcos clades quædam (vt videtur) missa diuinitus manet, ego quoque cedo, ac sententiam muto. Tu vero quæ diuinitus missa sunt, indicato Persis, iubetoque vt iis quę ad apparatum pertinentia ante præceperas, operam dent. Et ita agito vt nihil tuorum, deo tribuente, desit. His dictis, & sublatis ex ea visione animis, vbi dies extitit, ibi confestim & Xerxes hæc Persis exponit, & Artabanus, quem constabat prius solum omnium id fuisse dehortatum, tunc exhortabatur. ¶ Post hæc ineunti expedi- XIX tionem Xerxi tertium in somnis visum oblatum est: quod magi auditum, coniectarunt ad vniuersam terram pertinere, portendereque omnes homines Xerxi seruituros. Visum autem tale erat: Videbatur sibi Xerxes surculo oleagino coronatus esse, cuius o-

μεμνημένος δὲ μεμνησκόμενος

1 Quum speraret fore vt quæ à Xerxe dicerentur, vana esse probaret, iussa exeq. 2 Tune ille es qui Xerxem ab inferendo Græcis bello dehortaris, tanquam eius curam gerens? At nec in præsens nec in posterum impune tibi erit quod ea dissuades quæ fata fieri volunt. 3 Ego certe, rex, qui multos quorum res ampliores essent, ab illis quorum res angustiores erant, superatos vidissem, te per omnia morem ætati gerere non sinebam. *At Valla populum aliquem sub Hessionum nomine videtur fonasse.*

lex ra-

læ ramis vniuersa tellus occuparetur, & mox corona capiti circundata, euanescere. Hæc magis interpretatis, sine mora Persæ qui in concilio fuerant, ad suam quisque præfecturam digressi, omni studio incubuerunt ad exequenda iussa, cupidi dona quæ proposita fuerant obtinendi. Xerxes autem ita copias suas contraxit vt omnem continentis locum scrutaretur. siquidem à debellata Ægypto per totum quadriennium comparauerat exercitum, atque eius apparatum, quinto autem anno ineunte mouit cum ingenti copiarum manu. Nam omnium quos nouimus exercituum hic multo maximus extitit: adeo vt ad eum nihil fuisse videatur aut ille Darianus, qui aduersus Scythas ductus est, aut ille Scythicus, qui Cimmerios insequens Medicam regionem inuasit, ac pæne omnia superiora Asiæ subegit ac tenuit: (quo nomine Darius postea Scythas iuit vltũ) aut ille (vt fama fert) Atridæ aduersus Ilium, aut ille ante Troicũ bellum, Mysorũ Teucrorumq;, qui per Bosphorum in Europam transgressus, omnes Thraces in deditionem suam redegit, ad Ioniumque Pontum descendens, ad Peneum vsq; amnem qui ad meridiem vergit, processit. Neq; illi omnes exercitus, neque alii his adiecti, cum vno hoc comparari merentur. [1] Quis enim non attulit ad Xerxem ex Asia copias? quæ aqua præter ingentes amnes potando non defecit? Alii nanque naues præstabant, aliis vt peditatum, aliis vt equitatum, aliis vt nauigia ad vectandos equos eorum qui vna militabant, aliis vt naues longas in vsum pontium præstarent, iniunctum erat, aliis vt frumentum & naues. Quæ triennio superiore præparata erant, præcipue propter Athon, vt in quo superior classis dum circumuehitur afflictata fuisset. Ad Eleuntem enim Chersonesi classis habebat stationem, illincque omnes copiæ sub verberibus cœperunt Athon effodere, quum per vices alii aliis succederent, adiuuantibus etiam in effodiendo accolis: præpositis operi, Bubare Megabyzi, [2] & Artæo Artachæi filio, viris Persis. Est autem Athos mons ingens ac nobilis, ad mare pertingens, ab hac parte hominibus cultus, ad continentem desinens in speciem Chersonesi, *id est*, *peninsulæ*, cum isthmo duo-

λαίης τοὺς κλάδους χῶ πᾶσαν ὀπίσχειν. μετὰ δὲ, ἀφανισθῶσι τοῖ τῇ κεφαλῇ κείμενον ὄν ς έφανον. κεινδύνων δὲ τούτῃ τῶν μάγων, Περσέων τε τῶν συλλεχθέντων, αὐτίκα πᾶς ἀὴρ ἐς τὸν ἀρχὴν τὸν ἑωυτῶ ἀπελάσας, εἶχε θυμὸν πᾶσαν ὁδὸν τοῖσι αἰειρημένοισι, θέλων αὐτὸς ἕκαστος τὰ προκείμενα δόξεα λαβεῖν. Καὶ Ξέρξης τῶ ς ρατῶ οὕτω ἐπαίρειν ποιέεται, χαίρων πολλὰ ἐρεώνων τῆς ἠπείρου. ἀπὸ γὰρ Αἰγύπτου ἀλώσιος, ὁκὶ μὲν τέσσερα ἔτεα πλήρεα τῶν ἀρτέετο ς ρατιήν τε καὶ τὰ τροφόρα τῇ ς ρατιῇ· πέμπτῳ δὲ ἔτεϊ αἰρομένῳ ἐς ρατηλάτεε χειρὶ μεγάλῃ πλήθεος. ς όλων γὰρ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν πολλῷ δὴ μέγιστος οὗτος ἐγένετο· ὥστε μήτε τὸν Δαρείου τὸν ὁκὶ Σκύθας τῶν δὲ τοῦτον μηδὲν φαίνεσθαι, μήτε τὸν Σκυθικὸν, ὅτε Σκύθαι Κιμμερίους διώκοντες, ἐς τὴν Μηδικὴν χώρην ἐμβαλόντες, σχεδὸν πάντα τὰ αἴω τῆς Ἀσίης κατα ρεψάμενοι, ἐνέμοντο. τῶν εἵνεκεν ὕς τερον Δαρεῖος ἐλυμήνατο. μήτε κατὰ τὰ λεγόμενα τῶν Ἀτρειδέων ἐς Ἴλιον, μήτε τὸν Μυσῶν τε καὶ Τευκρῶν, τὸν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν γενόμενον· οἱ ἀναβάντες ἐς τὴν Εὐρώπην κατὰ Βόσπορον, ἔθνεά τε Θρηϊκας κατε ρέψαντο πάντας, καὶ ὁκὶ τὸν Ἰόνιον πόντον κατέδησαν, μέχρι τε Πηνειοῦ ποταμοῦ τὸν πρὸς μεσαμβρίην ἔλασαν. Αὗται αἱ πᾶσαι, οὐδὲ ἕτεραι πρὸς ταύτησι γενόμεναι αἱ ς ρατηλασίαι, μίης τῆσδε οὐκ ἄξιαι. τί γὰρ δεῖ λέγειν ὅσα τῆς Ἀσίης ἔθνεα ὁκὶ τὴν Ἑλλάδα Ξέρξης; χεῖον δὲ πινόμενον ὕδωρ οὐκ ἐπέλιπε, πλὴν τῶν μεγάλων ποταμῶν; οἱ μὲν γὰρ νέας παρείχοντο, οἱ δὲ ἐς πεζὸν ἐτετάχατο, τοῖσι δὲ ἵππος προσετέτακτο, τοῖσι δὲ ἱππαγωγὰ πλοῖα, ἅμα ς ρατευομένοισι· τοῖσι δὲ ἐς τοὺς γεφύρας μακρὰς νέας παρέχειν· τοῖσι δὲ, σῖτά τε καὶ νέας. καὶ τῶτο μὲν, ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους ἐπιστάτων τῶν πρόσθεν προσπλεόντων τῶν Ἄθων, προετοιμάζετο πρότερον ἐτέων, καὶ μάλιστα ἐς τὸν Ἄθων. ἐν γὰρ Ἐλεοῦντι τῆς Χερσονήσου ὥρμεον τριήρεες· ἀπὸ δὲ ὁρμεόμενοι, ὤρυσσον ὑπὸ μαστίγων πάντα πάντες, διάδοχοι δὲ ἐφοίτων· ὤρυσσον δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄθων κατοικημένοι. Βουβάρεις δὲ ὁ Μεγαβάζου, καὶ Ἀρταχαίης ὁ Ἀρταίου, ἄνδρες Πέρσαι, ἐπεστάτεον τοῦ ἔργου. Ὄρος γὰρ Ἄθως ἐστὶ ὄρος μέγα τε καὶ ὀνομαστὸν, ἐς θάλασσαν κατήκον, οἰκημένον ὑπὸ ἀνθρώπων. τῇ δὲ τελευτᾷ ἐς τὴν ἤπειρον ὁ ὄρος, χερσονησοειδές τε ὄσον, καὶ ἰσθμὸς ὡς δια-

1 Quam enim ex Asia gentem in Græciam non adduxit Xerxes? 2 Et Artachæo Artæi filio,

δεκα σταδίων· πεδίον δὲ τοῦτο, καὶ χλωνοὶ οὐ μεγάλοι ἀπὸ θαλάσσης τῆς Ἀκανθίων, ὀπὶ θάλασσαν τὴν πρὸς μεσαμβρίην Τορώνης· ἐν δὲ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ, ἐς ὃν τελευτᾷ ὁ Ἄθως, Σάνη πόλις Ἑλλὰς οἴκηται. αἱ δὲ ἐντὸς Σάνης, ἔσω δὲ τοῦ Ἄθω οἰκημέναι, τὰς τότε ὁ Πέρσης νησιώτιδας αὐτὶ ἠπειρωτίδων ὥρμητο ποιέειν, εἰσὶ αἵδε, Δῖον, Ὀλοφυξός, Ἀκρόθοον, Θύσος, Κλεωναί. πόλιες μὲν αὗται αἱ ἐν Ἄθωι νέμονται. Ὤρυσσον δὲ ὧδε· δασάμενοι ὃν χῶρον οἱ βάρβαροι κατὰ ἔθνεα, κατὰ Σάνιον πόλιν σχοινοτενὲς ποιησάμενοι· ἐπεὶ δὲ ἐγίνετο βαθεῖα ἡ διώρυξ, οἱ μὲν, κατώτατα ἑστεῶτες, ὤρυσσον· ἕτεροι δὲ παρεδίδοσαν ἐν αἰεὶ ἀξορυσσόμενον χῶν ἄλλοισι κατύπερθε ἑστεῶσι ὅπῃ βάθος ἦν· οἱ δ' αὖ ἐκδεκόμενοι, ἑτέροισι, ἕως ἀπίκοντο ἐς τοὺς ἀνωτάτω· οὗτοι δὲ ἀξεφόρεόν τε καὶ ἀξέβαλλον. τοῖσι μὲν δὴ ἐν ἄλλοισι πλὴν Φοινίκων, καταῤῥηγνύμενοι οἱ χρημνοὶ τῆς ὀρύγματος, πόνον δι πλήσιον παρεῖχον. ἅτε γὰρ τῷ τε ἄνω στόματος καὶ τῷ κάτω τὰ αὐτὰ μέτρα ποιεύμενον, ἔμελλε σφι τοιοῦτον ἀποβήσεσθαι· οἱ δὲ Φοίνικες σοφίῃ ἔν τε τοῖσι ἄλλοισι ἔργοισι ἀποδείκνυνται, καὶ δὴ καὶ ἐν τῷδε. ἀπολαχόντες γὰρ μέρεος ὅσον αὐτοῖσι ἐπέβαλε, ὤρυσσον· τὸ μὲν ἄνω στόμα τῆς διώρυχος ποιεῦντες δι πλήσιον ἢ εὖρος ἔδει αὐτὴν τὴν διώρυχα γενέσθαι· προβαίνοντος δὲ τοῦ ἔργου, στεινοτέρην αἰεὶ. κάτω τε δὴ ἐγίνετο, καὶ ὀξυτάτῳ τοῖσι ἄλλοισι τὸ ἔργον. σύθαυμα δὴ λειμῶνά σφι ἀμφὶ τὴν ὀρυχὴν ἐγίνετο καὶ ὠνητήριον. σῖτος δὲ σφισι πολλὸς ἐφοίτα ἐκ τῆς Ἀσίης ἀλλησόμενος. Ὡς μὲν ἐμὲ συμβαλλομένῳ δοκέειν, μεγαλοφρονίης εἵνεκα αὐτὸ Ξέρξης ὀρύσσειν ἐκέλευε, ἐθέλων τε δυνάμιν ἀποδείκνυσθαι, καὶ μνημόσυνα λιπέσθαι. παρεὸν γὰρ, μηδένα πόνον λαβόντας, διαβῆναι τὸν ἰσθμὸν τὰς νέας ἕλκειν, ὀρύσσειν ἐκέλευε διώρυχα τῇ θαλάσσῃ, δύο ὡς δυοὶ τριήρεες πλέειν ὁμοῦ ἐλαστρεομένας. τοῖσι δὲ αὐτοῖσι τούτοισι τοῖσι περ καὶ τὸ ὄρυγμα, προστέτακτο καὶ τὸν Στρυμόνα ποταμὸν ζεύξαντας γεφυρῶσαι. Ταῦτα μὲν δὴ ὧν οὕτω ἐποιέετο. παρεσκεύαζετο δὲ καὶ ὅπλα ἐς τὰς γεφύρας βύβλινά τε καὶ λινᾶ λευκὰ ὑπερτείνας Φοινίξί τε καὶ Αἰγυπτίοισι καὶ σιτία τῇ στρατιῇ καταβάλλειν, ἵνα μὴ λιμήνειε ἡ στρατιὴ, μηδὲ τὰ ὑποζύγια ἐλαυνόμενα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. αἰατεύοντο δὲ τοὺς χώρους,

Θύσσον,

διορύσσειν

decim ſtadiorum. Hæc planities atque tumuli, è mari Acanthiorum ad mare quod eſt contra Toronem, non ſunt magni. In hoc iſthmo vbi Athos finitur, ſita eſt vrbs Græca nomine Sana. Quę autem extra Sanam & intra Athon ſitæ ſunt vrbes, eas tunc Perſa ex continentibus inſulanas facere aggreſſus eſt: quæ ſunt hæ, Dion, Olophyxus, Acrothoon, Thyſus, Cleonæ. Iſtæ quidem ſunt vrbes quæ apud Athon incoluntur. Hunc autem in modum barbari locum [1] nationatim effodiebant recto limite Sanam verſus. Poſteaquam depreſſa erat foſſa ab iis qui in imo fodiebant, alii humum effoſſam aſſidue tradebant aliis ſuper ſcalas ſtantibus: & iſti excipientes tradebant deinceps aliis, dum ad ſummos perueniebatur, qui illam efferebant atque abiiciebant. Qua in re [2] tumuli effoſſi duplicē laborem illis, præterquam Phœnicibus, prębebant: nam quum eandem facerent foſſæ menſuram ſuperius in ore quam inferius in fundo, id neceſſe fuit contingere. At Phœnices cum aliis in rebus, tum vero in illa prudentiam ſuam declarauerunt: qui partem quæ ſibi cōtigerat, ita excauauerunt vt os foſſæ duplū eſſet quàm ipſam foſſam eſſe oportebat, procedenteque opere aſſidue illam coarctabant: vt quum ad imum deuentum eſſet, foſſa ceterorum partibus adæquaretur. Eſt autem hoc loco pratū quoddam, vbi illorum erat & forum & mercatus, quo multum etiam ex Aſia frumenti moliti comportabatur. Hāc foſſam Xerxes (vt ego coniectura colligo) iactantiæ gratia deprimi iuſſit, potentiæ oſtentandæ cupidus, ac memoriæ ſui relinquendæ. nam quum liceret nullo negocio naues per iſthmum tranſportare, iuſſit iſthmū intercidi, ad mare recipiendum in foſſam tantæ latitudinis vt duæ triremes pariter illac agitari poſſent. Eiſdem autem imperatum eſt vt foſſam facerent, quibus fuerat vt flumen Strymonē pontibus iungerent. Iſta Xerxes hunc in modū fecit. Cōparauit item ad pontem [3] armaturā, [4] ſirpi atq; albi lini copiam: dato hoc Phœnicibus atq; Ægyptiis negocio vt commeatū exercitui comportarent: ne homines neve iumenta quæ ducebantur in Græciam, [5] abſumerentur. Sed admonitus

XXIII

XXIV

XXV

1 Nationatim diſtributum effoderunt 2 Prærupta præcipitia foſſę dupl. 3 Σπλα hic vocantur funes nautici. Gall. Le cordage. 4 Bybli 5 Fame laborarent. λιμήνειε, non λυμήνειε.

iuſſit

iussit illum in loca quæ cuique opportunissima essent, alius alia via comportaret vndique ex Asia nauibus onerariis & vectoriis. Verum plurimi comportarunt in oram quæ dicitur Album litus, vt quibusque præceptum erat: alii in Tyrodizam Perinthiorum oram, alii in Doriscum, alii in Eionem, quæ est super Strymonem: alii in Macedoniam. Dum isti in imperato sibi traiectu occupantur, interea Xerxes, coactis omnibus pedestribus copiis, iter ingressus est Sardis versus, mouens ex Critalis Cappadociæ. Illuc enim edictum erat vt cunctæ copiæ cogerẽtur, quæ per continentem erant cum Xerxe ituræ. In quibus quisnam præfectorum agmen pulcherrime instructum ducens, ab rege donatus est proposito præmio, affirmare non possum, quia nec à principio, quum res in iudicium deducta est, cognoui. Posteaquam autem transmisso flumine Haly, attigerunt Phrygiam, itinere per eam facto, peruenerunt Celænas, vbi fontes Mæandri existunt: & alterius amnis non minoris Mæandro, nomine Cataractæ, qui ex ipso foro Celænarum exoriens influit in Mæandrum. In qua vrbe & in quo foro visitur suspensa Sileni Marsyæ pellis in vtrẽ formata: quam à Phrygibus fertur Apollo illi detractam suspendisse. ¶ In hac vrbe residens Pythius Atys filius, vir Lydus, omnem regis exercitum atque ipsum Xerxem magnificentissimo hospitio excepit: sponditq; se pecuniam ei in bellum suppeditaturum. Ob quam sponsionem Xerxes eos qui aderant Persas interrogauit quisnam esset Pythius, & quantũ possidẽs, qui hoc polliceretur. Illi, Rex, inquiunt, hic ille est qui Darium patrẽ tuũ aurea platano ac vite donauit: quique nunc omnium hominum diuitiis princeps est secundum te. Hæc vltima verba Xerxes admiratus, secundo loco percontatus est ipse Pythiũ quantum ei pecuniarum esset. Cui ille, Neque te, inquit, celabo rex, neque dissimulabo me scire meas ipsius facultates: sed sciens, proinde exacte recensebo. Etenim [1] posteaquã accepi, celerrime te ad mare Græcum esse descensurum, volens tibi ad bellum pecuniam dono dare, subducta ratione comperi mihi esse argenti quidem duo millia

καταβάλλειν ἐκέλευε ἵνα ὅτι τηδεωτατον εἴη, ἄλλα ἄλλη ἀγινέοντας ὁλκάσι τε καὶ πορθμηίοισι ἐκ τῆς Ἀσίης πολυπαχέης. Ὧν δὲ τῶν πλείστων ἐς Λευκὴν ἀκτὴν καλεομένην τῆς Θρηίκης ἀγίνεον, οἱ δὲ, ἐς Τυρόδιζαν τὴν Περινθίων, οἱ δὲ, ἐς Δορίσκον, οἱ δὲ, ἐς Ἠιόνα τὴν ὑπὲρ Στρυμόνι, οἱ δὲ, ἐς Μακεδονίην ἀφατεπαγμένοι. Ἐν τῷ δὲ οὗτοι ὧν τοσοῦτον πόνον ἐργάζοντο, ὁ τοῦτῳ ὁ στρατὸς ἅπας συλλελεγμένος ἅμα Ξέρξῃ ἐπορεύετο ἐς Σάρδις, ἐκ Κριτάλλων ὁρμηθεὶς τῶν ἐν Καππαδοκίῃ. ἐνθαῦτα γὰρ εἴρητο συλλέγεσθαι πάντα ὅσα κατ' ἤπειρον μέλλοντα ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ στρατεύεσθαι στρατόν. ὡς μὲν νυν τῷ ἐπάρχων στρατὸν κάλλιστα ἐσταλμένον ἀγαγὼν, τὰ τοσοῦτα καὶ τοιάδε βασιλέος ἔλαβε δῶρα, οὐκ ἔχω φράσαι. οὐδὲ γὰρ ἀρχὴν ἐς κρίσιν τούτου πρὶν ἐλθόντας οἶδα. οἱ δὲ, ἐπεί τε διαβαίτης ὁ Ἅλυος ποταμὸν, ὡμίλησαν τῇ Φρυγίῃ, δι' αὐτῆς πορευόμενοι, παρεγένοντο ἐς Κελαινάς, ἵνα τε αἱ πηγαὶ ἀναδιδοῦσι Μαιάνδρου ποταμοῦ, καὶ ἕτερον οὐκ ἐλάσσονος ἢ Μαιάνδρου, τὸ οὔνομα τυγχάνει ἐὸν Καταρράκτης· ὃς δὲ αὐτῆς τῆς ἀγορῆς τῆς Κελαινέων ἀνατέλλων, ἐς ὃν Μαίανδρον ἐκδιδοῖ· ἐν τῇ καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλι ἀναρτέαται· ὃν νυν τὸν Φρυγῶν λόγος ἔχει νυν τὸν Ἀπόλλωνος ἐκδαρέντα ἀναρτεμασθῆναι. Ἐν ταύτῃ τῇ πόλι νυν κατοικημένος Πύθιος ὁ Ἀτυος, ἀνὴρ Λυδὸς, ξεῖνισε τὴν βασιλέος στρατιὴν πᾶσαν ξεινίοισι μεγίστοισι, καὶ αὐτὸν Ξέρξεα· χρήματά τε ἐπαγγέλλετο, βουλόμενος ἐς τὸν πόλεμον παρέχειν. ἐπαγγελλομένου δὲ χρήματα Γυθίου, εἴρετο Ξέρξης Περσέων τοὺς παρεόντας, τίς τε εἰὼν ἀνδρῶν Πύθιος, καὶ κόσα χρήματα κεκτημένος, ἐπαγγέλλοιτο ταῦτα. οἱ δὲ εἶπαν, Ὦ βασιλεῦ, οὗτός ἐστι « ὃς τοι ὃν πατέρα Δαρεῖον ἐδωρήσατο τῇ πλατανίστῳ τῇ χρυσείῃ, καὶ τῇ ἀμπέλῳ· ὃς καὶ νῦν ἐστι πρῶτος ἀνθρώπων πλούτῳ τῷ ἡμεῖς ἴδμεν, μετά σε. « Θωυμάσας ὁ τῶν ἐπέων ὁ τελευταῖον Ξέρξης, αὐτὸς δεύτερα εἴρετο Πύθιον ὁκόσα οἱ εἴη χρήματα· ὁ δ' εἶπε, Ὦ βασιλεῦ, οὔτε σε ἀποκρύψω, οὔτε σκήψομαι ὃ μὴ εἰδέναι τὴν ἐμεωυτοῦ οὐσίην, ἀλλ' ὅτι « σταθμώσομαί τοι ἀτρεκέως καταλέξω. ἐπεί τε γὰρ πάντα σε ἐπυθόμην ὅτι θάλασσαν καταβαίνοντα « τὴν Ἑλλησπόντου, βουλόμενός τοι δοκέω ἐς τὸν πόλεμον χρήματα, ἐξέμαθον, καὶ βουλεύσας λογιζόμενος, ἀργυρίου μὲν δύο χιλιάδας ἑούσας μοι «

1 Quum ad mare Græciæ descendere te audissem, statim opum mearum rationem inire aggressus sum. Iam tum enim in animum induxeram pecuniam ubi dono dare in bellum id gerendum. Subducta igitur ratione, argenti quidẽ talenta duo——

» ταλάντων, χρυσίου δὲ, τετρακισχιλίας μυριάδας ςα-
» τήρων Δαρεικῶν, βπιδεούσας ἑπτὰ χιλιαδέων. τὰ
» τούτοισί σε ἐγὼ δωρέομαι. αὐτῷ δέ μοι ἀπὸ ἀνδρα-
» πόδων τε καὶ γεωπόδων ὀβὶ βίος. ὁ μὲν ταῦτα ἔ-
» λεγε. Ξέρξης δὲ ἡσθεὶς τοῖσι εἰρημένοισι, εἶπε,
» Ξεῖνε Λυδὲ, ἐγὼ, ἐπεί τε ἀξηλθον τὴν Περσίδα χώ-
» ρην, ὀυδενὶ ἀνδρὶ σωέμιξα ἐς τόδε, ὅςτις ἠθέλησε
» ξεινία τοιήσασθαι ςρατῷ τῷ ἐμῷ, ὀυδὲ ὅςτις ἐς ὄ-
» ψιν τὴν ἐμὴν κατας ὰς, αὐτεπάγελτος ἐς ὃν τόν-
» λεμον ἐμοὶ ἠθέλησε συμβαλέσθαι χρήματα, ἔξω
» σεῦ. σὺ δὲ καὶ ξείνισας μεγάλως ςρατὸν ὃν ἐ-
» μὸν, καὶ χρήματα μεγάλα ἐπαγγέλλεαι. σοὶ ὦν ἐ-
» γὼ ἀντὶ αὐτέων γέρεα τοιάδε δίδωμι, ξεινόν τέ σε
251 » ποιεῦμαι ἐμὸν, καὶ ἐς τετρακισχιλίας μυριάδας τοι
» τῶν ςατήρων ἀποπλήσω παρ' ἐμεωυτῦ, δοὺς ἐς
» ἑπτὰ χιλιάδας· ἵνα μήτοι ὀπιδεέες ἔωσι αἱ τετρα-
» κόσιαι μυριάδες ἑπτὰ χιλιαδέων, ἀλλ' ἦι τοι ἀπαρ-
» τιλογίη ὧδε ἐμέο πεπληρωμένη. κέκτησό τε αὐ-
» τὸς τὰ περ ἔκτησαο, ὀπίσασό τε εἶ αἰεὶ τοιοῦτος. οὐ
» γὰρ τοι ταῦτα ποιέοντι, οὔτε ἐς ὃ παρεὸν, οὔτε ἐς ὃ
μέλλον μεταμελήσει. Ταῦτα δὲ εἶπας, καὶ ὀπιτελέα ποιήσας, ἐπορεύετο αἰεὶ τοπρόσω. Ἀνάνα
δὲ καλεομένην Φρυγῶν πόλιν διαμειβόμενος, καὶ
λίμνην ἐκ τῆς ἅλες γίνονται, ἀπίκετο ἐς Κολοσσάς,
πόλιν μεγάλην Φρυγίης, ἐν τῇ Λύκος ποταμὸς ἐς
χάσμα γῆς ἐσβάλλων, ἀφανίζεται· ἔπειτα δι' ὀλί-
γων σταδίων ὡς μάλιςά κη πέντε ἀναφαινόμενος, ἐκδι-
δοῖ καὶ οὗτος ἐς τὸν Μαίανδρον. ἐκ δὲ Κολοσσέων
ὁρμεώμενος ὁ ςρατὸς ἐπὶ τοὺς οὔρεας τῶν Φρυγῶν
καὶ τῶν Λυδῶν, ἀπίκετο ἐς Κύδρα πόλιν· ἔνθα
ςήλη κατεπεπηγυῖα, ςαθεῖσα δὲ ὑπὸ Κροίσου,
καταμηνύει διὰ γραμμάτων τοὺς οὔρεας. Ὡς
δὲ ἐκ τῆς Φρυγίης ἐσέβαλε ἐς τὴν Λυδίην, σχιζο-
μένης τῆς ὁδοῦ, καὶ τῆς μὲν ἐπὶ δεξιερὰ, ὅτι Κα-
ρίην φερούσης, τῆς δὲ ἐς δεξιὰν, ἐς Σάρδις, τῇ καὶ
πορευομένῳ διαβαίνει ὁ Μαίανδρον ποταμὸν
πᾶσα ἀνάγκη γίνεται, καὶ ἱέναι παρὰ Καλλάτηβον
πόλιν, ἐν τῇ ἄνδρες ἁλιμοεργοὶ ἐκ μυρίκης τε καὶ
πυροῦ μέλι ποιέουσι· ταύτην ἰὼν ὁ Ξέρξης τὴν ὁδὸν, εὗ-
ρε πλάτανον, τὴν καλλέος εἵνεκα, δωρησάμενος χρυ-
σέῃ κόσμῳ χρυσέῳ, καὶ μεγεθοῦς ἀθανάτῳ ἀνδρὶ ἐπιτρέψας,
δευτέρῃ ἡμέρῃ ἀπίκετο ἐς τὴν Λυδῶν ἄςυ. Ἀπι-
κόμενος δὲ ἐς Σάρδις, πρῶτα μὲν ἀπέπεμπε κήρυκας

χρηματίσαι ἀνδρῶν ἀθανάτων

talentorum, auri vero quadragies centena millia nummûm Daricorum, ſeptem millibus minus: quæ tibi dono do. nam mihi ipſi victus è mancipiis atque ex agricolis ſuppetit. Hæc Pythius. Quibus verbis delectatus Xerxes, Hoſpes Lyde, inquit, ego ex quo Perſidem regionem egreſſus ſum, neminem adhuc nactus ſum qui in exercitum meum hoſpitalitatem exercere voluerit, aut qui in conſpectum meum veniens, ſua ſponte pecuniam mihi ad bellum conferret, præter te: qui & exercitum meum egregia hoſpitalitate proſequutus es, & ingentem pecuniam polliceris.[1] ob quæ viciſſim ego te iis remunerandum duco. Hoſpitem meum te facio: & iſta quadragies centena millia nummûm de meo ipſius explebo, datis ſeptem millibus: ne quadringentæ myriades, *id eſt, quadragies centena millia*, ſint imperfectæ, ſed addito è meis ſupplemento ſumma ſit ſolida. quæq; poſſides, ipſe poſſideto, ac ſcito ſemper talem agere. nam ita agentem te, neq; in præſens neque in poſterum pœnitebit. Hæc loquutus, & quæ dixerat exequutus, perrexit aſſidue porro ire: prætergreſſuſque vrbem Phrygiam nomine Anaua, & ſtagnum ex quo conficitur ſal, peruenit Coloſſas Phrygiæ oppidum, vbi Lycus amnis hiatum terræ ſubiens occulitur, deinde fere quinque poſt ſtadia emergens, elabitur & ipſe in Mæandrum. Mouens autem è Coloſſis exercitus, venit ad oppidum Cydra, quod eſt in finibus Phrygum ac Lydorum: vbi cippus depactus atque erectus à Crœſo eſt, indicans litteris eos fines. Vbi autem è Phrygia in Lydiam ventum eſt, ad diuortia viarum, quarum ſiniſtra in Cariam fert, dextra Sardis: quam tenentibus neceſſe eſt prorſus Mæandrum tranſire, vrbemque Callatebum præterire, in qua ſunt opifices mellis è myrica & tritico conficiendi: hanc viam tenens Xerxes, reperit platanum quam ob pulchritudinem aureo monili donauit, eamque tuendam viro[2] immortali delegauit: & ad vrbem Lydorum altero die peruenit. ¶ Poſtquam Sardis aduenit, principio caduceatores dimiſit

XXIX

XXX

XXXI

XXXII

——— millia, auri vero myriadas quadringentas ſtaterum Daricorum, ſeptem millibus minus, habere me comperi: quę tibi dono dare ſtatui. Mihi autem victus ex mancipiis & agricultura ſuppetet. *Ex Bud. interpr.* 1 Vt tecum paria faciam, pro hac liberalitate hoſpitem te meum facio: quadringentas vero myriadas nummûm de meo explebo, datis tibi chiliadibus ſeptem, vt quadragies centenis millibus Daricorum ſtaterum nihil deſit. Proinde quæ hactenus poſſediſti, poſſideto: mementoque talem te ſemper præſtare. hæc enim te facientem nec in præſens nec in futurum pœnitebit. *Ex eiuſdem Bud. interpr.* 2 *De his viris qui immortales dicebantur, vide quæ poſtea traduntur ab Herodoto hoc eodem in libro.*

in Græ-

in Græciam petitum terram & aquam: edictumque vt cœnas regi inſtruerent ad omnes ciuitates, præter Athenas & Lacedæmonem. [1] Eorum autem cauſſa mittebat petitũ terram & aquam, quia qui hæc ante Dario petenti non miſerant, hos tunc, perterritos omnino daturos arbitrabatur. Id igitur volens explorare, caduceatores dimiſit. ¶ Secundum hæc ſeſe apparabat tanquam Abydum profecturus, quum interea ii quibus negocium hoc datum erat, Helleſpontum ex Aſia in Europam coniungerent. Eſt autem Cherſoneſi in Helleſponto, Seſtum inter & Madytum vrbes, ora ſalebroſa, quę in mare procurrit eregione Abydi. Vbi non longo poſt tempore ſub Xanthippo Ariphronis filio Athenienſium duce, Artayctem virum Perſam Seſti præfectum cepere viuum, ſtipitique ſuffixerunt: qui in templum etiam Proteſilai quod eſt in Eleunte adductis feminis nefanda perpetrabat. Ad hanc oram ex Abydo iungere pontem inchoauere ii quibus hoc munus erat delegatum: hinc Phœnices albo lino, illinc Ægyptii [2] ſirpo. Eſt autem ex Abydo ad vlteriorem continentem ſeptem ſtadiorum traiectus: quem pontibus iunctum ingens adorta tempeſtas ea omnia dirupit atque diſſoluit. Quod quum audiſſet Xerxes, indigne ferens, iuſſit trecenta Helleſponto verbera infligi, & in eius pelagus par compedum demitti. Iam vero audiui miſiſſe quoque cum his etiam qui ſtigmata Helleſponto inurerent. Certe mandauit vt colaphos Helleſponto incuterent, dicentes barbara verba ac veſana, O aqua amara, dominus hanc tibi irrogat pœnã quod eum læſiſti, qui de te nihil male meritus erat. Te tamen rex Xerxes, velis noliſve, tranſmittet: meritoque nemo hominum tibi ſacrificat, vt doloſo pariter & amaro flumini. Hac pœna mare Xerxes plecti iuſſit, atque eis qui præpoſiti operi erant, caput præcidi. Et illos quidem pontes fecerunt ii quibus hæc ingrata merces propoſita erat. At alii architecti qui alios fecerũt, hoc modo iunxerunt: Biremes triremeſque trecentas ſexaginta Euxinum verſus Pontum compoſuere: item ab altero latere trecentas quatuordecim, Ponto quidem tranſuerſas, Helleſponto autem ſecundum defluxum,

XXXIII

XXXIV

XXXV

XXXVI

ἐς Ἰωνὶ Ἑλλάδα, αἰτήσοντας γῆν τε καὶ ὕδωρ, καὶ προερέοντας δεῖπνα βασιλεῖι παρασκευάζειν. πλὴν οὔτε ἐς Ἀθήνας, οὔτε ἐς Λακεδαίμονα ἀπέπεμπε δι' γῆς αἴτησιν, τῇ δ' ἄλλῃ πάντῃ. τῶν δ' εἵνεκα τοῦτο ἐποίεε ἀπέπεμπε δι' γῆν τε καὶ ὕδωρ· ὅσοι περ ἔτεροι οὐκ ἔπεμψαν Δαρείῳ πέμψαντι, ἐδόκεε σφέας πάγχυ ἐόντας τότε δείσαντας, δώσειν· βουλόμενος ὦν αὐτὸ τοῦτο σκοπιὴν ἀκέοντας, ἔπεμπε. Μετὰ δὲ ταῦτα, παρεσκευάζετο ὡς ἐλάσων ἐς Ἄβυδον· οἱ δὲ ἐν τούτῳ τῷ Ἑλλησπόντου ἐζεύγνυσαν ἀπὸ τῆς Ἀσίης ἐς τὴν Εὐρώπην. ἔστι δὲ τῆς Χερσονήσου τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ, Σηστός τε πόλις μεταξύ τε καὶ Μαδύτου, ἀκτὴ παρὰ ἐς θάλασσαν κατήκουσα, Ἀβύδῳ καταντίον· ἔνθα μετὰ ταῦτα, χειμῶνος ὑστέρου οὐ πολλοῦ, διὰ Ξανθίππου τοῦ Ἀρίφρονος, στρατηγοῦ Ἀθηναίων, Ἀρταύκτην ἄνδρα Πέρσην λαβόντες Σηστοῦ ὕπαρχον, ζωὸν προσὶ σανίδα προσδιεπασσάλευσαν· ὃς καὶ ἐς τὸ Πρωτεσίλεω τὸ ἱρὸν τὸ ἐς Ἐλαιοῦντα ἀγινεόμενος γυναῖκας, ἀθέμιτα ἔργα ἔρδεσκε. Ἐς ταύτην δὴ τὴν ἀκτὴν ἐξ Ἀβύδου ὁρμεώμενοι, ἐγέφυρωσαν τοῖσι προσέκειτο· τὴν μὲν λευκολίνου, Φοίνικες· τὴν δὲ ἑτέρην τὴν βυβλίνην, Αἰγύπτιοι. ἔστι δὲ ἑπτὰ σταδίων ἐξ Ἀβύδου ἐς τὴν ἀπαντίον. καὶ δὴ ἐζευγμένου τοῦ πόρου, διημερώμενος χειμὼν μέγας συνέκλυσέ τε σκεῖνα πάντα καὶ διέλυσε. Ὡς δὲ ἐπύθετο Ξέρξης, δεινὰ ποιεύμενος, τὸν Ἑλλήσποντον σκέλεσι τεσσερηκοντόροισι δίκεσθαι μάστιγι πλῆγας, καὶ κατεῖναι ἐς τὸν πόντον πέδας ζεύγεος. ἤδη δὲ ἤκουσα ὡς καὶ μαστιγέας ἅμα τοῦτοισι ἀπέπεμψε στίζοντας τὸν Ἑλλήσποντον. ἐπετέλεε δὴ ὧν ῥαπίζοντας, λέγειν βάρβαρα ἔπεά τε καὶ ἀπάδαλα, Ὦ πικρὸν ὕδωρ καὶ ἀλμυρόν, δεσπότης τοι δίκην τήνδε ἐπιτίθησι τὰ ἐδίκησας, οὐδὲν σὲ σκεπτόμενος ἄδικον παθών. καὶ βασιλεὺς μὲν Ξέρξης, ἀμφοτέρωσε σε, ἤν τε σύ γε βούλῃ, ἤν τε μή· σοὶ δὲ κατὰ δίκην ἄρα ὡς οὐδεὶς ἀνθρώπων θύει, ὡς ἐόντι καὶ δολερῷ τε καὶ ἁλμυρῷ ποταμῷ. τὴν τε δὴ θάλασσαν ἐπετέλεσαν τούτοισι ζημιοῦν, καὶ τῶν ἐπεστεώτων τὴν ζεύξιν τοῦ Ἑλλησπόντου ἀποταμεῖν τὰς κεφαλάς. Καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐπέοικε τοῖσι προσέκειτο αὐτῇ ἡ ἄχαρις τιμή· τὰς δὲ ἄλλοι ἀρχιτέκτονες ἐζεύγνυσαν. ἐζεύγνυσαν δὲ ὧδε· πεντηκοντέρους καὶ τριήρεας συνάγοντες, τὰς μὲν τὸ πρὸς Εὐξείνου πόντου, ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας, τοῦ μὲν πόντου, ὑπὲ ἀρσίας· τοῦ δὲ Ἑλλησπόντου, κατὰ ῥόον, 252

1 *Deſunt hic aliquot verba in vulgar. edit. Græcis, quæ Valla addit, vt etiam in vet. noſtris cod. habentur.* 2 Byblo.

ἵνα διακωχεύῃ ὁ τόνος τῷ ὅπλων. στρωφῆντες δ', ἀγκύρας κατῆκαν τὰς μεγίστας, τὰς μὲν πρὸς τοῦ πόντου τῆς ἑτέρης, τῶν αἰόλων εἵνεκα τῶν εἰσωθεν ἀπνεόντων· τῆς δὲ ἑτέρης τῆς πρὸς ἑσπέρης τε καὶ τοῦ Αἰγαίου, Εὔρου τε καὶ νότου εἵνεκα. διέκπλοοι δὲ ἐποιήθησαν κατὰ λιμένα τετρηκοντέρων, καὶ τειχοῦς, ἵνα καὶ ἐς ὃν πόντον ἔχῃ ὁ βουλόμενος πλέειν πλοίοισι λεπτοῖσι, καὶ ἐκ τοῦ πόντου ἔξω. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, κατέτεινον ἀπὸ γῆς, στρεβλοῦντες ὄνυξι ξυλίνοισι τὰ ὅπλα· οὐκέτι χωρὶς ἑκάτερα τάξαντες, ἀλλὰ δύο μὲν λευκολίνου δασάμενοι ἑκατέρῳ, τέσσερα δὲ τῶν βυβλίνων. παχύτης μὲν ἦν αὕτη, καὶ καλωνή. ἦν δὲ λόγον δὲ ἓν ἑμβεβλέφεα τὰ λίνεα, τῷ πάλαντον ὁ σπήχυς εἶλκε. ἐπεὶ δὲ ἐγεφυρώθη ὁ πόρος, χορμοὺς ξύλων καταρρίσαντες, καὶ ποιήσαντες ἴσους, τῆς σχεδίης τῷ εὖρεϊ, κόσμῳ ἐπετίθεσαν κατύπερθε τῶν ὅπλων τῇ τοιῷδε. ἦντες δὲ ἐπέξης, σίδηρα αὖτις ἐπεζεύγνυον. ποιήσαντες δὲ ταῦτα, ὕλλῳ ἐπεφόρησαν· κόσμῳ δὲ θέντες καὶ τὸ ὕλλον, γῆν ἐπεφόρησαν. καταναΐξαντες δὲ καὶ τὸ γῆν, φραγμὸν παρείρυσαν εἴθεν καὶ ἔνθεν, ἵνα μὴ φοβέηται τὰ ὑποζύγια τὸ θάλασσαν ὁρόωντα, καὶ οἱ ἵπποι. Ὡς δὲ τὰ τε τῶν γεφυρέων κατεσκεύαστο, καὶ τὰ περὶ τὸν Ἄθων, οἵ τε χοῦν περὶ τὰ στόματα τῆς διώρυχος, οἱ τ' ῥηχίης εἵνεκεν ἐποιήθησαν, ἵνα μὴ ἐμπίπλῃεν τὰ στόματα τῶν ὀρύγματος, καὶ αὐτὴ ἡ διώρυξ πρωτελέως πεποιημένη ἀγγέλλετο, σίδηρα χειμείσας, ἅμα τῷ ἔαρι παρεσκευασμένος ὁ στρατὸς, ἐκ τῶν Σαρδίων ὥρμητο ἐλαύνων ἐς Ἄβυδον· ὡρμημένῳ δέ οἱ, ὁ ἥλιος ἐκλιπὼν τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἕδρην, ἀφανὴς ἦν, οὔτ' ὀφθεὶς νεφέων ἐόντων, αἰθρίης τε τὰ μάλιστα· αὐτὶ ἡμέρης τε, νὺξ ἐγένετο. ἰδόντι δὲ καὶ μαθόντι τοῦτο τῷ Ξέρξῃ ὀπτήμελές ἐγένετο· καὶ εἴρετο τοὺς μάγους ὅ τι θέλει τοῦτο φαίνειν τὸ φάσμα. οἱ δὲ ἔφασαν ὡς Ἕλλησι προδείκνυσι ὁ θεὸς ἔκλειψιν τῶν πολίων· λέγοντες ἥλιον εἶναι Ἑλλήνων προδίκτορα, σελήνην δὲ, σφέων. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Ξέρξης, προθυμότερος ἐὼν, ἐποιέετο τὴν ἔξέλασιν. Ὡς δὲ ἐξήλασε τὸν στρατὸν, Πύθιος ὁ Λυδὸς καταρρωδήσας τὸ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φάσμα, ἐπαρθεὶς τε τοῖσι δωρήμασι, ἐλθὼν πρὸς Ξέρξεα, ἔλεγε τάδε, Ὦ δέσποτα, χρήσας μὴ τοῦ βουλήματος τυχεῖν, τὸ σοὶ μὲν ἐλαφρὸν τυγχάνει ἐὸν ποιήσαι, ἐμοὶ δὲ μέγα φρόνημον; Ξέρξης δὲ πρὸς μᾶλλον δοκέων μιν χρήσειν ἢ τὸ ἐδεήθη, ἔφη τε ποιήσειν,

vt ſtabiliret funes armamentorũ. Quibus compoſitis, prægrandes ancoras demiſerunt, partim ab hoc latere contra Pontum, ventorum cauſſa qui [1] extrinſecus ſpirant: partim ab altero contra veſperum & Ægeum, Euri & Auſtri cauſſa: relicto ad auroram tribus in locis inter biremes tranſitu: vt qui vellet in Pontum minutis nauigiis & ex Ponto nauigare poſſet. His actis, contenderunt à terra armamenta, contorquentes machinamentis ligneis, non iam ſeparatim vtraque, ſed bina ex albo lino hinc, quaterna è byblo illinc. Quorum quidem retinaculorum craſſitudo hæc erat & ſpecies: ſed proportione linea, robuſtiora erant, quorum cubitus talentum pendebat. Porro traiectu pontibus iuncto, codices lignorum diſciſſos & ad latitudinem ratis adæquatos apte inſtrauerunt ſuper armamenta intenta. Hos vbi gradatim diſpoſuerunt, tum vero rurſus deſuper innexuerunt. Quod poſteaquam fecere, materiam attulerunt concinneque impoſuerunt, deinde ſuper materiam aggerem comportarunt: quo iniecto, ſepem hinc atque hinc, ne maris aſpectu iumenta & equi terrerentur, prætenderunt. ¶ Perfectis iis quæ ad pontes pertinent, & item circa Athon aggeribus ad fauces foſſæ propter æſtuaria maris, ne ipſæ fauces aluei obſtruerentur: Xerxes nunciato ſibi prorſus alueo abſoluto, Sardibus, vbi hybernauerat, ineunte vere inſtructo cum exercitu profectus eſt Abydum verſus. cui mouenti ſol ſuam in cælo ſedẽ relinquens apparere deſiit, quum nullæ nubes, verũ ſereniſſimus aer eſſet: & pro die nox extitit. Id animaduertenti quum cura inceſſiſſet percontandi magos quid oſtentum id vellet portendere, illi reſponderunt, deum ſignificare Græcis ciuitatum defectũ: quod dicerent, ſolem, Græcorum: lunam, ipſorum eſſe præſidem. Ea re audita Xerxes maiorem in modum lætatus ire pergebat. Quẽ procedentem adiens Pythius Lydus cæleſti oſtento perterritus, elato animo propter munera his verbis alloquutus eſt, Domine, indulgebiſne quiddam quod impetrare cupio, tibi leue conceſſu, ſed mihi pro magno futurum? Xerxes nihil non potius illum quàm petebat petiturum ratus, ſe indulturum reſpondit,

ἔλασιν

xxxvii

xxxviii

1 Intrinſecus

&it

& vt peteret proloqui iussit. Pythius vbi hoc audiuit, sumpta fiducia, Domine, inquit, quinque mihi liberi sunt, quos omnes contingit in militiam tecum ire aduersus Græciam: horum vni tu quæso, rex, misertus mei qui huc processi ætatis, indulge militiæ vacationem, ei qui natu est maximus: vt & mei ipsius & census curam gerat: quatuor tecum vna ducas. ita confectis quæ in animo habes, rursus reuertaris. XXXIX Rex ob id admodum indignatus, his verbis respondit, Homo improbe, tune, quum ego ipse in expeditionem eam aduersus Græciam, filiosque meos & fratres domesticos & amicos ducam, ausus es mentionem filii tui facere, qui meus es seruus, quem oportebat cum omni familia & vxore me comitari? Probe nunc discito hoc, animum in hominum habitare auribus. [1] Qui bene audit, eius corpus voluptate perfunditur: qui vero male, is exacerbatur. Tu itaque quum bene fecisti, & alia eiusdem generis promisisti, non gloriaris te supergressum esse regem munificentia: postea vero quàm ad impudentiora conuersus es, non tu quidem pro merito, sed minora quam pro merito accipies. nam te & quatuor liberos liberant tua munera: vnius autem quem præcipue complecteris, damno mulctabere. Hæc quum respondisset, subito imperauit iis quibus delegatum erat ista exequi, vt maximum natu filiorum Pythii inuentum discinderent medium: eiusq; discissi dimidium ad dexteram viæ, & dimidium ad sinistram disponerent, & illac transiret exercitus. XL Hoc illi vbi exequuti sunt, illac exercitus pertransiuit. In quo præcedebant ii qui sarcinas portabant & impedimenta. Post hos omnigenarum gentium non distinctæ sed promiscuæ copiæ, numero vltra dimidium exercitus. Post has intercedebat interuallum: neque enim cum rege miscebãtur. Præcedebãt enim mille equites è Persis omnibus delecti: [2] secundum hos totidem hastati, & ii delecti ex omnibus, versis deorsum in terram spiculis. Post hos [3] equi decem quam pulcherrime ornati, qui Nisæi dicũtur, ideo sic dicti quod est ingens Medicæ regionis campus

multitudinem terrestrem nauticamq; indicando. Horũ consilio Græci (nam & bene sibi consuli, & bono erga ipsos animo Macedo esse videbatur) obtemperauerunt. Quanquam mihi videntur metu quoque id suasisse, quod audierant alium etiam esse in Thessaliam ingressum per Peræbos, in superiori Macedonia, iuxta vrbem Gonnon: quâ & transiuit exercitus Xerxis. Ita Græci ad naues regressi, rursus ad isthmum se receperunt. Hæc fuit in Thessaliam sumpta expeditio, dum rex in Europam ex Asia transiturus erat, & Abydi iam agebat.. A sociis autem deserti Thessali, iam nihil ambigentes, ita prompti ad Medos transiere vt in rebus gerendis sese regi præstiterint vtilissimos. ¶ Græci autem ad isthmum reuersi, ob ea quæ ab Alexandro dicta erant, consultabant & qua ratione bellum gerendum statuerent, & quibus in locis. euicitque hæc sententia, vt præsidio aditũ Thermopylarum custodirent, quippe qui videbatur & angustior quam ille Thessaliæ, & solus ipsorum terræ propinquior. Nam semitam qua Græci intercepti postea fuere apud Thermopylas, haud nouerant prius[1] quam ducibus Trachiniis ad Thermopylas hostis peruenit. Hunc igitur aditum vt tuerentur decreuere, ne barbarus transiret in Græciam, vtque classis proueheretur in Histiæotidem oram super Artemisium. Hæc enim loca inter se vicina sunt, vt audiri vtrinque possint quæ apud alteros gerantur. Quæ loca ita se habent: Artemisium quidẽ à pelago Thracio, ex laxitate in arctum cogitur traiectum, qui est inter insulã Sciathum & continentem Magnesiæ: ab angustiis autem EVbœæ iam Artemisium excipit litus, in quo est Artemidis, *id est*, *Dianæ*, templũ. Ingressus vero in Græciam per Trachinem, vbi arctissimus, dimidii iugeri est. quanquã ad dexteram regionem non est hic locus arctissimus, sed ante postque Thermopylas: iuxtaque Alpenos à tergo sitos, tantummodo ad agendum vehiculum via patet: anterius etiam iuxta flumen Phœnicem, prope vrbẽ Anthelã solùm agendo vehiculo via sufficit. Thermopylarum autem quod ad hesperum vergit, mons est inaccessus & præalti præcipitii, protentus vsque ad OEtam. quod autem viæ vergit ad auroram, id à mari excipitur ac vadosis.

CLXXIV

CLXXV

CLXXVI

1 Quam peruenientes Thermopylas de ea ex Trachiniis audiuerunt.

In hoc

In hoc autem ingressu sunt θερμὰ λουτρὰ, *id est, calida lauacra*, quæ χύτρους, *id est, ollas*, indigenæ vocant: & desuper ara Herculi extructa. Ad hos ingressus, murus ædificatus erat, super quem olim πύλαι, *id est, portæ*, erant. Eum autem ædificauerant Phocenses metu Thessalorum, ex quo illi ex Thesprotis terram Æolidem iere habitatum, quam nunc possident. & quia Thessali conabantur eos subigere, hoc præsidio impositu se tutabantur: aquamque illam calidam ingressui induxere, vt esset lacunosus locus: omnia excogitantes ne in suam terram Thessali incursarent. Hic tamen murus quondam extructus, maiori ex parte iam vetustate erat collapsus: quo rursus excitato, visu est illis faciendum vt illac barbarum arcerent à Græcia. Est autem proxime viam vicus nomine Alpeni, vnde frumentari Græci
CLXXVII statuerant. Et hæc quidem loca visa sunt Græcis opportuna. cuncta enim rimati atq; ratiocinati, vbi barbari neque multitudine neq; equitatu vti possent, ibi illos Græciam inuadentes excipere statuerunt. Postea vero quã Persam in Pieria esse audiere, ex Isthmo digressi
CLXXVIII sunt: peditatus ad Thermopylas insidêdas, ceteri mari, ad Artemisiũ. Dum autem Græci (vt cuiq; præceptum erat) propere ad succurrendũ tendunt, interea Delphi deum consuluere, de seipsis pariter & de Græcia soliciti. His responsum est vt ventos precarentur: illos enim maximos fore Græciæ auxiliatores. Delphi quod accepere oraculum, eum iis primum Græcis communicauere quibus libertas cordi erat: quo nuncio illos, quod barbarum magnopere timerent, immortali beneficio demeruere. Deinde statuta ventis ara in Thya, vbi fanum Thyæ Cephisi filiæ (à qua & locus hic habet nomen) hostias illi immolauere: propter quod oraculum etiam nunc Delphi ventos propitiant.
CLXXIX ¶ Nauticus autem Xerxis exercitus ex vrbe Therma mouens, decem ex omnibus nauibus velocissimas recta misit in Sciathum, vbi erãt tres præsidiariæ naues Græcorum, Trœzenia, Æginetica, Attica: quæ præuisis barbarorum
CLXXX nauibus, in fugã se proripuerunt. Sed ex iis Trœzeniam, cui præerat Praxinus, insequuti barbari, continuo excipiunt. Deinde strenuissimum quenque propugnatorũ eius ad proram adductum,

ἐς ἰὸν τὴν ἐσόδον ταύτην θερμὰ λουτρὰ, τὰ χύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι· ὑπὲρ βωμὸς ἵδρυται Ἡρακλέος ἐπ' αὐτῶν. ἐδεδμητο δὲ τεῖχος καὶ ταύτας τὰς ἐσόδους· καὶ τὸ γε παλαιὸν πύλαι ἐπῆσαν. ἔδεισαν δὲ Φωκέες δὴ τεῖχος, δείσαντες, ἐπεὶ Θεσσαλοὶ ἦλθον ἐκ Θεσπρωτῶν οἰκήσοντες χῶρον τὴν Αἰολίδα, τιμωρὸν ναῦν ἐκτέαται. ἅτε δὴ πειρωμένων τῶν Θεσσαλῶν καταστρέφεσθαι σφέας, τοῦτο προεφυλάξαντο οἱ Φωκέες· καὶ τὸ ὕδωρ τὸ θερμὸν τότε ἐπῆκαν ἐπὶ τὴν ἔσοδον, ὡς ἂν χαράδρωδες εἴη ὁ χῶρος· πολλῷ μηχανεώμενοι ὅκως μὴ σφι ἐσβάλωσι οἱ Θεσσαλοὶ ἐπὶ τὴν χώρην. τὸ μὲν νυν τεῖχος τὸ ἀρχαῖον ἐκ παλαιοῦ τε ἐδέδμητο, καὶ τὸ πλέον αὐτοῦ ἤδη ὑπὸ χρόνου ἔκειτο. τοῖσι δὲ αὖτις ὀρθώσασι, ἔδοξε ταύτῃ ἀπαμύνειν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τὸν βάρβαρον. κώμη δέ ἐστι ἀγχοτάτω τῆς ὁδοῦ, Ἀλπηνοὶ οὔνομα· ἐκ ταύτης δὲ ἐπισιτίσεσθαι ἐλογίζοντο οἱ Ἕλληνες. Οἱ μὲν νυν χρεῶν οὗτοι τοῖσι Ἕλλησι ἐς φόβον ἐφαίνοντο ἐπιτήδειοι. ἀπορώτατα γὰρ προεσκεμμένοι καὶ βουλευσάμενοι, ὅπως οὔτε πλήθεϊ ἔξουσι χρήσασθαι οἱ βάρβαροι, οὔτε ἱππασίῃ, ταύτῃ σφι ἔδοξε δέκεσθαι τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. ὡς δὲ ἐπύθοντο τὸν Πέρσην ἐόντα ἐν Πιερίῃ, ἀφαλυτέοντες ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ, ἐς πειρατέοντο αὐτέων οἱ μὲν, ἐς Θερμοπύλας πεζῇ, ἄλλοι δὲ, κατὰ θάλασσαν ἐπ' Ἀρτεμίσιον. Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες καὶ τάχος ἐβούλευον ἀρήγειν χρήσαντες· Δελφοὶ δὲ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐξεπιστάζοντο περὶ σφέων αὐτῶν καὶ τῆς Ἑλλάδος καταρρωδήσαντες. καὶ σφι ἐχρήσθη ἀνέμοισι εὔχεσθαι. μεγάλους γὰρ τούτους ἔσεσθαι τῇ Ἑλλάδι συμμάχους. Δελφοὶ δὲ εὑρόντες τὸ μαντήϊον, πρῶτα μὲν Ἑλλήνων τοῖσι βουλομένοισι ἐλευθέροισι ἐξηγήσαντο τὰ χρηστήρια αὐτοῖσι· καὶ σφι δείσαντες καταρρωδέοντι τὸν βάρβαρον ἐξαπίλαστες, χάριν ἀθανάτων κατέθεντο. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ Δελφοὶ τοῖσι ἀνέμοισι βωμόν τε ἀπέδεξαντο ἐν Θυίης, (τῇ περ ἀπίλεξε τῆς Κηφισσοῦ θυγατρὸς Θυίης τὸ ἔνομα ἐστί, ἐπ' ἧς ὁ χῶρος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει) καὶ θυσίησι σφέας μετήϊσαν. Δελφοὶ μὲν δὴ καὶ τὸ χρηστήριον ἔτι καὶ νῦν τοὺς ἀνέμους ἱλάσκονται. Ὁ δὲ ναυτικὸς Ξέρξεω στρατὸς ὁρμεώμενος ἐκ Θέρμης πόλιος, παρέβαλε μετὰ τῆσι ἀρίστῃσι πλεούσησι δέκα, ἰδὼν Σκιάθου. ἔνθα ἔσαν προφυλάσσουσαι νέες τῆς Ἑλλωνίδες, Τροιζηνίη τε καὶ Αἰγινήη καὶ Ἀττική. προοιδότες δὲ ὅτι τὰς νέας τὰς βαρβάρων, ἐς φυγὴν ὥρμησαν. Τὴν μὲν δὴ Τροιζηνίην, τὴν ἦρχε Πραξῖνος, αὐτίκα αἱρέουσι ἐπισπόμενοι οἱ βάρβαροι. καὶ ἐπὶ τὴν ἐπιτηδεώτατον αὐτῶν καὶ μαλιστεύοντα ἀγαγόντες, ὅτι τὴν πρώρην τοῦ νηὸς

281

1 *Videtur totum hunc locum aliter legisse, aut non intellexisse.*

ἔσφαξαν, ἄλφα δίξιον ποιεύμενοι τὸν εἷλον τῶν Ἑλλήνων πρῶτον καὶ κάλλιστον. τῷ δὲ σφαγιασθέντι τούτῳ τοὔνομα ἦν Λέων. τάχα δ' ἄν τι καὶ τοῦ ὀνόματος ἐπαύρετο. Ἡ δὲ Αἰγινήτη, τῆς ἐπεστρατήγεε Ἀνδροκλῆς, καὶ τινὰ σφι θόρυβον παρέσχε, Πυθέω τοῦ Ἰσχενόου θυσιεύμενος, ἀνδρὸς ἀρίστου γενομένου ἐν τῇσι ἡμέρῃσι ταύτῃσι· ὃς, ἐπείτε ἡ ναῦς ἡλίσκετο, ἐς τοῦτο αἰτίης ἔρχε μαχόμενος, ἐς ὃ κατεχρεουργήθη ἅπας. ὡς δὲ πεσὼν οὐκ ἀπέθανε, ἀλλ' ἔτι ἔμπνοος, οἱ Πέρσαι οἵπερ ἐπέβατεύοντες ἐθηεῦντο τοῦ νεκροῦ, διὰ τὴν ἀρετὴν τὴν ἐκείνου, ἐποίησάν μιν πλείους ἐπ' ἑωυτῶν ποιήσασθαι, σμύρνῃσί τε ἰώμενοι τὰ ἕλκεα, καὶ σινδόνι βυσσίνῃ τελαμῶσι καλλιστεύοντες. καί μιν, ὡς ὀπίσω ἀπίκετο ἐς τὸ ἑωυτῶν στρατόπεδον, ἐπιδείκνυσαν ἐκπαγλεόμενοι πάσῃ τῇ στρατιῇ, ἐποιέοντό τε· τοὺς δὲ ἄλλους τοὺς ἔλαβον ἐν τῇ νηῒ ταύτῃ, ἐποίεον ὡς ἀνδράποδα. Αἱ μὲν δὴ δύο τῶν νεῶν οὕτω ἐχειρώθησαν. ἡ δὲ τρίτη, τῆς ἐπεμπε Φίρμος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, φεύγουσα, ἐσπίπτει ἐς τὰς ἐμβολὰς τὰς Πηνειοῦ· καὶ τὴν μὲν σκάφος ἐκφέρεται οἱ βάρβαροι, τῶν δὲ ἀνδρῶν, οὔ. ὡς γὰρ δὴ τάχιστα ἐπύθοντο τὴν νέα οἱ Ἀθηναῖοι, ἀποδρήσιος, κατὰ Θεσσαλίην πορευόμενοι ἐκομίσθησαν ἐς τὰς Ἀθήνας. Ταῦτα οἱ Ἕλληνες οἱ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ στρατοπεδευόμενοι πυθόμενοι τῶνδε τῶν ἐκ Σκιάθου. πυθόμενοι δὲ καὶ καταῤῥωδήσαντες, ἀπὸ τῆς Ἀρτεμισίης μετωρμίζοντο ἐς Χαλκίδα, φυλάξοντες μὲν τὸν Εὔριπον, λείποντες δὲ ἡμεροσκόπους τοὺς ἐπὶ ὑψηλοῖς τῆς Εὐβοίης. τῶν δὲ δέκα νεῶν τῶν βαρβάρων τρεῖς ἐπέλασαν τοῦ ἕρμα τὸ μεταξὺ ἐόν Σκιάθου τε καὶ Μαγνησίης, καλεόμενον δὲ Μύρμηκα. ἐνθαῦτα οἱ βάρβαροι, ὡς σφι ἥλιον λίθου ἐπέθηκαν, ὁρμισάμενοι ἐπὶ τὸ ἕρμα, ὁρμηθέντες αὖτοῖσι ἐκ Θέρμης, ὡς σφι τὸ ἐμπεδὸν ἐγεγόνεε καθαρὸν, ἐπέπλεον πάσῃσι τῇσι νηυσὶ ἔνδεκα ἡμέρῃσι, παρέντες μετὰ τὸν βασιλέος ἐξέλασιν ἐκ Θέρμης. τὸ δὲ ἕρμα σφι κατηγήσατο ἐὸν ἐκ πόρου μάλιστα Πάμμυρ Σκύριος. πεμπημέρου δὲ πλώοντες οἱ βάρβαροι, ἐξανύουσι τῆς Μαγνησίης χώρης ἐπὶ Σπιαδίην τε καὶ τὸν αἰγιαλὸν τὸν μεταξὺ Κασταναίης πόλιος ἐόντα καὶ Σπιαδίος ἀκτῆς. Μέχρι μὲν νυν τούτου τοῦ χώρου ἦν Θερμοπυλέων, ἅπας τε καὶ πᾶν ἔην ὁ στρατός· ἦν πλῆθος ἔην τηνικαῦτα ἔτι (ὡς

ἔνομα

ἔπλεον

deinceps mactant. Eorum qui capti mactatique sunt, & primo & strenuissimo nomen erat Leoni: quo nomine nonnihil fortasse gloriabatur. Æginetica vero, cuius trierarchus erat Asonides, nonnihil tumultus hostibus præstitit, [1] quod eius epibata erat Pythius Ischenoi filius, vir eo die præstantissimus: qui capta naui tamen eousque pugnando restitit donec totus [2] dilaniatus est: quem collapsum non mortuum, sed CLXXXI spirantem, Persæ qui nauem ceperant, admiratione virtutis, magnum operæpretium putauerunt vt seruarent, vulnera smyrna medentes, sindoneq; byssina & fasciis obligantes. ac rursus in castra sua reuersi, hominem vniuerso exercitui ostentabant admirabundi, [3] ac probe obseruantes: quum alios quos in eadem iam naui ceperant, tanquam mancipia adseruarent. Duabus nauibus interceptis, tertia, cui præerat Phir- CLXXXII mus vir Athenienſis, dum fugit ad ostia Penei, impacta est: qua sine viris barbari potiti sunt. nam Athenienses, simulatque nauem impegerunt, ab ea desilientes, iter Thessaliam intenderunt, seq; Athenas receperunt. Huius rei per [4] ignes è Sciatho editos facti certiores Græci qui ad Artemisium castra habebant, & ob id perterriti, illinc Chalcidem concesserunt ad EVripum tutandũ, relictis per edita EVbœæ loca diurnis speculatoribus. Ex illis CLXXXIII autem decem barbarorum nauibus, tres ad herma quod est inter Sciathum & Magnesiam, nomine Myrmecem, profectæ sunt. quem locum vbi tenuere barbari, lapideum illic titulum imposuere. Qui ex Therma soluerunt, [5] vbi litus oculos effugit, cum omni classe nauigabant vndecim diebus ex quo rex à Therma discesserat, inter se dissipati: sed eos herma deducebat, quod erat in traiectu fere Scyrius Pammon. Hinc totum diem nauigantes barbari, oram Magnesiam tenuerunt super Sepiadem, & litus quod est inter vrbem Casthanæam & oram Sepiadem. [6] Ad CLXXXIV hunc vsque locum atque Thermopylas exors malorum Xerxis exercitus fuit: & adhuc classis (quemadmodum

1 Quod ei veheretur Pyth. 2 Velut in laniena concisus est. *Bud.* 3 Ac bene eum tractabant: quum ceteros quos in eadem naui ceperant, tanquam mancipia tractarent. 4 *Legit πυρσῶν vt & vet. cod. habent, non πυρῶν.* 5 *Locus hic in vulg. edit. Gr. est suspectus: ac certe hunc aliam lectionem & hic & paulo post si quutum esse manifestum est.* 6 Ad Sepiadem vsq; & Thermopylas exors malorum Xerxis exercitus fuit: multitudo autem adhuc erat (vt ——

ego

ego ſupputando inuenio) mille ducentarum ſeptem ex Aſia nauium. In quibus à principio è ſingulis nationibus erant millia ducenta & quadraginta vnum ac quadringenti, ducenos ſupputando viros in ſingulis: & præter indigenas propugnatores, addendo Perſarum Medorumque ac Sacarum tricenos epibatas. Reliquis autem huic exercitus conſtabat ex triginta ſex millibus, ducentiſq; ac decem. Adiiciam autem huic & ſuperiori numero[1] eos qui ſunt ex biremibus: in quarum ſingulis plures fecerim octoginta potius quam pauciores viros. Quarum nauium ſumma, vt ſuperius dictum eſt, trium millium fuit. ita in eis fuerunt virorum viginti quatuor myriades, *id eſt, ducenta & quadraginta millia.* Hæc igitur erat claſſis ex Aſia, vnius & quinquaginta myriadum virorum in vniuerſum, & præterea ſeptem millium ſexcentorum decem. Peditatus fuit decies ſepties centena millia: equitatus, octoginta millia: quibus addo Arabes qui camelos, & Libyes qui currus agitabant, quæ facio viginti millia. Quæ copiæ claſſiariæ & terreſtres in ſummã redactæ fiunt ter & vicies centena & præterea decem & ſeptem millia, ſexcenti & decem. Has copias ex ipſa Aſia fuiſſe contractas dictũ eſt, præter ſeruitia quæ ſequebantur, & eos qui
CLXXXV in frumentariis vehebantur. Huic omni enumerato exercitui adiiciendus eſt ille ductus ex Europa, de quo ex opinione dicere oportet. Ii Græci qui ſunt è Thracia, & ex inſulis Thracię obiacentibus, præbuerunt naues centum viginti, quarum viri fiunt triginta quatuor millia. Terreſtres copias præbuerunt Thraces, & Pæones, & Eordi, & Bottiæi, & genus Chalcidicũ, & Brygi, & Pieres, & Macedones, & Perębi, & Enienſes, & Dolopes, & Magnetes, & Achæi, & qui maritima Thraciæ habitabant. Harum nationũ reor triginta myriades, *id eſt, trecenta millia*, fuiſſe: quę myriades illis Aſiaticis adiectæ, fiunt in ſũma virorũ pugnantiũ ducentæ ſexaginta quatuor, & præterea mille ſexcẽti ac
CLXXXVI decem. Hoc autem tanto pugnatorũ

ἐγὼ συμβαλεόμενος εὑρίσκω) τόσοι τ μὲν ἐκ τ νεῶν τ ἐκ τ Ἀσίης ἐσέπλεον, ἐπτὰ καὶ δισχοσίοισι, καὶ χιλιέων· τ μὲν ἀρχαῖοι ἑκάστων τ ἐθνέων ἐόντα ὅμιλον, τεσσεράς καὶ εἴκοσι μυριάδας, καὶ ἵππους, χιλιάδα τε καὶ τεσσαρακοσίους· ὡς αἰεὶ δισχοσίους ἄνδρας λογιζομένοισι ἐν ἑκάστῃ νηΐ. ἐπεβάτευον δὲ ὑπὲρ τούτων τ νεῶν, χωρὶς ἑκάστων τ ὑπηκοίων ὑποβατέων, Περσέων τε 282
καὶ Μήδων καὶ Σακέων, τεσσερεσκαίδεκα ἄνδρες. οὗτος μὲν ὁ ὅμιλος γίνεται) τεσσυμύριοι, καὶ ἑξακισχίλιοι, καὶ πεντήκοντα, δισχόσιοί τε καὶ δέκα. προσθήσω δὲ τούτῳ καὶ τῶν ἐπὶ προτέρῳ ἀριθμῷ τὸν ἐκ τ πεντηκοντέρων, ποιήσας ὅτι πλέονι ἢ αὐτέων ἢ ἔλασσον ἂν ὁλδώκοντα ἄνδρας ἐόντας. συνελέχθη δὲ ταῦτα τὰ πλοῖα (ὡς καὶ πρότερόν μοι ἐρρήθη) τεισχίλια. ἦδη δὲ ἦν ἄνδρες αἰεὶ ἐόντες ἐν αὐτοῖσι τέσσερες μυριάδες, καὶ εἴκοσι. τοσοῦτο μὲν νυν ὁ ἐκ τ Ἀσίης ναυτικὸν ἦν σύμπαν ἐὸν, πεντήκοντα μυριάδες, καὶ μία. χιλιάδες τε ἵπποι ὑπὸ ταύτησι ἐπλέον, καὶ πρὸς, ἑκατοντάδες ἕξ, καὶ δεκάς. ὑποζύγιά τε, ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδες ἐγίνοντο· τ δὲ ἱππέων, ὀκτὼ μυριάδες. προσθήσω δὲ ἔτι τούτοισι ταξ καμήλους τὰς ἐλαφρὰς Ἀραβίους, καὶ τὰς τὰ ἅρματα Λίβυας, πλῆθος ποιήσας δισμυρίους ἄνδρας. καὶ δὴ τό, τε ἐκ τ νεῶν καὶ τὸ πεζὸν πλῆθος συνηθροίσθη, γίνεται) δισχόσιαί τε μυριάδες, καὶ τεσσεράκοντα, καὶ μία, καὶ πρὸς, χιλιάδες ἑπτὰ, καὶ ἑκατοντάδες ἕξ καὶ δεκάδες δύο καὶ δεκάς. δύο. τοῦτο μὲν ὅδε αὐτ Ἀσίης στράτευμα ὑπάρχειν εἴρηται), αὖθις τε τ θεσπιῶν τ ἐπολμώντων, καὶ τῶν συναγωγῶν πλοίων, τ ὅσοι ἐνέπλεον τούτοισι. τὸ δὲ ἐκ τ Εὐρώπης ἀγόμενον στράτευμα, ἐπὶ τοσούτῳ λογιστέον τούτῳ πρωτ τῷ ἀριθμηθέντι μάλιστα. δόκησιν δὲ ἔμοιγε λέγειν. νέας μὲν νυν οἱ ἀπὸ Θρήϊκης Ἕλληνες, καὶ ἐκ τ νήσων τ ἐπικειμένων τῇ Θρήϊκῃ, παρείχοντο εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἐκ μὲν νυν τούτεων τ ἱππέων ἄνδρες τετρακισχίλιοι, καὶ δισμύριοι γίνονται. πεζὸν δὲ, ὃν Θρήϊκες παρείχοντο, καὶ Παίονες, καὶ Ἔορδοί, καὶ Βοττιαῖοι, καὶ ὁ Χαλκιδικὸν γένος, καὶ Βρύγοι, καὶ Πίερες, καὶ Μακεδόνες, καὶ Περραιβοί, καὶ Ἐνιῆνες, καὶ Δόλοπες, καὶ Μάγνητες, καὶ Ἀχαιοί, καὶ ὅσοι τὴς Θρήϊκης τὴν παραλίην νέμονται· τουτέων τῶν ἐθνέων, τεσσεράκοντα μυριάδας δοκέω γενέσθαι. αὗται μὲν αἱ μυριάδες ἐκείνησι προστεθεῖσαι τῇσι ἐκ τ Ἀσίης, γίνονται ἀνδρῶν αἱ πᾶσαι μάχιμοι μυριάδες δισχόσιαι, καὶ ἑξήκοντα, καὶ τέσσερες. ἔπεσι δὲ ταύτῃσι ἑκατοντάδες ἑπτακαίδεκα, καὶ δεκάς. Τὸ μαχίμου δὲ τοῦτο ἐόντος

——— ego coniectura aſſequor) ex nauibus quidem ab Aſia profectis, numero mille ducentis ac ſeptem, eorum duntaxat qui iam inde ab initio conuenerant, millia ducenta & quadraginta vnum & quadringenti viri, ducenos ſcilicet viros in ſingulas naues numerantibus. Porro inter claſſiarios indigenas triceni Perſæ, Medi & Sacæ in naues eaſdem aſcenderant. quæ multitudo ſex & triginta millia & ducentos decem viros prioribus copiis aggregat. *Ita Bud hunc locum interp.* 1 Eos qui ex penteconteris erant, *id eſt, ex nauibus quinquagenũm remorum*: ita rationem ineens vt fuerint in ſingulis octogeni viri, maiore numero minorem compenſante. *Id eſt, iis in quibus plures erant compenſantibus eos in quibus erant pauciores. Hoc enim videtur voluiſſe ſignificare quod noſtrate lingua in re ſimili dicimus, L'vne portant l'autre. vel, Le fort portant le foible. Adeo vt locum hic non habeat genuus illud loquendi* Plus minus. *præſertim quum ὅτι ſit pro ὅτι. q. d. In ſingulis, vbi plus vbi minus*) octogeni viri. *Sed & illud τοὺς ἐκ τ πεντηκοντέρων respondet phraſi Gallica, Ceux des nauires, pro Ceux qui eſtoyent dedans les nauires.*

ἀριθμὸν τοσοῦτον, τῷ Δαρεικοῦ τῷ ἐπομβρίῳ
τούτοισι, καὶ τοῖς ἐν τοῖσι σιταγωγοῖσι ἀνδράσι ἐόν-
τας, καὶ μάλα ἐν τοῖσι ἄλλοισι πλοίοισι, τοῖσι ἅ-
μα πλέουσι τῇ στρατιῇ, τούτους τῶν μαχίμων ἀν-
δρῶν οὐ δοκέω εἶναι ἐλάσσονας, ἀλλὰ πλείονας. καὶ
δὴ σφέας ποιέω ἴσους εἶναι ἐκείνοισι εἶναι, καὶ οὔτε πλέ-
νας, οὔτε ἐλάσσονας ἔμοιγε δοκέειν. ἐξισούμενοι δὲ οὗτοι
τῷ μαχίμῳ, ἐκπληροῦσι τὰς ἴσας μυριάδας
ἐκείνησι. οὕτω πεντηκοσίας τε μυριάδας καὶ εἴ-
κοσι καὶ ὀκτὼ, καὶ χιλιάδας τρεῖς, καὶ ἑκατὸν παῖδας
δύο, καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε Ξέρξης ὁ Δα-
ρείου μέχρι Σηπιάδος, καὶ Θερμοπυλέων. Οὗ-
τος μὲν δὴ τοῦ σύμπαντος στρατεύματος τοῦ Ξέρ-
ξεω ἀριθμός. γυναικῶν δὲ σιτοποιέων, καὶ παλ-
λακέων, καὶ εὐνούχων, οὐδεὶς ἂν εἴποι ἀτρεκέα ἀρι-
θμόν· οὐδ' ἂν ὑποζυγίων τε, καὶ τῶν ἄλλων κτη-
νέων τῶν ἀχθοφόρων, καὶ κυνῶν Ἰνδικῶν τῶν ἑπο-
μένων, οὐδεὶς ἂν τούτων ὑπὸ πλήθεος οὐδεὶς ἂν εἴ-
ποι ἀριθμόν. ὥστε οὐδέν μοι θωῦμα παρίσταται
τοσοῦδε ἐόντα τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν οἷα, ἀλλὰ
μᾶλλον ὅκως τὰ σιτία αὐτίκα ἔθρεψε θωῦμά μοι μυρι-
άσι τοσαύτῃσι. Δείσκω γὰρ συμβαλλόμενος, εἰ
χοίνικα πυρῶν ἕκαστος τῆς ἡμέρης ἐλάμβανε, καὶ
μηδὲν πλέον, ἔνδεκα μυριάδας μεδίμνων τελεο-
μένας ἐν ἡμέρῃ ἑκάστῃ, καὶ πρὸς, τεσσεράκοντά τε
ἄλλους μεδίμνους, καὶ τεσσερακόσια. γυναιξὶ δὲ
καὶ εὐνούχοισι, καὶ ὑποζυγίοισι, καὶ κυσὶ, οὐ λογί-
ζομαι. ἀνδρέων δὲ ἐουσέων τοσουτέων μυριάδων,
καλλέος τε εἵνεκα, καὶ μεγάθεος, οὐδεὶς αὐτέων
ἀξιονικότερος ἢ αὐτὸς Ξέρξεα ἔχειν τοῦτο ὃ κέκτη-
το. Οἱ δὲ δὴ ναυτικὸς στρατὸς, ἐπεί τε ὁρμηθεὶς
ἔπλεε, καὶ κατέσχε τῆς Μαγνησίης χώρης ἐς τὸν
Ἀφέτας, τὸν μεταξὺ Κασταναίης τε πόλιος ἐόντα
καὶ Σηπιάδος ἀκτῆς, αἱ μὲν δὴ πρῶται τῶν νεῶν
ὥρμεον πρὸς τῇ γῇ, ἄλλαι δὲ ἐπ' ἐκείνῃσι ἐπ'
ἀγκυρέων· ἅτε γὰρ τοῦ αἰγιαλοῦ ἐόντος οὐ μεγάλου,
παρέκρεσσαν ὁρμέοντο ἐς πόντον, καὶ ὅπη ὀκτὼ νέας.
Ταύτῃσι μὲν τῇσι πρόφορα οὕτω. ἅμα δὲ ὄρθρῳ,
ἐξ αἰθρίης τε καὶ νηνεμίης τῆς θαλάσσης ζοού-
σης, ἐπέπεσε σφι χειμὼν τε μέγας, καὶ πολλὸς
ἄνεμος ἀπηλιώτης, ὃν δὴ Ἑλλησποντίην καλέ-
ουσι οἱ

numero[1] non pauciora sed plura fuisse arbitror quæ eos comitabantur seruitia, & eos qui frumentariis in nauigiis erant, & in aliis nauibus vna cum militaribus viris vehebantur: quos neque plures neque pauciores facio, sed totidem. Ita æquati numero pugnatorum, explebunt totidem myriadas: fientque quingentæ & viginti octo myriades, & tria millia ducenti & viginti viri, quos Xerxes Darii filius duxit ad Sepiadem & vsque ad Thermopylas. Hic est vniuersus copiarum Xerxis numerus. Nam mulierum pinsentium & pallacarum & eunuchorum numerum nemo pro comperto queat dicere: ac ne impedimentorum quidem, aliorumque iumentorum sarcinariorum, neque canum Indicorum exercitum comitantium, præ multitudine quisquam inire numerum possit.[2] Quo minus miror proditũ esse, fluenta quædam non suppeditauisse: magis miror vnde tot myriadibus cibaria suppetierint. nam subducta ratione comperio, si singuli quotidie singulas frumenti chœnicas, *id est*, *semodia*, non amplius accepissent, absumpta fuisse singulis diebus centum millia medimnorum, & trecentos ac quadraginta medimnos, *qui singuli constant è senis modiis*: haud annumerando mulieres eunuchosque, & iumenta, atque canes. In quo exercitu quum tot virorum millia essent, nemo erat qui aut specie aut magnitudine corporis cum Xerxe ipso posset contendere, tanquam dignior qui illud imperium obtineret. ¶ Nauales autem copiæ, postquam è statione soluerunt, prouectæque oram terræ Magnesiæ tenuerunt, quæ est inter vrbem Casthanæam & oram Sepiadem, primæ quæq; naues ad terram habuere stationem, aliæ deinceps in ancoris stetere, ad octauum vsque ordinem[3] intra mare procedentes, vtpote angustiore litore quam vt classem caperet: atque ita per noctem stetere. Sub ipsum vero diluculum, ex sereno cælo & tranquillo quum mare efferbuisset, incidit in eam atrox tempestas, ac vehemens ventus subsolanus, quẽ Hellespontiũ nun-

CLXXVII

CLXXVIII

CLXXIX

1 Non minorem sed maiorem fuisse existimo famulitii numerum, eorumque qui frument. in nauig. erant, & qui in aliis n.v.c. militibus vehebantur. Sed esto hos illis numero pares esse; ac neque plures, neque pauciores, certè æquati hi numero pugn.

2 Itaque mirum mihi non videtur quorundam amnium fluenta defecisse tot hominum millia: sed quonam modo frumentum suppetierit tot hominum millibus, id vero mirum videri potest. Siquidem vt chœnicem frumenti quisque in singulos dies acciperet, ac nihil amplius, subducta ratione inuenio centena dena millia medimnũm quotidie absumi potuisse, & trecenta præterea quadraginta medimna. *Ita Bud. hunc locum vertit, addens etiam Amnium fluenta prodidisse, hoc est, defecisse exercitum tantum. Vide apud eundem De asse lib. 5, in quo sit reprehendenda hic Vallæ interpretatio.* 3 Πρόφορα τῶν *vulgo exponitur, Naues sibi iunctæ scalarum instar alia post alias.*

cupant

cupant qui circa illa loca habitãt. Eum ventum quicunque augescere animaduerterunt, & quibus per condicionem stationis licuit, ii tempestatem præuenerunt, reuulsisque nauibus sese atque illas incolumes præstiterunt: at quas naues ventus [1] exteriores nactus est, earum alias ad loca quæ dicuntur ἰπνοὶ, *id est, furni*, quæ sunt in Pelio, extulit, alias in litus, alias in ipsam Sepiadem illisit, alias in vrbẽ Casthanæam, alias in Melibœam expulit. erat enim intoleranda
CLXXIX vis eius. Enimuero feruntur Athenienses Boreã inuocasse ex oraculo alio, quod eis redditum est, vt generũ suum ad sibi opitulandum inuocarent. Habet autem (vt apud Græcos fertur) Boreas in matrimonio Orithyam, Atticam, Erechthei filiam. Ex hoc coniugio (vt fama est) Athenienses inducti sunt ad coniectandum Boream sibi generũ esse, & dum [2] in Chalcide pro Europa excubarent, quum intelligerent auctũ iri tempestatem, inuocauere Boream, cui prius sacrificauerant, & Orithyam, vt sibi auxilio essent, & barbarorum naues corrumperent, quemadmodũ prius fecerant circa Athon. Num autem ob id Boreas ingruerit in barbaros apud stationẽ agentes, non queo dicere: certe Athenienses aiunt & ante fuisse sibi auxilio Boream, & tunc illud effecisse. atque digressi illinc, delubrum Boreæ extruxere ad amnem Ilissum. In hac
CXC clade qui paucissimas naues, ii non pauciores quadringentis periisse aiunt, viros quoque innumerabiles, ac vim pecuniarum immensam. vt Aminocli [3] Cratineo viro Magneti, maiorem in modum fuerit fructuosum hoc naufragium: qui aliquanto post, dum circa Sepiadem humũ fodit, multa pocula aurea iecta, multa argentea percepit, thesauros que Persarum inuenit, affatimque aliarum ex auro rerum lucratus est: & quum alioqui non esset fortunatus, è rebus repertitiis mirifice est ditatus. [4] nam fuit ei vtilitas quædam ingrata, ac doloris caussa, quod erat filiis orba-
CXCI tus. Nauium autem onerariarum aliorumque nauigiorum quæ perierunt, numerus iniri non potest. Vnde præfecti classis, veriti ne sibi post acceptam calamitatem Thessali incursarent, excelsum sibi vallum è naufragiis circumdederunt.

οισι οἱ περὶ ταῦτα τὰ χωρία οἰκημένοι. ὅσοι μὲν νεῶν αὐτέων ἀνέμου μᾶλλον ἔμαθον τὸν αὔρεμον, καὶ πᾶσι ὅπως τις ὄρμου, οἷσί τε ἔφθησαν τὸν χειμῶνα, ἀναπαύσαντες τὰς νέας, καὶ αὐτοί τε περιῆσαν καὶ αἱ νέες αὐτέων· ὅσας δὲ τῶν νεῶν μεταρσίας ἔλαβε, τὰς μὲν ἐξέφερε πρὸς Ἵπνους καλεομένους, πεὶ ἐν Πηλίῳ, τὰς δὲ, ἐς τὸν αἰγιαλόν· αἱ δὲ περὶ αὐτὴν τὴν Σηπιάδα περιέπιπτον, αἱ δὲ, ἐς Μελίβοιαν πόλιν, αἱ δὲ ἐς Κασθαναίην ἐξεβράσσοντο. ὣν τε τὸν χειμῶνος χρῆμα ἀφόρητον. Λέγεται δὲ λόγος ὡς Ἀθηναῖοι τὸν Βορέην ἐκ προφητηίου ἐπεκαλέσαντο, ἐλθόντος σφι ἄλλου χρηστηρίου, τὸν γαμβρὸν ὑπερκύψειν καλέσασθαι. Βορῆς δὲ, κατὰ τὸν Ἑλλήνων λόγον, ἔχει γυναῖκα Ἀθηνέων, Ὠρειθυίην τὴν Ἐρεχθέος. κατὰ δὴ τὸ κῆδος τοῦτο οἱ Ἀθηναῖοι (ὡς φάτις ὥρμηται) συμβαλλεόμενοί σφι τὸν Βορέην γαμβρὸν εἶ), καὶ ναυλοχέοντες τῆς Εὐβοίης ἐν Χαλκίδι, ὡς ἔμαθον αὐξόμενον τὸν χειμῶνα, ἢ καὶ πρὸ τούτου, ἐθύοντό τε καὶ ἐπεκαλέοντο τόν τε Βορέην καὶ τὴν Ὠρειθυίην, πέμψῃσι σφι, καὶ διαφθεῖραι τῶν βαρβάρων τὰς νέας, ὡς καὶ πρότερον περὶ Ἄθων. εἰ μέν νυν διὰ ταῦτα τοῖσι βαρβάροισι ὁρμέουσι Βορῆς ἐπέπεσε, οὐκ ἔχω εἰπεῖν· οἱ δὲ ὦν Ἀθηναῖοί σφι λέγουσι βοηθήσαντα τὸν Βορέην πρότερον, καὶ τότε σφέα κατεργάσασθαι. καὶ ἱερὸν ἀπελθόντες Βορέῃ ἱδρύσαντο παρὰ ποταμὸν Ἰλισσόν. Ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ νέας οἱ ἐλαχίστας λέγουσι διαφθαρῆναι, τεσσαρακοσιέων οὐκ ἐλάσσονας, ἀνδράς τε ἀναριθμήτους, χρημάτων τε πλῆθος ἄφθονον. ὥστε Ἀμεινοκλέι τῷ Κρητίνεω ἀνδρὶ Μάγνητι, γηοχέοντι περὶ Σηπιάδα, μεγάλως ἡ ναυηλίη αὕτη χρησὴ ἐγένετο· ὃς πολλὰ μὲν χρύσεα ποτήρια ὑστέρῳ χρόνῳ ἐκβεβαιούμενα ἀπείλετο, πολλὰ δὲ ἀργύρεα· θησαυρούς τε τῶν Περσέων εὗρε, ἄλλά τε χρύσια ἄφαρα χρήματα περιεβάλετο. ἀλλ' ὁ μὲν, πάντα οὐκ ἀτυχέων, ἀπρήμασι μέγα πλούσιος ἐγένετο. ὣν γάρ τις καὶ τούτῳ ἄχεος συμφορὴ λυπρὸν παιδοκτόνος. Σιφαγωγῶν δὲ ὁλκάδων, καὶ τῶν ἄλλων πλοίων διαφθειρομένων, οὐκ ἐστὶν ἀριθμός· ὥστε δείσαντες οἱ Θεσσαλοὶ τὸ ναυηγὸν τὸ σφέτερον μὴ σφι κακακωμένοισι ἐπιθέωνται, ἔρχος ὑψηλὸν ἐκ τῶν ναυηγίων περιεβάλοντο.

1 Altum tenentes 2 In Chalcide Eubœæ excubarent, vbi tempestatem oriri intellexerunt, aut prius etiam *quam id intellexissent*, sacrificare cœperunt, & Boream Orithyamque inuocare vt sibi auxil. 3 Cretinei filio, *aut Cretini*. 4 Nam & hũc calamitas quædam angebat circa liberorum cædem.

ἡμέρας γὰρ μὴ ἐλείμαζε τρεῖς. τέλος δ', ἔντομά τε ποιεῦντες, καὶ καταείδοντες μήσι τῷ ἀνέμῳ οἱ μάγοι, ὡς δέ τε τότε σι, καὶ τῇ Θέτι καὶ τῇσι Νηρηΐσι θύοντες, ἔπαυσαν τέλος τετάρτῃ ἡμέρῃ, ἢ ἄλλως κως αὐτὸς ἐθέλων ἐκόπασε. ἵνα δὲ Θέτι ἔθυον, πυθόμενοι παρὰ Ἰώνων δι λόγου, ὡς ἐκ τοῦ χώρου τούτου ἁρπασθείη ὑπὸ Πηλέος, εἴη τε ἅπασα ἡ ἀκτὴ ἡ Σηπιὰς ἐκείνης τε καὶ τῶν ἄλλων Νηρηίδων. ὁ μὲν δὴ τετάρτῃ ἡμέρῃ ἐπέπαυτο. Τοῖσι δὲ Ἕλλησι οἱ ἡμεροσκόποι ἀπὸ τῶν ἄκρων τῶν Εὐβοϊκῶν καταδραμόντες δευτέρῃ ἡμέρῃ, ἀπ' ἧς ὁ χειμὼν ἔσχετο ἐγένετο, ἐσήμηναν πάντα τὰ γενόμενα περὶ τὴν ναυηγίην. οἱ δέ, ὡς ἐπύθοντο, Ποσειδέωνι σωτῆρι εὐξάμενοι, καὶ ἐπωνυμίας προσχέοντες, ἵλεω ταχίστην ὁσίσω ἠπείγοντο ἐλθεῖν. ὅτι δὲ Ἀρτεμίσιον· ἐλπίσαντες ὀλίγας τινὰς σφι ἀντιξόους ἔσεσθαι νῆας. οἱ μὲν δὴ τοδεύτερον ἐλθόντες περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, ὁρμέατο, Ποσειδέωνος σωτῆρος ἐπωνυμίην ἀπὸ τοῦδε ἔτι καὶ ἐς τόδε νομίζοντες. Οἱ δὲ βάρβαροι, ὡς ἐπαύσατό τε ὁ ἄνεμος, καὶ τὸ κῦμα ἔσχετο, καταστάντες τὰς νῆας, ἔπλεον τοῦδε τοῦ ἤπειρον. κάμψαντες δὲ τὴν ἄκρην τῆς Μαγνησίης, ἴθεσαν ἔπλεον 284 ἐς τὸν κόλπον τὸν ὅτι Παγασέων φέρονται. ἔστι δὲ χῶρος ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ τῆς Μαγνησίης, ἔνθα λέγεται τὸν Ἡρακλέα καταλειφθῆναι ὑπὸ Ἰήσονός τε καὶ τῶν συνεπαίρων ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς ἐπὶ ὕδωρ πεμφθέντα, δι' ὅτι τὸν κάδον ἔπλεον ἐς Αἶαν τὴν Κολχίδα. σοφθύτερον γὰρ ἔμελλον ὑδρευσάμενοι, ἐς τὸ πέλαγος ἀφήσειν· ἐκ τούτου δὲ τοῦ χώρου οὔνομα γέγονε Ἀφέται. ἐνθαῦτα ὦν ὅρμεον οἱ Ξέρξεω ἐποιεῦντο. Πεντεκαίδεκα δὲ τῶν νεῶν τουτέων ἔτυχόν τε ὑστατοι πολλὸν ἐξανύσασαι, καὶ κως καὶ εἶδον τὰς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ τῶν Ἑλλήνων νῆας· ἔδοξάν τε δὴ τὰς σφετέρας εἶναι οἱ βάρβαροι, καὶ πλέοντες, ἐπέπεσον ἐς τοὺς πολεμίους, τῶν ἐς ἐπιτηδεε ὁ ἀπὸ Κύμης τῆς Αἰολίδος ὕπαρχος Σανδώκης ὁ Θωὔμασίου· ὃν δὴ πρότερον πυτέων βασιλεὺς Δαρεῖος ἐπ' αἰτίῃ τοιῇδε λαβών, εἶσε αὖρωσε, ἐόντα τῶν βασιλητέων δικαστέων· ὅτι ὁ Σανδώκης ὑπὸ χρημάτων ἄδικον δίκην ἐδίκασε. ἀναχρεωθέντος ὦν αὐτοῦ, ἀναλογιζόμενος ὁ Δαρεῖος, εὗρε οἱ πλέω ἀγαθὰ τῶν ἁμαρτημάτων πεποιημένα ἐς οἶκον τὸν βασιλήιον· εὑρὼν δὲ τοῦτο ὁ Δαρεῖος, καὶ γνοὺς ὡς τάχυτερα αὐτὸς ἢ σοφώτερα ἐργασμένος εἴη, ἔλυσε. βασιλέα μὲν δὴ Δαρεῖον οὕτω ἀπαφυγὼν μὴ ἀπολέσθαι, πρεσβεύσας τότε δὲ

Triduo enim tempestas perstitit: quarto tandem die magi [1] incisiones faciendo, & veneficiis incantando ventũ, ad hæc Thetidi ac Nereidibus sacrificãdo, tempestatem compescuerunt: siue aliter tempestas ipsa sua sponte cessauit. Thetidi autem ideo magi sacrificauere, quod ab Ionibus acceperant Thetin ex eo loco raptam fuisse à Peleo, omnemq; eam oram Sepiadem illius esse, aliarumque Nereidũ. Et ventus quidem quarto die conquieuit. CXCII At Græcis diurni fui speculatores ex Euboicis verticibus decurrentes, altero ab exorta tempestate die indicarunt omnia quæ circa naufragium contigerãt. Quæ isti vbi audiere, fusis prius liberatori Neptuno libamentis, celerrime rursus ad Artemisium reuehuntur, sperantes sibi paucas aliquas naues fore aduersarias. Ita ad Artemisium prouecti, iterum stationem habuere ad templum Neptuni cognomine Liberatoris: quod nomen ab illis inditum, ad hoc vsque tempus perdurat. CXCIII Barbari, posteaquam ventus conquieuit, & fluctus cõstrati sunt, reuulsis nauibus ad continentem enauigabant, circumuehentesque promontoriũ Magnesiæ, rectum cursum in sinum qui ad Pegasæa fert tenebant. In hoc Magnesiæ sinu locus quidam est in quo fertur Hercules, quum è naui Argo aquatum missus esset, derelictus fuisse ab Iasone atque à sociis, dum in terram Colchidem ad vellus nauigarent. [2] Illinc enim aquati in pelagus erant abituri, eaque de re nomen loco fertur esse Aphetæ, *id est*, *dimissæ*. CXCIV Hoc in loco Xerxianæ naues stationem habuerunt: quarum quindecim, [3] quæ longe vltimę appellabantur, prospectis Græcorum ad Artemisium nauibus, ratæ suas esse, in medium earum & ad hostes delatæ sunt: quarum dux erat Sandoces Thaumasii filius, Cumæ Æolidis præfectus: quem ante Darius ob hanc causſam captum cruci affixerat, quod quum è regiis iudicibus esset, iniquam sententiam ob pecuniam tulerat. sed eius in cruce suspensi Darius reputans plura peccatis esse beneficia in domum regiam collata, hoc reperiens, agnoscensq; properantius se quam prudentius egisse, hominem soluit. Ita regem Darium elapsus ac vitæ restitutus, tunc

1 *Ipse alibi* haruspicinam facere *interpret.* 2 Illinc enim aquati ἔμελλον ἐς τὸ πέλαγος ἀφήσειν. *ad verbum*, *In pelagus erant immissuri*. vnde loco illi nomen extitit ἀφέται. *Potest autem* ἀφήσειν, *& aliter reddi. sunt enim qui* ἐς πέλαγος ἀφιέναι *vertant*, In altum vela dare. 3 Quæ multo post alias soluerant, conspectis Græc.

in Græ-

in Græcos delatus, non iterum erat elapsurus. hos enim ad se cursum tenentes Græci vbi videre, cognito hominum errore, aggressi [1] repente cepere,

CXCV In quarum nauium vna captus est Aridolis, Alabandensium qui sunt in Caria tyrannus: in altera Penthylus Demonoi filius, dux Paphius, qui è Papho duodecim naues quum duxisset, amissis earum vndecim tempestate quæ ad Sepiadem extiterat, cum vna quæ superabat tendens ad Artemisium, captus est. Hos Græci quæ volebant de Xerxis exercitu scisciti, vinctos ad Corinthiorum Isthmum dimiserunt.

CXCVI Cetera barbarorum classis, præter quindecim naues quibus præfuisse Sandocem dixi, ad Aphetas peruenit. Xerxes cum terrestribus copiis per Thessaliam & Achaiam iter faciens triduo, euasit in Melienses: quum in Thessalia certamen curule feciset, suas equas experiendi gratia, quod illic optimas Græcarum equas esse audiebat. in eo autem certamine multo inferiores fuerunt Græcæ. Fluuiorum porro qui sunt in Thessalia, solus Onochonus potanti exercitui

CXCVII [2] non suffecit. Xerxi [3] ad litoralia Achaiæ tendenti, perductores sui cuncta referre cupientes, enarrabant id quod de templo Iouis Aphlystii ab indigenis enarratur: Athamantem Æoli filium, inito cum Ino cõsilio necem Phryxo machinatum: deinde Achæos ex oraculo tale certamen illius posteris proposuisse, vt qui ex eo genere maximus natu esset, huic aditu prytanei, *id est*, *curiæ* (quã leitum Achæi vocant) interdiceretur: ipsis excubias agentibus, vt siquis adisset, non prius exire posset quam mactandus esset. Ita multos, quum iam mactandi essent, eo metu in aliam profugisse regionem: interiecto deinde tempore, quum reuersi essent, & in prytaneum ingressi, si essent deprehensi, toto corpore coronis cooperto, & cum pompa eductos mactari consuesse. Hoc autem posteros Cytissori Phryxo geniti ob id pati, quod quum Achæi expiationem loci facientes, ex oracle Athamantem Æoli filium essent immolaturi, Cytissorus iste è terra Colchide veniens illum liberauit: eoque facto posteris eius iram dei fuisse iniectam. Hæc quum audisset Xerxes, vbi ad lucum adfuit,

ἐς τὰς Ἕλλωας καταπλώσας, ἔμελλε αὐτὸς τε πεζὸν ἄγων φυγὼν ἔσεσθαι. ὡς γὰρ σφέας εἶδον πρῆσσον πλαζομένους οἱ Ἕλληνες, μαθόντες αὐτέων τὸ γινόμενον ἁμαρτάδα, ἐπῆμαχθέντες, εὐπετέως σφέας εἷλον. Ἐν τούτων μιῇ Ἀεἰδωλις πλέων ἦλω, τύραννος Ἀλαβανδέων τῶν ἐν Καρίῃ· ἐν ἑτέρῃ δέ, ὁ Ἀφιος τρατηγὸς Πενθύλης ὁ Δημονόου· ὃς ἦγε μὲν δυώδεκα νέας ἀπὸ Πάφου, ἀπεβαλὼν δὲ σφεων τὰς ἕνδεκα τῷ χρόνῳ τῷ μετὰ τοῦτο μιῇ τῇ ἐπὶ Σηπιάδα, μιῇ τῇ ἐπιγενομένῃ καταπλέων ἐπ' Ἀρτεμίσιον ἦλω. τούτους οἱ Ἕλληνες ἐξετορήσαντες τὰ ἐβούλοντο πυθέσθαι ἀπὸ τῆς Ξέρξεω τραπῆς, ἀπεπέμψαν δεδεμένους ἐς τὸν Κορινθίων Ἰσθμόν. Οἱ μὲν δὴ ναυτικὸς ὁ τῶν βαρβάρων τρηχὸς, πάρεξ τῶν πεντεκαίδεκα νεῶν ἐν εἵπετο Σανδώκεα τρατηγέοντι, ἀπίκετο ἐς Ἀφέτας. Ξέρξης δὲ ὁ πεζὸς πορευθεὶς διὰ Θετταλίης τὴν Ἀχαιίης, ἐς ἐβεβλημένως ἦν τὴν δὴ τεταμένος ἐς Μηλιέας. ἐν Θεσσαλίῃ μὲν ἄεθλα ποιησάμενος ἵππων τῶν ἑωυτοῦ, ἀπεπειρώμενος τὴν Θετταλίης ἵππου· πυθόμενος ὡς ἀρίστη εἴη τῶν ἐν Ἕλλησι, ἔνθα δὴ αἱ Ἑλλάδες ἵπποι ἐλίποντο πολλόν. τῶν μὲν ὦν ἐν Θετταλίῃ ποταμῶν, Ὀνόχωνος μοῦνος οὐκ ἀπέρχεται τῇ τραπῇ τὸ ῥέεθρον, πιόμενος· τὸν δὲ ἐν Ἀχαιίῃ ποταμῶν ῥεόντων, οὐδὲ ὅστις μέγιστος αὐτέων ἐστὶ Ἠπιδανὸς, οὐδὲ οὗτος ἀπέχει, εἰ μὴ ὀλίγῳ. Ἐς Ἅλους δὲ τῆς Ἀχαιίης ἀπικομένῳ Ξέρξῃ οἱ κατηγεμόνες τὴν ὁδὸν βουλόμενοι τὸν πρῶτα ἐξηγέεσθαι, ἔλεγόν οἱ ὁκοῖόν τι λόγον, τὰ περὶ τὸ ἱρὸν τοῦ Ἀφλυσίου Διὸς, ὡς Ἀθάμας ὁ Αἰόλου ἐμηχανήσατο Φρίξῳ μούνῳ σὺν Ἰνοῖ βουλεύσας· μετὰ δὲ, ὡς οἱ θεοπρόποι Ἀχαιοὶ προεπιθῆ τοῖσι ἐκείνου ἀπογόνοισι αἰθλας τοιόνδε· ὃς ἂν ἢ τῶν ἡμέων τούτου πρεσβύτατος, τούτου ὅπως πάξαντες ἔργεσθαι τῶν πρυλανίης, αὐτοὶ φυλακὰς ἔχωσι· λίτον δὲ καλέεται τὸ πρυτανήιον οἱ Ἀχαιοί· ἐς ὃ ἂν ἐσέλθῃ, οὐκ ἔστι ὅκως ἔξεσι, πρὶν ἢ θύσεσθαι μέλλῃ. ὥστε τι πρὸς τούτοισι πολλοὶ ἤδη τῶν μελλόντων τυτέων θύεσθαι, δείσαντες, οἰχοντο ἀποδράντες ἐς ἄλλην χώρην· χρόνου δὲ προϊόντος, ἐπείτε καὶ τελθόντες, ἵνα ἁλίσκωνται, ἐξελίσσοντο ἐς τὸ πρυτανήιον. ὡς θύεσθαί τε ἔμελλε, ἐκέκμασι πᾶς πυκασθείς, καὶ ὡς συμπομπὴ ἔσχηθείς. Ἰασόνα δὲ παρῆσαν οἱ Κυτισώρου τοῦ Φρίξου παῖδος ἀπόγονοι, διότι κατάρμοσε τὴν χώρην ποιευμένων Ἀχαιῶν ἐκ θεοπροπίου Ἀθάμαντα τὸν Αἰόλου, καὶ μελλόντων μιν θύειν, ἀπικόμενος σὺν ὁ Κυτίσωρος ἐξ Αἴης τῆς Κολχίδος, ἐρρύσατο. ποινὴν δὲ τοῦτο, τοῖσι ἐπιγενομένοισι ἐξ ἑωυτοῦ μῆνιν θεοῦ ἔφη. Ξέρξης δὲ ταῦτα ἀκούσας, ὡς τῷ ἄλσεϊ ἐγένετο,

1 Facile cepere. 2 Non suffecit. Fluuiorum autem Achaiæ qum maximus sit Apidanus, ne hic quidem suffecit, nisi aliqua ex parte. *Id est*, *Ne hic quidem illi aquam abunde suppeditauit, sed parce tantum.* 3 Pro εἰς Ἅλους τῆς Ἀχαιίης *his posuit* Ad litoralia Achaiæ: *quum supra pag.* 441. *pro iisdem verbis posuerit* Algas Achaiæ.

285 αὐτός τε ἔρχετο αὐτὸς, καὶ τῇ στρατιῇ πάσῃ παρήγγειλε. τὸ τε Ἀθαμάντιον ἀπογόνων τῶν οἰκίλου ὁμοίως καὶ ὃ τέμενος ἐσέβετο. Ταῦτα μὲν τὰ ἐν Θεσσαλίῃ, καὶ τὰ ἐν Ἀχαιίῃ. ἀπὸ γὰρ τούτεων τῶν χώρων ἦιε ἐς τὴν Μηλίδα κατὰ κόλπον θαλάσσης, ἐν τῷ ἄμπωτίς τε καὶ ῥηχὴ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται. περὶ δὲ τὸν κόλπον τοῦτον ἔστι χῶρος πεδινός, τῇ μὲν, εὐρύς, τῇ δὲ, καρτὸς στεινός. περὶ δὲ τὸν χῶρον τοῦτον ὄρεα ὑψηλὰ καὶ ἄβατα κατειλήφει πᾶσαν τὴν Μηλιάδα γῆν, Τρηχίνεαι πέτραι καλεόμεναι. πρώτη μὲν νυν πόλις ἐστὶ ἐν τῷ κόλπῳ ἰόντι ἀπ' Ἀχαίης, Ἀντίκυρα· παρ' ἣν Σπερχειὸς ποταμὸς ῥέων ἐξ Ἐνιήνων, ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ. ἀπὸ δὲ τούτου, ἄλλος εἴκοσι καὶ σταδίους ἄνευ ποταμός, ᾧ ὄνομα κεῖται Δύρας, τὸν μυθολόγοι βοηθέοντα Ἡρακλέι χρημένῳ λόγῳ ἀναφαίνεσθαι. ἀπὸ δὲ τούτου, ἄλλος ἄνευ εἴκοσι σταδίων ἄνευς ποταμός ἐστι, ὃς καλέεται Μέλας. Τρηχὶς δὲ πόλις ἀπὸ τοῦ Μέλανος τούτου ποταμοῦ πέντε σταδίους ἀπέχει. αὕτη δὲ ἡ χώρη τούτων ἐστὶ πασέων τῶν χωρέων τῶν ἐς θάλασσαν κατ' ἃ Τρηχὶς πεπόλισται. διχθὰ τε γὰρ καὶ τρισμύρια πλέθεα τοῦ πεδίου ἐστί. τοῦ δὲ ὄρεος, ὃ κατειλήφει τὸν γῆν τὴν Τρηχινίην, ἔστι ἀσφάξ κατὰ μεσαμβρίην Τρηχῖνος. ἀπὸ δὲ τοῦ ἀσφάγος Ἀσωποῦ ποταμοῦ ῥέει κατὰ τὴν ὑπωρέην τοῦ οὔρεος. Ἔστι δὲ ἄνευς Φοίνιξ ποταμὸς ἀμέγας κατὰ μεσαμβρίην τοῦ Ἀσωποῦ· ὃς ἐκ τῶν ὀρέων τουτέων ῥέων ἐς ὃν Ἀσωπὸν ἐκδιδοῖ. κατὰ δὲ τὸν Φοίνικα ποταμὸν στεινότατόν ἐστι ἁμαξιὸς γὰρ μίνμυνη δίδυμος. ἀπὸ δὲ τοῦ Φοίνικος ποταμοῦ πεντεκαίδεκα στάδιά ἐστι ἐς Θερμοπύλας. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Φοίνικος ποταμοῦ καὶ Θερμοπυλέων κώμη τέ ἐστι τῇ οὔνομα Ἀνθήλη κεῖται, παρ' ἣν δὴ κατάρρεων ὁ Ἀσωπὸς, ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ, καὶ χῶρος κατὰ αὐτὸν εὐρύς. ἐν δὲ Δήμητρός τε ἱρὸν Ἀμφικτυονίδος ἵδρυται, καὶ ἕδραι εἰσὶ Ἀμφικτύοσι, καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀμφικτύονος ἱρόν. Βασιλεὺς μὲν δὴ Ξέρξης ἐστρατοπεδεύετο τὴν Μηλίδος ἐν τῇ Τρηχινίῃ· οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐν τῇ διόδῳ καλέεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος ὑπὸ μὲν τῶν πλεόνων Ἑλλήνων, Θερμοπύλαι· ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων καὶ τοὺς οἰκέοντας, Πύλαι. ἐστρατοπεδεύοντο μὲν νυν ἑκάτεροι ἐν τούτοισι τοῖσι χωρίοισι. ἐπεκράτεε δὲ, ὁ μὲν τῶν πρὸς βορῆν ἀνέμου ἐχόντων πρώτων μέχρι Τρηχῖνος· ὁ δὲ, τῶν πρὸς νότον καὶ μεσαμβρίην φερόντων τὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ἠπείρου. Ἦσαν δὲ οἵδε Ἑλλήνων οἱ ὑπομένοντες ἐν Γέρσῃσι ἐν πύτῳ τοῦ χώρου· Σπαρτιητέων τε τριηκόσιοι ὁπλῖται, καὶ Τεγεητέων καὶ

βοηθέοντα τῷ Ἡρακλεῖ χρημένῳ λόγῳ ὅτι ἀναφαίνεται.

& ipse ab eo abstinuit, & idem suis copiis imperauit, domumque item posterorum Athamantis ac fanum veneratus est. Hæc in Thessalia Achaiaq; : à quibus locis processit Xerxes in Melidem iuxta maris sinum, vbi totum diem æstus atque reciprocatio fluctuum fit. Huic sinui circumiectus est locus campester, alibi spatiosus, alibi arctus admodum. Suntque ipsi campo circumiecti montes editi atque inaccessi, omnem Melidem cingentes regionem, quæ petræ Trachiniæ nominantur. Prima in sinu vrbs ab Achaia euntibus est Anticyra, quam amnis Sperchius præterlabens, ex Enienſibus in mare defluit. A quo alter amnis xx ferme stadiis abest, cui nomen inditũ est Dyras, quem fama est emersisse ad ferendam Herculi opem. Ab hoc totidem stadiorum intercapedine alius amnis est, qui vocatur Melas, *id est, niger*. Vnde vrbs Trachis quinque stadia abest, [1] sita in amplissimo regionis spatio, à montibus ad mare, vtpote duobus & viginti millibus iugerum planitie montis qui terram Trachiniam circumdat. Ad Trachinis meridiem anfractus est per quem Asopus circa radices montis defluit. Ad cuius meridiem alius non magnus amnis est, nomine Phœnix ex his montibus in Asopum defluens. Iuxta Phœnicem angustissimum viæ est: quippe qua muri coarctata modo plaustrum duntaxat agi potest. A flumine Phœnice ad Thermopylas quindecim stadiorum est interuallum, in quo vicus est nomine Anthela: quem præterfluens Asopus in mare euoluitur: & ei locus spatiosus est circumiectus, vbi templum Cereris Amphictyonidis extructum visitur, & sedilia Amphictyonibus, & ipsius Amphictyonis delubrum. ¶ Ceterum rex Xerxes quidem in Trachinia Melidis castra habebat; Græci vero in transitu: qui locus à plerisq; Græcorum vocatur Thermopylæ, ab indigenis autem atque accolis Pylæ. Hæc erant vtrorumque castrorum loca: Xerxe omnibus quæ ad ventum boream spectant vsque ad Trachinem, potito: Græcis, quæ per hanc continentem ad austrum & meridiem ferunt, tenentibus. Qui hoc in loco Persam Græci opperiebantur, hi fuere, Spartanorum trecenti armati, Tegeitarum &

cxcviii cxcix cc cci ccii

1 Hac autem maxime parte spatiosa est illa regio, à mari ad montes, iuxta quos est sita Trachis. sunt enim viginti duo planitiei plethra. Montis autem qui Trachinium agrum circumdat, est anfractus, ad Trachinis meridiem, per quem Asop.

Mantie-

Mantienorum mille, totidem ex vtrisque : ex Orchomeno Arcadiæ centum viginti, ex reliqua Arcadia mille. tot quidem ex Arcadia. A Corintho autem quadringenti : à Phliunte ducenti, & Mycenæorum octoginta. hi ex Peloponneso aderant: ex Bœotis autem Thespienses septingenti, Thebani quadringenti. Præter hos euocati erant Locrenses Opuntii cum omni copia, & Phocensium mille. Ipsi enim Græci eos euocauerant, missis nunciis, qui dicerent se quidem præcursores aliorum venisse, ceteros autem socios propediem expectari: tutelam vero maris esse in Athenienſium præsidio Æginetarumque, & eorum quibus res naualis iniuncta esset. nec sibi quippiam esse formidolosum. non enim deum esse qui bellum Græciæ inferret, sed hominem : nec mortalem quempiam aut esse aut fore qui, ex quo natus est, mali exors sit : & vt quisque maximus est, ita ei deberi maxima. itaque quum mortalis esset qui bellum inferret, ab opinione esse casurum. Hæc illi audientes, in Trachinem auxilio iere. Erant his tum alii duces suæ quisq; ciuitatis, tum vero, penes quem summa imperii erat, quem maxime admirabantur, Lacedæmonius Leonides Anaxandridæ filius, qui Leontis, qui EVrycratidæ, qui Anaxandri, qui EVrycratis, qui Polydori, qui Alcamenis, qui Telecli, qui Archelai, qui Agesilai, qui Doryagi, qui Leobotis, qui Echestrati, qui Hegesis, qui EVrysthenis, qui Aristodemi, qui Aristomachi, qui [1] Cleonidæi, qui Hylli, qui Herculis filius fuit : adeptus ex inopinato regnum. Nam quum duo forẽt ei fratres natu maiores, Cleomenes & Dorieus, aberat à cura regionis adipiscendæ: verum Cleomene sine virili sobole defuncto, & Dorieo iam non superstite, sed & ipso in Sicilia vita functo, ita regnũ ad Leonidẽ peruenit, qui Cleombroto maior natu erat. Is enim nouissimus fuit Anaxandridæ liberorum, habebatq; in matrimonio Cleomenis filiã. Qui dũ se ad Thermopylas contulit, delegerat trecentos [2] è primoribus viros, & quibus filii erãt: assumpseratq; eos Thebanos quorum de numero feci mentionẽ, quorum dux erat Leontiades EVrymachi filius. Hac de causſa

Μαντινέων χίλιοι, καὶ ἡμίσεες ἑκατέρων· ἐξ Ὀρχομενοῦ τε τῆς Ἀρκαδίης, εἴκοσι καὶ ἑκατόν· καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς Ἀρκαδίης, χίλιοι. τοσοῦτοι μὲν Ἀρκάδων. ἀπὸ δὲ Κορίνθου, τετρακόσιοι. καὶ ἀπὸ Φλιασίων τε, διακόσιοι ὁπλῖται· καὶ Μυκηναίων ὀγδώκοντα. ἔτοιμοι μὲν ἀπὸ Πελοποννήσου παρῆσαν. ἀπὸ δὲ Βοιωτῶν, Θεσπιέων τε ἑπτακόσιοι, καὶ Θηβαίων τετρακόσιοι. Πρὸς τούτοισι ἐπίκλητοι ἐγίνοντο Λοκροί τε οἱ Ὀπούντιοι πανστρατιῇ, καὶ Φωκέων χίλιοι. αὐτοὶ γὰρ σφέας οἱ Ἕλληνες ἐπεκαλέσαντο, λέγοντες δὲ ἀγγέλων ὡς αὐτοὶ μὲν ἥκοιεν πρόδρομοι τῶν ἄλλων, οἱ δὲ λοιποὶ τῶν συμμάχων, προσδόκιμοι πᾶσαν εἶεν ἡμέρην· ἡ θάλασσά τε σφι εἴη ἐν φυλακῇ, ὑπ' Ἀθηναίων τε Φθιωτίδων, καὶ Αἰγινητέων, καὶ τῶν ἐς ἔθναυτον στρατὸν ταχθέντων, καὶ σφι εἴη δεινὸν οὐδέν. οὐ γὰρ θεὸν εἶναι τὸν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἀλλ' ἄνθρωπον. εἶναι δὲ θνητὸν οὐδένα, οὐδὲ ἔσεσθαι, τῷ κακὸν ἐξ ἀρχῆς μὴ οὐ συμμέμιχθαι· τοῖσι δὲ μεγίστοισι αὐτέων, μέγιστα. ὀφείλειν ὦν καὶ ὄντα ἐπ' ἀνθρώπους, ὡς εἰκὸς θνητόν, ἀπὸ τῆς δόξης πεσέεσθαι. οἱ δὲ, ταῦτα σωθαινόμενοι, ἐβοήθεον ἐς τὰς Τρηχῖνα. Τούτοισι ἔσαν μὲν καὶ ἄλλοι στρατηγοὶ κατὰ πόλιας ἑκάστων. ὁ δὲ θωυμαζόμενος μάλιστα καὶ πρὸς τοῦ στρατεύματος ἡγεόμενος, Λακεδαιμόνιος ἦν, Λεωνίδης ὁ Ἀναξανδρίδεω, τοῦ Λέοντος, τοῦ Εὐρυκρατίδεω, τοῦ Ἀναξάνδρου, τοῦ Εὐρυκράτεος, τοῦ Πολυδώρου, τοῦ Ἀλκαμένεος, τοῦ Τηλέκλου, τοῦ Ἀρχέλεω, τοῦ Ἡγησίλεω, τοῦ Δορυάγου, τοῦ Λεωβώτεω, τοῦ Ἐχεστράτου, τοῦ Ἡγησίου, τοῦ Εὐρυθένεος, τοῦ Ἀριστοδήμου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέος· κτησάμενος τὴν βασιληίην ἐν Σπάρτῃ ἐξ ἀπροσδοκήτου. Δίξαν γὰρ οἱ ἐόντων πρεσβυτέρων ἀδελφεῶν, Κλεομένεός τε καὶ Δωριέος, ἀπεληλάσθαι τῆς Φερητίδος πρὸς τὴν βασιληίην. ἀποθανόντος δὲ Κλεομένεος ἄπαιδος ἔρσενος γόνου, Δωριέος τε οὐκέτι ἐόντος, ἀλλὰ τελευτήσαντος καὶ τοῦτον ἐν Σικελίῃ, ἦλθε δὴ ἐς Λεωνίδην αἰέρεσις ἡ βασιληίη· καὶ ὅτι πρότερος ἐγεγόνεε Κλεομβρότου, (τοῦτον γὰρ ἦν νεώτατος Ἀναξανδρίδεω παῖς) καὶ δὴ καὶ εἶχε Κλεομένεος θυγατέρα, ὃς τότε ἦλθε ἐς Θερμοπύλας ἐπιλεξάμενος ἄνδρας τε τοὺς κατεστεῶτας πεντηκοσίους, καὶ τοῖσι ἐτύγχανον παῖδες ἐόντες. Θεσπιέων δ' ἀπίκετο καὶ Θηβαίων τοὺς ἐς ὃν ἀριθμὸν λογισάμενος εἶπον, τοὺς ἐστρατήγεε Λεοντιάδης ὁ Εὐρυμάχου. τοῦδε δὲ εἵνεκα

1 Cleodæi. *Quam lectionem comprobat locus quem habes supra pag. 330. de Aristodemo qui fuit Aristomachi, qui fuit Cleodæi, qui fuit Hylli filius.* 2 Constantis ætatis viros. *Gamor.*

τούτοις απο δλω ἐποιήσατο Λεωνίδης μοιώσας Ἑλλήνων τῶν ἀλκιμωτάτων, ὅτι σφέων μεγάλως κατηγόρητο μηδίζειν. παρεκάλεε ὧν ἐς ὃν πόλεμον, θέλων εἰδέναι εἴτε συμπέμψουσι, εἴτε καὶ ἀπερεύξονται ἐκ τοῦ ἐμφανέος τὴν Ἑλλήνων συμμαχίην. οἱ δὲ, ἄλλο φρονέοντες, ἔπεμπον. Τούτοις μὲν τοῖσι ἀμφὶ Λεωνίδην τοῖσι ἀπέπεμψαν Σπαρτιῆται, ἵνα τούτοις ὁρῶντες οἱ ἄλλοι σύμμαχοι, στρατεύωνται· μηδὲ καὶ οὗτοι μηδίζωσι, ἢν αὐτοὺς πυθωνται ὑπερβάλλομένους. μετὰ δὲ, Κάρνεια γάρ σφι ἦν ἐμποδών, ἔμελλον ὀρτάσαντες, καὶ φυλακὰς λιπόντες ἐν τῇ Σπάρτῃ, κατὰ τάχος βοηθέειν πανδημεί. ὡς δὲ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν συμμάχων ἐνενώθησαν καὶ αὐτοὶ ἕτερα τοιαῦτα ποιήσειν· ἦν γὰρ κατὰ τοῦτο ὀλυμπιὰς τούτοισι τοῖσι πρήγμασι συμπεσοῦσα· οὕτω ἀμαχεὶ ἐδοκέομεν τὸν ἐν Θερμοπύλῃσι πόλεμον, ἔπεμπον τοὺς προδρόμους. Οὗτοι μὲν δὴ οὕτω διενενώθησαν ποιήσειν. οἱ δὲ ἐν Θερμοπύλῃσι Ἕλληνες ὡς πρὸς πύλας ἐλήλυθε τῆς ἐσβολῆς ὁ Πέρσης, καταρρωδέοντες, ἐβουλεύοντο περὶ ἀναλαγῆς. τοῖσι μὲν νυν ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἐδόκεε ἐλθοῦσι ἐς Πελοπόννησον, ὃν Ἰσθμὸν ἔχειν ἐν φυλακῇ· Λεωνίδῃ δὲ, Φωκέων καὶ Λοκρῶν πρεσβευομένων τὴν γνώμην ταύτην, αὐτόθι τε μένειν ἐψηφίζετο, πέμπειν τε ἀγγέλους ἐς τὰς πόλιας, κελεύοντας σφι βοηθοῦντας ἀμύνειν, ὡς ἐόντων αὐτέων ὀλίγων ἐπὶ τὸν Μήδων ἀλέξασθαι. Ταῦτα βουλευομένων σφέων, ἔπεμπε Ξέρξης κατάσκοπον ἱππέα, ἰδέσθαι ὁκόσοι τέ εἰσι, καὶ ὃ, τι ποιέουσι. ἀκηκόεε δὲ ἔτι ἐὼν ἐν Θεσσαλίῃ, ὡς ἀλισμένη εἴη ταύτῃ στρατιὴ ὀλίγη, καὶ τοὺς ἡγεμόνας, ὡς εἵποντο Λακεδαιμόνιοί τε καὶ Λεωνίδης ἐὼν γόνος Ἡρακλείδης. ὡς δὲ προσέλασε ὁ ἱππεὺς ἐς ὃ στρατόπεδον, ἐθηεῖτό τε καὶ κατόπτευε πολλὰ μὲν ὃ στρατόπεδον· τοὺς γὰρ ἔσω τεταγμένους τοῦ τείχεος, ὃ ἀνορθώσαντες εἶχον ἐν φυλακῇ, οὐκ οἷά τε ἦν καταδέεσθαι· ὁ δὲ τοὺς ἔξω ἐμαίνετο τοῖσι περὶ τοῦ τείχεος τὰ ὅπλα ἔχουσι. ἔτυχον δὲ τότον τὸν χρόνον Λακεδαιμόνιοι ἔξω τεταγμένοι. τοὺς μὲν δὴ ὥρα γυμναζομένους τῶν ἀνδρῶν, τοὺς δὲ τὰς κόμας κτενιζομένους. Ταῦτα δὴ θεώμενος, ἐθωυμάζε, καὶ ὃ πλῆθος ἐμάθανε. μαθὼν δὲ ταῦτα ἀτρεκέως, ἀπήλαυνε ὀπίσω κατ' ἡσυχίην. ἔνθα γὰρ τις εἰώθεε, ἀλογίης τε ἐνεκύρησε πολλῆς. ἀπελθὼν δὲ, ἔλεγε πρὸς Ξέρξεα τάδε· ὑπώπτευε πρώτα.

Leonides dedit operam vt Græcos sumeret solos, quod eos maxime insimulabat quod cum Medis sentirent. Euocabat igitur eos ad bellum, sciendi cupidus an vna mitterent auxilia, an ex professo adimerent Græciæ societatem: sed illi aliud sentientes, tamen auxilia miserunt. Eorum qui cum Leonide fuere, primos miserunt Spartiatæ: vt his inspectis alii socii in militiã proficiscerentur, neve cum Medis sentirent, si eos superari audirent. Ipsi autem celebratis Carniis, (hæc enim sacra morabantur eos) relictis Spartæ custodibus, erant cum omni copia illuc celerrime ituri auxilio. Reliqui autem socii ad id agendum itidem animati (nam tempus Olympiadis in hæc negocia inciderat) haud suspicati tam cito apud Thermopylas bello decernendum, præcursores miserant. Ita isti sibi faciendum statuerant. At ii Græci qui apud Thermopylas erant, vbi ad ingressum Persa aduẽtabat, metu perculsi de discedendo consultabant. Ac ceteri quidem Peloponnenses censebant faciendum vt reuersi in Peloponnesum, Isthmi custodiam agerent: huic autẽ sententiæ quum infensi essent Phocenses & Locrii, Leonides suadebat illic perstandũ, & nuncios ad accersendas subsidio ciuitates dimittendos, tanquam se paucioribus quam vt Medorum exercitum arcerent. Hæc istis consultantibus, Xerxes equitem quendam ad speculandum quot illic essent, & quid agerent, mittit. Audierat enim iam tum quum in Thessalia esset, eò loci contractam esse exiguam copiam, eiusque duces esse Lacedæmonios, atque Leonidem è genere Herculis. Eques vbi ad stationem Græcorum successit, contemplatur aspicitq; non ille quidem omnes milites (nam eos qui intra murum quem excitauerant excubabant, intueri nequibat) sed eos qui extra murum agebant. Erant autem eo tempore exterius manendi in Lacedæmoniorum statione vices: eos animaduertit partim se ludo gymnastico exercentes, partim comam pectentes. Hæc cum admiratione intuitus, eorum numero, ac ceteris omnibus plane cognitis, per ocium sese recipit. nemo enim illorum insequebatur, sed hominem magno contemptui habebant. Regressus ad Xerxem, cuncta quæ inspexerat refert. Quę Xerxes audiens,

CCVI CCVII CCVIII CCIX

non

Quibus Athenienſes è Salamine tranſmittentes, in Eleuſine admixti ſunt. Iſti poſteaquam ad Erythras Bœotiæ venere, cognito barbaros ad Aſopum caſtra habere, inito de hac re conſilio, eregione tetenderunt ſub Cithæronis radicibus. In quos Mardonius, quod in cāpum non deſcenderent, omnem immittit equitatum, cui præerat Maſiſtius (à Græcis Maciſius dictus) vir apud Perſas inclytus, Niſæo equo inſidens, aureo freno & aliis inſignibus eximie ornato. Equites vbi promouere ad Græcos, per turmas egreſſi, multum detrimenti inferebant, feminas eos appellando. Erant forte Megarenſes ea parte collocati qua nulla alia magis oppugnari nullaque magis ab equis adiri poterat: hâc, impreſſione facta equitum, Megarenſes quia premebantur, mittunt ad duces Græcorum præconem, qui ita, quum venit, verba fecit, Megarenſes aiunt, viri ſocii, Nos ſoli excipiendis hoſtibus impares ſumus, qui tenemus eandem in qua collocati ſumus à principio ſtationem: vbi hactenus tametſi ægre, tamen ſtrenue fortiterque reſiſtimus. nunc niſi alios nobis ſubſtituatis, ſcitote nos ab acie diſceſſuros. Hæc vbi præco renunciauit, Pauſanias experiri fecit Græcos, ſiqui alii vltro ad locum irent, vt Megarenſibus ſuccederent. Recuſantibus ceteris, Athenienſes ſuſcepere hoc munus, videlicet eorum trecenti delecti, quibus præerat Olympiodorus Lamponis filius. Hi fuere qui præomnibus Græcis ad Erythras caſtra habentibus inſtructi ſucceſſere, ſagittariis ſibi aſſumptis. qui quum aliquādiu pugnaſſent, hic fuit pugnæ exitus: Impreſſionem faciente per turmas equitatu, equus Maſiſtii, vt erat præ aliis eminens, ſagitta per latus ictus eſt: quo dolore in pedes erectus, Maſiſtium excuſſit. Collapſum confeſtim Athenienſes circumſiſtunt: equoque prehenſo, hominem ſeſe defenſantem interimunt, quum aliquandiu non potuiſſent. Ita enim erat armatus: ſcilicet intus gerebat thoracem aureis ſquamis conſertum, deſuper phœniceum paludamentum. [1] Eius thoracem quum ferirent, non prius aliquid profecerunt quam quidā reanimaduerſa illum percuſſit in oculo. Ita Maſiſtius collapſus interiit. Hæc autem res latebat alios equites. non enim

1 Eius autem thoracem percutientes, nihil proficiebant: donec quidam re animaduerſa &c. Id eſt, Sed quidam tandem reanimadverſa &c.

eum aut ab equo cadentem viderant aut occumbentem. ac ne tum quidem quum se recipiebant, quod actum erat cognouere: sed postquam constitere, quia nemo ipsis imperabat, statim desiderauerunt ducem: cognitoque quod gestum erat, mutuo se adhortati, omnes in hostem equos admisere, vt mortuum
XXIII eriperent. Eos autem conspicati non iam turmatim sed vniuersos pariter irruere, ceterum exercitum inclamauerunt. Sed dum omnis peditatus auxilio veniebat, interea cietur acre prœliū de cadauere. at vbi præsidio venere copiæ, non amplius perstitere equites: ita nec mortuum eripere potuerunt, sed alios [1] super illū è suis amisere. Digressi illinc duo circiter stadia, consultãtes quid facto opus esset, decreuere sibi carentibus
XXIV præfecto eundum ad Mardonium. Vbi in castra rediere, ingens luctus cum omnem exercitum, tum vero Mardonium cepit, extincti Masistii, viri secundum Mardonium honoratissimi tam apud Persas quam apud regem: ita vt eiulatus eorum omnem Bœotiam peruaserit, & seipsos & equos & iumenta totonderint. Et barbari quidē suo more Ma-
XXV sistium defunctū honorabant. Græci autem, postquam equitatum inuadentium excepere, & exceptum repulere, multo sunt audaciores effecti, & ante omnia cadauer plaustro impositū per stationes circumtulerunt. erat autē spectaculo digna proceritatis ac formæ gratia. Quod ideo faciebant quia cuncti relictis stationibus ad intuendū Masistium pergebant. Dehinc censuerunt ad Platæas descendendum, quod sibi Platæensis ager multo esset opportunior habendis castris quã Erythræus, cum propter alia, tum propter aquandi commoditatem. Vbi visum est in eum locum & ad fontem Gargaphium, qui ibidem est, satius abire, & dispositis stationibus illic habere castra, sumptis armis abierunt per radices Citharonis secundum Hysias in agrū Platæensem. Eo quum peruenere, stationes nationatim communierunt, proxime fontē Gargaphium, & fanum Androcratis herois, per nō editos tumulos & locum planū.
XXVI ¶ Ibi in distinguendis nationibus magna sane altercatio extitit inter Tegeatas & Athenienses, vtrosq; se dignos qui alterū cornu tenereńt arbitrantes: & sua

πεσόντα μὲν εἶδον ἀπὸ τοῦ ἵππου, οὔτε ἀποθνήσκοντα. ἀναχωρήσαντες δὲ γενομένης καὶ ὑστεροφθῆς, οὐκ ἔμαθον τὸ γενόμενον· ἐπεὶ δὲ ἔστησαν, αὐτίκα ἐπύθοντο, ὡς στρατηγὸς οὐδεὶς ἔτι ὁ πάντων. μαθόντες δὲ τὸ γεγονὸς, ἀλαλητὸν ποιησάμενοι, ἤλασαν τοῖς ἵπποις πάντες, ὡς αὐτὸν νεκρὸν αἱρεθείατο. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι οὐκέτι κατὰ τέλεα προσελαύνοντας τοῖς ἵπποις, ἀλλὰ πάντας, τῷ ἄλλῳ στρατιῷ ἐπεβόησαντο. ὁ δὲ ἱππάρχης ἅπας ἐπεβοήθει, ὡς τούτῳ μάχη ὀξεῖα περὶ τοῦ νεκροῦ γίνεται. ἕως μὲν νυν μοῦνοι ἔσαν οἱ τεταχόσιοι, ἐσσοῦντό τε πολλὸν, καὶ οὐ νεκρὸν ἀπέλιπον· ὡς δὲ σφι τὸ πλῆθος ἐπεβοήθησε, οὕτω δὴ οὐκέτι οἱ ἱππόται ἐπέμειναν, οὐδὲ σφι ὀξεχώρεε οὐ νεκρὸν αἱρεόμενοι, ἀλλὰ περὶ ἐκείνῳ ἄλλοι προσαπώλεσαν τῶν ἱππέων. ἀπιόντες δὲ ὅσον τε δύο στάδια, ἐβουλεύοντο ὅ, τι χρεὼν εἴη ποιέειν· ἐδόκεε δὲ σφι, ἀναρχίης ἐούσης, ἀπελαύνειν πρὸς Μαρδόνιον. Ἀπικομένης δὲ τῆς ἵππου ἐς τὸ στρατόπεδον, πένθος ἐποιήσαντο Μασιστίου πᾶσά τε ἡ στρατιὴ καὶ Μαρδόνιος μέγιστον· σφέας τε αὐλοῖσι κείρεσθαι, καὶ τοῖσι ἵπποισι καὶ τοῖσι ὑποζυγίοισι, οἰμωγῇ τε χρέωμενοι ἀπλέτῳ. ἅπασαν γὰρ τὴν Βοιωτίδα κατεῖχε ἠχώ, ὡς ἀνδρὸς ἀπολομένου μετὰ γε Μαρδόνιον λογιμωτάτου πρός τε Περσέων καὶ βασιλέος. οἱ μὲν νυν βαρβαρικῷ τρόπῳ τὸν σφέτερον ἀποθανόντα ἐτίμων Μασίστιον. Οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς τὴν ἵππον ἐδέξαντο προσβάλλουσαν, καὶ δοξάμενοι ὦσθαι, ἐθάρρησαν τε πολλῷ μᾶλλον· καὶ πρῶτα μὲν ἐς ἅμαξαν ἐσθέντες τὸν νεκρὸν, πρὸ τῆς τάξιος ἐκόμιζον· ὁ δὲ νεκρὸς ἔην ἀνὴρ ἄξιος, μεγάθεός τε εἶνεκα, καὶ κάλλεος. τῷ δὲ εἵνεκα καὶ ταῦτα ἐποίεον, σκοπεύμενοι τὴν τάξιν, καὶ ἐφοίτων θηεύμενοι Μασίστιον. μετὰ δ', ἔδοξε σφι ὀπίσω καταβῆναι ἐς Πλαταιάς. ὁ γὰρ χῶρος ἐφαίνετο πολλῷ ἐὼν ὀπιτηδειότερος σφι ἢ ὅσπερ ἐπεστρατοπεδεύκεσαν ὁ Πλαταιϊκὸς τῆς Ἐρυθραίου, πάντα τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ δευτέρους. ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον, ἐς ὅπερ τὸν ἱρὸν τὸν Γαργαφίην, τὸν ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ ἐόντα, ἔδοξέ σφι χρεὼν εἶναι ἀπικέσθαι, καὶ ἅμα τε χθιζοῖς στρατοπεδεύεσθαι. ἀναλαβόντες δὴ τὰ ὅπλα, ἦισαν ἅμα τῇ ὑστερείῃ [2] τῆς Κιθαιρῶνος ἐς τὴν Πλαταιίδα χώρην. ἀπικόμενοι δὲ, ἐπάσσαντο κατ' ἔθνεα, πλησίον τῆς τε κρήνης τῆς Γαργαφίης, καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος, δι' ὄχθων τε καὶ ὑπωρέων, καὶ ἀπὸ δ' χωρίου. Ἐνθαῦτα δὴ τῇ διατάξι ἐγένετο λόγων τε χώρη.

[2] ὑστερείῃ τῆς Κιθαιρῶνος] ὑστερείης τῆς Κιθαιρῶνος

πολλῶν ὠθισμὸς Τεγεητέων τε καὶ Ἀθηναίων. ἐδικαίευν δ' αὐτέων ἑκάτεροι ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, καὶ τῷ αὐτοὶ

[1] Præter illum

facinora præclara tum recentia tum prisca referentes. Dicebant quidem his verbis Tegeatæ, Hoc nos semper digni honore è sociis omnibus habiti sumus, quotiescunq; à Peloponnensibus communiter in externas peregrinationes itum est, & proxime, & quondam, iam inde ex quo Heraclidę post mortē Eurysthei sunt conati in Peloponnesum redire. quo tempore hanc dignitatem assequuti sumus ob hanc rem gestam: Posteaquam cum Achæis & Ionibus, qui tunc Peloponnesum incolebant, nos auxiliarii in Isthmum profecti consedimus aduersus eos qui redire conabantur, tunc Hyllus orationem habuit, non expedire vt vterque exercitus confligendo periclitaretur: sed vt aliis acquiescentibus, secum singulari certamine dimicaret is quem Peloponnenses iudicarent è suo exercitu præstantissimum. Accepta condicione Peloponnenses fœdus in hæc verba percusserunt, Si vinceret Hyllus Peloponnensium ducem, vt Heraclidæ in paterna reuerterentur: sin victus esset, retro Heraclidæ cederent, & exercitū abducerent, neve per annos centum de redeundo in Peloponnesum agitarent. Ab omnibus sociis ad eam rem voluntarius electus est dux atque idem rex noster Echemus Aeropi filius, Phegei nepos, qui singulari congressus certamine Hyllum interemit. Ex quo facto nos cum alia decora inter Peloponnenses assequuti sumus, quæ adhuc obtinemus, tum hoc, vt alteri cornu præessemus quoties communiter itur in expeditionem. Et vobis quidē Lacedæmonii non aduersamur, sed optionem cedimus vtri cornu præesse malitis: alteri vero cornu vt præsimus nobis vendicamus, quemadmodū vsque fecimus ad hoc tempus. Etiam vero citra hoc factū quod narrauimus, Athenensibus sumus digniores qui hāc dignitatē obtineamus: quippe qui prospere & multa vobiscum viri Spartiatæ certamina decertauimus, & multa cum aliis. Quo fit vt æquius sit nos alterum cornu tenere quam Athenienses: à quibus nō tales gestæ res sunt quales nobis, neq; recentes neque vetustæ. Hæc Tegeatæ. Ad quæ hunc in modum respondere Athenienses, Etsi scimus has copias pugnandi cum barbaro non altercandi gratia esse contractas, tamen quoniam Tegeata referre constituit præclara facinora tum vetusta tum noua, quæ per omne tempus vtrique fecerunt, necesse

χαινὰ καὶ παλαιὰ τῶν Ἀφεϱαίων ἔϱγα. τοῦτο μὲν,
„ οἱ Τεγεῆται ἔλεγον τάδε, Ἡμεῖς αἰεί κοτε ἀξιώ-
„ μεθα ταύτης τῆς χάϱιος ὑπὸ τῶν συμμάχων ἀ-
„ πάντων, ὅσαι ἤδη ἔξοδοι κοιναὶ ἐγένοντο Πελοποννη-
„ σίοισι καὶ ὁ παλαιὸν καὶ ὁ νέον, ἐξ ἐκείνου τοῦ χϱό-
330 „ νου ἐπεὶ Ἡϱακλείδαι ἐπειϱῶντο μετὰ τὸν Εὐϱυσθέ-
„ α θάνατον κατιόντες ἐς Πελοπόννησον. τότε δὴ-
„ ϱίσμεθα τοῦτο, ἀϱχὰ τοιῆνδε πϱοσλαβόντες, ἐπεὶ μετ' Ἀ-
„ χαιῶν καὶ Ἰώνων τῶν τότε ἐόντων ἐν Πελοποννήσῳ,
„ ἐκβοηθήσαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ἱζόμεθα αὐτόθι τοῖ-
„ σι κατοπτῆϱ. τότε ὦν λόγος Ὕλλον ἀγοϱεύσασθαι,
„ ὡς χϱεὼν εἴη τὸν μὲν ϛϱατὸν τῷ ϛϱατῷ μὴ διακι-
„ νδυνεύειν συμβαλόντα· ἐκ δὲ τοῦ Πελοποννη-
„ σίου ϛϱατοπέδου, τὸν ἂν σφέων αὐτέων κϱίνωσι εἶ-
„ ναι ἄϱιϛον, τοῦτον οἱ μουνομαχῆσαι ὅτι ἀϱιϛεύσει
„ νοισι. ἔδοξέ τε τοῖσι Πελοποννησίοισι ταῦτα ποιη-
„ τέα, καὶ ἔταμον ὅϱκιον ὅτι λόγῳ τοιῷδε· ἢν μὲν
„ Ὕλλος νικήσῃ τὸν Πελοποννησίων ἡγεμόνα, κατιέ-
„ ναι Ἡϱακλείδας ὅτι τὰ πατϱῷα· ἢν δὲ νικηθῇ,
„ τὰ ἔμπαλιν Ἡϱακλείδας ἀπαλλάσσεσθαι, καὶ
„ ἀπάγειν τὸν ϛϱατὸν· ἑκατόν τε ἐτέων μὴ ζη-
„ τῆσαι κάτοδον ἐς Πελοπόννησον. ταῦτα ἐκϱίθη τε
„ ὑπὸ πάντων συμμάχων ἐθελοντὴς Ἔχεμος ὁ
„ Ἠεϱόπου τοῦ Φηγέος, ϛϱατηγός τε ἐὼν καὶ βασι-
„ λεὺς ἡμέτεϱος· καὶ ἐμονομάχησέ τε καὶ ἀπέ-
„ κτεινε Ὕλλον. ἐκ τούτου τοῦ ἔϱγου λελάβηκε ὑπὸ
„ τῶν Πελοποννησίων τῶν τότε καὶ ἄλλα γέϱεα με-
„ γάλα, τὰ Δϱυοπικὸν ἔχοντες, καὶ τὸ χέϱεος τὸ
„ ἑτέϱου αἰεὶ ἡγεμονεύειν, καὶ ἧς ἔξοδου γινομένης. ὑ-
„ μῖν μέν νυν ὦ Λακεδαιμόνιοι, οὐκ ἀϱιλεύμεθα, ἀλ-
„ λὰ δίδοντες αἵϱεσιν ἑκατέϱου βούλεσθε χέϱεος ἡγέ-
„ χειν, τὰ ϱίεσθε· τῷ δὲ ἑτέϱου φαμὲν ἡμέας ἐκνέ-
„ εσθαι ἡγεμονεύειν, καὶ πάϱα σὺ τὰ πϱόσθεν χϱέ-
„ ωμεν. χωϱὶς τε τούτου τοῦ ἀπηνεμένου ἔϱγου, ἀξιονί-
„ κϱατέϱους εἶναι Ἀθηναίων ταύτῃσι τῇσι ταξὶ ἔχειν.
„ πολλοὶ μέν γάϱ τε καὶ δὴ ἔχοντες πϱὸς ὑμέας ἠ-
„ μῖν ἄνδϱες Σπαϱτῆται ἀγῶνες ἀγωνίσαται, πολ-
„ λοὶ δὲ καὶ πϱὸς ἄλλους. οὕτω ὦν ἡμέας δίκαιόν ἐ-
„ στι ἔχειν τὸ ἕτεϱον κέϱας, ἢπεϱ Ἀθηναίους. οὐ γάϱ
„ σφι ἔστι ἔϱγα οἷά πεϱ ἡμῖν κατεϱγασμένα, οὔτ' ὦν
καινὰ, οὔτε παλαιά. οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον. Ἀ-
„ θηναῖοι δὲ πϱὸς ταῦτα ὑπεκϱίναντο τάδε, Ἐπι-
„ στάμεθα μὲν συνοίδειν τῷδε μάχης εἵνεκα συλλε-
„ γῆναι πϱὸς τὸν βάϱβαϱον, ἀλλ' οὐ λόγων· ἐπεὶ ὅ γε
„ Τεγεήτης πϱοέθηκε παλαιὰ τῷ καινὰ λέγειν τὰ ἐ-
„ ναντέϱωσι ἐν τῷ παϱόντι χϱόνῳ κατεϱγάσαται χϱηστὰ,

ἀναγκαίως ἡμῖν ἔχει δηλῶσαι πρὸς ὑμέας, ὅ-
θεν ἡμῖν πατρῷον ὄντι, ἐοῦσι χρηστοῖσι, αἰεὶ πρώ-
τοισι εἶναι μᾶλλον ἢ Ἀρκάσι. Ἡρακλείδας,
τῶν φασι οὗτοι ἀποκτεῖναι τὸν ἡγεμόνα τὸν Ἰσθ-
μῷ, τοῦτο μὲν, τούτους προτέρους ἐξελαυνομέ-
νους ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων, ἐς τοὺς ἀπικνέ-
ατο φεύγοντες δουλοσύνην πρὸς Μυκηναίων,
μοῦνοι ὑποδεξάμενοι, τὴν Εὐρυσθέος ὕβριν
κατείλομεν, σὺν κείνοισι μάχῃ νικήσαντες τοὺς
τότε ἔχοντας Πελοπόννησον· τοῦτο δὲ, Ἀργείους
τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ὑπὸ Θήβας ἐλάσαντας,
τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα, καὶ ἀτάφους κειμένους,
στρατευσάμενοι ὑπὲρ τοὺς Καδμείους, ἀνελέσθαι
τε τοὺς νεκροὺς φαμὲν, καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης
ἐν Ἐλευσῖνι. ἔστι δὲ ἡμῖν ἔργον δεῖ ἔχον καὶ ἐς
Ἀμαζονίδας, τὰς ἀποθήκας τὰς ἀπὸ Θερ- Ἀμαζονίδας τὰς ἀπὸ
μώδοντος ποταμοῦ ἐσβαλούσας κατὰ ἐς γῆν τὴν
Ἀττικήν, καὶ ἐν τοῖσι Τρωϊκῆσι πόνοισι οὐδα-
μοῦ ἐλειπόμεθα. ἀλλ' οὐ γάρ τι πρέπει τοι-
τέων ὑπερμενέσθαι. καὶ γὰρ χρηστοὶ τότε ἐόν-
τες, οὐκ τοιοῦτοι ἂν εἶεν φλαυρότεροι· καὶ τότε ἐ-
όντες φλαῦροι, τοιοῦτοι ἂν εἶεν ἀμείνονες. παλαι-
ῶν μὲν τῶν ἔργων ἄλις ἔστω· ἡμῖν δὲ, εἰ μηδὲν
ἄλλο δέδεικται μέγα, ὥσπερ δέδεικται πολλά τε
καὶ δὴ ἔχοιμι, εἰ τοῖσι καὶ ἄλλοισι Ἑλλήνων,
ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ ἐν Μαραθῶνι ἔργου ἄξιοι εἰ-
μὲν τοῦτο δὲ γέρας ἔχειν, καὶ ἄλλα πρὸς τού-
τῳ· οἵ γε μοῦνοι Ἑλλήνων δὴ μονομαχή-
σαντες τῷ Γέρωνι, καὶ ἔργῳ τοιούτῳ ὑπαχειρή-
σαντες, περιεγενόμεθα, καὶ ἐνικήσαμεν ἔθνεα ἔξ
τε καὶ τεσσεράκοντα. ἆρ' οὐ δίκαιοι εἰμὲν ἔχειν
ταύτην τὴν τάξιν ἀπὸ τούτου μεγάλου τοῦ ἔργου;
ἀλλ' οὐ γὰρ ἐν τῷ τοιῷδε τάξιος εἵνεκα χρὴ ἀ-
ζειν χρέπει. ἕτοιμοι εἰμὲν πείθεσθαι ὑμῖν ὦ Λα-
κεδαιμόνιοι, ἵνα ἔχῃ ὑπιτηδεώτατον ἡμέας εἶ-
ἐσαῦθα, καὶ κατ' οὐδένας. πάντη γὰρ τεταγμέ-
νοι, πειρησόμεθα εἶ χρηστοί. δέκεσθε δὲ ὡς
πεισομένων. Οἱ μὲν ταῦτα ἀμείβοντο· Λακε-
δαιμονίων δὲ ἀνέβωσε ἅπαν τὸ στρατόπεδον Ἀ- 331
θηναίους ἀξιονικοτέρους εἶ ἔχειν τὸ κέρας ἢπερ
Ἀρκάδας. οὕτω δὴ ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ἐπορε-
εκάλοντο τοὺς Τεγεήτας. μετὰ ταῦτα, ἐπάσαντο ὧδε οἱ
ὑπὸ φοίτων τε καὶ οἱ ἀρχὴν ἐλθόντες Ἑλλήνων·

XXVIII

necesse habemus & nos exponet apud vos vnde nobis patrium sit,[1] qui semper egregii fuimus, esse primos potiquã Arcadibus. Heraclidas, quorum ducem isti apud Isthmum se prædicant interfecisse, nos soli excepimus, eiectos prius ab omnibus Græcis, quos illi Mycenæorum seruitutem fugientes adibant: & EVrysthei iniuriam vna cum eisdem pugnando propulsauimus, victoriaque potiti sumus de iis qui tum Peloponnesum tenebant. Præterea Argiuos, qui aduersus Thebas cum Polynice militauerant, vita defunctos & insepultos, ducta in Cadmeos expeditione à nobis receptos & in nostra terra apud Eleusinem humatos fuisse dicimus. Iam vero nostrum præclarum facinus extat etiam in Amazonidas, quæ à flumine Thermodonte aliquando in nostram terram excurrere. Ac ne in heroum quidem laboribus qui ad Troiam bellauerunt, fuimus in postremis. Sed nihil admodum pertinet horum facere mentionem.[2] etenim siue qui tunc egregii fuere, nunc instrenui sunt, siue tunc instrenui, nunc egregii sunt, satis sit de rebus priscis ista dixisse. Vt nullæ autem res aliæ nobis gestæ sint, (quæ multæ & præclarissimę sunt, præut quorumcunque aliorum Græcorum) certe ob rem in Marathone à nobis gestam digni fumus qui hoc decus & alia insuper obtineamus: qui soli Græcorum per nos cum Persa dimicauimus, & rem tantam aggressi, victores euasimus, sex & quadraginta nationibus superatis. quo solo nomine digni sumus vt hunc loci honorem consequamur. Verum non decet in hac rerum condicione de loci dignitate contendere: vbicunque & iuxta quoscunque vobis Lacedæmonii videbitur appositissimum nos stare, illuc euntes obtemperabimus. Vbicunque enim loci nos collocati fuerimus, conabimur strenui existere. itaque ducite nos, tanquam vobis parituros. Hæc quum pro sua parte dixissent Athenienses, cunctus Lacedæmoniorum exercitus succlamauit digniores qui cornu tenerent Athenienses quam Arcades. Ita Athenienses Tegeatis superiores habuere cornu. Mox hunc in modum instructi sunt & qui superuenere Græcorum,[3] & qui à principio venerant:

1 Bonam operam nauantibus, 2 Qui enim tunc strenui fuere, fieri possit vt nunc sint ignaui: & qui tunc ignaui, fieri possit vt nunc sint fortiores. De rebus igitur olim gestis, *vel, de nauata igitur olim opera*, hæc dixisse sit satis. 3 *Pro οἱ τ' ἐχὼ ἐλθόν-τες hunc legisse fusticor οἱ ἀρχὴν ἐλθόντες, quia lectio, non illa, mihi probatur.*

Δεξιὸν κέρας εἶχον Λακεδαιμονίων μύριοι τετρακισχίλιοι· τούτων ἦσαν Σπαρτιητέων μὲν τοὺς πεντακισχιλίους ἐόντας Σπαρτιήτας ἐφύλασσον ψιλοὶ τῶν εἵλωτέων πεντακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι, ἀνὰ ἄνδρα ἕκαστον ἑπτὰ τεταγμένοι. προσοχέας δὲ σφι εἵλοντο ἐξαίρετοι οἱ Σπαρτιῆται τοὺς Τεγεήτας, καὶ τιμῆς εἵνεκα καὶ ἀρετῆς. τούτων δὲ ἦσαν ὁπλῖται χίλιοι καὶ πεντακόσιοι. μετὰ δὲ τούτους ἵσαντο Κορινθίων πεντακισχίλιοι. παρὰ δὲ σφι αὖτις παρὰ Παυσανίην ἐστᾶσι Ποτιδαιητέων τῶν ἐκ Παλλήνης τοὺς παρεόντας τριηκοσίους. τούτων δὲ ἐχόμενοι ἵσαντο Ἀρκάδες Ὀρχομένιοι ἑξακόσιοι· τούτων δέ, Σικυώνιοι τρισχίλιοι. τούτων δὲ εἵποντο, Ἐπιδαύριοι εἴκοσι καὶ ἑξακόσιοι. παρὰ δὲ τούτους, Τροιζηνίων ἐπάσαντο χίλιοι· Τροιζηνίων δὲ ἐχόμενοι, Λεπρεατέων ὀκτακόσιοι. μετὰ δὲ τούτους, Μυκηναίων καὶ Τιρυνθίων τετρακόσιοι τούτων δὲ ἐχόμενοι, Φλιάσιοι χίλιοι. παρὰ δὲ τούτους ἔσαν Ἑρμιονέες τριηκόσιοι. Ἑρμιονέων δὲ ἐχόμενοι ἵσαντο, Ἐρετριέων τε καὶ Στυρέων ἑξακόσιοι. μετὰ δὲ τούτους, Χαλκιδέες τετρακόσιοι. μετὰ δέ, Ἀμπρακιητέων πεντακόσιοι. μετὰ δὲ τούτους, Λευκαδίων καὶ Ἀνακτορίων ὀκτακόσιοι ἔσαν. μετὰ δὲ ἐχόμενοι, Παλλῆνες οἱ ἐκ Κεφαλληνίης ἑξακόσιοι. μετὰ δὲ τούτους Αἰγινητέων πεντακόσιοι ἐπάχθησαν. παρὰ δὲ τούτους ἐπάσαντο Μεγαρέων δισχίλιοι. εἵποντο δὲ τούτων, Πλαταιέες ἑξακόσιοι. τελευταῖοι δὲ καὶ πρῶτοι Ἀθηναῖοι ἐπάσαντο, κέρας ἔχοντες τὸ εὐώνυμον, ὀκτακισχίλιοι· ἐστρατήγεε δὲ αὐτῶν Ἀριστείδης Λυσιμάχου. Οὗτοι, πλὴν τῶν ἑπτὰ παρὰ ἕκαστον τεταγμένων Σπαρτιήτησι, ἦσαν ὁπλῖται, σύμπαντες ἐόντες ἀριθμὸν δισμυριάδες, καὶ ὀκτὼ χιλιάδες, καὶ ἑκατὸν χιλιάδες ἑπτά. ὁπλῖται μὲν οἱ πρώτιστοι συλλεχθέντες ἐπὶ τὸ Κιθαιρῶνος ἔσαν τοσοῦτοι. ψιλῶν δὲ πλῆθος ἦν τόδε· τὸ μὲν Σπαρτιητικὸν τάξιος, πεντακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἄνδρες, ὡς ἑόντων ἑπτὰ παρὰ ἕκαστον ἄνδρα· καὶ Ἰητέων πᾶς τις παρῆρτητο ὡς ἐς πόλεμον. οἱ δὲ τῶν λοιπῶν Λακεδαιμονίων καὶ Ἑλλήνων ψιλοὶ, ὡς εἷς παρὰ ἕκαστον ἐὼν ἄνδρα, πεντακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἔσαν. ψιλῶν μὲν δὴ τῶν ἀσπίδων μαχίμων ἦν ὁ πλῆθος ἓξ τε μυριάδες, καὶ ἑπτὰ χιλιάδες, καὶ ἑπτακόσιαι καὶ πεντακισχίλιοι. τὸ δὲ σύμπαν ὡς τὸ Ἑλληνικὸν τὸ συνελθόντος ἐς Πλαταιὰς σὺν τε ὁπλίτῃσι καὶ ψιλοῖσι τοῖσι μαχίμοισι, ἔνδεκα μυριάδες ἔσαν, μοῖρα χιλιάδος, πρὸς δὲ ὀκτακοσίων ἀνδρῶν καταδέουσαι. σὺν δὲ Θεσπιέων τοῖσι παρεοῦσι ἐξεπληρώθησαν αἱ ἕνδεκα μυριάδες.

Dextrum cornu tenebant Lacedæmoniorum decem millia: quorum quinq; millia erant Spartiatarum, quos custodiebant leuiter armata trigintaquinq; millia seruorũ, septenis seruis circa singulos Spartiatas collocatis.[1] Applicauerant autem sibi Spartiatæ, & honoris & virtutis ergo, Tegeatas numero mille & quingentos armatos. Secundũ hos stabant Corinthiorum quinque millia. [2] Præter hos inueniebantur apud Pausaniam stantes trecenti Potidæatæ eorum qui ex Pallene erant. Iuxta hos stabant Arcadum Orchomeniorum sexcenti: iuxta hos Sicyoniorum tria millia. Hos sequebantur Epidauriorum octingenti: super hos locati erant Trœzenii mille. iuxta Trœzenios[3] totidẽ Lepræatæ. post hos Mycenæorum & Tirynthiorum quadringenti. Secundum hos, mille Phliasii: dehinc Hermionenses trecenti. iuxta Hermionenses, Eretrienſium & Styreorum sexcenti. iuxta hos, Chalcidenſium quadringenti. post hos, Ampraciatarum quingenti. post eos, Leucadiorum & Anactoriorum octingenti. Hos sequebantur Pallenenſium qui sunt ex Cephallenia, ducenti. post hos instructi Æginetarum quingenti. iuxta hos Megarenſium tria millia, quos sequebantur Platæenſium sexcenti. Vltimi & iidem primi stabant Athenienſes, læuum tenentes cornu, octo millia, duce Aristide Lysimachi filio. Hi omnes, præter eos qui septeni circa singulos Spartanos stabant, fuerunt numero triginta octo millia & septingenti, omnes grauis armaturæ, aduersus barbarum contracti. Leuiter vero armati, triginta quinque millia, septeni circa singulos Spartiatas collocati, quorum vnuſquiſque ad pugnandum erat instructus. [4] Circa ceteros autem Lacedæmonios ac Græcos singuli ferme leuiter armati numero trigintaquatuor millia quingenti. Summa igitur totius leuis armaturæ, quæ pugnare pósſet, [5] sexaginta millia quingenti. Totus autẽ Græcus exercitus qui ad Platæas cõuenit pugnæ aptus, tam leuis quã grauis armaturæ, fuit vndecim myriades, minus mille & octingentis, *id est, centum octo millia ducenti.* Sed numerum vndecim myriadum expleuere Thespienſes,

xxix

xxx

1 Delegerant autem Spartiatæ Tegeatas qui iuxta ipſos starent, & honoris & virt. 2 Impetrauerant autem à Pausania vt sibi adstarent trecenti Potid. 3 Ducenti Lepræatæ. 4 Reliquorum autem Lacedæmoniorum & Græcorum milites leuiter armati erant trigintaquatuor millia quingenti, vtpote viro vno vnumquemque circumſistente. *Id est, Ita quidem rationem huius numeri ineundo vt reliquos Lacedæmonios & Græcos vnũ habuiſſe virum sibi adstantem singulos dicamus, non septem, vt Spartiatas. Dixit autẽ ὡς ἑπτὰ ἐὼν pro ὡς ἑπτὰ ὄντων ἑκάστου, vt modo dixerat ὡς ἑπτὰ παρὰ ἕκαστον ἄνδρα. Quod & ipſum Valla potius quã per nominativum, vertiſſe ita debuit,* Vtpote septenis circa singulos Spartiatas collocatis. *vel, Vtpote septenis vnumquemq; Spart. circumſistentibus.* 5 Sexaginta nouem millia. *nam inter ſex myriades (quæ ſexaginta millia efficiunt) & ἑκατὸν πάσας (id est quingenti) interiectum eſt καὶ ἑπτὰ χιλιάδες, quæ Valla fortaſſe in ſuo exempl. non habuit.*

qui

qui aderant ad mille & octingentos, qui nec ipsi arma habebant. Et hi quidem Græci ad flumen Asopum castra distributi communierant. ¶ Barbari vero qui cum Mardonio erant, posteaquam Masistium luxerunt, cognito Græcos apud Platæas esse, & ipsi ad Asopum qui illac fluit, ita sunt e regione à Mardonio collocati: Aduersus quidem Lacedæmonios Persæ, qui quia numero antecedebant, eorum acies quæ multæ erant, vsque ad Tegeatas opponebantur: ita vt quod robustissimum in exercitu erat, id omne contra Lacedæmonios: quod infirmius, id contra Tegeatas esset. Hæc faciebat Mardonius Thebanorum indicio atque admonitu. Iuxta Persas autem idem collocauit Medos, vt ex aduerso essent Corinthiis & Potidæatis & Orchomeniis & Sicyoniis. Post Medos collocauit Bactrios ex aduerso Epidauriorum & Trœzeniorum & Lepræatarum ac Tirynthiorum, Mycenæorumque & Phliasiorum. Secundum Bactrios collocauit Indos ex aduerso Hermionensium & Eretrieorum Styreorumque & Chalcidensium. Post Indos statuit Sacas oppositos Ampraciatis, & Anactoriis, & Leucadiis, & Pallenensibus, & Æginetis. Post Sacas posuit ex aduerso Athenienſium Platæensiumq; ac Megarensium, Bœotos & Locros & Melienses & Thessalos, & [1] mille Phocensium. Non enim Phocenses omnes à partibus Medorum stabant, [2] sed eorum nonnulli cum Græcis sentiebãt apud Parnassum deprehensi, & illinc profecti deduxerant comitatique fuerant Mardonii copias pariter & Græcorum qui cum illo erant. Contra Athenienses item posuit Macedonas, Thessaliæque accolas. [3] Hæ nationes à Mardonio in aciem instructæ erant maxime celebres maximeque insignes, & præcipue mentione dignæ: necnon ceterarum quoque gentium viri memoratu digni, cum aliarum, tum Phrygum, Mysorum, Thracum, Pæonum. Quinetiam Æthiopum [4] & Ægyptiorum qui Hermotybies & Calasiries nominantur, gladio cincti, qui soli sunt ex Ægyptiis pugnaces: à Mardonio, quum adhuc esset in Phalero, è nauibus in quibus epibatæ erant, in terrã translati.

ἔδρησαν γὰρ καὶ Θεσπιέων ἐν τῷ ἐξαναστάσῃ οἱ ἀπεόντες, ἀριθμὸν ἐς ὀκτακοσίους καὶ χιλίους. ὅπλα δὲ οὐδὲ ὅτοι εἶχον. ὅτοι μὲν νυν παχέῃσι ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ ἐστρατοπεδεύοντο. Οἱ δὲ ἀμφὶ Μαρδόνιον βάρβαροι, ὡς ἀπεκέδασαν Μασίστιον, παρῆσαν, πυθόμενοι ἰόντας Ἕλληνας ἐς Πλαταιήσι, καὶ αὐτοὶ ὅτι ὁ Ἀσωπὸς ὁ ῥέων τῇ ῥέοντα ἀπικόμενοι δὲ, αὐτεπάσσοντο ὡδὶ πρὸς Μαρδόνιον· κατὰ μὲν Λακεδαιμονίους ἔστησι Πέρσαι· καὶ οὐ πολλὸν γὰρ ἔσσονας πλήθεϊ Πέρσαι, ὅπῃ τε πάξις πλεῦνας ἐκέκτηντο, κατὰ τοῦτο ἐπεῖχον τοὺς Τεγεήτας· ἔταξε δὲ ὅτω· ὅ,τι μὲν ἰσχὺν αὐτοῦ δυνατώτατον πρὸς ἀπολέξας, ἐς τοῦτο αἰτίον Λακεδαιμονίων· τὸ δὲ ἀσθενέστερον παρέταξε κατὰ τοὺς Τεγεήτας. ταῦτα δὲ ἐποίεε, φερζόντων τε καὶ διδασκόντων Θηβαίων. Περσέων δὲ ἐχομένους ἔταξε Μήδους· ὅτοι δὲ ἐπέσχον Κορινθίους τε καὶ Ποτιδαιήτας, καὶ Ὀρχομενίους τε καὶ Σικυωνίους. Μήδων δὲ ἐχομένους ἔταξε Βακτρίους· ὅτοι δὲ ἐπέσχον Ἐπιδαυρέας τε καὶ Τροιζηνίους, καὶ Λεπρεήτας τε καὶ Τιρυνθίους, καὶ Μυκηναίους τε καὶ Φλιασίους. μετὰ δὲ Βακτρίους ἔστησι Ἰνδοί· ὅτοι δὲ ἐπέσχον Ἑρμιονέας τε καὶ Ἐρετριέας, καὶ Στυρέας τε καὶ Χαλκιδέας. Ἰνδῶν δὲ ἐχομένους Σάκας ἔταξε· οἱ ἐστέσχον Ἀμπρακιήτας τε καὶ Ἀνακτορίους, καὶ Λευκαδίους, καὶ Παλληνέας, καὶ Αἰγινήτας. Σακέων δὲ ἐχομένους ἔταξε αὐτὰ Ἀθηναίων τε καὶ Πλαταιέων καὶ Μεγαρέων, Βοιωτούς τε καὶ Λοκρούς, καὶ Μηλιέας, καὶ Θεσσαλούς, καὶ Φωκέων τοὺς χιλίους. οὐ γὰρ ὦν ἅπαντες οἱ Φωκέες ἐμήδισαν, ἀλλά τινες αὐτέων. καὶ τὰ Ἑλλήνων νύξον, ὡς ἐς Παρνησὸν κατειλημμένοι. καὶ σφεῖς τὸν ὄρμεώμενοι ἔφερόν τε καὶ ἦγον πρό τε Μαρδονίου στρατιὴν καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἐόντας Ἑλλήνων. ἔταξε δὲ καὶ Μακεδόνας τε καὶ τοὺς περὶ Θεσσαλίην οἰκημένους καὶ τοὺς Ἀθηναίους. Ταῦτα μὲν τῶν ἐθνέων τὰ μέγιστα ὀνόματα τῶν ἅμα Μαρδονίῳ παχθέντων, τάπερ ὀπτὰ φανέντα τε καὶ λόγου πλείστου. εἶποσαν δὲ καὶ ἄλλων ἐθνέων δῶρες αἰαμεμιγμένοι, Φρυγῶν τε καὶ Θρηίκων, καὶ Μυσῶν τε καὶ Παιόνων, καὶ τῶν ἄλλων· οὐδὲ, καὶ Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγυπτίων, οἵ τε Ἑρμοτύβιες, καὶ οἱ Καλασίριες, καλεόμενοι μαχαιροφόροι· οἵπερ εἰσὶ Αἰγυπτίων μοῦνοι μάχιμοι. τούτους ἔτι ἐόντας ἐν Φαλήρῳ, ἀπὸ τῶν νεῶν ἀπεβίβασαν, ἐόντας ὁπλίτας.

1 Illos mille Ph. 2 Sed partes etiam Græcorum nonnulli ex illis fouebant, qui in loca Parnasso vicina se receperant: è quibus excurrentes Mardonii exercitum & Græcos qui cum eo erant, agebant ac ferebant. 3 Hæc sunt nomina nationum à Mardonio in aciem instructarum, earum quidem quę quum amplissimæ essent, celeberrimæ erant, maximique fiebant. Sed & ex aliis nationibus aliqui immixti illis erant, Phrygum & Thracum, & Mys. & Pæonum. 4 Et Ægyptiorum Hermotybies & Calasiries, qui vocantur Enasiriqui soli ex Ægyptiis sunt ad pugnam apti. hos autem è nauibus quibus vehebantur eduxerat, quum adhuc apud Phalerum esset.

οὐ γὰρ ἐπάχθησαν ἐς ὃν πεζὸν ὃν ἅμα Ξέρξῃ ἀπικόμενον ἐς τὰς Ἀθήνας Αἰγύπτιοι. τῶν μὲν μὴ βαρβάρων ἦσαν τεσσεράκοντα μυριάδες, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται· τῶν δὲ Ἑλλήνων τῶν Μαρδονίου συμμάχων οὐδὲ μὲν ἐτέθη ἀριθμός· (οὐ γὰρ ὦν ἠριθμήθησαν) ὡς δὲ ἀπεικάσαι ἔστι, ἐς πέντε μυριάδας συλλεγῶναι εἰκάζω· οὗτοι οἱ παραταχθέντες πεζοὶ ἦσαν. ἱππεὺς χωρὶς ἐτέτακτο. Ὡς δὲ ἄρα πρότερον οἱ ἑτεραλκέα κατὰ ἔθνεα καὶ κατὰ τέλεα, οὕτω δὴ καὶ τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ ἐθύοντο καὶ ἀμφότεροι. Ἕλλησι μὲν, Τισαμενὸς Ἀντιόχου ἦν ὁ θυόμενος. οὗτος γὰρ δὴ εἵπετο τῷ στρατεύματι τούτῳ μάντις. ὢν, ἐὼν τὸ γένος Ἠλεῖος, καὶ ἐὼν τῶν Ἰαμιδέων Κλυτιάδῃσι, Λακεδαιμόνιοι ἐποιήσαντο λεωσφέτερον. Τισαμενῷ γὰρ μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι περὶ γόνου, εἶπε ἡ Πυθίη, ἀγῶνας τοὺς μεγίστους ἀναιρήσεσθαι πέντε. ὁ μὲν μὴ ἁμαρτὼν τοῦ χρηστηρίου, προσεῖχε τοῖσι γυμνασίοισι, ὡς ἀναιρησόμενος γυμνικοὺς ἀγῶνας. ἀτὰρ ἐὼν δὲ πεντάεθλον, ἔδοξε ἐν παλαίσματι ἔσεσθαι πάντων ὀλυμπιάδα, Ἱερωνύμῳ τῷ Ἀνδρίῳ ἐλθὼν ἐς ἔριν. μαθόντες δὲ Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἐς γυμνικοὺς, ἀλλ' ἐς ἐγκυκλίους ἀγῶνας φέρον τὸ Τισαμενοῦ μαντήιον, μισθῷ ἐπειρῶντο πείσαντες Τισαμενὸν ποιέεσθαι ἅμα Ἡρακλειδέων τοῖσι βασιλεῦσι ἡγεμόνα τῶν πολεμίων. ὁ δὲ, ὁρέων σφεῖς πολλῷ ποιεομένους Σπαρτιήτας φίλους ἑωυτῷ προσθέσθαι, μαθὼν τοῦτο, ἀνετίμα, σημαίνων σφι, ὡς οὐ μιν πολιήτην σφέτερον ποιήσονται, τῶν πρώτων μεταδιδόντες, ποιήσει ταῦτα, ἐπ' ἄλλῳ μισθῷ ἢ ἄν. Σπαρτιῆται δὲ, ὡς τὰ πρῶτα μὲν ἀχθυσάντων, δεινὰ ἐποίευν τε καὶ μετέσαν τῆς χρησμοσύνης τοὔνεκα πάρα· τέλος δὲ, δείματος μεγάλου ὑπιχρεμαμένου τῷ Περσικῷ τούτου στρατεύματος, καταίνεον μετιέντες. ὁ δὲ, γνοὺς τετραμμένους σφέας, ἔτι οὕτω ἔφη ἐπὶ χρεώσεσθαι τούτοισι μουνοῖσι, ἀλλὰ δεῖν ἐπὶ τῷ ὁμαίμονι ἀδελφεὸν ἑωυτῷ Ἡγίην γενέσθαι Σπαρτιήτην ὑπὸ τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι τοῖσι καὶ αὐτὸς γίνεται. Ταῦτα δὲ λέγων οὕτω ἐμισθοῦτο Μελάμποδα, ὡς εἰκάσαι, βασιληίην τε καὶ πολιτηίην αἰτέοντα. καὶ γὰρ δὴ καὶ Μελάμπους, τῶν ἐν Ἄργεϊ γυναικῶν μανεισέων, ὡς μὲν οἱ Ἀργεῖοι ἐμαθον ἐκ Πύλου σφέας τοὺς σφετέρους γυναῖκας τῆς νούσου, μισθὸν προετείνετο τῆς βασιληίης τὸ ἥμισυ. οὐκ δυναμένων δὲ τῶν Ἀργείων, ἀλλ' ἀπιόντων, ὡς ἐμαίνοντο πλεῦνες τῶν γυναικῶν, ὕστερον δὴ ὑποσάντες καὶ ὁ Μελάμπους προετείνατο, ἢν σφι δώσοντες οἱ λαὸν.

non enim cum pedestribus copiis, quæ cum Xerxe Athenas ierant, Ægyptii censi fuerant. Barbarorum igitur (vt etiam superius ostensum est) triginta myriades fuere: Græcorum vero Mardonii auxiliariorum, nemo numerum (neque enim numerati fuerant) nouit. Vt autem coniectura colligi licet, ad quinque myriades fuisse coniecto. Tot ex aduerso instructi fuere pedites: equitatus vero seorsum erat collocatus. Ita disposiți nationatim manipulatimque, vtrique postero die sacrificauerunt. Apud Græcos haruspex erat Tisamenus Antiochi filius. is enim hunc exercitum vates comitabatur, Eleus quidem & ex genere Iamideorum Clytiades, sed à Lacedæmoniis ciuitate donatus. Nam consultanti vaticinium apud Delphos de prole respondit Pythia quinque ipsum maximas palmas è certaminibus reportaturum. oraculo non intellecto Tisamenus gymnasiis operam dabat, tanquam gymnicas victorias adepturus, quumque se exerceret in quinque certaminibus, in vno, dum currit Olympia, venit in contentionem victoriæ cum Hieronymo Andrio. Lacedæmonii autem interpretantes non ad gymnica certamina spectare Tisameni oraculum, sed ad bellica, conabantur eum mercede conducere vt vna cum Heraclidis bellorum dux regibus foret. Hic animaduertens Spartiatas plurimi facere ipsius amicitiã, abnuebat: quod negaret se alio pretio id facturũ quam si Spartiatam se ciuem facerent, omnia iura ciuitatis impertientes. Id Spartiatæ quum audissent, ab initio ferentes indigne, oraculũ missum omnino fecerunt: tandem imminente hoc ingenti Persici exercitus metu, annuebant, impertireque homini volebant. Eos iste immutatos intelligens, negare iam se eo solo esse contentum: sed oportere fratrem suum Hegiã etiam fieri Spartiatã eadem cõdicione qua & ipse fieret. Hoc autẽ dicens imitabatur (vt coniectare licet) Melampodem, regnum pariter & ciuitatem deposcens. Etenim Melampus quum ab Argiuis mercede conduceretur è Pylo ad compescendũ morbũ furoris mulierũ Argiuarũ, deposcebat pro mercede dimidiũ regni. recusantibus id Argiuis atq; digressis, quũ plures è mulieribus insanirẽt, ita obtemperãtes, quod Melãpus poposcerat daturi reuerterũt.

XXXII

XXXIII

Ibi ille

τοῦ δὲ προσεπιέσαντος ἐμαίνοντο πλεῦνες

Ibi ille cernens hos esse immutatos, plura optauit, negans se indulturum quæ vellent, nisi & fratri suo Bianti tertiam partem regni donassent. Argiui in arctum redacti hoc quoque annuerunt.

xxxiv Ita Spartiatæ Tisameno, quo maiorem in modum egebant, prorsus assenserunt: & concessu istorum Tisamenus Eleus Spartiata effectus quinque maxima certamina ex oraculo illis obtinuit. Hi duo ex omnibus hominibus soli sunt à Spartiatis ciuitate donati. Quinque autem certamina hæc fuere: Vnum & id primum hoc quod pugnatũ est ad Platæas: alterum, quod in Tegea cum Tegeatis atq; Argiuis: tertium, quod in Dipæensibus cũ vniuersis Arcadibus præter Mantineos: quartum, quod cum Messeniis ad Isthmum: vltimum, quod in Tanagra cum Atheniensibus & Argiuis. Hoc autem vltimum peractum fuit quinque certaminum.

xxxv Tisamenus igitur Spartiatarum tunc ductor vaticinatus est Græcis in agro Platæensi: & apud Græcos quidem pulchre litatum est, si se defenderent, non si Asopum transgressi pugnam capesserẽt.

xxxvi Mardonio autẽ capessendæ pugnæ auido non extitere pulchra exta, nisi & ipse sese defenderet. nam is quoque Græcis sacrificiis vtebatur, haruspicem habens Hegesistratum virum Eleum, & Telliadeorum præstantissimũ. Hunc ante ea tempora Spartiatæ quum cepissent, in vincula coniecerant morte affecturi, vt à quo multa intoleranda perpessi fuissent. Ille in hac calamitate positus, vtpote pro anima solicitus, & qui ante mortem multa ac tristia foret passurus, rem perpetrauit fide maiorẽ. nam vt erat ligneis atque ferratis[1] soleis vinctus, ferro quod illatum fuit potitus, confestim excogitauit opus omniũ quæ nos nouimus animosissimum. [2] Commentus enim qua ratione reliquum pedis educeretur, præcidit sibi dimidium pedem. hoc acto, quamuis ab excubitoribus obseruaretur, tamẽ subruto muro profugit Tegeam versus, noctu iter faciens, interdiu syluis se abdens atque immorans, vt trinoctio Tegeam peruenerit: Lacedæmoniis eum passim perscrutantibus, admirãtibusq; magnopere hominis audaciam, cuius dimidiatam pedem iacentem cernerent, ipsum inuenire non possent. Ita Hegesistratus

ὁ δὲ ὡθαύτως δὴ ἐπορέγετο, ὀρέων αὖ σφίσι τετραμμένους, φὰς, ἢν μὴ καὶ τοῖ ἀδελφεῷ Βίαντι μεταδῶσι τὸ τεταρτημόριον τῆς βασιληΐης, οὐ ποιήσειν τὰ βούλονται. οἱ δὲ Ἀργεῖοι, ἀπειληθέντες ἐς φανὸν, καταινέουσι καὶ ταῦτα. Ὡς δὲ καὶ Σπαρτιῆται, ἐδέοντο γὰρ δεινῶς τοῦ Τισαμενοῦ, πάντως συνεχώρησαν. συγχωρησάντων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Σπαρτιητέων, οὕτω δὴ πέντε ἆθλα μετὰ δύο μοῖρας ἀγῶνας τοὺς μείζους Τισαμενὸς ὁ Ἠλεῖος, ἑλόμενος Σπαρτιήτης, συγκαταιρέει. μούνοι δὲ δὴ πάντων ἀνθρώπων ἐλύοντο οὗτοι Σπαρτιήτησι πολιῆται. οἱ δὲ πέντε ἀγῶνες, οἵδε ἐλύοντο· ἐς μὲν καὶ τεσσεράκοντος, οὐδεὶς ὁ σὺν Πλαταιεῦσι· ὅτι γάρ, ὁ σὺν Τεγεήτῃσι τοῖς Τεγεήτας καὶ Ἀργείοις ἑλόμενος· μέχρι δέ, ὁ σὺν Διπαιεῦσι τοῖς Ἀρκάδας πάντας, πλὴν Μαντινέων· ὅτι γάρ, Μεσσηνίων ὁ τοῖς τοῦ Ἰθωμάτα ὕστατος ἦν, ὁ σὺν Ταναγρηΐοισι τοῖς Ἀθηναίοισί τε καὶ Ἀργείοις ἑλόμενος. οὗτος δὲ ὕστατος κατεργάθη τῶν πέντε ἀγώνων. Οὗτος μὲν τότε τοῖσι Ἕλλησι ὁ Τισαμενὸς, ἀγόντων τῶν Σπαρτιητέων, ἐμαντεύετο σὺν Πλαταιεῦσι. τοῖσι μὲν οὖν Ἕλλησι καλὰ ἐγίνετο τὰ ἱρὰ ἀμεινομένοισι· ἀμφὶ Ἀσωπὸν δὲ Ἀργείοισι, καὶ μάχης ἄρχουσι, οὔ. Μαρδονίῳ δὲ τοῖσι θυομένῳ μάχης ἄρξειν, οὐκ ὑπετίθεα ἐγίνετο τὰ ἱρά· ἀμεινομένῳ δὲ καὶ τούτῳ, καλά. καὶ γὰρ δὴ Ἕλλωσι τοῖσι ἱεροῖσι ἐχρέετο, μάντιν ἔχων Ἡγησίστρατον, αἰδοῖα Ἠλείων τε καὶ τῶν Τελλιαδέων ἐόντα λογιμώτατον. ὃν δὴ πρότερον τούτων Σπαρτιῆται λαβόντες, ἔδησαν ὡς θανάτῳ, ὡς πεπονθότες πολλά τε καὶ ἀνάρσια ὑπ' αὐτοῦ. ὁ δὲ, ὡς τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος, ὥστε πρὸ τῆς ψυχῆς, πρό τε τοῦ θανάτου πονέμενος πολλά τε καὶ λυγρὰ, ἔργον ἐργάσατο μέζον λόγου. ὡς γὰρ δὴ ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηρέῳ δεδετῷ, ἐσιδὼν ἐς τὸ σιδηρέου ἐκ ἐφάνη. αὐτίκα δὲ ἐμηχανᾶτο δυσεικέστατον ἔργον πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. σαθμὸν γὰρ ὅκως ὀξέα δύσεται οἱ τὸ λοιπὸν τοῦ ποδὸς, ἀπέταμε ὃν ταρσὸν ἐωυτοῦ. ταῦτα δὲ ποιήσας, ὡς φυλακοδέμενος ὑπὸ φυλάκων, διορύξας τὸν τοῖχον, ἀπέδρη ἐς Τεγέην, τὰς μὲν νύκτας ποριζόμενος, τὰς δὲ ἡμέρας καταδυόμενος ἐς ὕλην, καὶ αὐλιζόμενος οὕτω, ὥστε Λακεδαιμονίων πυνθανομένων ζητεόντων, τρίτῃ δυφείῃ ἡμέρῃ ἐλθεῖν ἐς Τεγέην. τὸν δὲ ἐς θωυμασμὸν μεγάλων ἐκπεσεῖν τῆς τε τόλμης, ὁρέοντας τὸ ἡμίτομον τοῦ σώματος τοῦτο κείμενον, καὶ οὐ δυνάμενοι εὑρεῖν. τότε μὲν οὕτω

ἐπορέγετο, 333

τῶν πάντων,

μένῳ

ποδὸς κείμενον

1 *Sunt qui cataſtam interpretentur.* 2 Pedis enim extremam partem reſecuit, quum prius ad reliquam educendam dimenſus ſpatium eſſet.

ἀφ' ἀφυγὼν Λακεδαιμονίους, κατέφυγε ἐς Τεγέην, ἐοῦσαν οὐκ εὐθυμίην Λακεδαιμονίοισι τότε ἔτι ἔχουσαν. ὑγιὴς δὲ γενόμενος, καὶ τὸ σφαγιοεπάμενος ξύλινον πόδα, κατεστήκεε ἐπὶ τῆς ἰθέης Λακεδαιμονίοισι πολέμιος. οὐ μέντοι ἐς γε τέλος οἱ συνήνεικε ὁ ἔχθος ὁ ἐς Λακεδαιμονίους συγκεκυρημένον. ἤλω γὰρ μαντευόμενος ἐν Ζακύνθῳ ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀπεθάνε. Ὁ μέντοι θάνατος ὁ Ἡγησιστράτου ὕστερον ἐγένετο τῶν Πλαταιϊκῶν· τότε δὲ ὅτι τῷ Ἀρταχαίῳ τῷ Μαρδονίῳ μεμισθωμένος οὐκ ὀλίγου, ἐθύετό τε καὶ εὐθυμέετο ἐπὶ ἔχθεϊ τῷ Λακεδαιμονίων, καὶ ἐπὶ κέρδεϊ. ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλιέρεε ὥστε μάχεσθαι, οὔτε αὐτοῖσι Πέρσῃσι, οὔτε τοῖσι μετ' ἐκείνων ἐοῦσι Ἑλλήνων, (ἦν γὰρ καὶ ἐκ τούτων μάντις Ἱππόμαχον, Λευκάδιον ἄνδρα) ὑπαρρεόντων δὲ τῶν Ἑλλήνων, καὶ νομιζόντων πλεόνων, Τιμηγενίδης ὁ Ἕρπυος, ἀνὴρ Θηβαῖος, συνεβούλευσε Μαρδονίῳ τὰς ἐπιβολὰς τῶν Κιθαιρῶνος φυλάξαι· λέγων ὡς ὑπαρρέουσι οἱ Ἕλληνες αἰεὶ καὶ κατὰ ἡμέρην, καὶ ὡς ἀπολάμψοιτο συχνούς. Ἡμέρας δὲ σφι αἰτιηκατημένοισι ἤδη ἐγεγόνεσαν ὀκτώ, ὅτε ταῦτα ἐκείνος συνεβούλευε Μαρδονίῳ. ὁ δέ, μαθὼν τὸ δεδογμένον ἐν ἔχουσαν, ὡς ἐν φόβῳ ἐγίνετο, πέμπει τὸ ἵππον ἐς τὰς ἐπιβολὰς τὰς Κιθαιρωνίδας, αἳ ὑπὲρ Πλαταιέων φέρουσι. τὰς Βοιωτοὶ μὲν, τρεῖς κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ, δρυὸς κεφαλάς· πεμφθέντες δὲ οἱ ἱππόται, οὐ μάτην ἀπίκοντο. ἐσβάλλοντα γὰρ ἐς τὸ πεδίον, λαμβάνουσι ὑποζύγιά τε πεντακόσια, σιτία ἄγοντα ἀπὸ Πελοποννήσου ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ ἀνθρώπους, οἳ εἴποντο τοῖσι ζεύγεσι. ἐλόντες δὲ ταύτην τὴν ἄγρην οἱ Πέρσαι, ἀφειδέως ἐφόνευον, φειδόμενοι οὔτε ὑποζυγίου οὐδενὸς, οὔτε ἀνθρώπου. ὡς δὲ ἄλλων εἶχον κτείνοντες, τὰ λοιπὰ αὐτέων ἤλαυνον περιβαλλόμενοι πρόσω τε Μαρδόνιον καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον. Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον, ἑτέρας δύο ἡμέρας διέτριψαν, οὐδέτεροι βουλόμενοι μάχης ἄρξαι. μέχρι μὲν γὰρ τῶν Ἀσωπῶν ἐπῆισαν οἱ βάρβαροι, προφέροντες τῶν Ἑλλήνων, δίκαιον δὲ οὐδέτεροι· ἢ μέντοι ἵππος ἡ Μαρδονίου αἰεὶ παρῆν τε καὶ ἐλύπεε τοὺς Ἕλληνας. οἱ γὰρ Θηβαῖοι, ἅτε μηδίζοντες μεγάλως, προθύμως ἔφερον τὸν πόλεμον, καὶ αἰεὶ κατηγέοντο μέχρι μάχης. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτου προδεχόμενοι Πέρσαι τε καὶ Μῆδοι, μάλα ἔσπουδοι ἀπεδείκνυντο ἀρετάς. Μέχρι μὲν νυν τῶν δέκα ἡμερέων

Lacedæmoniis elapsus, in Tegeam, quę per id tempus non erat pacata Lacedæmoniis, transfugit. Sanato vulnere & ligneo pede asciro, ex professo Lacedæmoniis hostis extitit. Sed non ad postremum ei protractum in Lacedæmonios odiū profuit. nam in Zacyntho quum vaticinaretur, ab his captus atque interemptus est. Verum hic Hegesistrati interitus posterior rebus Platæensibus fuit. Tunc autē is à Mardonio non exigua summa conductus, cupide sacrificabat, cum in Lacedæmonios odio, tum lucri gratia. Quum igitur exta non essent pulchra ad pugnam committendam neque ipsis Persis, neque Græcis qui cum illis erant, (habebant enim & Græci suum haruspicem quendā Leucadium Hippomachum) [1] quumq; diaberētur multi Græci, suasit Mardonio Timogenides Herpyis filius vir Thebanus vt exitus Citharonis custodiendos curaret, quod diceret [2] assidue Græcos ad hostē quotidie transire, seq; complures deprehendisse. Iam autē dies octo abierant positis eregione castris, quū iste Mardonio hoc consiliū dedit. Mardonius, admoneri se probe intelligens, primis tenebris equitatum mittit ad ingressus Citharonis qui Platæas ferunt: quæ Bœotii Tria capita, Atheniēnses Capita querçus appellant. Equites missi non frustra peruenere. nacti enim ingredientia campum quingenta iumenta quæ commeatum è Peloponneso ad exercitum subuehebant, diripiunt: & eos qui iumenta sequebantur, immisericorditer trucidant, neque iumentis neque hominibus parcentes. In quibus occidendis posteaquam satis sunt grassati, cum ceteris quæ eripuerant, ad Mardonium sunt & ad exercitum reuersi. Post hanc rem gestā biduum absumptū est, neutris pugnam lacessere volentibus. nam etsi Asopo tenus barbari processerant irritandi Græcos gratia, neutri tamen sibi transeundum statuebant. equitatus modo Mardonii progrediebatur, & Græcos molestia afficiebat: quia Thebani, vtpote in amorem Medorum vehementer propensi, ferebant alacriter bellum, & assidue prouehebanrur vsque ad prœlium: deinde excipientes Persæ pariter ac Medi præcipue præclara facinora edebant. His amplius ad decem vsq;

XXXVII

XXXVIII

XXXIX

XL

1 Quumque subingrederentur Græci, & eorum numerus cresceret, 2 Subingredi quotidie Græcos, & fore vt ipse multos intereiperet. Iam autem d.

dies

dies nihil eſt actum. [1] at vbi vndecimus dies illuxit, quum & Græci multo plures efficerentur, ad Platæas caſtris eregione poſitis, & Mardonius ſtationem grauaretur, ibi venere in colloquium Mardonius Gobryę & Artabazus Pharnacis filius, vir apud Xerxem inter paucos Perſarum virtutis expertæ. quorum conſultantum hæ fuere ſententiæ: Artabazi quidem, expediens eſſe contractis quamprimum copiis ire ad mœnia Thebana, quo multum rei frumentariæ ipſis multumque pabuli iumentis compararent: atque ibi conſidentes per ocium rem conficerent, videlicet quum multũ auri tum ſignati tum non ſignati haberent, multum etiam argenti ac poculorum, ne parcerent illis, ſed ea ad Græcos mitterent, eos præcipue qui ciuitatibus præſiderent. fore enim vt illi ſuam traderent libertatem: neque oportere pugnandi adire diſcrimen. Eadem autem Thebanorum quæ iſtius ſententia erat, tanquam aliquid vltra hoc proſpicientis. Mardonii autem ſententia ferocior pertinaciorque, & nullo modo cedens: quippe opinantis meliorẽ ſuum eſſe quam Græcorum exercitum, & ſatius primo quoque tempore confligere, quam committere vt plures quam coacti erant Græci cogerentur: Hegeſiſtrati vero auſpicia valere ſinere, nec eis vim afferre: quinimo Perſarum more ſeruato debere confligere. Mardonio ita
LXI opus facto eſſe cenſenti nemo contradicebat. qui, vbi ſententia ſua vicit, accitis cohortium præfectis & qui ſecum erant ducibus Græcorum (penes eum nanque erat ſumma imperii, non penes Artabazum) percontabatur num aliquod oraculum ſcirent de Perſis tanquam perituris in Græcia. Silentibus euocatis, partim quod ignorarent oracula, partim quod haud tutum putarent proferre quod ſcirent, inquit ipſe Mardonius, Quoniam vos aut nihil noſtis, aut promere non audetis, ego rem proferam, vtpote bene cognitã habens. Eſt oraculũ, Perſis fatale eſſe vt in Græciam profecti diripiant templum quod Delphis eſt, vtq; direpto templo omnes intereant. Quocirca, quum hoc ſciamus, neque diripere conabimur, neque edibimus templum, ob hanc cauſſam interitum deuitaturi. quo nomine quicunque veſtrũm bene Perſis volunt,

ἡμερέων οὐδὲν ὅτι πλεῶ ἐγίνετο τούτων· ὡς δ' ἐν-
δεκάτη ἐγεγόνεε ἡμέρη ἀπὸ κατημένοισι ἀλλήλοισι
ἐν Πλαταιῇσι, εἴ τε δὴ Ἕλληνες πολλῷ πλεῶες
ἐγεγόνεσαν, καὶ Μαρδόνιος βαρυτέρως ἔφερε τὴν ἕδρην,
ἐνθαῦτα ἐς λόγους ἦλθον Μαρδόνιός τε ὁ Γωβρύεω
καὶ Ἀρτάβαζος ὁ Φαρνάκεος, ὃς ἐν ὀλίγοισι Περ-
σέων ὧν δόκιμος παρὰ Ξέρξῃ. βουλευομέ-
νων δ' αὐτῶν ἔσαν αἱ γνῶμαι· ἡ μὲν Ἀρταβάζου, ὡς
χρεὼν εἴη ἀναζεύξαντας τὴν ταχίστην πρὸς τὰ
στρατόπεδα, ἰέναι ἐς ὃ τεῖχος ὃ Θηβαίων, ἔνθα σῖτόν τε
σφι ἐσπεπυσμένοι ἦσαν πολλὸν, καὶ χόρτον τοῖσι ὑποζυ-
γίοισι· κατ' ἡσυχίην τε ἰζομένους ἀφαρπήσε-
σθαι ποιεῦντας τάδε. ἔχειν γὰρ χρυσὸν πολλὸν μὲν
ἀδιάκοπον, πολλὸν δὲ καὶ ἄσημον· πολλὸν δὲ καὶ ἀρ-
γυρέου τε καὶ σκευάσματα· τούτεων φειδομένους μη-
δενός, ἀφαπέμπειν ἐς τοὺς Ἕλληνας, Ἑλλίων δὲ
μάλιστα ἐς τοὺς παρεστεῶτας ἐν τῇσι πόλισι· καὶ
ταχέως σφέας ἀναδώσειν τὴν ἐλευθερίην, μηδὲ
ἀναχινδυνεύειν συμβάλλοντας. τούτου μὲν ὧν ἡ
αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη, ὡς παρεισιόντος
πλεῶ ἢ καὶ τούτου· Μαρδονίου δὲ, ἰσχυροτέρη
τε καὶ ἀγνωμονεστέρη, καὶ οὐδαμῶς συγγινωσκομέ-
νη. δοκέειν τε γὰρ πολλῷ κρέσσονα εἶναι τὸν σφέτε-
ρην στρατὸν τῆς Ἑλληνικῆς, συμβάλλειν τε τὸν
ταχίστην, μηδὲ παρορᾶν συλλεγομένους ἐπὶ πλέ-
ονας γίνεσθαι τῶν συλλεγμένων. τά τε σφάγια τὰ
Ἡγησιστράτου ἐᾶν χαίρειν, μηδὲ βιάζεσθαι, ἀλ-
λὰ νόμῳ τῷ Περσέων χρεωμένους συμβάλλειν.
Τούτου δὲ οὕτω διχηγεῶτος, αὐτὰ ἔλεγε τάδε. ὡς-
τε σκεπτόμενος τὴν γνώμην· ὃ γὰρ κρατέων εἶχε τὴν στρα-
τιὴν οὗτος οὐ βασιλεὺς, ἀλλ' οὐκ Ἀρτάβαζος.
μεταπεμψάμενος ὧν τοὺς ταξιάρχους τῶν τελέων,
καὶ τῶν μετ' ἐωυτὸν ἐόντων Ἑλλήνων τοὺς στρατηγούς,
πρῶτα εἴ τι εἰδείη λόγιον περὶ Περσέων, ὡς ἀμφθ- ἀμφισ-
ρέονται ἐν τῇ Ἑλλάδι. σιγώντων δὲ τῶν ὑποκριτῶν, βέονται
τῶν μὲν οὐκ εἰδότων τοὺς χρησμούς, τῶν δ', εἰδότων
μὲν, οὐκ ἀδεᾶ δ' ἐόντων λέγειν, αὖτος Μαρ-
δόνιος ἔλεγε, Ἐπεὶ τοίνυν ὑμεῖς ἢ οὐκ οἴδατε, ἢ οὐ τολ- "
μᾶτε λέγειν, ἀλλ' ἐγὼ ἐρέω ὡς οὐ ὑποτρομεύμενος. ἔ- "
στι δὲ λόγιον ὡς χρεὼν ἔστι Πέρσας ἀστιχεμένους ἐς " στείλαι
τὴν Ἑλλάδα, ἁρπάσαντας τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖ- "
σι, μετὰ δὲ τὸν ἁρπαγὸν, ἀπολέσθαι πάν- "
τας. ἡμεῖς τοίνυν αὐτὸ τοῦτο ὑποτρομεύμενοι οὔτοί τε " οὔτε
ἴμεν ὅτι τὸ ἱερὸν τοῦτο, οὔτε ὑποχειρήσομεν ἁρπά- " ἴμεν
ζειν. ταύτης τε εἵνεκα τῆς αἰτίης οὐκ ἀπολεόμεθα. "
ὥστε ὑμέων ὅσοι τυγχάνουσι βάρβαροι ἐόντες Πέρσῃσι, "

1 Quum autem iam vndecimus ageretur dies ex quo caſtra caſtris oppoſuerant, & valde auctus fuiſſet Græcorum numerus, necnon Mardonius ſtationem illam grauate ferret, ibi venere in colloq.

ἤδεαθε τῶδε εἵνεκα, ὡς ἀφειεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων. ταῦτά σφι εἰπὼν, δεύτερα ἐσήμηνε τοῖσι ἐξαρτέεσθαί τε πάντα, καὶ δικελίζειν ποιέεσθαι, ὡς ἅμα ἡμέρῃ τῇ ὑπερκειμένῃ συμβολῆς ἐσομένης. Τὸν δὲ ἐπάγοντα τὸ χρησμὸν τὸν Μαρδόνιος εἴτε ἐς Πέρσας ἔρχειν, ἐς Ἰλλυριούς τε καὶ τοὺς Ἐγχελέων στρατὸν εἰδὼς πεποιημένον, ἀλλ' οὐκ ἐς Πέρσας. δηλοῖ δὲ τὰ μάλιστα Βάκιδος ἔπος ἐς ταύτην τὴν μάχην πεποιημένον,

Τὰ δὲ ὅτι Θερμώδοντι καὶ Ἀσωπῷ λεχεποίη

Ἑλλήνων στυγερὸν, καὶ βαρβαρόφωνον ἰυγὴν,
Τῇ πολλοὶ πεσέονται, ὑπὸ λαγχέσιν τε βαθεῖαν,
Τοξοφόρων Μήδων ὅταν αἴσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ.

Ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα πλησίστια τοῖσι ἄλλα Μουσαίῳ ἔχοντα οἶδα ἐς Πέρσας. ὁ δὲ Θερμώδων ποταμὸς ῥέει μεταξὺ Ταναγρης τε καὶ Γλίσαντος. Μετὰ δὲ τὰ ἐπειρώτησιν τῶν χρησμῶν, καὶ ὡς ἐδόκεσιν τοῖσι ἀπὸ Μαρδονίου, νύξ τε ἐγίνετο, καὶ ἐς φυλακὰς ἐπάσσοντο. ὡς δὲ προσῴκα τῆς νυκτὸς προσεληλάκοι, καὶ ἡσυχίη ἐδόκεε εἶναι διὰ τὰ στρατόπεδα, καὶ μάλιστα οἱ αὐθεφστοι εἶναι ὑπνῳ, τοιῇδε αὐτὰ προσελάσας ἵππῳ πρὸς τὰς φυλακὰς τῶν Ἀθηναίων Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω, στρατηγός τε ἐὼν, καὶ βασιλεὺς Μακεδόνων, ἐδίζητο τοῖσι στρατηγοῖσι ἐς λόγους ἐλθεῖν. τῶν δὲ φυλάκων οἱ μὲν πλεῦνες παρέμενον, οἱ δὲ ἔφραζον δὴ τοῖσι στρατηγοῖσι. ἐλθόντες δὲ ἔλεγον ὡς αὐθεφτος ἥκει ἐκ τῆς ἵππου ἐκ τῶν στρατοπέδων τῶν Μήδων· ὃς ἄλλοι μὲν σφέων προσεῖναι προθυμοῖ ἔφασκε, στρατηγοὺς δὲ ὀνομάζων, ἐθέλειν φησὶ ἐς λόγους ἐλθεῖν. Οἱ δὲ ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσαν, αὐτίκα ἔθεον ἐς τὰς φυλακάς. ἀπικομένοισι δὲ ἔλεγε Ἀλέξανδρος τάδε, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρόδηλα ὑμῖν τὰ ἔπεα τάδε πίπτει, ἄρρητα ποιεύμενος πρὸς ἄνδρα λέγειν ὑμέας ἄλλον ἢ Παυσανίην, μή με ἀφαφίρητε. οὐδὲ γὰρ αὖ ἔλεγον, εἰ μὴ μεγάλως σκηδομένῳ συναπάσης τῆς Ἑλλάδος. αὐτός τε γὰρ Ἕλλην γεύς εἰμὶ τὸ ἀρχαῖον, καὶ αὖτ' ἐλευθέρης δεδουλωμένην οὐκ ἂν ἐθέλοιμι ὁρᾶν τὴν Ἑλλάδα. λέγω δὲ ὦν ὅτι Μαρδονίῳ τε καὶ τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ δύναται κατὰ θυμὸν γενέσθαι· πάλαι γὰρ ἂν ἐμάχεσθε· νῦν δέ οἱ δέδοκται, τὰ μὲν σφάγια ἐᾶν χαίρειν, ἅμα ἡμέρῃ δὲ ἀφαυσκούσῃ συμβολὴν ποιέεσθαι. καταῤῥῶδηκε γὰρ μὴ πλεῦνες συναχθῆτε, ὡς ἐγὼ εἰκάζω. πρὸς ταῦτα ἑτοιμάζεσθε. νῦν δὲ ἀρα ὑποβολὴ τὸν συμβολὴν Μαρδόνιος, καὶ μὴ ποιῆται, λιπαρέετε

voluptatem capiant, tanquam Persis Græcos superaturis. Hæc loquutus, secundo loco signum dedit vt omnia[1] apparārent, & corpora curarent, veluti sub lucis exortu prœlio futuro. Oraculum autem, quod ad Persas aiebat spectare Mardonius, id ego scio nō Persis redditum esse, sed Illyriis & Encheleorum copiis. Quod autē de hoc prœlio redditum est à Bacide, id vero hoc fuisse, XLII

Gramineis ripis Asopi ac Thermodontis
Barbaricæ Graiis acies clamore coibunt.
Hîc multi occumbent defuncti munere vitæ,
Quādo sagittiferis aderit lux vltima Medis.

Hæc ego atque alia his similia è Musæo noui ad Persas spectauisse. Fluuius autem Thermodon Tanagram ac Glisantem interfluit. ¶ Insequēti nocte quàm Mardonius de oraculis interrogauit, exhortatusq; suos est, excubitores dispositi fuere. Eius noctis quum multum processisset, conticiniumque in exercitu esset & tempus concubium, tunc Alexander Amyntæ filius, dux & idē rex Macedonum, ad excubias Athenienſiū adequitauit, efflagitaultque suos vt cum ducibus colloqueretur. Id audientes excubitores, plerique remanserunt, nonnulli ad duces concurrerūt: quibus aditis inquiunt quendam equo aduectum esse è castris Medorum: qui nihil aliud proloqueretur, nisi nominatim appellans Athenienſium duces, velle se in colloquium illorum venire. Duces, hoc audito, confestim ad locum excubiarum sequuti sunt. quos Alexander vbi venere, his verbis alloquutus est, Viri Athenienses, hæc ego vobis verba, pro deposito trado, necui efferatis nisi Pausaniæ: ne ob id me perditum eatis. Quod haudquaquam dicerem nisi de vniuersa Græcia solicitus essem: quippe qui vetusta origine Græcus sum, nec vellem videre Græciam[2] pro libera seruientem. Itaq; vos certiores facio, Mardonium atq; exercitum litare non posse, alioqui olim iam conflicturum fuisse. Is nunc sacrificia valere sinere constituit, & vbi primū illuxerit, vobiscum confligere: extimescens admodum (quantum ego coniicio) ne plures ad copias vestras accedant. Ad hæc vos paratiestote. Quod si differet Mardonius, nec committet certamen, vos perseuerate

1 Apparārent, & singula ordine disponerent. 2 Ex libera factam seruam. *vel, in seruitutem redactam.*

hic ma-

hîc manere : ad paucos enim dies eis ſuppeditat commeatus. Quod ſi hoc bellum vobis ex ſententia finietur, debebit aliquis veſtrûm reminiſci mei meæq; liberationis, qui Græcorũ cauſſa rem adeo[1] temerariam, libenter tamen feci, vt ad vos conſilium Mardonii deferrem : ne barbari ex improuiſo vos adorirentur. Ego autem ſum Alexander Macedo. Hæc loquutus Alexander, ad exercitum ſe recepit ad ſuamque ſtationem. Duces Athenienſium ad cornu dextrum profecti, quæ ab Alexandro audierant Pauſaniæ retulere. Hac ratione Pauſanias in metum Perſarum adductus, Quoniam, inquit, ſub auroram prœlium fiet, [2] expedit vos Athenienſes ſtare in acie aduerſus Perſas vobis cognitos, vt qui cum Medis in Marathone pugnaueritis : nos vero qui eorum ſumus inexperti atq; ignari, (nemo enim Spartiata Medorum periculum fecit) contra vobis oppoſitos Bœotos & Theſſalos : quorum ſumus experti, horum Græcorum gratia. Itaque opus eſt ſumptis armis vos in hoc dextrum, nos in ſiniſtrũ cornu tranſire. Ad hæc ita reſpondere Athenienſes, Nobis quoque olim iam inde ab initio, poſteaquam aſpeximus Perſas aduerſus nos eſſe inſtructos, fuit in animo iſtud dicere quod vos dicere occupaſtis : ſed verebamur ne non grata eſſet vobis oratio. nunc quandoquidem ipſi feciſtis huius rei mentionem, & nobis iucunda oratio eſt & parati ſumus iſtud exequi. Vbi hoc vtriſque complacitum eſt, & loca permutauerunt, ſub auroram rem aduertentes Bœoti, ad Mardonium detulerunt. Ea audita Mardonius extemplo & ipſe conatus eſt Perſas contra Lacedæmonios transferre. Pauſanias autem hoc fieri intelligens, nec latere factum ſuum, rurſus in dextrum cornu Spartiatas reducit. At vbi Mardonius & ipſe ſuos in ſiniſtrũ reduxit, & acies priſtino in loco ſtetere, miſſo caduceatore ad Spartiatas ita inquit, Lacedęmonii, vos vero fama fert omnium qui iſtic ſunt eſſe præſtantiſſimos, qui neque è bello fugiatis, neque ordines deſeratis, ſed perſtantes aut interficiatis hoſtes, aut ipſi occumbatis. Horum nihil admodum veri eſt. quippe antequam manus conſerantur, vos cernimus fugientes, aciemque deſerentes, & relegato Athenienſibus periculo, conſiſtentes ex aduerſo noſtrorum ſeruorum :

XLV

XLVI

XLVII

derent, Athenienſes, libentor eis eſſe re Peloponnenſes: atque ita Samios & Chios & Lesbios ac ceteros inſulanos, qui ſecum militabant, ad ſocietatis fœdus adegerunt, data acceptaque fide cum iureiurando, ſe permanſuros in ſocietate, nec ab ea deſcituros. Hoc iureiurando accepto, ad pontes ſoluendos nauigauerũt, rati adhuc illos intentos ſe eſſe inuenturos. Et iſti quidem in Helleſpontum nauigabant. ¶ Ii vero cvi barbari qui profugerant, non ita multi quũ ad cacumina Mycales peruenisſẽt, ſe Sardis recipiebant. Qui dum iter faciunt, Maſiſtes Darii filius, qui pugnæ male geſtæ adfuerat, conuiciari Artayntæ cum aliis multis probris, tum vero dicere, illum muliere fuiſſe ignauiorẽ, qui ita illam præfecturam adminiſtraſſet: dignumque omni malo eſſe qui de regia domo male meritus eſſet. Apud Perſas autem ſummo opprobrio datur, audire ſe muliere eſſe ignauiorem. Artayntes igitur, vbi multa audiit, indigne ferens, acinacem in Maſiſtem ſtringit, interficiendi auidus. quem irruentem cernens Xenagoras Praxilai filius, vir Halicarnaſſeus, vt ſtabat à tergo, hominem medium accipit, ſublatumq; humi allidit. intereaque ſatellites Maſiſtis adfuere. Eo facto Xenagoras & ipſius Maſiſtis gratiam iniit, & Xerxis, cuius fratrẽ ſeruaſſet. quippe ab eo ob hanc rem totius Ciliciæ præfectura donatus eſt. Nihil hoc amplius inter viam barbari egerunt, Sardiſq; peruenerunt, vbi rex erat ex eo tẽpore quo, prœlio nauali male geſto, Athenis illuc profugerat. ¶ Sar- cvii dibus autem tunc agens, adamabat vxorem Maſiſtis, quæ & ipſa illic erat. ea quum potiri non poſſet, neque donis miſſitandis, neq; vi, quam afferre nolebat, fratris Maſiſtis reſpectu: (quæ res & mulierem retinebat, probe gnaram non ſe coactũ iri vi) ibi Xerxes ceteris prohibitus, huc euaſit vt filio ſuo Dario in matrimonium daret filiam huius mulieris, ac Maſiſtis: exiſtimans, ſi hoc feciſſet, commodius ſe illa potiturum. Contracto matrimonio, aliiſque ex conſuetudine celebratis, Suſa profectus eſt. eo poſtquam peruenit, & vxorem Dario domum duxit, ita demum ab vxoris Maſiſtis amore ceſſauit, [2] adamata ex familiaritate nurus Maſiſtæ filia, cui nomẽ erat Artayntæ. Qua quum cviii potiretur, proceſſu temporis res pa-

1 Qui ita munere imperatorio functus eſſet. 2 Et permutatis *ſui amoris* vicibus, adamauit, atque adeo potitus eſt ea quæ Darii quidem vxor, Maſiſtæ autem erat filia.

tefacta

tefacta est, hunc in modum: Amestris vxor Xerxis, amiculum quod ipsa texuerat, grande atq; variegatum, & spectatu dignum, viro donauit. Quo ille delectatus atq; amictus, ad Artayntam se confert: atque vbi se oblectauit cum ea, iussit à se petere mulierem quæ optaret sibi fieri in remunerationem obsequii. omnia enim quæ peteret, impetraturam. Ad hoc illa respondens, (debebatur enim toti familiæ infortunium) Dabisne, inquit, mihi quicquid à te petiero? Xerxes, omnia alia potius eã petituram ratus, cum iureiurando promisit. Qui postquam iurauit, mulier intrepide amiculum popoſcit. Xerxes enimuero recusare, non ob aliud quam quod vereretur Amestrin, ne sic illa rem quæ agebatur, iampridem suspicata, deprehenderet: sed offerre ei & vrbes, & immensam vim auri, & copias militum, quibus nemo præter illam esset imperaturus. Eximium autem donum est apud Persas, exercitu donari. Verum quum non posset persuadere mulieri, amiculum dedit. Quo dono illa supramodum
CIX læta, eo gestando gestiebat. Amestris vbi mulierem habere amiculum sciuit, & rem gestam, nõ in puellam concepit odium, sed in illius matrem, penes quã culpam & quam huius rei authorem esse credebat, exitium machinatur. Obseruato itaq; tempore quo vir suus Xerxes regalem instrueret cœnam, quę cœna semel quotannis eo die quo rex creatus est instruebatur: (cœnæ nomẽ Persice Tycta, Græce τέλειον, *id est, perfecta:* in qua rex solùm caput [1] ornatur, Persasque strenis donat) hoc die obseruato Amestris à Xerxe petiit vt se Masistæ vxore donaret. Xerxes id indignũ factu nefariumque arbitrari, vxorem germani dono dari, eamque insontem negocii illius cuius caussa vxor sua eam flagita-
CX ret. Tandem huius precibus euictus, & instituto, quo nefas est regia cœna proposita orantem non exorare, inuitus admodũ annuit: tradensq; vxori, ac iubens facere quod liberet, germano ad se accersito, ita inquit, Masista, tu Darii filius es, idemque mihi frater, præterea vir eximius: tamen cum ista muliere, cum qua contubernium habes, noli habere: in cuius locum dabo tibi filiam meam cum qua contubernium habeas. Istam autem quam in matrimonio habes (nõ enim mihi videtur habenda)

πυσα γένεται τοῦτο τοιῶδε. ὀξυφήνασα Ἀμηστρις ἡ Ξέρξεω γυνὴ φᾶρος μέγα τε καὶ ποικίλον καὶ θέης ἄξιον, δίδοῖ Ξέρξῃ. ὁ δὲ, ἡσθεὶς, περιβάλλεταί τε καὶ ἔρχεται πρὸς τὴν Ἀρταΰντεω. ἡσθεὶς δὲ καὶ ταύτῃ, ἐκέλευσε αὐτὴν αἰτῆσαι ὅ, τι βούλεται οἱ γενέσθαι αἰτὶ τῷ αὐτοῦ ὑπουργημάτων. πάντα γὰρ τεύξεσθαι αἰτήσασαν. τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πᾶσι οἰκίῃ γενέσθαι, πρὸς ταῦτα εἶπαι Ξέρξῃ, Δώσεις μοι ὅ αἴ σε αἰτήσω; ὁ δ', πάντα μᾶλλον ἐκὼν ἐκείνην αἰτήσαι, ὑπώπτευε καὶ ὤμοσε. ἡ δὲ, ὡς ὤμοσε, ἀδεὴς αἰτέει ὃ φᾶρος. Ξέρξης δ', πάντως ἐνήνεετο, οὐ βουλόμενος δοῦναι· κατὰ μὲν γὰρ ἄλλα οὐδὲν, φοβεόμενος δὲ Ἀμηστριν, μὴ καὶ τὴν κατείκασε ζούσῃ τὰ γινόμενα, οὕτω ἐπεμνήσθη τῆς θυγατρός. ἀλλὰ πόλις τε ἐδίδου καὶ χρυσὸν ἄπλετον, καὶ στρατὸν τῷ ἔμελλε θεὸς ἄρξειν ἀλλ' ἡ ἐκείνη. (Περσικὸν δὲ κάρτα ὁ στρατὸς δῶρον) ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε. δίδοῖ ὃ φᾶρος. ἡ δὲ, περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ δώρῳ, ἐφόρεέ τε καὶ ἠγάλλετο. Καὶ ἡ Ἀμηστρις εἰς πυθομένη μὲν ἔχουσαν. μαθοῦσα δὲ ὃ πεποίημενον, τῇ μὲν γυναικὶ ταύτῃ οὐκ ἐνεκότησε· ἡ δὲ, ἐλπίζουσα τὴν μητέρα αὐτῆς εἶ) αἰτίην, καὶ ταῦτα ἐκείνῃ πρήσσειν, τῇ Μασίστεω γυναικὶ ἐβούλευε ὀλέθρου. φυλάξασα δὲ τὸν αὐτὸν τὸν ἐνιαυτὸν τῆς Ξέρξεω βασιλήιον δεῖπνον παρεσκευάσμενον· τοῦτο γὰρ ὃ δεῖπνον παρασκευάζεται ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασιλεύς. οὐνόμα δὲ τῷ δείπνῳ τούτῳ, Περσιστὶ μὲν, τυκτά· κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, τέλειον. τότε καὶ τὴν κεφαλὴν σμᾶται μοῦνον βασιλεύς, καὶ Πέρσῃσι δωρέεται. Ταύτῃ δὴ τῇ ἡμέρῃ φυλάξασα ἡ Ἀμηστρις, χρήζει τοῦ Ξέρξεω, δοθῆναί οἱ τὴν Μασίστεω γυναῖκα. ὁ δὲ δεινόν τε καὶ ἀνάρσιον ἐποιέετο, τοῦτο μὲν, ἀδελφεοῦ γυναῖκα παραδιδοῦναι, τοῦτο δὲ, αἰτίην ἐοῦσαν τοῦ πρήγματος τούτου. σινῶσαι γὰρ τοῦ εἵνεκεν ἐδέετο. Τέλος μέντοι, ἐκείνης τε λιταρευούσης, καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου ἀναγκαζόμενος, (ὅτι ἀτυχήσαντι τὰ χρήζοντα, οὐ σφι δοκέει εἶναι βασιλήϊα δεῖπνα παρεσκευασμένου) καρτερὴ δὴ ἐέσαν καὶ ταῦτα. καὶ παραδοὺς, ποιέει ὧδε· τὴν μὲν κεφαλὴν ποιέει τὰ βούλεται ὁ ὤν, μετὰ πεμψάμενος τὸν ἀδελφεὸν, λέγει τάδε, Μασίστα, σὺ εἶς Δαρείου τε παῖς, καὶ ἐμὸς ἀδελφεός· πρὸς δ' ἔτι τούτοισι, καὶ εἰς ἀνὴρ ἀγαθός· γυναικὶ δὴ ταύτῃ τῇ νῦν συνοικέεις, μὴ συνοίκεε· ἀντὶ ταύτης αὖτ' ἐγὼ δίδωμι θυγατέρα τὴν ἐμήν. ταύτῃ συνοίκεε· τὴν γὰρ ἔχεις (οὐ γὰρ δοκέει ἐμοὶ)

1. *Diuersam à nostra lectionem videtur esse sequutus.*

μὴ ἔχε γυναῖκα. ὁ δὲ Μασίστης ἀποθωυμάσας τὰ
» λεχθέντα, λέγει τάδε, Ὦ δέσποτα, τίνα μοι λόγον
» λέγεις ἄχρηστον, κελεύων μοι γυναῖκα, ἐκ τῆς μοι
» παῖδες νεηνίαι τε εἰσὶ τρεῖς, καὶ θυγατέρες, τῶν καὶ σὺ
» μίην τῷ σαυτοῦ παιδὶ τῷ σεωυτοῦ ἠγάγεο γυναῖκα· αὐτὴ
» τέ μοι κατὰ νόον τυγχάνει κατέσα· ταύτην με
» κελεύεις μεθεῖναι, θυγατέρα τὴν σεωυτοῦ γῆμαι; ἐγὼ
» δέ, βασιλεῦ, μεγάλα μὲν ποιεῦμαι, ἀξιοῦμενος θυ-
» γατρὸς τῆς σῆς, ποιήσω μέντοι τοῦτό γε οὐδέτερα.
» σὺ δὲ μηδαμῇ βίῳ πρήγματος τοιοῦδε δεόμενος
» ἀλλὰ τῆς τε σῆς θυγατρὸς ἀνὴρ ἀνὴρ φανήσεται ἐμοῦ
» ζώων ἥσσω, ἐμέ τε ἔα γυναικὶ τῇ ἐμῇ σεωυτοῦ χρᾶσθαι.
ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἀμείβετο· Ξέρξης δὲ θυμωθεὶς λέγει
» τάδε, Οὕτω δή τοι Μασίστα πέφρικται. ὅτε μὲν οὐ
» τοι δώσω θυγατέρα τὴν ἐμὴν γῆμαι, ὅτε σκεῖνα ἐπ'
» πλεῦνα χρόνον σεωυτοῦ κήσεις· ὡς μάθῃς τὰ δίδομεν
δίκεα. ὁ μὲν, ὡς ταῦτα ἤκουσε, εἶπας πρὸς τάδε, ἐχώ-
» ρεε ἔξω, Δέσποτα, ἔτι δή κου με ἀπώλεσας. Ἐν
δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ μέσῳ χρόνῳ ἐὼν ὁ Ξέρξης τῷ ἀ-
δελφεῷ διελέγετο, ἡ Ἄμηστρις μεταπεμψαμένη τοὺς
δορυφόρους τοῦ Ξέρξεω, λαβοῦσα τὴν γυ-
ναῖκα τὴν Μασίστεω· τοῦ τε μαζοὺς ἀποταμοῦσα, κυσὶ
προβάλε· καὶ ῥῖνα, καὶ οὖς, καὶ χεῖλεα, καὶ γλῶσσαν
ἐκταμοῦσα, ἐς οἶκόν μιν ἀποπέμπει λελυμα-
σμένην. Ὁ μὲν Μασίστης, οὐδέν κω ἀκηκοὼς τοῦ-
των, ἐλπόμενος δέ τι οἷα καὶ ἦν, ἐσπίπτει δρόμῳ ἐς
τὰ οἰκία· ἰδὼν δὲ διεφθαρμένην τὴν γυναῖκα, αὐτίκα
μετὰ ταῦτα συμβουλεύσαμενος τοῖσι παισὶ, ἐπορεύετο
ἐς Βάκτρα σύν τε τοῖσι ἐωυτοῦ ἰδίοισι, καὶ δή κου τοῖσι καὶ
ἄλλοισι, ὡς ἀποστήσων νομὸν τὸν Βακτρίων, καὶ ποιήσων τὰ
μέγιστα κακῶν βασιλῆα. τά τε γὰρ αἱ καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμοὶ
δοκέει, εἰ γὰρ ἔφθη ἀναβὰς ἐς τοὺς Βακτρίους, καὶ τοὺς
351 Σάκας· καὶ γὰρ ἔστι ἡγεμὼν τε μιν, καὶ ἐὼν ὕπαρχος τῶν
Βακτρίων. ἀλλὰ γὰρ Ξέρξης πυθόμενος ταῦτα ἐκέ-
λευσε φονεῦσαι, πέμψας ἐπ' αὐτὸν στρατιὴν, ἐν τῇ ὁ-
δῷ κατέκτεινε αὐτόν τε ἐκεῖνον καὶ τοὺς παῖδας αὐ-
τοῦ, καὶ τὴν στρατιὴν τὴν ἐκείνου. κατὰ μὲν δὴ ἔρω-
τα τὸν Ξέρξεω, καὶ τὸν Μασίστεω θάνατον, τοσαῦτα ἐ-
γένετο. Οἱ δὲ ἐκ Μυκάλης ὁρμηθέντες Ἕλλη-
νες ἐπ' Ἑλλησπόντου, τοῦ μὲν δὴ Λεκτὸν ὄρ-
μεον, ἔσω ἀέμοισι ἀπολαμφθέντες· ἐνθεῦτεν δὲ
ἀπίκοντο ἐς Ἄβυδον, καὶ τὰς γεφύρας εὗρον λελυμένας, τὰς ἐδόκεον λύσειν ἔτι σφέας αὐτούς· καὶ
ἵστιόν τε ἧκιστα ἕνεκα ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἀπίκοντο.
Τοῖσι μὲν νυν ἀμφὶ Λευτυχίδεα Πελοποννησίοισι

missam facias. His verbis stupefactus Masistes, Domine, inquit, [1] quam tu mecum orationem habes importunã: qui vxorem, [2] ex qua liberi mihi sunt adolescentes, & filiæ, (quarum vnam tu filio tuo duxisti vxorem) iubes me relinquere, (quæ mihi est ex animi mei sententia) vt filiam tuam in matrimonio ducam? Equidem, rex, etsi magni facio me dignari coniugio filiæ tuæ, tamen neutrum istorum faciam. [3] tu vero, qui nequaquam necesse habes, noli ad hoc rei me cogere. alius non inferior me existet maritus filiæ tuę: sine me meæ vxoris consuetudine frui. Hæc ille quum respõdisset, percitus ira Xerxes, Atqui, inquit, [4] ita tecum, Masista, agetur, vt neque iam tibi filiam meam nuptum dem, neque tu consuetudine tuæ diutius fruaris: vt discas accipere oblata. Masistes his auditis, extra abiit, hactenus loquutus, Domine, nondũ me interemisti. Hoc interim tem- CXI
pore dum Xerxes cum fratre colloquitur, Amestris accitis satellitibus Xerxis, vxorem Masistæ excarnificat, mamillas præcidit, easque canibus abiicit: præcidit nares, aures, labra, linguam: atque ita excarnificatam remittit domum. Harum rerum quum nihil audisset Ma- CXII
sistes, metuens tamen aliquid sibi esse mali, cursu se domum propipiebat. vbi vero mutilatam vxorem vidit, confestim inito cum liberis consilio, abiit Bactra cum illis & aliis quibusdam, tanquam prouinciam Bactriam ad defectionem inducturus, & plurimum mali regi facturus. Quod & contigisset (vt mihi videtur) [5] si occupasset ad Bactrios & ad Sacas ascendere. etenim præses erat Bactriorum, à prouincialibusque diligebatur. Sed hæc eum [6] perpetraturum Xerxes audiens, missis aduersus hominem copiis, & ipsum & liberos & copias in itinere trucidauit. De amore Xerxis & nece Masistæ hæc hactenus. ¶ Græci à Mycale profecti Hellespontum versus, primum circa Lecton stationem habuerunt, à ventis intercepti. Inde soluentes, Abydum tenuerunt: & quum pontes, quorũ præcipue caussa illuc ierant, credẽtes se adhuc eos intentos esse inuenturos, reperissent solutos, deliberabant. Leutychidi & qui cum eo erant Lacedæmoniis, CXIII

1 Quæ est ista futilis qua vteris apud me, oratio? Q. d. Quorsum spectat? 2 Ex qua tres mihi lib. 3 Tu vero ne mihi vim adferas, hanc à me rem contendens. 4 Ita res tuæ comparatæ sunt. vel, Ita se res tua habet. vel (retinendo idem loquendi genus) Ita tecum actum est. 5 Id est, Si ad Bactrios & Sacas prius peruenire potuisset, quam rex de eo quod moliebatur, certior factus esset. 6 Molientem, vel, agitantem.

videba-

videbatur in Græciam redeundum: Athenienſibus autem & eorũ duci Xanthippo, illic manendum, vt Cherſoneſum tentarent. Itaque Peloponnenſes quidem abiere: Athenienſes vero Abydo in Cherſoneſum traiicientes, Seſtũ
CXIV obſidebant. Huc, poſtquam auditum eſt Græcos in Helleſponto adeſſe, tamquam ad omnium eius tractus vrbium validiſſimo muro præditam, conuenere cum alii ex aliis circa oppidis, tum ex Cardia OEbazus, vir Perſa, qui arma è pontibus illuc comportauerat. Tenebant autem id oppidum indigenæ Æoles, iunctis Perſis pariter & ma-
CXV gna ſociorum frequentia. Tyrannidem illius prouinciæ obtinebat Xerxis prætor Artayctes, vir ille quidem Perſa, ſed dirus tamen & facinoroſus, qui [1]Xerxem Athenas tendentem ex Eleunte circumuenit, petitis Proteſilai Iphiclo geniti pecuniis. Etenim eſt in Eleunte Cherſoneſi Proteſilai ſepulcrũ, & ei fanum circumiectum vbi inerat ingens vis pecuniæ, necnon phialæ aureæ argenteæque, & æs & veſtis, aliaque donaria quæ Artayctes rege donante compilauit, his verbis eum circumueniens, Here, eſt hoc in loco domus viri Græci, qui cum militum copiis terram tuam adortus, meritas morte pœnas dedit: eius mihi domũ dato, vt diſcant alii non militare aduerſus regionem tuam. Hæc dicendo [2] facile erat perſuadere Xerxi vt largiretur ſibi domum eius viri de quo nihil ſuſpicabatur iſtũ ea ſentire. Enimuero ſentiebat Artayctes Proteſilaum in prouinciam regis militaſſe, quod videlicet Perſę omnem Aſiam ſuam eſſe arbitrabantur, & eius ſemper qui potitur regno. Hic, poſtquam pecuniis ab rege donatus eſt, eas ab Eleunte ad Seſton exportauit, fanumque ſeuit & coluit: & quoties Eleuntẽ pergebat, in adyto, *id eſt*, *in templi loco inacceſſo*, cum mulieribus concumbebat. Tunc autem ab Atheniẽſibus obſidebatur, nullis rebus præparatis quæ pertinerent ad tolerandam obſidionem, quam nõ expectauerat, ex improuiſo à Græcis inuaſus.
CXVI Illi, poſteaquam ſibi obſidentibus aduenerat autumnus, grauari peregrinam à patria expeditionem, quoniam murum expugnare non poſſent. itaque orare duces ſuos vt ſe illinc reducerent. Duces negare ſe prius id facturos quam aut mu-

ἔδοξε ἀποπλέειν ἐς τὴν Ἑλλάδα. Ἀθηναῖοι δὲ, καὶ Ξανθίππου τοῦ στρατηγοῦ, αὐτοῦ ἐπομείναντας, πειρᾶσθαι τῆς Χερσονήσου. οἱ μὲν δὴ ἀπέπλεον. Ἀθηναῖοι δὲ, ἐκ τῆς Ἀβύδου διαβάντες ἐς τὴν Χερσόνησον, Σηστὸν ἐπολιόρκεον.
CXIV Ἐς δὲ τὴν Σηστὸν ταύτην, ὡς ἐόντος ἰσχυροτάτου τῶν κατὰ τοῦτον τὸν χῶρον τείχεος τῶν ταύτῃ, σφίσι ἤκουσαν παρεῖναι τοὺς Ἕλληνας ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, ἔκ τε τῶν ἄλλων τῶν περιοικίδων, καὶ δὴ καὶ ἐκ Καρδίης πόλιος, Οἰόβαζος, ἀνὴρ Πέρσης, ὃς τὰ ἐκ τῶν γεφυρέων ὅπλα ἐκθαῦτα ἦν κεκομικώς. ἔχον δὲ ταύτην ἐπιχώριοι Αἰολέες, σφίσι μὲν Πέρσαι τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων συχνὸς ὅμιλος. Ἐτυράνθευε δὲ τούτου τοῦ νομοῦ Ξέρξεω ὕπαρχος Ἀρταΰκτης, ἀνὴρ μὲν Πέρσης, δεινὸς δὲ καὶ ἀπάδαλος· ὃς καὶ βασιλῆα ἐξαπατώντα ἐπ' Ἀθηνέων ἐξηπάτησε, τὰ Πρωτεσίλεω τοῦ Ἰφίκλου χρήματα ἐξ Ἐλεοῦντος ὠφελόμενος. ἐν γὰρ Ἐλεοῦντι τῆς Χερσονήσου ἐστὶ Πρωτεσίλεω τάφος τε, καὶ τέμενος ἐστὶ αὐτοῦ, ἔνθα ἔνι χρήματα πολλὰ, καὶ φιάλαι χρύσεαι καὶ ἀργύρεαι, καὶ χαλκὸς, καὶ ἐσθὴς, καὶ ἄλλα ἀναθήματα, τὰ Ἀρταΰκτης ἐσύλησε, βασιλῆος δόντος. λέγων δὲ τοιάδε, Ξέρξεα διεβάλετο, Δέσποτα, ἔστι οἴκῃς αὐδρὸς Ἕλληνος ἐνθαῦτα, ὃς ἐπὶ "
"χθῶν σὴν στρατηλόμησε, δίκης τυχὼν ἃς ἐπέθηκε· "
"τούτου μοι δὸς τὸν οἶκον, ἵνα καὶ τις μάθῃ ἐπὶ χθῶν τὴν "
"σὴν μὴ στρατηλατέεσθαι. ταῦτα λέγων, ὑπετίθεε ἐμέλλε ἀναπείσειν Ξέρξεα δώσειν αὐδρὸς οἶκον, σὺδὲν ὑποπτεύσαντα τῶν ἐκείνου ἐφρόνεε. ἐπὶ γὰρ δὴ τὴν βασιλῆος στρατηλάτεσθαι Πρωτεσίλεων ἔλεγε, νοέων τοιάδε· τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι ἑωυτῶν εἶναι Περσέων, καὶ τὸν αἰεὶ βασιλεύοντος. ἐπεὶ δὲ ἐδόθη τὰ χρήματα, ἐξ Ἐλεοῦντος ἐς Σηστὸν ἐξεφόρησε, καὶ ὁ τέμενος ἔπειρε, καὶ ἐσέμητο. αὐτός τε οἴκεε ἀσίκητο ἐς Ἐλεοῦντα, ἐς τὸν ἀδύτῳ γυναικὶ ἐμίσγετο. τότε δὲ ἐπολιορκέετο ὑπὸ Ἀθηναίων, οὔτε παρεσκευασμένος ἐς πολιορκίην, οὔτε τοῖσι δεχόμενος τοὺς Ἕλληνας. ἀφύκτως δέ οἱ οἴκεε αὐτῷ ἐπέπεσον. Ἐπεὶ δὲ πολιορκεομένοισι σφι φθινόπωρον ἐπεγένετο, καὶ ἤσχαλον οἱ Ἀθηναῖοι ἀπό τε τῆς ἑωυτῶν ἀποδημέοντες, καὶ οὐ δυνάμενοι ἑλεῖν τὸ τεῖχος, ἐδέοντό τε τῶν στρατηγῶν οἴκοις ἀπαγάγοιεν σφέας ὀπίσω. οἱ δὲ οὐκ ἔφασαν, πρὶν ἢ ἑλεῖν,

1 Xerxem Ath. tendentem circumuenit, ſubreptis ex Eleunte pecuniis Iphicli. 2 Facile domum illius viri à Xerxe impetraturus erat, de iis quæ ille cogitabat nihil ſuſpicato.

ὀξήλωσι, ἢ ὃ Ἀθηναίων κοινὸν σφέας μεταπέμψηται. ὕστερον δὲ ἕτερα τὰ παρεόντα. Οἱ δὲ ὡς τείχεϊ ἀμφὶ ὃν Ἀρταύκτεα ἐς πόλιν ἦλθε καὶ οὐ ἀπιγμένοι ἔσαν οὕτω, ὥστε τινὰς τῶν χλιηνέων, ἐσιτέοντο. ἐπεί τε ὦν σφι ταῦτα ἔπεσχον, οὕτω δὴ νυκτὸς οἱ χωρέοντες ἀποδρήτες οἵ τε Πέρσαι, καὶ ὁ Ἀρταύκτης καὶ ὁ Οἰόβαζος, ὅπισθε τοῦ τείχεος καταβάντες, τῇ ἦν ἐρημότατον πολεμίων. ὡς δὲ ἡμέρη ἐγίνετο, οἱ Χερσονησῖται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσήμηναν τοῖσι Ἀθηναίοισι ὄρνιθος, καὶ σφι πύλας ἀνοίξαν. τῶν δὲ οἱ μὲν πλεῦνες ἐδίωκον, οἱ δὲ τὴν πόλιν ἔσχον. Οἰόβαζον μὲν νυν οὐκ ἐδύναντο ἐς τὴν Θρηΐκην, Θρήϊκες Ἀψίνθιοι λαβόντες, ἔθυσαν Πλειστώρῳ βασιλέϊ θεῷ, τέμενος δὲ τῷ μὲν ἑτέρῳ τοῦ μετ' ἐκείνου, ἄλλῳ τέμενος ἐφύλασσον. οἱ δὲ ἀμφὶ ὃν Ἀρταύκτην, ὕστερον ἐρμηθέντες φεύγειν, ὡς καὶ ἐλαμβάνοντο ὀλίγον ἐόντες ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμοῦ, ἀλεξόμενοι χρόνον ὅτι συχνόν, οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ, ζῶντες ἐλήφθησαν. καὶ σφεας ἦγον δεσμοὺς σφέας οἱ Ἕλληνες, ἦγον ἐς Σηστόν· μετὰ δὲ αὐτέων δὴ, καὶ Ἀρταύκτην δεδεκμένον, αὐτόν τε καὶ ὃν παῖδα αὐτοῦ. Καί τεῳ τῶν φυλασσόντων λέγεται ὑπὸ Χερσονησιωτέων παρείχους ὀπτῶντι, τέρας γενέσθαι τοιόνδε· οἱ παρεῖχοι ὅτε τὰ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντό τε καὶ ἐσαίροντο, ὅκως δὴ ἰχθύες νεαλέες τοι. καὶ οἱ μὲν, ὡς ἐθεήθησαν, ἐθαύμαζον. ὁ δὲ Ἀρταύκτης ὡς εἶδε τὸ τέρας, καλέσας ὃν ὀπτῶντα τοὺς παρείχους, ἔφη, Ξεῖνε Ἀθηναῖε, μηδὲν φοβέο τὸ τέρας τοῦτο. οὐ γάρ σοι τέφην, ἀλλ' ἐμοὶ σημαίνει ὁ ὁ Ἐλεουντῖ Πρωτεσίλεως, ὅτι καὶ τεθνεὼς, καὶ παρεὼν ἐὼν, δυνάμενος τοὺς θεοὺς ἔχει ὃν ἀδικέοντα πίνεσθαι. νῦν ὦν ἄποινά οἱ πάρεστι δοῦναι· αὐτὸν μὲν χρημάτων τῶν ἔλαβον ἐκ τοῦ ἱεροῦ, ἑκατὸν τάλαντα καταθεῖναι τῷ θεῷ· αὐτὸν δὲ ἐμεωυτὸν καὶ τὸν παῖδα, ἀποδώσω τάλαντα διπλήσια Ἀθηναίοισι τοῖσι κομίσομαι. ταῦτα ὑποσχόμενος, ὃν ἐρέετο ἤν Ξάνθιππον οἰκ ἔσεισθαι. οἱ γὰρ Ἐλεούντιοι τὸν Πρωτεσιλάου τιμωρέοντες, ἐδέοντό μιν καταχρήσθαι, καὶ αὐτῷ τοῦτο τοῦ χρηστηρίου ταύτη ὁ νόος ἔφερε. ἀναγαγόντες δὲ αὐτὸν ἐς τὴν ἀκτὴν ἐς τὴν Ξέρξης ἔζευξε ὃν πόρον, (οἱ δὲ λέγουσι, ὅτι ὃν κολωνοὶ ὃν ὑπὲρ Μαδύτου πόλεος) πασσάλοισι περιπασσαλεύσαντες, ἀνεκρέμασαν· ὃν δὲ παῖδα ἐν ὀφθαλμοῖσι τοῦ Ἀρταύκτεω κατέλευσαν. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἀπέπλεον ἐς τὴν Ἑλλάδα, τά τε

rum expugnassent, aut ipsos respublicâ Athenienſium accerſiſſet: adeo res illa eis cordi erat. At ii qui cum Artayćte cxvii
intra muros erant, in omnem adducti calamitatem; adeo vt funibus lectorum elixis veſcerentur, vbi iam ne hæc quidem habebant, ita ſub noctem capeſſerunt fugam: cum alii Perſæ, tum Artayctes & OEbazus, delapſi à poſteriori murorum parte, quæ præcipue deſtituta ab hoſtibus erat. Poſtquam illuxit, Cherſonitani è turribus rem indicauere Athenienſibus, portaſq; patefecere. Athenienſium pleriſque fugientes Perſas perſequentibus, alii vrbem tenuere. OEbazum in Thraciam fuga elapſum, cxviii
Thraces Apſinthii exceptum, Pleſtoro indigenæ deo, ritu ſuo immolauerunt, ceterum eius comites aliter interfecerunt. Artayctes autem cum ſuis inita poſterius fuga, quum pauci eſſent, ſuper Ægos fluenta circumuenti, quum perdiu ſeſe defenſaſſent, partim occubuerunt, partim viui ſunt capti. Quos Græci alligatos Seſtum duxerunt, interque eos Artayctem cum filio ſuo. Fertur cxix
à Cherſonitanis, vni eorũ qui iſtos ſeruabant, dum [2] carnem ſalſam torret, tale oſtentum extitiſſe: Offa illa ſalſuræ prius impoſita reſiliit palpitauitq; quem admodum piſces recens capti. Qua de re quum circumfuſi admirarentur, Artayctes oſtentũ vt vidit, accito viro qui ſalſuram coquebat, Hoſpes, inquit, Athenienſis, non eſt quod iſtud metuas oſtentum: quod non tua cauſſa extitit, ſed mea: Proteſilao qui eſt apud Eleuntem, ſignum dante, qui mortuus ac ſale conditus, habet à diis poteſtatem, [3] eum à quo iniuriam excepit, vexandi. Nunc igitur [4] ei donaria reſtituere in animo habeo: pro pecuniis quidẽ quas è templo ſuſtuli huius dei, centum talenta pendam: pro mea vero ipſius ſalute ac filii, [5] ducenta. Hæc pollicens Xanthippum Athenienſium ducem non perſuaſit, tum ſua ſponte animatum, tum ab Eleuntinis exoratum, quo Proteſilaum vlciſcerentur, vt hominem interimeret. Itaque adductum hunc in litus, in quo Xerxes traiectum iunxerat, (vt alii aiunt, in tumulum vrbi Madyto imminentem) depactis humi aſſeribus ſuſpenderunt. filio eius ante patris oculos lapidibus obruto. His actis Athenienſes in Græciam remeauerunt; cxx

1 Ita tandem illi præſentem rerum ſtatum boni conſulere cœperunt. 2 Piſces ſalitos torret, *vt alii interpret.* 3 Deos à quo iniuriam acceperit, pœnas ſumendi. 4 Hæc redemptionis præmia ei tribuere volo: 5 Ducento Athenienſibus, ſi ſeruatus fuero.

portan-

portantes tum alias pecunias, tum vero
atma pontium, tanquam apud templa
reposituri. Nec aliud præterea quippi-
CXXI am gestum est per eum annum. Hu-
ius autem Artayctæ, qui suspensus est,
auus paternus fuit Artembares, qui ora-
tionem quandam habuit apud Persas,
quam excipientes Persæ, ad Cyrum de-
tulerunt in hæc verba, Quandoquidem
Persis Iupiter principatum dedit, & ex
viris tibi Cyre, Astyage deiecto, agedū
demigrantes ex hac regione, quam exi-
guam habemus & asperā, obtineamus
meliorem aliam. Multæ sunt nobis con-
fines vrbes, multæ longinquæ: quarum
vnam incolentes, efficiemur admirabi-
liores apud plerosq;. Decet autem hoc
eos viros facere[1] qui possunt. nam quā-
do facultas nobis præstabitur melior
quam dum multorum hominum impe-
rium habemus, & vniuersæ Asiæ? Hac
oratione audita, Cyrus haudquaquā ad-
miratus, iussit eos illud facere: sed ita vt
iubendo admoneret, se posthac præpa-
rarent non ad impetandum aliis ampli-
us, sed aliis parendum. natura enim cō-
paratum esse vt è mollibus regionibus
molles viri existant, neve ex eadem terra
admirandæ fruges & egregii bello viri
gignantur. Hac Cyri sententia Persæ superati, à sua destiterunt: præoptaruntq; exile solum
incolentes, imperare aliis, quam campestre colentes, aliis seruire.

τά τε ἄλλα χρήματα ἄγοντες, καὶ δὴ καὶ τὰ ὅπλα τῶν
γεφυρέων, ὡς ἀναθησοντες ἐς ἱερά· καὶ κατ' ὄρος τοῦ
ὠδὲν ἔτι πλέον τετράκοντα ἐγένετο. Τούτου τοῦ Ἀρ-
ταύκτεω τοῦ ἀναχρεμαθέντος πρόπατωρ Ἀρτεμ-
βάρης ἐστὶ, ὁ Πέρσῃσι ξεινηίσιος λόγον, τὸν ὀνή-
νοι κατολαβόντες, Κύρῳ προσήνεικαν, λέγοντα τά-
δε, Ἐπεὶ Ζεὺς Πέρσῃσι ἡγεμονίην δίδοῖ, ἀνδρῶν μὲν "
σοὶ Κῦρε, καταλὼν Ἀστυάγεα, φίρε, γνῶ δὲ κτη- "
μεθα ὀλίγην, καὶ ταύτην τρηχέην, μεταναστάντες ἐκ "
ταύτης ἄλλην ἕξομεν ἀμείνω· εἰσὶ δὲ πολλαὶ μὲν ἀ- "
στυγείτονες, πολλαὶ δὲ καὶ ἑκαστέρω τῶν μίλιον ἐόντες "
πλέοσι ἐσόμεθα θωϋμαστότεροι. εἰκὸς δὲ ἀρχοντας "
ἄνδρας τοιαῦτα ποιέειν. κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει κάλλι- "
ον, ἢ ὅτε γε καὶ ἀνθρώπων τε πολλῶν ἄρχομεν, πάσης "
τε τῆς Ἀσίης; Κῦρος δὲ ταῦτα ἀκούσας, καὶ θωϋμά-
σας τὸν λόγον, ἐκέλευε ποιέειν ταῦτα. ὥστω δὲ αὐτοῖσι
παρήνεε κελεύων τὰ δασκυλώδεα οἰκία ἀρόσαι, ὡς ἐκέτι ἄρ-
χοντας, ἀλλὰ δουλεύσοντας. φιλέει γὰρ κη τὴν μαλα-
κῶν χώρων μαλακοὺς γίνεσθαι. ἀδύνατον γὰρ τοι τῆς αὐτῆς
γῆς εἶναι, καρπόν τε θωϋμαστὸν φύειν, καὶ ἄνδρας ἀγα-
θοὺς τὰ πολέμια. ὥστε συγγνόντες Πέρσαι οἰχοντο ἀπο-
στάντες, ἐσωσθέντες τῇ γνώμῃ ὑπὸ Κύρου. ἄρχειν τε εἵλοντο, λυπρὴν οἰκέοντες, μᾶλλον ἢ πεδίον
δὴ ἀπολέσαντες, δημόσιον ἄλλο ἐόν.

1 Imperium obtinent. *Vel, Imperio pollent.*

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙ-
ΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΠΕΡΙ
τῆς τοῦ Ὁμήρου ἡλικίας καὶ βιοτῆς.

EIVSDEM HERODOTI
HALICARNASSEI DE GENERE
vitaque Homeri libellus.

G. I. LECTORI.

Quum opera Marnii noſtri iam ad hunc libellum peruenisſent, poſcerentque porro exemplum, commodum in mentem venit, me olim dum Heidlebergæ viuebam apud patronum meum V. ampliſſ. Georg. ~~Mycl. Lauterbergium~~, ipſo mihi hæc otia faciente, illam περὶ Ὁμήρου ἐξήγησιν ad ms. Palatinũ comparaſſe, cũm forte ea aliorum auctorum ſcriptis vno libro eſſet iuncta. An quid boni tamen nec quod in faba ſe reperiſſe pueri clamitare ſolent inde eruiſſem, meher cle iam oblitus eram, vt qui inter ſcidas meas iacere excerpta illa neglexiſſem, nec inſpexiſſem amplius. Iamiam itaque daturus typothetis noſtris exemplum, quo operam ſuam continuare pergerent, viſo etiam, ~~H. Stephanum~~ nihil ſcripta lectionis variantis, ſicut fecerat in præcedenti nouenarum ſororum choro, iſti libello adſcripſiſſe, forte quod hîc eum ms. deficeret, parui monẽti animo, & vix inuenta illa excerpta ms. Palatini, perluſtrare cœpi. Quid multis? παυσαμ̃, ἀλλα μάλ' ὀρθῶς. & διαφόρως γεγραφαι vulgatis, niſi fallor, ſere meliores. verbulo etiam interdum auctior ms immo toto verſu locum cap. IX egregie ſupplens, quem cui ſuboluit defectum? minutiora alia, ſed rectiora tamen. Et nulla inuidia, credo, ſi nos etiam in minutis iſtis, quod verum & rectum, maximorum Criticorum exemplo, inuenire labor habet, inueniſſeque iuuat. Qui aliter ſentiunt, iis non ideo tamen κλαίειν λέγομεν, vti Dario Indathyrſus. Ceterũ in contextu, ſicut eum ~~H. Stephanus~~ edidit, nihil mutauimus: ſed eadem religione, qua in prioribus libris, & hic verſari mihi fuit decretiſſimum. Iſta vero excerpta omnia præpoſitis ſiglis χ in oram contextus Graci ſuis locis ſpectanda appoſuimus ſingula. Tu ideo te Bibliotheca Palatina debere ſcias, mi lector.

Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασεὺς περὶ Ὁμήρου ἡλικίης καὶ βιοτῆς τάδε ἐς ὄρηκε, ζητήσας ἐπεξελθεῖν εἰς ὅ τι τρεχέσατον. ἐπεὶ γὰρ ἡ παλαιὴ Αἰολὶς Κύμη ἐκτίζετο, συνῆλθον ἐς ταύτην πολυπόδατα ἔθνεα Ἑλληνικά, καὶ δὴ καὶ ἐκ Μαγνησίας, ἄλλοί τε τινες, καὶ Μελάνωπος ὁ Ἰθαγένεος τοῦ Κείθωνος, οὐ πολύφορτος, ἀλλὰ βεαχέα τοῦ βίου ἔχων. οὗτος δὲ ὁ Μελάνωπος ἔγημε ἐν τῇ Κύμῃ τὴν θυγατέρα Ὀμύρητος, καὶ αὐτῷ γίνεται ἐκ ταύτης θῆλυ τέκνον, ᾧ οὔνομα τίθεται Κριθηΐς. καὶ αὐτὸς μὲν ὁ Μελάνωπος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐτελεύτησαν τὸν βίον· τὴν δὲ θυγατέρα ἐπιτρέπει ἀνδρὶ ᾧ ἐχρῆτο μάλιστα, Κλεαναξ τῷ Ἀργείῳ. Χρόνου

ERODOTVS Halicarnaſſeus[1] de genere, vita atque adeo ætate Homeri ſtudens quam veriſſima referre, hæc tradidit. Quũ vetuſta illa Æolum ciuitas Cuma primũ conderetur, eodem cũ aliæ permultæ omniſq; generis gentes conuenæ confluxerunt, tum è Magneſia illuc pleriq; commigrarũt: inter quos fuit Melanopus Ithagene Crithonis filio genitus,[2] homo fortunæ nõ perinde amplæ, at tamẽ expeditæ. Hic Melanopus Omyretis Cumani filiam duxit vxorem, procreauitque è legitimo toro femineam prolem, cui nomen indidit Critheidẽ. At ipſe Melanopus vna cum vxore vita functus eſt, commiſſa interim filia Cleanactis Argiui tutelæ, quo familiariſſime vti conſueuerat.

1 De Homeri natalibus, ætate & vita, hæc memoriæ prodidit: quæ exactiſſime ad veritatẽ perſequi eſt conatus. 2 Non cum multis ſarcinis *illuc ſe conferens*, ſed tenues fortunas habens.

Porro

II Porro tempore interiecto accidit forte vt puella ista è furtiuo concubitu prægnans deprehenderetur: [1] id quod paulisper suppressum quum Cleanax resciuisset, vehementer rei indignitate commotus, Critheidem seorsum ad se accersitam acerbe obiurgauit, commemorans quę futura esset apud populares infamia. Postremo huiusmodi quippiam *quo illam excuteret*, comminiscitur: Cumani iam tum in Hermei sinus recessu ædificabant. Ciuitati autem quæ condebatur, nomen imposuit Smyrnã Theseus, ab vxoris nomine; cuius memoriam relinquere volebat. Hic Theseus è primariis Thessalorum fuit, qui Cumam condiderant, ab Eumelo Admeti filio oriundus, vitæ facultatibus apprime instructus. Clam exportatam huc Critheidẽ Cleanax Ismeniæ Bœotio commisit, ex iis qui coloniam illuc
III duxerant, in primis sibi amico. Progressu deinde temporis, Critheis cum aliis mulierculis ad festum quoddam egressa, iuxta fluuium Meletem, quum partui iam vicina esset, Homerum peperit, non cæcum, sed videntem: nominauitque eum Melesigenẽ, à fluuio videlicet prope quem editus esset. Quum autem apud Ismeniã Critheis antea diuersata esset, ab eo digressa, manuaria industria se filiumq; alebat, aliunde alia sumens opera: vnde filium quoq; quantum potuit, honestis disciplinis eruditi-
IV uit. Erat autem eo tempore Smyrnæ quidã nomine Phemius, qui iuuentuti illic litteras musicenque tradebat: hic [2] quum citra vxorem viueret, Critheidem conduxit quæ lanam illi exerceret quam à discipulis in mercedem acceperat. [3] Illa vero industria multa atque elegantia freta, Phemio cœpit impense placere: adeo vt tandem Phemius eam verbis ad coniugium solicitaret, referens cum alia quibus ei fidem facere confidebat, tum præcipue, quod Melesigenem in filium adoptaturus, liberaliterque simul aliturus instituturusque esset. Siquidem hunc cernebat iam miram quandam & ingenii & indolis spem de se polliceri. Persuasa igitur
V Critheis, Phemio assentitur. Melesigenes cum naturæ bonitate præstans, tum cura accedente institutioneque, continuo omnes sui ordinis adolescentes facile

Χρόνου δὲ παρῳχῶτος, συνέβη τὴν παῖδα μιγεῖσαν ἀνδρὶ λαθραίως, ἐν γαστρὶ εἰσχεῖν. τὰ μὲν οὖν πρῶτα ἐλάνθανεν. ἐπεὶ δὲ ἤσθετο ὁ Κλεάναξ, ἤχθετο τῇ συμφορᾷ, καὶ καλέσας τὴν Κρηθηΐδα χωρὶς πάντων, ἐν αἰτίᾳ μεγάλῃ εἶχεν, ὅτι λεληθυῖα τὸν αἰσχρὸν τὸν πρὸς τὰς πολίτας, παρεβουλεύετο· δι' ἣν αὐτὴν πάλιν ἔτυχον οἱ Κυμαῖοι κτίζοντες τὸ Ἑρμείου κόλπου ἐν μυχῷ· κτίζομένοις δὲ τὴν πόλιν Σμύρναν ἔθετο ὄνομα Θησεύς, μνημεῖον ἐθέλων καταλῦσαι τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἐπώνυμον. ἣν γὰρ αὐτῇ τοὔνομα Σμύρνη. ὁ δὲ Θησεὺς ἦν τῶν τὴν Κύμην κτισάντων ἐν τοῖς πρώτοις Θεσσαλοῖς, ἀπὸ Εὐμήλου τοῦ Ἀδμήτου, κἀρτα δ' ἔχων τὸν βίον. ἐνταῦθα ὑπεκτίθεται ὁ Κλεάναξ τὴν Κρηθηΐδα τοῖς Ἰσμηνίοις ὧν Βοιώτιον τῶν ἀποίκων λεσχίδα, ὃς ἔτυχεν αὐτῷ ἑταῖρος παμάλιστα. Χρόνου δὲ παρῳχῶτος ἐξελθοῦσα ἡ Κρηθηὶς μετ' ἄλλων γυναικῶν πρὸς ἑορτήν τινα ἐπὶ τὸν ποταμὸν καλούμενον Μέλητα, ἤδη ἐπίτοκος οὖσα, τίκτει τὸν Ὅμηρον, οὐ τυφλόν, ἀλλὰ δεδορκότα· καὶ κέκληται ὄνομα τῷ παιδὶ Μελησιγένεα, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὴν ἐπωνυμίαν λαβοῦσα. τέως μὲν οὖν ἡ Κρηθηὶς ἐν τοῖδε τῇ Ἰσμηνίᾳ· παρῳχῶτος δὲ τοῦ χρόνου ἐξῆλθε, καὶ ἀπ' ἐργασίης χειρῶν ὡρμημένη ἔτρεφε τὸ παιδίον καὶ ἑαυτήν, ἄλλοτε παρ' ἄλλων ἔργα λαμβάνουσα· καὶ ἐπαίδευσε τὸν παῖδα ἀφ' ὧν ἐδύνατο. Ἦν δέ τις ἐν Σμύρνῃ τοῦτον τὸν χρόνον Φήμιος τοὔνομα, παῖδας γράμματα καὶ τὴν ἄλλην μουσικὴν διδάσκων πᾶσαν. οὗτος μαθοῦσαν τὴν Κρηθηΐδα, ὢν μονότροπος, ἐμισθώσατο αὐτῇ ἔρια πινά ἃ τῶν παίδων εἰς μαθοὺς ἐλάμβανεν. ἡ δὲ παρ' αὐτῷ εἰργάζετο, πολλῷ χρωμένῳ καὶ σωφροσύνῃ πολλῇ χρωμένη, καὶ τῷ Φημίῳ κάρτα ἤρεσκετο. τέλος δὲ παρῳχύνετο αὐτῇ λόγους, πείθων ἑαυτῷ συνοικεῖν, ἄλλά τε πολλὰ λέγων οἷς μιν ᾤετο πρασάξεσθαι, καὶ ἔτι πρὸς τὸ παιδός, ὑὸν ποιούμενος· καὶ ὅτι βαφεὺς καὶ παιδοθλὶς παρ' αὐτῷ, ἄξιος λόγου ἐσται· (ἐώρα γὰρ ὂν παῖδα ὀξέα συνετὸν καὶ κάρτα δυφυέα) ἔστ' ἀνέπεισεν αὐτὴ ποιεῖν ταῦτα. Ὁ παῖς ἦν τε φύσιν ἔχων ἀγαθὸν, ἔτι μελίης τε ἐὼν παιδόσιος παρῳνυμώνης, αὐτίκα πολλὸν τῶν πάντων

1 Quod initio quidem celatum fuit: sed quum Cleanax resc. 2 Quum vitam solitariam degeret, 3 Illa igitur opus apud eum faciebat, modeste & caste se gerens. quo nomine Phemio tantopere placebat vt eam ad nubendum sibi sollicitaret, cum alia quibus se id illi persuasurum sperabat, tum se filium eius adoptaturum, eumque ita educaturum & instituturum vt in virum egregium euaderet, pollicens. Siquidem hunc cern-

ὑπορεῖχε. χρόνου δὲ ὑπιγνομένου αἰσθρούμενος, σοφίην τῶ Φημίου ὑποδεέστερος ἐὼν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ. καὶ οὕτως ὁ Φήμιος ἐτελεύτησε τὸν βίον, καταλιπὼν πᾶσι τῶ σοφίη. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον καὶ Κριθηὶς ἐτελεύτησεν. ὁ δὲ Μελησιγένης ὑπὸ τῇ διδασκαλίᾳ κατίζησε. καθ' ἑωυτὸν δὲ γνόμενος, μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐωρᾶτο· καὶ αὐτοῦ θωυμαζαὶ κατίζησε οἵ τε ἐγχώριοι καὶ τῶν ξείνων οἱ ἐσαπικνεόμενοι. ἐμπόριον γὰρ ἐὼν ἡ Σμύρνη, καὶ σῖτος ἐζήγετο πολὺς αὐτόθι ἐκ τῆς ὑπερκειμένης χώρης, δαψιλέως κάρτα ἐσαγόμενος ἐς αὐτήν. οἱ οὖν ξεῖνοι, ὁκότε σαυλίζοιτο τῶν ἔργων, ἀπεσχόλαζον, τῶνδε τῶ Μελησιγένεϊ ἐγκαθίζοντες. Ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς τότε καὶ Μέντης ναύκληρος ἀπὸ τῶν πρὸς Λευκάδα τόπων κατάπλους κως ὑπὶ σῖτον, ἔχων ναῦν, πεπαιδευμένος τε ἀνὴρ ὡς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ καὶ πολυίστωρ· ὃς μιν ἔπεισε τὸν Μελησιγένεα μετ' ἑωυτοῦ πλεῖν καταλύσαντα τὴν διδασκαλίαν, μισθόν τε λαμβάνοντα, καὶ τὰ δέοντα πρήσσοντα, καὶ ὅκου χώρας καὶ πόλιας θήσασθαι ἄξιον εἶη αὐτῷ ἕως νέος ἐστί. καὶ μιν οἴομαι μάλιστα τούτοισι πεισθῆναι· ἴσως γὰρ καὶ τῇ ποιήσει τότε ἐπενόεε ὑπιθήσεσθαι. καταλύσας δὲ τὴν διδασκαλίαν, ἐναυτίλλετο μετὰ τοῦ Μέντεω. καὶ ὅσου ἐκάστοτε ἀφίκοιτο, πρήσσοντα τὰ ὑπιόντα διεσκέπτο, καὶ ἱστορέων ἐσωθαίετο. εἰκὸς δὲ μιν ἐν μνημόσυνα πρήσσοντα γράφεσθαι. Ἀναχθέντες δὲ ἐκ Τυρσηνίης καὶ τῆς Ἰβηρίης, ἀπικνέονται εἰς Ἰθάκην· καὶ τῶ Μελησιγένεϊ σκέβη, νοσήσαντι τοὺς ὀφθαλμούς, κάρτα δεινῶς ἔχειν, καὶ αὐτὸν, θεσπεσίης εἶνεκα πλεῖν μέλλοντα εἰς τὴν Λευκάδα, καταλιπεῖν ὁ Μέντης τῶνδε αὐτοῦ φίλῳ ἑωυτὸν ἐς τὰ μάλιστα Μέντῃ τῶ Ἀλκίμου Ἰθακησίῳ, πολλὰ δεηθεὶς ὑπιμελέως ἔχειν· ἐπιπλώσας δὲ, αἰσθάνεσθαι αὐτόν. ὁ δὲ Μέντωρ ἐσκόμισε αὐτὸν ἐκτείσας. καὶ γὰρ τῷ βίου ἐπιτηδείως εἶχε, καὶ ἤκουεν ὡς ἐς δικαιοσύνην τε καὶ φιλοξεινίην μακρῷ μάλιστα τῶν ἐν Ἰθάκῃ ἀνδρῶν. ἐνταῦθα σκέβη τῶ Μελησιγένεϊ περὶ Ὀδυσσέως ἐξιστορῆσαι πυθέσθαι. οἱ μὲν δὴ Ἰθακήσιοι λέγουσι τότε μιν παρ' ἑωυτοῖς τυφλωθῆναι· ὡς δ' ἐγὼ φημι, τότε μὲν ὑγιῆ γενέσθαι, ὕστερον δὲ ἐν

prævertit: atque non ita multo post eruditionis auctibus crescens, nihilo ipso Phemio [1] in disciplinis factus inferior. Et quum Phemius vita functus vniuersa ei legasset, paulo post Critheis quoq; fato concedit. Melesigenes itaq; ludo præfectus, suiq; iam iuris effectus, in magna fuit hominum admiratione, non apud suos modo, verum apud peregrinos etiam, qui frequentes illuc, mercatus gratia, conueniebant. Erat enim Smyrna emporium celebre, vnde frumenta è vicinis agris abunde conuecta exportabantur. Peregrini igitur quum ab opere cessarent, Melesigeni libenter vacabant. Commodum inter VI hos Mentes fuit nauicularius, qui è finibus Leucadis soluens, nauem meritoriam comparauerat, qua frumenta Smyrna deueheret, vir, quantum illa ferebāt tempora, & eruditus, & multarum rerū vsu exercitatus. Hic Melesigeni persuasit vt relicto ludo secum nauigaret, acceptur & mercedem & quæ ad profectionem essent necessaria. [2] Ad hæc Melesigenes, quandiu iuuenis esset, ciuitates regionesque spectare operæ pretium fore ducebat sibi, qui conscribendæ poeseos iam argumentum in animo concepisset: qua nimirum occasione potissimum eum arbitror pellectum. Proinde relicto ludo cum Mente nauigauit Melesigenes: & quocunque locorum appellebat, studiose vniuersa rimans, contemplabatur siquid esset loci alicuius peculiare memoratu dignum: [3] adeo vt appareat commentarios eum profectionis suæ descripsisse, eorumque quæ quoque loco lustrando didicerit. Porro quum ex Hispania Thusciaque VII delati in Ithacam deucherentur, contigit Melesigenem oculis iam ante parum valentem, extreme laborare: ita vt Mentes, negociorum gratia in Leucadem traiecturus, eum apud Mentorem Alcimi filiū Ithacensem reliquerit, hominem sibi vehementer amicum: multis precibus adigens eundem quo Melesigenis curā haberet tantisper dum è Leucade reuerteretur ipse. Mentor vero ægrotantem Melesigenē sedulo curauit, vir nimirum facultatibus pollens: quique ob egregiam æquitatem hospitalitatemque inter ceteros Ithacenses maxime prædicaretur. Atque hic accidit vt de Vlysse multa Melesigenes percontando cognosceret. Narrantque ipsi Ithacenses, tum visum eum amisisse ibidem: atqui ego affirmare non dubitem, iam tum eundem conualuisse, at postea apud

1 In docendo *pueros* erat inferior. 2 Addens etiam, decere eum, dum iuuenis esset, regiones & vrbes visere. Atque his potissimum adductum eum fuisse arbitror. fortassis enim poesin aggredi iam tum cogitabat. Proinde r. 3 Verisimile est autem eum illarum omnium rerum commentarios confeciisse. Porro q.

Colo-

Colophonẽ prorsus cęcum factũ fuisse. id quod ipsi quoq; Colophonii mecum
VIII fatentur. At vero Mentes è Leucade Ithacã reuersus, Melesigenem recepit, [1]cum quo iam inde diu vltro citroque nauigauit, donec Colophonem appellenti eueniret vt in veterem morbũ rẽcideret. quem quum effugere non daretur, visu putatur priuatus fuisse. E Colophone autẽ iam cæcus Smyrnam remeans, ad poemata conscribenda ani-
IX mum conuertit. Tempore deinde interiecto, quũ Smyrnæ victu necessariisque destitueretur, constituit Cumã proficisci: commodumq; Hermi prata trãsiens, ad eum locũ peruenit qui appellatur Nouus murus, Cumanorũ coloniã. qui locus post Cumam habitatus fuit annis octo. Hic memoratur primũ Melesigenes apud coriarii officinam cõsistens, huiusmodi quædam carmina recitasse,

Hospitium præbete viro profugo, vagoq;,
Vrbem qui celsam Cumen, Eriopida prolem,
Radicem incolitis Sardenes alticomantis,
Diuinã potatis aquam qui fluminis Hermi,
Vorticibus torti, pater est cui Iuppiter ipse.

Sardena autem, cuius hic commeminit, mons est ad Hermum fluuium Nouumque murum situs. At coriario illi nomen erat Tychio, cui continuo auditis versibus visum est hominem recipiendum. commiseratione enim motus est quum videret oculis tã misere mulctatum: iussitq; præsentibus secum frui. Melesigenes ingressus sutrinã, præsentibus etiam aliis, poesin suam ostendit, Amphiarai in Thebas expeditionem, atque hymnos in deos à se scriptos. [2]Et quum inter fabulandum crebras sententias in medium, multamque eruditionem afferret, in magna habitus est ab
X auscultantibus admiratione. Atque iam tum apud Nouum murum agens è poesi victus subsidia habebat. Ostenditurque ad nostra vsque tempora ibidem locus vbi Melesigenes sedens carmina sua exhibuerit. qui locus in magna illic habetur veneratione ab incolis, memoraturque populus arbor ab Homeri aduentu in eodem loco enata.
XI Porro egestate postea adactus, quũ vix alimẽta haberet, statuit in animo Cumã ad feliciorẽ succesſum reuerti. Iturusq;

Κολοφῶνι τυφλωθῆναι. συνομολογοῦσι δέ μοι καὶ Κολοφώνιοι τοῦτοις. Ὁ δὲ Μέντης, ἀναπλέων ἐκ τῆς Λευκάδος προσέσχεν εἰς τὴν Ἰθακὴν, καὶ ἀνέλαβε τὸν Μελησιγένεα· χρόνον τε ὅτι συχνὸν συμπεριέπλει αὐτῷ. ἀτυχημάτι δὲ ἐς Κολοφῶνα συνέβη πάλιν νοσήσαντα τὰς ὀφθαλμοὺς, μὴ δύνασθαι ἀφαφυγεῖν τὸν νόσον, ἀλλὰ τυφλωθῆναι ἐνταῦθα. ἐκ δὲ τῆς Κολοφῶνος τυφλὸς ἐὼν ἀπικνέεται εἰς τὴν Σμύρνην, καὶ σύντων ἐπιχείρει τῇ ποιήσει. Χρόνου δὲ προϊόντος ἐν τῇ Σμύρνῃ ἀπορῶς ἐὼν τοῦ βίου, διενοήθη ἀπιέναι ἐς Κύμην· προβούλιον δὲ ἀφῖκτο τὸ Ἕρμου πεδίου, ἀπικνέεται ἐς Νέον τεῖχος, ἀποικίην Κυμαίων. ὡκίσθη δὲ τοῦτο τὸ χωρίον ὑς ἔσχε Κύμης ἔτεσιν ὀκτώ. ἐνταῦθα λέγεται αὐτὸν ὑπισχνέεσθαι ὑπὲ σκυτείου τι, εἰπεῖν πρῶτα τὰ ἔπεα τάδε,

Αἰδεῖσθε ξεινῶν κεχρημένον ἠδὲ δόμοιο,
Οἳ τόλιν αἰπεινὴν Κύμην Ἐριώπιδα κούρην
Ναίετε, Σαρδιήνης πόδα νείατον ὑψικόμοιο
Ἄμβροτον πίνοντες ὕδωρ θεῖον ποταμοῖο
Ἕρμου δινήεντος, ὃν ἀθανάτης τέκετο Ζεύς.

ἡ δὲ Σαρδιήνη, ὄρος ὑπέρκειμενον τοῦ τε Ἕρμου ποταμοῦ καὶ τοῦ Νέου τείχεος. τῷ δὲ σκυτεῖ ὄνομα ἦν Τύχιος· ἀκούσαντι δὲ τῶν ἐπέων ἔδοξεν αὐτῷ δίκαιον εἶναι ὃν αὐθέντην. ἠλέησε γὰρ ἀλγίονα τυφλὸν, καὶ μεθέξειν ἔφη τῶν παρεόντων. ὁ δὲ εἰσῆλθε. κατημένου δὲ ἐν τῷ σκυτείῳ, παρεόντων καὶ ἄλλων, τὸν τε ποιητὴν αὐδῆς ἐπεδείκνυτο, Ἀμφιάρεώ τε τὴν ἐξέλασίν τε ἐς Θήβας, καὶ ἕτερους ὕμνους τοὺς ἐς θεοὺς πεποιημένους αὐτῷ· καὶ ὡς τῶν λεγομένων ἐκάστου τῶν παρεόντων ἐς ὀλίγον γνώμας ἀποφαινόμενος, θαύματος ἄξιος ἐφαίνετο εἶναι τοῖς ἀκούουσι. Τέως μὲν οὖν κατεῖχεν ὁ Μελησιγένης ἐν Νέῳ τείχει, ἀπὸ τῆς ποιήσιός γε τὸν βίον τὸν μηχανὴν ἔχων. ἐδεῖτο δὲ οἱ Νεοτειχεῖς μένειν ἐπ' ἐμοῦ ὃν χώρον ἐν ᾧ κατίζων τῶν ἐπέων τὴν ὑπόθεσιν ἐποιέετο. καὶ κάρτα ἐσέβοντο ὃν τύπον· ἐν ᾧ καὶ αἴγειος ἐπέφυκει, ἣν ἐκεῖνοι ἔφασαν, ἀφ' οὗ ὁ Μελησιγένης ἦλθεν, αὐδῆς πεφυκέναι. Χρόνου δὲ προϊόντος, ἄπορος κεῖνος, καὶ μόλις τὴν τροφὴν ἔχων, ἐπενοήθη εἰς τὴν Κύμην ἀπιέναι, ὅτι βέλτιον πράξει. μέλλων δὲ πορεύεσθαι, πρὶν ἀπο-

1 Eumque diu variæ nauigationis socium habuit. 2 Et quum sententiam suam proferret de iis quæ in medium proponebantur ab illis qui aderant, admiratione dignus ab audientibus iudicabatur.

357 πρὶν ἀπόντα τυφλὸν, καὶ ἀκούσαντα ἐκείνου τὰ ἐκείνου ἔπη

τάδε τὰ ἔπεα λέγει,

Αἶψα τόδες με φέρσιεν ἐς ἀμφίσιον πόλιν ἀνδρῶν·

Τῶν γὰρ ὑμὸς τοὶ φρὼν καὶ μῆτις ἀρίστη.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Νέου τείχεος πορεύόμενος, ἀπίκετο εἰς τὸν Κύμαιον, ἁμὰ Λαρίσσης τὸν περιηγητὴν ποιησάμενος. ἦν γὰρ οὕτως αὐτῷ ἐπιτηδειότατον. καὶ, ὡς Κυμαῖοι λέγουσι, τῷ Φρυγίης βασιλεῖ Μίδῃ τῷ Γορδίεω, δεηθέντων πεντεράων αὐτοῦ, ποιεῖ καὶ ὅδε τὸ ἐπίγραμμα τόδε, ὃ ἔπι καὶ νῦν ὅδε ἐστὶ ἁμὰ τῷ μνήματος τῷ Γορδίεω ὑπεγγεγραμμένον,

Παρθένος εἰμὶ χαλκῆ, Μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι·

Ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,

Ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ, λαμπρή τε σελήνη,

Καὶ ποταμοὶ ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ δ' ἅλαδε πόντος,

Αὐτοῦ τηδε μένουσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ

Ἀγγελέω παρίουσι, Μίδης ὅτι τηδε τέθαπται.

Κατίζων δὲ ἐν ταῖς λέσχαις τῶν γερόντων ἐν τῇ Κύμῃ ὁ Μελησιγένης τὰ ἔπεα τὰ πεποιημένα αὐτῷ ἐπεδείκνυτο, καὶ ἐν τοῖς λόγοις ἕτερπε τοὺς ἀκούοντας· καὶ αὐτὸ θωϋμάσαι καὶ δεῖσθαι ἐποίησαν. γνοὺς δὲ ὅτι ἀποδέκονται αὐτὸ τὸν ποιητὴν οἱ Κυμαῖοι, καὶ εἰς συνήθειαν ἔλκων τοὺς ἀκούοντας, λόγους τοιούσδε προεβάλλετο, λέγων ὡς εἰ θέλοιεν αὐτὸν δημοσίῃ τρέφειν, ὑπισχνέετο αὐτῷ τὴν πόλιν ποιήσειν. τοῖς δὲ ἀκούουσι, βουλομένοις τε ἦν ταῦτα, καὶ αὐτοὶ προήκειν ἐλθόντα ὑπὲρ τὸν βουλὴν δεηθῆναι τῶν βουλευτέων· καὶ αὐτοὶ ἔφασαν συμπρήξειν. ὁ δὲ ἐπείθετο αὐτοῖς, καὶ βουλῆς συλλεγομένης ἐλθὼν ὑπὲρ τὸ βουλευτήριον, ἐδεῖτο τοῦ ὑπὲρ τὴν τιμὴν ταύτην καλεσάντος, ἀπαγαγεῖν αὐτὸν ὑπὲρ τὸν βουλήν. ὁ δὲ ἀπεδέξατό τε, καὶ ἐπεὶ καιρὸς ἦν, ἀπήγαγε. καταστὰς δὲ ὁ Μελησιγένης ἔλεξε περὶ τῆς τροφῆς τὸν λόγον ὃν καὶ ἐν ταῖς λέσχαις ἔλεγε. ὡς δὲ εἶπεν, ἐξελθὼν ἐκάθητο. Οἱ δὲ ἐβουλεύοντο ὅ, τι χρεὼν εἴη ἀποκρίνασθαι αὐτῷ. προθυμουμένου δὲ ἀπαγόντος αὐτὸν, καὶ ἄλλων ὅσοι τῶν βουλευτέων ἐν ταῖς λέσχαις ἐπήκοοι ἐγένοντο, τῶν βουλευτέων ἕνα λέγεται ἀναστῆναι τὴν γνώμην αὐτὸν, ἀλλά τε πολλὰ λέγοντα, καὶ ὡς εἰ τοὺς ὁμήρους δόξει τρέφειν αὐτοῖς, ὅμιλον πολλόν τε καὶ ἀχρεῖον ἕξουσιν. ἐνετύθη δὲ καὶ τόδε τὸ Ὅμηρος ἐπεκράτησε τῷ Μελησιγένει

hæc pronunciauit carmina,

Vos me hominum rapide plantæ portetis in urbem,

Quorum animus promptus, pollent qui mente sagaci.

Proficiscens igitur Cumã è Nouo muro, per Lariſſam iter fecit, vtpote compendioſiſſimum. Vbi, vt Cumani narrant, flagitante ſocero, epigramma hoc ſcripſit Midæ Phrygum regi Gordii filio, id quod etiam nunc in Gordii cippo inſcriptum viſitur,

Æenea ſum virgo, Midæ quæ incumbo ſepulcro:

Dum fluit vnda leuis, ſublimis naſcitur arbor,

Dum ſol exoriens & ſplendida luna relucet,

Dum fluuii labuntur, inundant litora fluctus,

Hic conſtanter ago, lacrymaſque in marmore tincto

Fixa, Midam moneo tumulatum hic chare viatur.

Reuerſus autem Cumam, in ſenum paſſim conuenticulis carmina ſua quæ fecerat oſtentabat, colloquiique ſuauitate auſcultantes in ſui admirationem facile pertrahebat. Intelligens igitur Cumanos poeſin ſuam recipere, pergit eoſdem conſuetudine ſua oblectare, ac poſtremo huiuſmodi condicionẽ proponere, ſi publice eum alere vellent, ſe ciuitatem Cumanorum celeberrimam redditurum. Qui præſentes hæc audiebant, inſtitutum probabant: addentes ſe quoq; adiuturos, ſi petitionem ſuam ad ſenatum referret, vt votis ſuis fieret ſatis. Meleſigenes his verbis erectus, collecto ſenatu in curiam proceſſit: rogatoque eo cuius id muneris erat, vt in ſenatum duceretur, ille nihil recuſans, vbi opportunum videbatur. hominem deduxit. Hîc conſiſtens Meleſigenes, eadem verba habuit in ſenatu quæ paulo ante in illis conuenticulis de alimentis præſtandis propoſuerat. Vbi dixiſſet, egreſſus pro curia ſedebat. Dum autem ſenatores agitarent quidnam par eſſet homini reſpõdere, viſumque eſſet cũ ei qui deduxerat, tum aliis omnib. quotquot in conuenticulis Meleſigenẽ audierant, petitionẽ admittendã: vnus tantũ è ſenatorib. refertur Meleſigenis poſtulatis calculo ſuo repugnaſſe, interq; alia multa, hæc quoq; cõmemoraſſe: quod ſi ſemel ὁμήρους, *hoc eſt, cæcos*, alendos ſuſciperent, futurum eſſet vt continuo turbam & multã & inutilem haberẽt. Atq; hic primũ Homeri nomen Meleſigeni inditũ eſt,

à cæ-

à cæcitatis videlicet calamitate. nam Cumani cæcos ὁμήρους appellant. Iamque inde, qui prius Meleſigenes, nomen obtinuit Homeri. Breuiter hæc ſententia euicit, perque prætorem fuit approbata, qua contendebatur non a-
XIV lendum Homerum. Hæc quum illi nunciaretur, vehementer commotus, his verſibus calamitatem ſuam deplorabat,

Hei mihi quam fatum dat Iuppiter almus iniquum.
Infanti mihi lac venerandæ ex vbere matris
Præbuit, AEolicæ Smyrnæ, quam martia quondam
Gens Phriconitis, certamine fortis equeſtri,
Condidit ad pelagus, præterlabente Melete.
Docta Iouis proles mecum hinc digreſſa volebat
Carminibus celebrare vrbem quam nomine dicant
Cumam, quoſque viros intra ſua mœnia claudit.
Illi audire ſacræ ſpreuerunt carmina vocis.
Sed quicunque mihi cladem exitiumque parauit,
Non impune feret læua quod mente volutat.
At mihi quam dederint naſcenti numina ſortem,
AEgro animo quãuis, certum eſt perferre patique.
Sed iam per ſacræ veſtigia ponere Cumæ
Compita non ſuadet mihi mens, potiuſque remota
Inque peregrina ſedem mihi quærere terra.

XV Cuma deinde abiens ad Phoceam contendit, imprecans interim Cumanis nequis vnquã inſignis poeta in illa regione exiſteret qui Cumanos celebraret. Apud Phoceam autẽ eodem modo ſibi victum parauit, in conuenticulis videlicet paſſim carmina ſua oſtentans. Erat autem eo tempore apud illam Theſtorides quidam, qui pueros illic litteras docebat, homo fidei parum probatæ. Hic animaduerſa Homeri poeſi, huiuſmodi verbis Homerum compellauit, paratum ſe inquiens & miniſtrare ei, & victum ſuppeditare, ſi carmina quæ meditatus eſſet, deſcribere pateretur, & alia ſubinde faciens, ad ſe
XVI deferret. Homerus, iam miniſterii alicuius atq; adeo neceſſariorũ indigens, recipiendam hanc condicionem putauit: commoratuſq; apud Theſtoridem, minorem illam fecit Iliadẽ,

ἀπὸ τ̃ συμφορῆς· οἱ γὰρ Κυμαῖοι τοὺς τυφλοὺς ὁμήρους λέγουσιν· ὥστε τὸ πρότερον ὀνομαζομένου αὐτοῦ Μελησιγένους, τοῦτο γενέσθαι τὸν νόμον Ὅμηρος· καὶ οἱ ξένοι διώκουσιν, ὅτε μνήμων αὐτοῦ ἐποιοῦντο. ἐπελθοῦσα δὲ οὖν ὁ λόγος τοῦ ἄρχοντος μὴ δέξασθαι τὸν Ὅμηρον, ἔδοξε δέ πως τῇ πόλει βουλῇ. ἐπελθὼν ὁ ὀπτιμάτης καὶ παρεζόμενος αὐτοῦ διηγήσατο τοὺς εὐμπωθέντας λόγους τῇ χρήμῃ αὐτοῦ, καὶ τὰ δόξαντα τῇ βουλῇ. Ὁ δ', ὡς ἤκουσεν, ἐσυμφόρησέ τε καὶ λέγει τὰ ἑπτὰ τάδε,

Οἵη μ' αἶσα δῶκε πατὴρ Ζεὺς κύρμα γενέσθαι, 358
Νήπιον αἰδοίης ὅτε γυίασι μηδὲς ἀπάλλων,
Ἣν ποτ' ἐπουρήσασα βουλῇ Διὸς αἰολόχοιο
Λαὸς Φρικωνίς, μαχέων ὀπιβουκόρες ἵππων,
Ὁπλότεροι μαλερὸν πυρὸς κρίναντες Ἄρηα
Αἰολίδα Σμύρνην ἀλιγείτονα ποτὶ ἄναχθεν·
Ἣν τε δι' ἀγλαὸν εἴσιν ὕδωρ ἱεροῖο Μέλητος,
Ἔνθεν ἀποριούσας κοῦρας Διὸς, ἀγλαὰ τέκνα,
Ἠθελέτην κλῆσαι δῖαι χθόνα καὶ πόλιν αἰσχρῶν.
Οἱ δ' ἀπεμνήσαθην ἱερὼν ὄπα, φημὶ ἀοιδῶν.
Ἀφραδίην τ' ἄμμε τε παθὼν τὸν φρασάσθαι αὖθις,
Ὅς σφιν οἰδδείσασιν ἐμὸν διεμήσατο πότμον.
Κῆρα δ' ἐγὼ τὴν μοι θεὸς ὤπασε γεινομένῳ περ,
Τλήσομαι ἀχράαστον φέρων τετληότι θυμῷ.
Οὐδέ πῃ μοι φίλα γοῦνα μολὼν ἱερῆς ὑπ' ἀγυιῆς
Κύμης ὁρμήσῃσι, μέγας δέ με θυμὸς ἐπείγει
Δῆμον ἐς ἀλλοδαπὸν ἰέναι ὀλίγον περ ἐόντα.

Μετὰ τοῦτο ἀποπλεύσασαν ἐκ τῆς Κύμης ἐς Φωκαίαν, Κυμαίοις ἐπαρησάμενος μηδένα ποιητὴν δοκιμον ἐν τῇ χώρᾳ γενέσθαι ὅστις Κυμαίους ἐπαγλαϊεῖ. ἀπιχόμενος δὲ ἐς Φωκαίαν, τῷ αὐτοῦ τρόπῳ ἐβιότευσεν, ἔπεα ἐπιδεικνύμενος ἐν ταῖς λέσχαις κατίζων. ἐν δὲ τῇ Φωκαίῃ τὸν ὄν χρόνον Θεστορίδης τις ἐν γράμματα διδάσκων τοὺς παῖδας, ἀνὴρ οὐ χρηστὸς· καταμανθάνας δὲ τὰ Ὁμήρου τινὰ ποιήσιν, λόγους τοιούσδε αὐτοῦ προσῳδίγκε, φὰς ἕτοιμος εἶναι διακονεῖν καὶ τρέφειν αὐτὸν ἀναλαβών, εἰ ἐθέλοι ἄγε τι ποιημάτων εἰπὼν αὐτῷ τῶν ἐπέων ἀναγράψασθαι, καὶ δῶρα ποιῶν, προῖξ ἑωυτῷ ἀναφέρειν αὐτοῦ. Τῷ δ' Ὁμήρῳ ἀκούσαντι, ἔδοξε ποιητέα εἶναι ταῦτα· ἐνδεὴς γὰρ ἦν τῶν ἀναλισκομένων καὶ θεραπείης. ἀρξάμενος τοίνυν ἀπὸ τοῦ ὑπὸ τῷ Θεστορίδῃ, ποιῆσαι τὴν Ἰλιάδα τὴν ἐλάσσω,

ἧς ἡ

ἧς ἡ ἀρχή,

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην εὔπωλον,

χ πόλ' ἔπαθον Ἣς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ, θεράποντες Ἄρηος·

καὶ τὴν καλευμένην Φωκαίδα, ἣν φασιν οἱ Φωκαεῖς Ὁμήρου παρ' αὐτοῖσι ποιῆσαι. ἐπεὶ δὲ τὴν τε Φωκαίδα καὶ πάντα τὰ δὴ τοῦ Ὁμήρου ὁ Θεστορείδης ἐγεγήφατο, διενοήθη ἐκ τῆς Φωκαίης ἀπαλλάσσεσθαι, τὴν τοιήσιν θέλων τοῦ Ὁμήρου ἐξιδιώσασθαι· καὶ οὐκ ἔτι ὁμοίως ἐπεμελείτο εἶχε δὲ Ὁμήρου. ὁ δὲ λέγει αὐτῶν τὰ ἔπεα τάδε,

Θεστορείδης, θνητοῖσιν ἀπ' ἐμέων τοσσάδε φῶς,
Οὐδὲν ἀφεστότερον τέλεπεν νόου ἀνθρώποισιν.

χ καὶ διδασκ. ὁ μὲν δὴ Θεστορείδης ἐκ τῆς Φωκαίης ἀπηλλάγη ἐς τὴν Χίον, καὶ τὴν διδασκαλίην κατεσκευάσατο· καὶ τὰ ἔπεα ὑπεδεικνύμενος ὡς ἐωυτοῦ ἐόντα, ἔσαινόν τε πολλὸν εἶχε καὶ ὠφελεῖτο· ὁ δὲ Ὅμηρος πάλιν δὴ αὖτις τρόπον διεπράσσετο ἐν τῇ Φωκαίῃ, ἀπὸ τῆς ποιήσιος τὴν βιοτὴν ἔχων. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ μετέπεσε ἄνδρες Χῖοι ἔμποροι ἀπίκοντο ἐς τὴν Φωκαίην· ἀκούσαντες δὲ τῶν ἐπέων τοῦ Ὁμήρου ἀνεκήκεσαν πολλάκις ἐν τῇ Χίῳ τοῦ Θεστορείδεω, ἐξήγγελλον ὅτι ἐν τῇ Χίῳ τὶς ὑπεδεικνύμενος τὰ ἔπεα ταῦτα γεγραμμάτων διδάσκαλος, κτῆμα πολλὸν ἔχει. ὁ δὲ 359 Ὅμηρος κατενόησε ὅτι Θεστορείδης δὴ εἴη, τῷ πρωτὶ θυμῷ ἐσπουδάζειν εἰς τὴν Χίον ἀπικέσθαι, καταλαβὰς δὲ ὅτι δὴ λιμένα, ἐς μὲν τὴν Χίον οὐ κατάπλεμβαίνει οὐδὲν πλοῖον πλέον, ἐς δὲ τὴν Ἐρυθρείδα πνέες ὑπὸ ξύλου παρεσκευάζοντο πλεῖν. καλῶς δὲ εἶχε τῷ Ὁμήρῳ δι' Ἐρυθρέης δὴ πλοῦν ποιήσασθαι. τῷ προσελθὼν ἔχρηζε τῶνδε τῶν ναυτέων δέξασθαι αὐτὸν σύμπλοον, πολλά τε προσαγορεύων λέγων οἷς σφέας ἔμελλε πείσειν. τοῖς δὲ ἔδοξε δέξασθαι αὐτόν· καὶ ἐσελθὸν ἐσβαίνει εἰς τὸ πλοῖον. ὁ δὲ Ὅμηρος πολλὰ ἐπαινέσας αὐτοὺς, ἐσέβη· καὶ ἐπεὶ ἔζετο, λέγει τὰ ἔπεα τάδε,

Κλῦθι Ποσειδάων μεγαλοσθενὲς ἐννοσίγαιε,
Εὐρυχόου μεδέων ἠδὲ ξανθοῦ Ἑλικῶνος.
Δός δ' οὖρον καλὸν καὶ ἀσήμανα νόστον ἰδέσθαι
Ναύτῃς, οἵ μοι πομποὶ ἐπ' ἀρχοὶ ἔασι.
Δός δ' ἐς Ἀσπαρέθιν ὑψιχρήμνοιο Μίμαντος
Αἰδοῖόν μ' ἐλθόντα βεσσῶν ὁσίων γε κυρῆσαι.

cuius initium est,

Troiam & Dardaniam canto, quæ mater equorum,
Quæ Danais Mauorte satis mala plurima vexit.

Phocaidem quoq; quam vocant, Phocenses apud se conditam ab Homero asserũt. Iam vero Thestorides, vbi Phocaidem atque alia pleraque ab Homero communicata descripsisset, constituit è Phocæa discedere, Homerique poesin pro sua venditare. Vnde factum vt quum Homeri non perinde curam haberet, ille ad Thestoridem huiusmodi sit vsus disticho,

[1] *Thestoride, ex multis, mortalibus abdita quæ sunt,*
Mens habet in primis cæcos humana recessus.

qui ita sunt instituti, arcubus & pilis amplius non vtuntur, sed ensibus & armis quibus cominus pugnant, feruntq; thoraca circa pectora, & in manu sinistra cratem, qualem habentes pinguntur Persæ: in manu autem dextera [1] gladium aut mucronem. Et ex huiusmodi viris magistratus omnes constituuntur, exceptis puerorum magistris.

At posteaquam annos quinque vigintique complerint, agentes hi ætatis annum aliquanto amplius quam quinquagesimum (illorum iam ætatem ingressi qui & sunt & vocantur seniores) non etiam in militiam eunt extra solum patrium, sed manentes domi iudicant omnes causas & publicas & priuatas. Iudicant etiam hi [2] causam mortis, iidemque legunt omnes magistratus. Quod siquis aut in [3] adolescentibus aut in viris deliquerit quippiam contra leges, deferunt eum singuli tribuni, & ex allis qui voluerit. Quem seniores vbi audierint, ordine mouent. At ordine motus degit reliquam vitam cum ignominia.

Verum vt omnis Persarum respub. clarius pateat, repetemus paulo altius. nũc enim ob ante dicta declarari queat paucis. Persæ dicuntur esse circiter centum viginti millia hominum. Horum nemo lege excluditur à dignitatibus atque magistratibus: sed licet omnibus Persis mittere filios ad publicas iustitiæ scholas. Verum qui possunt [4] filios per ocium alere, eos mittũt ad scholas: quibus vero *alendi* non est facultas, nequaquam mittunt. Qui autẽ fuerint apud publicos magistros instituti, licet iis inter [5] adolescentes eius ætatis opera exercere, aliis vero non licet. Qui rursus legitima inter adolescentes absoluerint, possunt hi inter viros versari, magistratuumque participes atque honorum fieri. At hi qui pueritiæ atque adolescentiæ legitima non obierint, inter viros non admittuntur. At hi rursus qui inter perfectæ ætatis viros sine reprehensione se gesserint, fiunt ex ordine seniorum. Et ita seniores hi constituuntur qui per omne honestatis genus vitam egerint. Et hæc est viuendi institutio, qua vtentes, optimos viros se fore existimant. Quin hoc etiam tempore testimonium durat tum moderati eorum victus, tum etiã

πέξας μὲν οἱ οὕτω παιδευόμενοι σκηπτ' ἔχοντες οὐδὲ πάλτα, ἅ περ τοξεύονται, τὰ δ' ἀγχέμαχα ὅπλα καλοὐμενα, θώρηκά τε περὶ τοῖς στέρνοις, καὶ γέρρον ἐν τῇ ἀριστερᾷ, οἷον περ γεγράφονται οἱ Πέρσαι ἔχοντες· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ μάχαιραν ἢ κοπίδα. ἐκ δὲ ἀρχαὶ πᾶσαι ἐκ τούτων καθίστανται, πλὴν οἱ τῶν παίδων διδάσκαλοι.

Ἐπειδὰν δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη ἅλικα τελέσωσιν, εἴσω μὲν αὖ οὗτοι πλεῖόν τι ἢ πεντήκοντα ἔτη γεγονότες ἀπὸ ἡλικίας ἐξέρχονται· δὲ τὴν καὶ εἰς τοὺς γεραιτέρους ὁρᾷς τε καὶ καλουμένους. οἱ δ' αὖ γεραίτεροι οὔπω στρατεύονται μὲν οἴκοι ἔξω τῆς ἑαυτῶν, οἴκοι δὲ μένοντες δικάζουσι τά τε κοινὰ πάντα καὶ τὰ ἰδία. καὶ θανάτου δὲ ὅτοι κρίνουσι, καὶ τὰς ἀρχὰς οὗτοι πάσας αἱροῦνται. καὶ ὧν τις ἢ ἐν ἐφήβοις ἢ ἐν τελείοις ἀνδράσιν ἐλλίπῃ τι τῶν νομίμων, φαίνουσι μὲν οἱ φύλαρχοι ἕκαστον, καὶ τῇ ἀγορᾷ ὁ βακτηρίμενος· οἱ δὲ γεραίτεροι ἀκηκοότες ἀκρίνουσιν. ὁ δὲ ἀκριθεὶς, ἄτιμος ὢν λοιπὸν βίον διατελεῖ.

Ἵνα δὲ σαφέστερον δηλωθῇ πᾶσα ἡ Περσῶν τοῦ λιτεία, μικρὸν ἐπάνειμι. νῦν γὰρ ἐν βραχυτάτῳ αὖ δηλωθείη διὰ τὰ παρειρημένα. λέγονται μὲν γὰρ Πέρσαι ἁπλῶς εἶναι δώδεκα μυριάδας· τούτων δὲ οὐδεὶς ἀπείργεται νόμῳ οὐδενὶ καὶ ἀρχῶν, ἀλλ' ἔξεστι πᾶσι Πέρσαις πέμπειν τοὺς ἑαυτῶν παῖδας εἰς τὰ κοινὰ τῆς δικαιοσύνης διδασκαλεῖα· ἀλλ' οἱ μὲν δυνάμενοι τρέφειν τοὺς παῖδας ἀργοῦσι, πέμπουσιν· οἱ δὲ μὴ δυνάμενοι, οὐ πέμπουσιν. οἱ δ' αὖ παιδευθέντες καλῶς τοῖς δημοσίοις διδασκάλοις, ἔξεστιν αὐτοῖς καὶ τοῖς ἐφήβοις νεανισκεύεσθαι· τοῖς δὲ μὴ καλῶς παιδευθεῖσιν οὕτως οὐκ ἔξεστιν. οἱ δ' αὖ καὶ τοῖς ἐφήβοις καλῶς τελέσωσι τὰ νόμιμα ποιούμενοι, ἔξεστι τούτοις εἰς τοὺς τελείους αὖθις συναυλίζεσθαι, καὶ ἀρχῶν καὶ τιμῶν μετέχειν· οἱ δ' αὖ καὶ τοῖς παισὶ μὴ καλῶς τελέσωσιν, ἢ καὶ τοῖς ἐφήβοις, οὐκ εἰσέρχονται εἰς τοὺς τελείους. οἱ δ' αὖ καὶ τοῖς τελείοις καλῶς γενόμενοι αἰτιώτατοι, οὗτοι τῶν γεραιτέρων γίνονται· οὕτω μὲν δὴ οἱ γεραίτεροι καλῶν πάντων ἐλληλυθότες καθίστανται· καὶ ἡ πολιτεία αὕτη, ἣν οἴονται χρώμενοι βέλτιστοι αὐτοὶ εἶναι. καὶ νῦν ἔτι ἐμμένει μαρτυρία καὶ τῆς μετρίας διαίτης αὐτῶν, καὶ τῆς

1 Vertit μάχαιραν *gladium*, & κοπίδα *mucronem*. Κοπίδας (inquit Curtius) vocant gladios leuiter curuatos, falcibus similes, queis appetebant belluarum manus. 2 De causis capitalibus. 3 Puberibus. Gr. ephebis. 4 Filios ociantes alere. *vel*, in ocio. 5 Puberes. Gr. ephebos. *Sic in sequent.*

ἐκπονεῖσθαι τῷ διαίτᾳ. αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστι Πέρσαις τὸ ἀποπτύειν τὸ ἀπομύττεσθαι, τὸ φύσης μεστοὺς φαίνεσθαι. αἰσχρὸν δ' ἔτι τὸ οἴνου που φανερὸν γεύεσθαι ἢ τοῦ οὐρῆσαι ἕνεκα, ἢ τοῦ ἄλλου τινὸς τοιούτου. ταῦτα δ' οὐκ ἂν ἡδύναντο ποιεῖν εἰ μὴ τὸ ἄχαριν μετεῖχε τροφῆς, τὸ δ' ὑγρὸν ἐκπονοῦντες ἀφίλιστον, ὥστε ἄλλη τοι ἀποχωρεῖν. ταῦτα μὲν δὴ τῶν πάντων Περσῶν ἔχομεν λέγειν.

laboribus coniuncti. Nam nunc quoque turpe est apud Persas & spuere, & emungi, & flatus videri plenos. Turpe item ducitur si quis conspiciatur quoquam ire aut meiendi, aut cuiusquam huiusmodi rei gratia. Quæ quidem facere nullo pacto possent nisi & victu modico vterentur, & humiditatem per laborem consumerēt, ita vt ea alio quopiam secederet. Hæc igitur de Persis omnibus dicere possumus.

Vide & locum ex huius operis libro V, in illis quæ sequuntur ea quæ è libro VIII petita sunt.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ Παιδείας η'.

Apud eundem, Pædiæ VIII.

ΤΟΙΓΑΡΟΥΝ τοιοῦτος ὢν ἐποίησεν ὅτι τοῖς θύραις πολλὴν μὲν τὴν χειρόνων ὑπαξίαν, ὑποεικόντων τοῖς ἀμείνοσι, πολλὴν δὲ αἰδῶ καὶ εὐκοσμίαν πρὸς ἀλλήλους. ἐπέγνως δ' ἂν ἐκεῖ οὔτε ὀργιζόμενον κραυγῇ, οὔτε χαίροντα ὑβριστικῶς γέλωτι. ἀλλὰ ἰδὼν ἂν αὐτοὺς ἡσθείης τῷ ὅτι εἰς καλὸς ζῆν. τοιαῦτα μὲν δὴ ποιοῦντες καὶ ὁρῶντες ὅτι θύραις διῆγον. τῆς πολεμικῆς δ' ἕνεκα ἀσκήσεως ὅτι θήρας ἔζηλον οὕτως ἀσκεῖν ταῦτα ὤετο χρῆναι· ἑαυτὸν ἡγούμενος καὶ ὅλως ἥδιστα ἀσκησιν πολεμικῶν εἶ), καὶ ἱππικῆς ἢ ἀληθεστάτην. καὶ γὰρ ἐπόχους ὁ πόνος ποιεῖ χωρίοις αὐτὴ μάλιστα ἀποδείκνυσι, ἃ δὲ θηρίοις φεύγουσιν ἕπεσθαι· καὶ ἀπὸ τῶν ἵππων ἐργοῖς αὐτὴ μάλιστα ἀπεργάζεται, ἃ δὲ τὸ λαμβάνειν φιλοτιμίαν καὶ ἐπιθυμίαν. καὶ τὸ ἐγκράτειαν ἢ, καὶ πόνους καὶ ψύχη καὶ θάλπη καὶ λιμὸν καὶ δίψος διὰ ταῦτα φέρειν, ὅτι ταῦτα μάλιστα προσοίδιζε τοῖς κυνηγέταις. καὶ νῦν δ' ἔτι βασιλεὺς καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ βασιλέα ταῦτα ποιοῦντες διατελοῦσιν. οὐ μὲν οὖν οὐκ ᾤετο προσήκειν ἄρχειν ὅστις μὴ βελτίων εἴη τῶν ἀρχομένων, καὶ τοῖς προειρημένοις πᾶσι δῆλον· καὶ ὅτι οὕτως ἀσκῶν τοὺς περὶ ἑαυτὸν, πολὺ μάλιστα αὐτὸς ἐξεπόνει καὶ τὴν ἐγκράτειαν καὶ τὰς πολεμικὰς τέχνας καὶ τὰς μελέτας. καὶ γὰρ ὅτι θήρας μὲν ἄγων ἐξῆλθε, ὁπότε μὴ μένειν εἴη αὐτὸς ἢ ὁπότε ἀνάγκη εἴη, οἴκοι ἐθήρα τὰ ἐν τοῖς παραδείσοις θηρία τρεφόμενα. καὶ οὔτε αὐτὸς ποτὲ

ἱππάσασθαι

μένειν εἰ-ναι ἀνάγκη

ΕRGO Cyrus quum talis esset, fecit vt [1] in foribus multa esset deteriorū modestia cedentium melioribus, multus etiam pudor atque modestia inuicem. Insuper etiam animaduertisses illic neminem neq; irascentem cum clamore, neq; gaudentem risu [2] contumelioso: sed si eos vidisses, vere eos ad normam honestatis viuere dixisses. Res igitur huiusmodi facientes videntesq; degebant [3] in foribus. At bellicæ exercitationis gratia eos ad venationem educebat quibus hæc *militaria* exercenda existimabat: hanc exercitationem rerum bellicarum esse omnino ratus optimā, equestris autem verissimam. Hæc enim maxime reddit ad equitandum in quibuslibet locis aptos, quod insequi oporteat feras fugientes: & hæc item reddit maxime habiles ad efficiendum ab equis quoduis opus, quia cupiditate tenentur *illas* capiendi, & inde etiam honorem affectant. Et hîc etiā maxime [4] familiares assuefaciebat ad cōtinentiam, & ad labores, & frigora, & calores, & famem ac sitim tolerandam. Atque hoc etiam tempore rex ac regis familiares hæc assidue faciunt. Quod igitur existimaret neminem imperare decere qui præstantior subditis non esset, & ex antedictis omnibus patet, & ex eo quod ita suos exercens, multo etiam magis ipse & continentiam & bellicas artes exercitationesque elaborabat. Etenim ad venationem alios educebat, quando aliqua manendi necessitas non esset: quod si etiam necessitas talis accideret, ipse domi venabatur eas feras quæ in viuariis alebantur. Nec vero ipse vnquam

1 In aula sua. *vel*, in regia. 2 *Videtur legisse* ὑπερηφάνῳ. *Potest etiam reddi*, Neque gaudentem cum risu contumelioso. *vel*, insolente. 3 In aula. *vel*, in regia. 4 Eos qui è sodalitate erant. *vel*, è sodalitio.

antequam ſudaſſet cœnam capiebat, nec equis priuſquam eſſent exercitati, pabulum iniiciebat. Quinetiam ad hanc venationem inuitabat ſceptriferos ſuos. Itaque longe ipſe in omnibus honeſtis operibus excellebat, longe etiam præſtabant qui circa illum verſabãtur, ob exercitationem aſſiduam. Et ſe quidem in tale exemplum proponebat. Præterea vero alios quoque & muneribus & magiſtratibus & [1] conſeſſibus & omnibus donabat honoribus, quos maxime intuebatur quæ honeſta eſſent conſectari. Itaque multam omnibus iniiciebat æmulationem quo quiſq; Cyro optimus videretur.

Inſuper *hoc* Cyri nobis videmur animaduertiſſe quod non hac re ſolum decere exiſtimabat principes ſubditis præſtare quod iis forent meliores, ſed etiam exiſtimabat opus eſſe vt eos *veluti* præſtigiis quibuſdam deciperent. Itaque [2] elegit ſtolam Medicam & ipſe ferre, [3] & vt familiares ea induerentur perſuaſit. Hæc enim viſa eſt ei occultare ſiquis defectũ aliquẽ haberet in corpore: præterea indutos ea & pulcherrimos & maximos oſtendere. Etenim calceos tales habent, in quibus qui eos ferunt clam aliquid ſubiicere poſſint, quo maiores eſſe videantur quam ſunt. Sinebatque vt oculos ſuppingerent coloribus, quo pulchrioribus quam eſſent oculis eſſe viderentur: & fricarentur, vt melius viderentur colorati quam natura eſſent. Exercuit eos inſuper vt neq; ſpuerent palam, neq; mucũ emitterent: præterea ne ad quicquam ſpectandum conuerterentur, perinde quaſi mirarentur nihil. Omnia vero hæc exiſtimabat aliquid conferre ad hoc vt minus forent ſubditis contẽptui. Quos igitur cenſebat dignos qui aliis præeſſẽt, per ſeipſũ tales reddidit exercitatione, & imperiũ in illos gerendo cũ maieſtate: quos vero [4] deſtinabat ad ſeruiendũ, horum neminem incitabat ad exercendos ingenuos labores, neq; vt haberẽt arma permittebat: verũ curabat vt neq; ſine cibo vnquã eſſent, neq; ſine potu, ingenuarũ exercitationũ gratia. Etenim quando agebant feras in campos equitibus, cibum in venationem his ferre permittebat, liberorum autem nemini: & quando iter faciendum erat, agebat eos ad aquas, vt iumenta. quum item erat prandendi tempus, eos expectabat donec aliquid comediſſent, ne eſurirent. Itaque hi quoque eum, vt viri optimates, patrem vocabant, quod ſui ipſorum haberet curam, vt indubitato ſemper mancipia forent.

πρὶν ἱδρῶσαι δεῖπνον ἤρειτο, οὔτε ἵπποις ἀγυμνάστοις σῖον ἐνέβαλλε. συμπαρεκάλει δὲ καὶ εἰς ταύτην τὴν θήραν τοὺς περὶ αὐτὸν σκηπτούχους. τοιγαροῦν πολὺ μὲν αὐτὸς διέφερεν ἐν πᾶσι τοῖς καλοῖς ἔργοις, πολὺ δ' οἱ περὶ ἐκεῖνον, διὰ τὴν ἀεὶ μελέτην. παράδειγμα μὲν δὴ τοιόνδε ἑαυτὸν παρείχετο. πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ τῶν ἄλλων οὓς ἔνιμα μάλιστα ὀρθῶς τὰ καλὰ διώκοντας, τούτους καὶ δώρεαις καὶ ἀρχαῖς καὶ ἕδραις καὶ πάσαις τιμαῖς ἐγέραιρεν. ὥστε πολλὴν πᾶσι φιλοτιμίαν ἐνέβαλλεν ὅπως ἕκαστος ἄριστος φανήσοιτο Κύρῳ.

Καταμανθάνειν δὲ τὸν Κῦρον δοκοῦμεν, ὡς οὐ τούτῳ μόνῳ ἐνόμιζε χρῆναι τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων διαφέρειν, τῷ βελτίονας αὐτῶν εἶναι, ἀλλὰ καὶ καταγητεύειν ᾤετο χρῆναι αὐτούς. πολλοῦ τε γοῦν εἵλετο τὴν Μηδικὴν αὐτός τε φορεῖν, καὶ τοὺς ἱππέας ταύτην ἔπεισεν ἐνδύεσθαι. αὐτὴ δὲ αὐτῷ συγκρύπτειν ἐδόκει εἴπερ τί ἐν τῷ σώματι ἐνδεὲς ἔχοι, καὶ καλλίους καὶ μείζους ὑποδείκνυσθαι τοῖς φορεῖν. καὶ γὰρ τὰ ὑποδήματα τοιαῦτα ἔχουσιν ἐν οἷς μάλιστα λαθεῖν ἔστι καὶ ὑποπεπληκότος τι, ὥστε δοκεῖν μείζους εἶναι. καὶ ὑπογρίεσθαι δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐποίει, ὡς εὐοφθαλμότεροι φαίνοιντο ἢ εἰσί. καὶ ὑπερείδεσθαι, ὡς δυσχροώτεροι ὁρῷντο ἢ πεφύκασιν. ἐμελέτησε δὲ καὶ ὡς μὴ δὲ πίνοντες μηδὲ ἀπομυττόμενοι φανεροὶ εἶεν· μηδὲ μεταστρεφόμενοι ὅτι θέαν μηδενὸς, ὡς δοκεῖ, θαυμάζοντες. πολλὰ δὲ ταῦτα ᾤετο φέρειν τι εἰς τὸ δι' ἐγκρατείας φαίνεσθαι τοῖς ἀρχομένοις. οὐ μὲν δὴ ἄρχειν ᾤετο χρῆναι δι' ἑαυτοῦ, οὕτω κατεσκεύασε καὶ μελέτῃ καὶ τῷ σεμνῶς προεστάναι αὐτῶν. οὓς δ' αὖ κατεσκεύαζεν εἰς τὸ δουλεύειν, τούτους οὔτε μελεῖν ἐᾶν τῶν ἐλευθερίων πόνων οὐδένα παρώρμα, οὔτε ὅπλα κεκτῆσθαι ἐπέτρεπεν. ἐπεμελεῖτο δ' ὅπως μήποτε ἄσιτοι μήτε ἄποτοι ποτὲ ἔσοιντο, ἐλευθερίων ἕνεκα μελετημάτων. καὶ γὰρ ὁπόταν ἐλαύνοιεν τὰ θηρία τοῖς ἵπποις εἰς τὰ πεδία, φέρεσθαι σῖον εἰς θήραν τούτοις ἐπέτρεπε, τῶν δ' ἐλευθέρων οὐδενί. καὶ ὁπότε πορεία εἴη, ἦλθ' αὐτοῖς παρὲς τὰ ὕδατα, ὥσπερ τὰ ὑποζύγια. καὶ ὁπότε δ' ὥρα εἴη ἄριστου, ἐπέμενεν αὐτοῖς ἕως ἀφάσιόν τι, ὡς μὴ βλιμιῶεν. ὥστε καὶ οὗτοι αὐτὸν ὥσπερ οἱ ἄριστοι πατέρα ἐκάλουν, ὅτι ἐπεμέλετο αὐτῶν ὅπως ἀναμφιλόγως ἀεὶ δεσπόζοντες διατελοῖεν.

1 Sedibus. *Erant enim alia aliis honoratiores ſedes. vnde alibi* πρωτοκάθεδρον *dicit.* 2 In animum induxit ſtoi. 3 Et vt ſodalitia ea ind. *Vel*, illi inter quos ſodalitium erat. 4 Præparabat, *aut* comparabat. *vel*, aptos reddebat.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, περὶ τὸ τέλος τῆς αὐτῆς βίβλου.

Apud eundem, circa finem eiusdem libri.

ἡ ἀείση ἡ καλλίστη

Ὅτι μὲν δὴ καλλίστη καὶ μεγίστη τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἡ τοῦ Κύρου βασιλεία ἐγένετο, αὐτὴ ἑαυτῇ μαρτυρεῖ. ὡρίσθη μὲν γὰρ πρὸς ἕω τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ· πρὸς ἑσπέραν δὲ τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ· πρὸς ἑσπέρας δέ, Κύπρῳ καὶ Αἰγύπτῳ· πρὸς μεσημβρίαν δέ, Αἰθιοπίᾳ. τοσαύτη δὲ οὖσα μία γνώμῃ τῇ Κύρου ἐκυβερνᾶτο· καὶ ἐκεῖνός τε τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ ὥσπερ ἑαυτοῦ παῖδας ἐτίμα τε καὶ ἐθεράπευεν, οἵτε ἀρχόμενοι Κύρῳ ὡς πατέρα ἐσέβοντο· ἐπεὶ μέντοι Κῦρος ἐτελεύτησεν, λύσις μὲν αὐτίκα οἱ παῖδες ἐφασίαζον, λύθησαν δὲ πόλεις καὶ ἔθνη ἀφίσταντο, πάντα δ' ὅπῃ ὁ χρόνος ἐτρέπετο.

πόντῳ ἡ Προποντίδι ἡ Ἑλλησπόντῳ· πρὸς ἑσπέρας

ἀπὸ

Ὡς δὲ ἀληθῆ λέγω, ἀρξομαι διδάσκων ἐκ τῶν θείων. οἶδα γὰρ ὅτι καὶ πρότερον μὲν βασιλεῖς καὶ οἱ ὑπ' αὐτῷ καὶ τοῖς τὰ ἔσχατα πεποιηκόσιν εἴτε ὅρκους ὀμόσαιεν, ἐμπέδους, εἴτε δεξιὰς δοῖεν, ἐβεβαίουν. εἰ δὲ μὴ τοιοῦτοι ἦσαν, καὶ τοιαύτην δόξαν εἶχον, οὐδεὶς ἂν εἰς αὐτοὺς ὅπλα ἤρεν ὥσπερ οὐδὲ νῦν πίστις ἔνι οὐδὲ εἰς ἔτι, ἐπεὶ ἔγνωσαι ἡ ἀσέβεια αὐτῶν. οὔτως οὐδὲ τότε ὅπλα ἦραν ἂν οἱ τῶν σὺν Κύρῳ ἀναβάντων στρατηγοί· νῦν δὲ μὴ τῇ πρόσθεν αὐτῶν δόξῃ πιστεύσαντες, ἐνεχείρισαν ἑαυτούς, καὶ ἀναχθέντες πρὸς βασιλέα, ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλάς. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν συστρατευσάντων βαρβάρων ἄλλοι ἄλλας πίστεσιν ὀξαπατηθέντες ἀπώλοντο. σοφοὶ δὲ καὶ τῶνδε χείονες νῦν εἰσί. πρόσθεν μὲν γὰρ εἴπῃς ἢ ἀναιδευσάμενος πρὸ βασιλέως, ἢ πόλιν ἢ ἔθνος ὑποχείριον ποιήσειεν, ἢ ἄλλό τι καλὸν ἢ ἀγαθὸν αὐτῷ ἀπεργάσειεν, οὗτοι ἦσαν οἱ πιμπλάμενοι· νῦν δὲ καὶ ἰών τις, ὥσπερ Λεομίθρης, τὸν γυναῖκα καὶ καὶ τὰ τέκνα καὶ τοὺς τῶν φίλων παῖδας ὁμήρους τῶνδε τῆς Αἰγυπτίας ἐγκαταλιπών, καὶ τις μείζους ὅρκους ὀμόσας, βασιλεῖ δόξῃ τι συμφορὰν ποιήσας, οὗτοί εἰσιν οἱ ταῖς μείζοσι τιμαῖς γεγεραμμένοι. ταῦτα οὖν ὁρῶντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάντες, ὅτι ὁ ἀσεβὴς καὶ ὁ ἄδικος τετιμήμενοι εἰσίν. οἱοῖοί τινες γὰρ αὖ οἱ περὶ τούτους ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ὅτι τὸ πολὺ γίγνονται.

ἡ νῦν ὁ αὖ τις, ὥσπερ Μιθραδάτης τὸν πατέρα Ἀριοβαρζάνην πρόδας, ὥσπερ Λεομ.

ὡς ὅτι τὸ πολύ

Quod pulcherrimum quidem ac maximum regnorum omnium Asiæ, Cyri fuerit regnum, ipsum de se testimoniū præbet. Terminos enim habuit ad orientem mare rubrū, ad septētriones pontum Euxinum, ad occidentem Cyprum & Ægyptum, ad meridiem Æthiopiam. Id autem imperium quū tanta esset magnitudine, [1] vna Cyri sententia gubernabatur: qui etiam ipse subditos suos æque ac filios & honorabat & colebat: & Cyrum subditi perinde quasi patrem venerabantur. Vbi autem Cyrus excessit è viuis, continuo ipsi filii inter se dissedere, cōtinuoque vrbes ac gentes defecere, sicque in deterius omnia versa sunt.

Quod autem vera à me narrantur, incipiam à rebus diuinis id docere. Noui enim & regem prius, & eos qui sub rege essent, etiam iis qui vltima scelera perpetrassent, siue iusiurandum iurati essent, inuiolatum præstare, siue dextras dedissent, constantissime [2] obseruare solitos. Quod si tales nō fuissent, & huiusmodi de se opinionem non præbuissent, ne vnus quidē credidisset eis: quēadmodum nunc nemo amplius credit, posteaquam cognita est eorum impietas: sic neque tunc illi credidissent duces militum qui vna cum Cyro ascenderant. At illi quum priori de iis opinioni credidissent, seipsos in manus eorum tradiderunt, & ad regē ducti obtruncati fuerunt. [3] Multi etiam eorū barbarorū qui vna militarant, alii alia decepti fide data, periere. Multo præterea etiam his in rebus hunc sunt deteriores. Antea enim siquis aut periculum subiisset pro rege, aut vrbem gentemve [4] in seruitutem redegisset, aut aliud quicquam præclarum aut vtile ei egisset, hi erant qui in honore habebantur: at nunc, etiam siquis, quemadmodum Leomithres, vxore ac liberis amicorumque filiis obsidibus apud Ægyptium relictis, maximumque iusiurandum transgressus, videatur aliquid emolumenti attulisse regi, hi sunt qui maximis præmiis honorātur. Hæc igitur videntes Asiatici omnes, ad impietatem & iniustitiā versi sunt. Quales enim fuerint præfecti, tales etiā qui sub ipsis sunt, vt plurimum euadūt.

1 *Vel*, Vno Cyri arbitrio gub. 2 Obseruare *quod polliciti essent* sol. 3 *Sequitur ex parte lectionem margini adscriptam. Altera sonat*, Multo etiam quam hi nunc sunt deteriores. 4 In potestatem *eius* redeg. *Vel*, *eius* imperio adiunxisset.

Hinc

Hinc igitur factum est vt omne fas magis contemnant quam antea. Iam vero circa pecunias hoc modo sunt iniquiores. non enim eos solum qui magnis se delictis fecerunt obnoxios, sed eos item qui nihil fecerunt iniuste, comprehensos cogunt nullo iure pecunias soluere. Quo fit vt nihilo illi minus qui videntur esse ditissimi, quam qui multa iniuste admiserunt, in metu sint: adeo vt neque [1] in manus hi ire velint potentiorum, neque audeant se adiungere exercitui regio. Igitur quicunq; bellum cum iis gerat, omnibus licet in regione ipsorum sine pugna versari vtcunq; velint, propter illorum tum impietatem erga deos, tum iniustitiam erga homines. Mentes igitur eorum ita sunt omnino nunc deteriores, quam antiquitus.

Quod autem nec corporum exercitationis curam gerunt, vt antea consuerant, nunc item hoc exponam. Lex enim erat apud eos neque spuere, neq; emungere: (est autem manifestum hæc eos lege sanxisse, nõ quia parcerent corporis humori, sed quod vellẽt per labores ac sudorẽ reddere corpora solidiora.) hoc vero tempore non spuere quidem neque emungi, adhuc perdurat, sed illud institutũ se laboribus exercendi [2] desiit. Quinetiam antea erat Persis lege cautum comedere semel, quò toto die vterentur & circa res gerẽdas & circa labores: hac vero tẽpestate semel cibum capere adhuc permanet, sed vesci incipientes ab eo tempore quo illi qui summo mane prandent, ad illorum vsque tempus comedere potareque pergunt qui lectum tardissime petunt. Erat præterea lege cautum apud eos ne [3] vrcei importarentur in sympos̃ia: quippe qui putabant, si non nimis potarent, minus corpora menteſque labefactari: hac vero tempestate vrceos non importari, adhuc permanet: ac tantum bibunt vt non importent, sed ipsi exportentur, quũ nequeant amplius [4] erecti egredi. Iam vero & ille mos patrius iis erat, vt, dum iter facerent, neque comederent, neque biberent, neque quicquam eorum quæ propter hæc necessaria sunt, palam facerent: nunc autem ab iis abstinere, adhuc perdurat, sed itinera faciunt adeo breuia vt minime sit mirandum quod à rebus necessariis abstineant.

ἀθεμιτότεροι δὴ νῦν ἢ πρόσθεν ταύτῃ γεγόνασι. εἰς μὲν χρήματα, τῇδε ἀδικώτεροι· οὐ γὰρ μόνον οἷς πολλὰ ἡμαρτηκόσι, ἀλλὰ καὶ ὃς ἂν τὰς σφῶν ἀδικηκόσι συλλαμβάνοντες, ἀναγκάζουσι πρὸς σφῶν δίκαιον χρήματα ἀποτίνειν. ὥστε σφῶν ἧττον οἱ πολλὰ ἔχειν δοκιμάτες τῶν πολλὰ ἠδικηκότων φοβοῦνται· καὶ εἰς χεῖρας οὐδὲ οὗτοι ἐθέλουσι τοῖς κρείττοσιν ἰέναι, σφῶν γε ἀθεμίζεσθαι εἰς βασιλικὸν στρατιὰν θαρροῦσι. τοιγάρτοι, ὅστις αὖ πολεμῇ αὐτοῖς, πᾶσιν ἔξεστιν ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν ἀναστρέφεσθαι ἄνευ μάχης ὅπως ἂν βούλωνται, ἀφ' ὧν ἐκεῖνοι μὲν θεοὺς ἀσέβειαν, οὗτοι δὲ ἀνθρώπους ἀδικίαν. οἵ μὲν δὴ γνῶμαι ταύτῃ τῷ πάντι χείρους νῦν ἢ τὸ παλαιόν, αὖτις.

Ὡς δὲ σφῶν τῶν σωμάτων ἐπιμέλονται ὥσπερ πρόσθεν, νῦν αὖ τοῦτο διηγήσομαι. νόμιμον γάρ ἐστι παρ' αὐτοῖς, μήτε πτύειν, μήτε ἀπομύττεσθαι· (δῆλον δὲ ὅτι ταῦτα, οὐ τοῦ σώματος ὑγροῦ φειδόμενοι, ἐνόμισαν, ἀλλὰ βουλόμενοι ἀφ' ὧν πόνων καὶ ἱδρῶτος τὰ σώματα στερεοῦσθαι) νῦν δὲ ὁ μὲν μὴ πτύειν μηδὲ ἀπομύττεσθαι, ἔτι διαμένει, ὁ δὲ πονεῖν οὐδαμοῦ ἐπιτηδεύεται. καὶ μὲν πρόσθεν μὲν παρ' αὐτοῖς μονοσιτεῖν νόμιμον, ὅπως ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ χρῶντο καὶ ἐς ταῖς πρᾴξεις καὶ εἰς ὃ διαπονεῖσθαι· νῦν δὲ μὲν μονοσιτεῖν ἔτι διαμένει, ἐρχόμενοι δὲ τοῦ σίτου ἐπὶ δεῖπνα περὶ οἷς πρίαπτα ἐρίζοντες, μέχρι τούτου ἐσθίοντες καὶ πίνοντες διάγουσιν ἕς τε περὶ ὀψιαίτατα κοιμώμενοι. ἐν δὲ αὐτοῖς νόμιμον μηδὲ παρὰ ποῖδας εἰσφέρεσθαι εἰς τὰ συμπόσια, δηλονότι νομίζοντες ὃ μὴ ἐπιτερπτόν ἐστιν ἧττον ἂν καὶ σώματα καὶ γνώμας σφάλλειν· νῦν δὲ ὃ μὲν μὴ εἰσφέρεσθαι, ἔτι αὖ διαμένει· τοσοῦτον δὲ πίνουσιν ὥστε αὐτὶ τοῦ εἰσφέρειν αὐτοῖς ἐκφέρεσθαι, ἐπεὶ καὶ μηκέτι δύνανται ὀρθοῦσθαι ὀξέως. ἀλλὰ μὲν καὶ τόδε ἐν αὐτοῖς ἐπιχώριον, ὃ μεταξὺ πορευομένους μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν, μήτε τῶν ἀφ' ταῦτα ἀναγκαίων μηδὲν ποιοῦντας φανερὸς εἶναι· νῦν δ' αὖ ὃ μὲν πάντων ἀπέχεσθαι ἔτι διαμένει, τὰς μέντοι πορείας οὕτω βραχείας ποιοῦνται ὡς μηδ' αὖ ἓν θαυμάσαι ὃ ἀπέχεσθαι τῶν ἀναγκαίων.

[1] *Vel*, in potestatem venire. [2] Nusquam in vsu est. [3] *Vel*, amphoræ. *quia vrcei vasa sunt aquaria potius quam vinaria.* [4] Erecto corpore. *vel*, recto corpore.

Ἀλλὰ μὴν καὶ ὅτι γε θήρας ἕνεκα τοσαύτας ἐζήτουν ὥστε ἀρκεῖν αὐτοῖς τε καὶ ἵπποις γυμνάσια τὰς θήρας· ἐπεὶ δὲ Ἀρταξέρξης ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἥττους τοῦ οἴνου ἐγένοντο, οὐκέτι ὁμοίως οὔτε αὐτοὶ ἐζήεσαν, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐζήτουν ὅτι τὰς θήρας· ἀλλὰ καὶ οἱ πίνες φιλοπονοι ἡμέμενοι καὶ σὺν τοῖς περὶ αὐτοὺς ἱππεῦσιν ἅμα θηρῶεν, φιλονικοῦντες αὐτοῖς ἡδέως ἦσαν, καὶ ὡς βελτίονας αὐτῶν ἐμίσουν. ἀλλά τοι καὶ περὶ παιδείας ὃ μὲν παιδεύεσθαι ὅτι τὰ δίκαια, ἔτι ἀμαυρεῖ· ὃ μέντοι τὰ ἱππικὰ μαθεῖν καὶ μελετᾶν, ἀπέσβηκε, ἀφ' ὅ μὴ ἴσασιν ὅπου αἱ ἀποφαινόμενοι δίδοκιμοῖεν. τοῦ τῷ

Καὶ ὅπου γε οἱ παῖδες ἀκούοντες ἐκεῖ πρόσθεν τὰς δίκας δικαίως δικάζουσας, ἐδόκουν μανθάνειν δικαιότητα, καὶ τοῦτο πάντα πάσιν δῆλα ἐγένετο. σαφῶς γὰρ ὁρῶσι νικῶντας ὁπότεροι αἱ πλείω δίδοιεν. ἀλλὰ καὶ τῶν φονικῶν ἐκ τῆς γῆς τὰς δυνάμεις οἱ παῖδες πρόσθεν μὲν ἐμάνθανον, ὅπως τοῖς μὲν ὠφελίμοις χρῷντο, τῶν δὲ βλαβερῶν ἀπέχοιντο· νῦν δ' ἔοικασι ταῦτα διδασκομένοις, ὅπως ὅτι πλεῖστα κακὰ ποιῶσιν. οὐδαμοῦ γοῦν πλείους ἢ ἐκεῖ ἄνθρωποι ἀποθνήσκουσιν, οὔτε ἀφαφθείσιν ὑπὸ φαρμάκων. τοῦ πλείω διδόντων.

Ἀλλὰ μὴν καὶ θρυπτικώτεροι πολὺ νῦν ἢ ἐπὶ Κύρου εἰσί. τότε μὲν γὰρ ἔτι τῆς ἐκ Περσῶν παιδείας καὶ ἐγκρατείας ἐχρῶντο, τῇ δὲ Μήδων στολῇ καὶ ἁβρότητι· νῦν δὲ τὴν μὲν ἐκ Περσῶν καρτερείαν πάντες ὁρῶσιν ἀποβεννυμένην, τὴν δὲ τῶν Μήδων μαλακίαν ἀφανίζοντας. σαφηνίσαι δὲ βούλομαι καὶ τὴν θρύψιν αὐτῶν. ἐκείνοις γὰρ πρῶτον μὲν τὰς δύνας οὐ μόνον ἀρκεῖ μαλακῶς ὑποστρώννυσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν κλινῶν τοὺς πόδας ἐπὶ ταπήτων πιέσασιν, ὅπως μὴ αἰσθάνηται ὁ δαπεδον, ἀλλ' ὑποείκωσιν αἱ πάπιδες. ἢ μὴ ἐκπαίσιν τοὺς ἐν. τοῦ δαπίδων τοῦ δαπίδες.

ἢ μὲν τὰ σιτία ὅπως τε πέπτεται, ὅσά τε πρόσθεν ὤρνυε, οὐδὲν αὐτῶν ἀφήρηται, ἀλλά τε ἀεὶ καινὰ ὑπομηχανῶνται. ἢ ὄψα γε ὡσαύτως· ἢ γὰρ καινοποιητὰς ἀμφοτέρων τούτων κέκτηνται. ἀλλὰ μὴν ἢ γε τῶν χειμῶνι οὐ μόνον κεφαλὴν ἢ σῶμα ἢ πόδας ἀρκεῖ αὐτοῖς ἐσκεπάσθαι, ἀλλὰ ἢ περὶ ἄκρας τὰς χεῖρας χειρίδας δασείας ἢ δακτυλήθρας ἔχουσιν. ἐν γε μὴν τῷ θέρει οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς οὐθ' αἱ τῶν δένδρων οὔθ' αἱ τῶν πύργων σκιαί, ἀλλ' ἐν ταύταις ἑτέρας σκιὰς αἱ ἄνθρωποι μηχανῶνται αὐτοῖς παρασῶσι. ἢ σκιάσας

Quin & ad venationem quoque totics antea exibant vt pro exercitatione venationes satis essent & ipsis & equis: at vbi Artaxerxes rex, & qui ei erãt familiares, redditi sunt [1] vino inferiores, non amplius eodem modo neque ipsi egrediebantur, neque alios educebant ad venationes: quin potius siqui laboris studiosi atque industrii vna cum suis equitibus venarentur, aperte iis inuidebant, & vt seipsis meliores oderant. Præterea puerorum institutio [2] pro foribus adhuc perdurat: sed disciplina & exercitatio eorum quæ ad artem equestrem pertinent, extincta est, quoniam eo non eunt vbi specimen edendo gloriam consequantur.

Et ꝙ pueri quum illic antea lites audirent secundũ ius & æquũ diiudicari, videbantur discere iustitiam, & hoc omnino in contrariũ versum est: quoniã certo vidẽt eos vincere *causſam* vtri plus dederint. Præterea eorũ vim quæ è terra oriuntur, pueri antea discebant, quo vtilibus vterentur, & à perniciosis abstinerent: nunc vero videntur hæc discere quo mala quamplurima perpetrent. Nusquam igitur plures quam illic, neq; moriuntur, neq; interficiũtur venenis.

Quinetiam multo magis indulgent mollibus & delicatis voluptatibus quã Cyri temporibus. Tum enim adhuc disciplina Persica & continentia vtebantur, Medorum vero stola atq; mollitie: sed hoc tempore Persicam constantiam æquo animo vident extingui, at Medorum mollitiem diligenter seruant. Declarare autem volo eorum quoque mollem & delicatam vitam. Illis enim primum nõ satis est si lecti strata mollia habeant, verumetiam lectorum pedes tapetibus superponunt, ne pauimentum renitatur, sed vt tapetes cedãt. Insuper opere pistorio quç conficiebantur ad mensam, & quæcunque reperta sunt antea, eorum nihil ablatum est, sed & noua semper excogitant, & obsonia identidem: etenim sibi compararunt homines qui noua vtriusque harum rerum artificia inueniant. Insuper hyeme non satis est illis caput & corpus atque pedes tegere, sed in extremis manibus chirothecas villosas habent, & digitalia. At vero æstate contenti non sunt neque arborum neque rupium vmbris, sed illis præsto sunt homines qui in his vmbris alias moliantur.

1 *Sonant Gr. verba*, Ita vino dediti vt ei succumberent. 2 In aula adh. perd. *Vel*, in regia.

Iam

Iam vero & pocula si quãplurima habeant, hoc ornamento gloriantur: verum si iniustis artibus cõparata esse constet, id nulli sibi dedecori ducunt. Apud illos enim iniustitia lucrique turpis cupiditas valde est aucta. Atque antea patrius eis mos erat [1] ne conspicerentur proficisci pedites, non alius cuiusquam rei gratia, quam vt equites optimi fierent: nunc autem plura super equis strata habent quam super cubilibus. Non enim ita equũ tandi curam habent vt molliter sedendi.

In iis vero quæ ad bellum pertinent, annon merito nũc [2] sunt omnino deteriores quam antea? Quibus superiore tempore patrium erat, tum eos qui tertam possiderent, ab hac ipsa equites suppeditare, qui etiam in expeditionem ibant: tum præsidiarios, si militandum esset, pro regione, stipendiarios esse: nunc vero qui ostiarii sunt, & pistores obsoniorumq; artifices, & pincernæ, & balneatores, & qui ad mensã apponũt, & qui è mensa tollunt, & qui dormitum agunt, & qui à somno excitant, & ornatores qui coloribus eos liniũt infricantque, aliaque decenter componunt: hosce omnes ii qui proceres sunt, equites faciunt, quo sub se stipendium mereant. Multitudo igitur ex his quoque apparet, at nulla eorum ad bellum vtilitas. Hoc etiam patet ex iis quæ vsuueniunt. nam in eorum regione hostes facilius commorantur quam amici. Cyrus enim quum ferentarios amouisset, thoracibus autem & eos & equos armasset, & pilum vnum cuiq; dedisset in manum, cominus pugnam gerebat: sed hoc tempore neque iactu vtuntur amplius, neque congredientes cominus prœliantur. Atque pedites habent quidem ipsi crates & copides & secures (quemadmodum Cyri temporibus) quum sunt pugnaturi, sed cominus congredi ne hi quidem volunt. Nec item falcatis curribus ad id vtũtur amplius ad quod eos Cyrus est fabricatus. Cyrus enim quum aurigas amplificasset honoribus strenuosque reddidisset, habebat qui in armatos impetum facerent. Persæ autem huius temporis quum ne norint quidem eos qui præsunt curribus, censent fore vt inexercitatos similes exercitatis habeant. Et hi prosiliunt quidem, sed priusquam fuerint inter hostes, alii è curribus vltro excidunt, alii exiliunt: quo fit vt

καὶ μὲν ἐκπώματα ἐν μὲν ὡς πλεῖστα ἔχουσι, τούτῳ καλλωπίζονται· ἐὰν δ' ἐξ ἀδίκου φανερῶς ἡ μεμηχανημένα, οὐδὲν τοῦτο αἰσχύνονται. πολὺ γὰρ νῦν ἐν αὐτοῖς ἡ ἀδικία τε καὶ αἰσχροκέρδεια. ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐλαύνειν μὲν ἐν ὑπάρχειον αὐτοῖς μὴ ὀκνεῖσθαι πεζῇ πορεύεσθαι, οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἢ τοῦ ὡς ἱππικώτατοι γίγνεσθαι· νῦν δ' στρώματα πλείω ἔχουσιν ὑπὸ τοῖς ἵπποις ἢ ὑπὸ τοῖς δυνῶσι. οὐ γὰρ δ' ἱππείας ἕξεως ὥσπερ τοῦ μαλακῶς καθῆσθαι ἐπιμέλονται.

Τὰ δὲ μὲν πολεμικὰ πῶς οὐκ εἰκότως νῦν τῶν πάντων χείρους ἢ τοῦ πάλαι εἰσίν; οἷς οὐ μὲν τῶν παρελθόντων χρόνων ὑπάρχειον, οἶμαι, ἦν τοῖς μὲν τὴν γῆν ἔχουσι, ἀπὸ ταύτης ἱππάδας παρέχεσθαι, εἰ δὴ καὶ ἐς ἐκστρατείαν· τοὺς δὲ φερεσπόνδους, εἰ δέοι στρατεύεσθαι, περὶ τῆς χώρας μισθοφόρους εἶ)· νῦν δὲ τοὺς τε θυρωροὺς καὶ τοὺς σιτοποιοὺς, καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς, καὶ οἰνοχόους, καὶ λουτροχόους, καὶ τραπεζοῦντας καὶ ἀναπαύοντας, καὶ καταχριμένους καὶ ἀνιστῶντας, καὶ τοὺς κοσμοῦντας οἱ ἱππαγωγοί τε καὶ ἐπιτείνουσιν αὐτοὺς, καὶ τἄλλα ῥυθμίζουσι· τούτους πάντας ἱππέας οἱ δυνάσται πεποιήκασιν, ὅπως μισθοφορῶσιν αὐτοῖς. πλῆθος μὲν οὖν καὶ ἐκ τούτων φαίνεται, οὐ μέντοι ὄφελός γε οὐδὲν αὐτῶν εἰς πόλεμον. δηλοῖ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ γιγνόμενα· ἐν τῇ χώρᾳ γὰρ αὐτῶν φασὶν οἱ πολέμιοι ἢ οἱ φίλοι διατρέφονται. καὶ γὰρ δὴ ὁ Κῦρος τὸ μὲν ἀκροβολίζεσθαι ἀπαυσας, θωρακίσας δὲ καὶ αὐτὸς καὶ ἵππους, καὶ ἓν παλτὸν ἑκάστῳ δοὺς εἰς χεῖρα, ὁμόσε τοῖς μάχῃ ἐποιεῖτο· νῦν δ' οὔτε ἀκροβολίζονται ἔτι, οὔτ' εἰς χεῖρας συνιόντες μάχονται. καὶ οἱ πεζοὶ ἔχουσι μὲν γέρρα καὶ κοπίδας καὶ σαγάρεις, ὥσπερ ἐπὶ Κύρου, τὸ μάχῃ ποιησόμενοι· εἰς χεῖρας δ' ἰέναι οὐδ' οὗτοι ἐθέλουσιν. οὐδὲ γε τοῖς ἁρπεδονοφόροις ἅρμασιν ἐπιχωροῦσιν ἐφ' οἷς Κῦρος αὐτὰ ἐποιήσατο. ὁ μὲν γὰρ, ἅμιλλας αὐξήσας τοῖς ἡνιόχοις, καὶ ἀγαθοὺς ποιήσας, εἶτα τοὺς εἰς τὰ ὅπλα ἐμβαλὼν ἵππους· οἱ δὲ νῦν, οὐδὲ γιγνώσκοντες τοὺς ἐπὶ τοῖς ἅρμασιν, οἴονται σοφίσιν ὁμοίους τοὺς διδασκάλους τοῖς ἠσκηκόσιν ἔσεσθαι. οἱ δ' ὁρμῶσι μὲν, πρὶν δὲ τοῖς πολεμίοις ἐλ), οἱ μὲν, ἐκόντες ἐκπίπτουσιν, οἱ δ' ἄκοντες· ὥστε

1 Non conspici pedibus iter facientes; non al. 2 *Insert.* dicendi sunt. *vel*, dici possunt.

αὖθ' ἱππάρχων γιγνόμενα τὰ ζεύγη πολλάκις πλείω κακὰ τοὺς φίλους ἢ τοὺς πολεμίους ποιεῖ. ἐπεὶ μέντοι καὶ αὐτοὶ γιγνώσκουσιν οἷα σοφίσματα πολεμικὰ ἔνεστι, ὑφίενται, καὶ οὐδεὶς ἔτι αὖθ' Ἑλλήνων εἰς πόλεμον καθίσταται, ὅτε ὅτου ἀλλήλοις πολεμοῦσιν, ὅτε ὅταν οἱ Ἕλληνες αὐτοῖς αὐτῶν ἐφιῶνται· ἀλλὰ καὶ τοῖς τότε ἐγνώκασι μετ' Ἑλλήνων τοὺς πολέμους ποιεῖσθαι.

ἔτι αὖ ποτε

ἐπιπράσκειν φημὶ

Ἐγὼ μὲν δὴ οἶμαι ἄν σοι ἱκανῶς ἀπειρηκέναι μοι. φημὶ γὰρ Πέρσας καὶ τοὺς σοὶ αὐτοῖς καὶ ἀσεβεστέρους εἶναι περὶ θεούς, καὶ ἀνοσιωτέρους περὶ συγγενεῖς, καὶ ἀδικωτέρους περὶ τοὺς ἄλλους, καὶ ἀναισθητοτέρους τὰ εἰς τὸν πόλεμον νῦν ἢ τοτὲ πάλαι ἀποδεδεῖχθαι. εἰ δέ τις ταῦτα ἐμοὶ γιγνώσκει, τὰ ἔργα αὐτῶν θεασάμενος, ῥήσει αὐτὰ μαρτυροῦντα τοῖς ἐμοῖς λόγοις.

αἰσχρὰ

iugales aurigis carentes, pluribus sæpe malis amicos quam hostes afficiant. Quoniam verò ipsi quoque cognoscũt qualiã ad bellum adminicula habeant, animo ad id remisso sunt: nemoq; amplius sine Græcis ad bellum se accingit, neque quum inuicem belligerant, neq; quum Græci agunt contra eos exercitum, sed etiam aduersus hosce statuerunt cum Græcis bellum gerere.

Et ego quidem quæ pollicitus sum, ea me præstitisse arbitror. Dico enim, Persas atque Persarum socios, & magis impios aduersus deos, & magis nefarios erga necessarios, & iniustiores erga alios, & ignauiores ad bellum, hoc tempore quam antea redditos fuisse. Quod si quis secus atque ego sentiat, is eorum opera considerãs, ea testimonio suo verba mea comprobare comperiet.

Apud eundem Xenophontem, in eiusdem Pædiæ libro V.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Ξενοφῶντι, ἐν τῷ τῆς αὐτῆς παιδείας ε'.

Pag. 72, mea edit.

Ἐπ' οὐδενὶ γὰρ βρώματι οὐδὲ πόματι Πέρσης ἀνὴρ τῶν πεπαιδευμένων οὔτε ὄμμασιν ἀσχημονῶν καταφανὴς γένοιτο, οὔτε ἁρπαγῇ, οὔτε νόσῳ, μὴ οὐχὶ παρεῖναι ἂν καὶ μὴ ἐν σίτῳ ὄν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἱππικοί, ἅμα τὸ μὴ παρέσεσθαι ὑπὸ τῶν ἵππων, δύνανται ἅμα ἱππεύοντες καὶ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ λέγειν ὃ δέον, οὕτω καὶ ἐκφανοῖ ἐν τῷ σίτῳ οἴονται δεῖν φέρεσθαι καὶ μέτριοι φαίνεσθαι. ὃ δὲ κεκινῆσθαι ὑπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῆς πόσεως, πολὺ ἀσθενὲς καὶ θηριῶδες δοκεῖ εἶ).

ἀσθενὲς καὶ θηριῶδες

IN nullo enim neq; esculento neque potulento vir Perses, ex iis qui bene instituti sunt, neque oculis commotus appareat, [1] neq; rapina, neq; mente, quo minus eadem prospiciat quæ si in cibo non esset: sed quemadmodum equestres, quoniam in equis non turbantur, possint simul dum equitant & videre & audire & dicere quod sit opus: sic item illi inter epulas existimant oportere & prudentes apparere & moderatos. At moueri esculentis & potulentis, videtur iis esse [2] porcinum admodum & immane.

Vide & quæ hunc locum proxime sequuntur, nec non quæ præcedunt. Sed cum iis quæ hoc loco dicuntur, conferenda sunt quæ septa pag. videlicet 577, legisti de pueris domo afferentibus in cibum quidem, panem, in obsonium vero, nasturtium: ad potum autem, siquis eorum sitiret, vas fictile quod cothona vocabant, vt in id è flumine posset haurire. *Atque his addenda sunt & quæ de puberibus, siue adolescentibus (Græce ephebis) paulo post dicuntur*, quidquid venando ceperint, id eorum obsonium esse: sin nihil ceperint, non aliud obsonium habere quam nasturtium. *Ideo autem conferendi sunt hi loci cum illo libri V, vt consideremus quantum prosit à teneris assuescere. Nam temperanter in ipsa etiam senectute viuere, in eodem illo tradit loco, quum & de pueris exemplum temperantiæ ab eis sumentibus scribat. Tenuis autem victus vestitusque vilis Persarum mentionem facit Xenophon non in iis solum quæ ex eo allata iam fuerunt, sed in hoc etiam libri primi eiusdem operis loco, non procul ab iis quæ deprompta inde habuisti in præcedentibus, per quandam cum molli Medorum vestitu antithesin*, Apud Persas autem qui in patria manent, hoc etiam sæculo & vestimenta sunt viliora, & victus magis est tenuis. *Necnon aliquanto post Cyrus auo suo Astyagi dicit*, Sed longe simplicior apud nos ac rectior est ad se explendum via. Nos enim panis & carnes ad hoc deducunt: vos autem, quum eodem studeatis peruenire quo nos, per multos circuitus ac ambages sursum deorsum errantes, vix tandem eo peruenitis quo nos iamdudum veneramus. *Sed hanc Persarum laudem multum minuit iste libri septimi eiusdem operis locus, vbi de Cyro dicitur*, Quum igitur sciret, Persas, qui domi manerent, vitam agere durissimam propter inopiam, & laboriosissimam, tum propter regionis suæ asperitatem, tum quod opus faciendo victum sibi quærunt: hos potissimum existimauit libenter apud se victuros. *Minuit (inquam) hic locus laudem illam, quod regionis*

1 *Id est*, Neque oculis, neque rapacitate, neque mente vllam commotionem præ se ferat, quominus eadem prosp. 2 *Legit* σύνηθ' (*vt habes in marg.*) *quod & fuillum reddi potest: at* κυνικὸν *est* caninum. *Vox autem* θηριώδης *quam vertit* immane, *sonat potius hic* ferinum, *vel*, belluinum.

natura

natura ad tenuem illum victum eos adigere dici posit. Sed ex iis quæ alibi scribuntur, conijcere est, institutionem bonam non solum hoc addidisse vt boni consulerent hanc victus tenuitatem, aut saltem hunc moderatum victum (nam & μετρίαν διαιταν dicit) sed etiam effecisse vt vellent & spuendi & mungendi necessitatem à se per labores abigere. Atque hoc apud illos etiam qui sua ætate essent Persas mansisse, in eo illo primi libri loco testatur. Videndum tamen quomodo cum hoc conuenire loco possit ille libri octaui, vbi scribit, (hoc quoque exemplo ostendens quantum Persæ à suis maioribus degenerassent) Nam quum antea sancitum esset, *(vel* lege cautum, *nisi &* more receptum *reddi potest)* vt neque spuerent, neque emungerent. (manifestum est autem ipsos non ideo sanxisse vt humori corporis parcerent, sed quod vellent laboribus & sudoribus corpora robusta & velut solida effici) nunc quidem adhuc manet, vt non spuant, nec sese emungant, at se laboribus exercere, nusquam in vsu est. *Quomodo enim Xenophontis etiam sæculo permanebant hæc duo,* non spuere, neque se emungere, *id vero per quod hæc vitabant (quæ aliquoqui vix posse viuere videntur) vt ipse in illo altero loco scribit, iam abolueratur?*

Sed, hanc quæstionem aliis soluendam relinquens, ad eos transeo locos qui contra Persicum luxum, & quidem in regibus nominatim, describunt. Meminisse autem hic oportet horum circa finem libri VIII *verborum,* ὁπόσοι γὰρ ἂν οἱ πρῶτοι ὦσι τοιοῦτοι καὶ αὐτοὶ ὡς ὅτι τὸ πολὺ γίγνονται. *id est,* QVALES enim fuerint qui *aliis* præsunt, tales sunt plerunq; & illi qui eorum subiecti sunt imperio. *Idem vero & ante Xenophontem dictum fuerat, & post Xenophontem etiam dictum fuit: & quidem a nonnullis etiam qui vocem illam* plerunque *non addiderunt. Magna est autem conuenientia inter illum locum, & istum qui eodem in libro legitur, pagina a principio tertia,* QVVM enim vident homines, eum cui maxime licet insolenter agere, modeste se gerere, tanto magis ii qui sunt inferiores vllam suam insolentiam minime exstare volunt. *Adiungendum etiam quod aliquanto post sequitur, de ipso Cyro;*

Et se quidem in tale exemplum proponebat. *Necnon adiiciendus erit hic qui primam eiusdem libri paginam claudit, in mea editione,* ὅταν μὲν ὁ διδάσκαλος βουλ. *&c.*

Ex oratione de Agesilao.

Ἐκ τῆς εἰς Ἀγησίλαον λόγου.

HABET enim rex Persarum qui totum orbem circumeant, quæritantes potum qui suauis illi sit futurus: & innumeri excogitant cibos quibus suauiter vescatur: at vero Agesilaus, quod labori deditus esset, quidquid aderat iucunde bibebat, & quidquid nactus erat, iucunde edebat. ad somnum autem suauiter capiendum quiuis locus idoneus illi erat. Ac non solum dum hæc faceret lætabatur, sed etiam exultabat quoties consideraret se quidem mediis in voluptatibus versari: at barbarum illum *regem* videret, si quidem absque dolore vellet viuere, oportere ab extremis terræ finibus ea secum trahere quæ delectationem sint allatura.

Τῷ μὲν γὰρ Πέρσῃ πᾶσαι χῶραι ἐπέρχονται, μαστεύοντες πῶμα αὐτῷ ἡδέως πίοι, μυελοὺς δὲ τεχνῶνται πῶς αὐτῷ ἡδέως φάγοι. ὅπως γε μὴν καταδαρθοι, οὐδ' αὐ εἴποι τις ὅσα μηχανῶνται. Ἀγησίλαος δὲ, ἅτε ὢν φιλόπονος ἤδη, πρῶτον μὲν ὃ παρὸν ἡδέως ἔπινε, πρῶτον δ' ὃ συντυχὸν ἡδέως ἔφαγεν· εἰς δὲ τὸ καθεύδειν ἡδέως ποῖος τόπος ἱκανὸς ἦν αὐτῷ; οὐ ταῦτα δὲ μόνον πρὸς ἡδονὴν εἶχεν, ἀλλὰ καὶ ἐθυμοῦτο μάλιστα ἐπιγελῶν ὅτι αὐτὸς μὲν ἐν μέσαις ταῖς ἡδοναῖς ἀπαρέσκοιτο· ὁρῶν δὲ βάρβαρον ἐώμενον, εἰ μέλλοι ἀλύπως βιώσεσθαι, σωρεύειν αὐτῷ ἀπὸ περάτων τῆς γῆς τὰ τέρψοντα. *Pag. 390. mea edit.*

In eadem oratione proponuntur & aliæ, in quibus Agesilaus & rex Persarum inter se comparantur: atque hoc inter cetera, quod ille quidquid inter homines auri, quidquid argenti erat, & quæcunque erant pretiosissima, apud se congesta habere niteretur: existimans, si maximam vim pecuniarum haberet, fore vt omnia in potestatem suam redigeret: at vero Agesilaus domum suam contra instituerat, ita vt nullo horum indigeret. *Animaduertendum autem, ad hanc auri argentique coacernationem quod attinet, esse & hoc verisimile ad sonendum etiam suum luxum illum congerere conatum esse: quamuis aliam causam afferat. Cæterum cum illis verbis,* μυελοὺς δὲ τεχνῶνται πῶς αὐτῷ ἡδέως φάγοι, *conferenda hæc quæ habuisti pag. 584, ex alio loco* Φιλῶ τὰ πεπτώματα ὅτι τεράπζαι, ὅσα τε περίδειπνα εὕρητοι οὐδὲν αὐτῷ ἀφῆρηται, ἀλλά τε αἰεὶ καινὰ ὑπομηχανῶνται. Ὁ δὲ καρποπωλικὰς ἀμφοτέρων τούτων κέκτηται. *Verum hoc in loco (qui non procul abest à fine libri octaui & vltimi Paed.) non tantum de Persarum regibus, sed de vniuersa Persarum gente agitur.*

Hinc ad illum digredior locum vbi contrà studiũ rerum bellicarum, necnon agriculturæ, (& quidẽ hanc præponens) in Persarum rege cõmendat: quum alibi rei militaris studiũ in certo quopiã rege, videlicet Cyro, cõmendasset: & quidẽ venationis exercitio ad res bellicas, & maxime ad artẽ equestrẽ, eos præparari dixisset, vt videre est inter illa quæ è lib. Paed. 8. deprompta dedi, p. 580. Verum ibi postquã hæc & alia quædã

eodem pertinentia ſcripſit, & tandem locum illum his verbis clauſit, καὶ τὼ ἐγκράτειαν ἢ, καὶ πόνους & ψύχη καὶ θάλπη & λιμοὺ & δίψος δυνάσθαι φέρειν, οὕτω δὴ μάλιστα προσήκειν τὰς κοινωνίας. *id eſt,* Atque hîc maxime aſſuefaciebat ſodalitia ad continentiam, & ad hoc vt labores necnon frigora & æſtus, quinetiam famem & ſitim tolerare poſſent. *Vbi (inquam) ita locum illum clauſit, adiicit,* & νυῶ δ' ἔτι βασιλεὺς & οἱ ἄλλοι οἱ περὶ βασιλέα ταῦτα ποιοῦντες διάγουσιν. *id eſt,* Atque hoc etiam ſæculo tum rex, tum qui circa regem ſunt, hęc aſſidue faciunt. *Hæc porro, οἱ περὶ βασιλέα, Philelphus vertit* regis familiares. *Quam etiam interpretationem admittere videntur illa verba: at κοινῶνον appellatio eam minime admittit: quamuis huic quoque eam tribuat. vertit enim,* Et hic etiam maxime familiares aſſuefaciebat ad continentiam. *Exiſtimo autem reddi debere hic ſicut & alibi,* ſodalitia, *vel,* eos qui è ſodalitiis erant. *De hoc quoque obiter moneo, quod ad locum illum attinet,* & ἢ ἐγκράτειαν ἢ, *&c. afferrs & hanc lectionem,* & περὶς ἐγκράτειαν δέ. *Inuenitur autem & hæc,* & ἢ ἐγκράτειαν ἢ, & περὶς πόνους, & ψύχη & θάλπη, & περὶ τὸ λιμοὺ & δίψος δυνάσθαι φέρειν. *Verum ex duabus vnam faciens, lubenter ita ſcriberem,* & περὶς ἐγκράτειαν ἢ, & πόνους, & ψύχη & θάλπη, & περὶς τὸ λιμοὺ & δ. *Alioqui, noſtram retinendo ſcripturam, ſaltem ſcribendum eſſet,* & τὸ ψύχη & θάλπη & λ. & δ. δυνάσθαι φέρειν. *Ad illum (inquam) locum tranſeo vbi ſtudium rerum bellicarum & agriculturæ (& quidem huius mentionem prius faciens) commendat. Is autem extat in Œconomico, pag. 482. meæ editionis, vbi Socrates & Critobulus inter ſe colloquuntur:*

Ἡμῖν δὲ δὴ ποίαις * τέχναις] συμβουλεύεις ὦ Σώκρατες χρῆσθαι; Ἆρα (ἔφη ὁ Σωκράτης) μὴ αἰσχυνθῶμεν τὸν Περσῶν βασιλέα μιμήσασθαι; ἐκεῖνον γάρ φασιν, ὃ τοῖς καλλίστοις τε καὶ ἀναγκαιοτάτοις ἡγούμενον εἶναι θ' τιμᾶσθαι, χωρίου τε καὶ τῶν πολεμικῶν τέχνην, πάντων ἀμφοτέρων ἰσχυρῶς θ' τιμᾶσθαι. καὶ ὁ Κριτόβουλος ἀκούσας ταῦτα εἶπε, Καὶ τοῦτο, ἔφη, τοῖς δοκεῖς ὦ Σώκρατες, βασιλέα τῶν Περσῶν γεωργίας τὶ σπουδὴ ἐπιμελεῖσθαι; Ὧδ' αὖ (ἔφη ὁ Σωκράτης) ἐπισκοποῦντες, ὦ Κριτόβουλε, ἴσως ἂν καταμάθοιμεν εἴ τι σπουδὴ ἐπιμελεῖται. τῶν μὲν γὰρ πολεμικῶν ἔργων ὁμολογοῦμεν αὐτὸν ἰσχυρῶς θ' τιμᾶσθαι, ὅτι δὲ ὁπόσων περ ἐθνῶν δασμοὺς λαμβάνει, τούτοις ἔχειν τῶν ἀρχόντων ἑκάστῳ εἰς ὁπόσους δεῖ διδόναι τροφὴν ἱππέας καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας καὶ γεροφόρους, οἵπερ τῶν τε ἐπ' αὐτὸν ἐρχομένων ἱκανοὶ ἔσονται κρατεῖν, καὶ ὑπὲρ τῶν πολεμίων θ' τιμῶσιν, ἀρήξουσι τῇ χώρᾳ. χωρὶς δὲ τούτων, φύλακας ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι τρέφει· καὶ τούτοις μὲν τροφὴν τοῖς φρουροῖς δίδωσιν ὁ ἄρχων ᾧ τοῦτο προστέτακται· βασιλεὺς δὲ κατ' ἐνιαυτὸν ἐξέτασιν ποιεῖται τῶν μισθοφόρων καὶ τῶν ἄλλων οἷς ὡπλίσθαι προστέτακται, καὶ πόλεις ἅμα συνάγων, πλὴν τοὺς ἐν ταῖς ἀκροπόλεσιν, ἵνα δὴ ὁ σύλλογος καλεῖται. καὶ τοὺς μὲν ἀμφὶ τὸν αὐτὸν οἰκοῦντας αὐτὸς ἐφορᾷ, τοὺς δ' ὅσον ἀποικοῦντας, τοῖς οἷς πέμπει θ' τισκοπεῖν· καὶ εἰ μὲν αὖ φαίνονται τῶν φρουραρχῶν καὶ τῶν χιλιάρχων καὶ τῶν σατραπῶν

Quibus igitur *artibus* nobis, Socrates, vtendum cenſes? Num (inquit Socrates) regem Perſarum imitari verebimur? Illum quidē ferunt inter pulcherrima maximeq; neceſſaria ſtudia agriculturam artemque bellicam ducere, & vtranque diligenter atque ſtudioſe [1] curare. Hæc vt audiit Critobulus, Credis, inquit, regi Perſarum agriculturam eſſe curæ? Cui Socrates, [2] Si videamus quid agat, hoc modo fortaſſe diſcemus ſiquid ſit ei curæ. Nam conuenit inter nos eum res bellicas ſtrenue curare, & diligenter adminiſtrare: quod ex quotquot nationibus tributa accipit, vnicuique præfecto definierit in quot equites, ſagittarios, funditores, gerrhophoros, (*id eſt, ſcuta & eiuſmodi tegumenta ferentes*) alimentum partiri debeat: qui & [3] regere poſſint quibus præſunt, quique ſi hoſtes irrumpant, fines tueantur. Præter hos & [4] cuſtodes in arcibus alere conſueuit: & cuſtodibus quidem alimentum ſuggerit huic ab eo muneri præfectus. rex autem per ſingulos annos omnes præter eos qui cuſtodiunt arces, eo cogens quo vocatur conciliū, recenſet qui ſtipendia merent, atque alios quos in armis eſſe iuſſit. [5] Qui non ita procul à regia diſtant, ad eos ipſe inſpectionis cauſſa proficiſcitur: qui longius incolunt, ad eos mittit haud dubiæ fidei viros, qui res ſociorum inſpiciant. Cuſtodum præfectos, & chiliarchos, (*id eſt, qui mille viros ducunt,*) & ſatrapas, ſi

1 Gr. *συνεμμελῶς. id eſt,* Vna *vel* ſimul curare. *q. d. Vna cum rei militaris ſtudio agriculturæ quoque ſtudioſum eſſe.* 2 Hunc in modū diſpicientes, ô Cr. fort. animaduertere poſſimus an aliquam eius quoque curam gerat. 3 *Verbum* κρατεῖν *cum genitiuo ſign.* vincere. *At videtur hoc velle,* Qui ſuperiores ſubditis eſſe poſſint, ſi forte eos rebellare contingat. *Alioqui ſi huius cum genit. conſtructionis habenda non eſſet ratio,* κρατεῖν *verterem* In officio continere, *vt iam olim admonui.* 4 *vel,* præſidiarios. 5 Et eos quidem qui ſunt circa ea loca in quibus habitat, ipſemet inſpiciat: at procul diſſitos fidis hominibus inſpiciendos mandat.

imperatum

imperatum sibi militum numerum expleant, atque lectos egregioſque viros equis & armis pulcre instructos exhibeant, & honoribus auget, & donis ingentibus ditat:[1] quos autem magistratus duceſque reperit aut segnes aut auaros, & quæstus auidos, acerbe castigat, & abire magistratu iubet: alios qui res gerant, constituens. Hæc quum faciat, illum sine vlla dubitatione rerum bellicarũ studioſum esse arbitramur. Præterea quantam potest regni sui partem percurrens inspicit ipse, ac veluti censor in iudicium morum vocat: quod reliquum est, inspiciunt viri fideles ab eo missi. Porro quos præsides regionem populo frequentem, terram excultam, & arboribus quas vnaquæque fert & fructibus plenam præstare cognoscit, his aliam regionem addit, donis ornat, sedibus honorificis præmii causſa donat: quibus autem videt ociosam incultamq; terram, & hominibus infrequentem, siue istud[2] crudelitate, siue insolentia, siue negligentia factũ sit, illos castigat, imperio priuat, & aliis magistratibus constitutis abiicit. Hæc quũ gerit, censen' curare eum minus quî terra à cultoribus exercebitur, quam quî tuto à præsidiis custodietur?

Ὃν ἀριθμὸν ὃν τεταγμένον ἐκπλεῶν ἔχοντες, καὶ τούτους δοκίμους ἵπποις τε καὶ ὅπλοις κατεσκευασμένους παρέχωσι, τούτοις μὲν ἀεὶ ἀρχοντας καὶ ταξιάρχους αὔξει, καὶ δωρεαῖς μεγάλοις καταπλουτίζει· οὓς δ' ἂν ἴδῃ τῶν ἀρχόντων ἢ καταμελοῦντας τῶν φρουραρχῶν, ἢ κατακερδαίνοντας, τούτους μὲν λέπτως κολάζει, καὶ τοῦ τῆς ἀρχῆς, ἄλλους ὀπτίμους καθίστησι. τῶν μὲν δὴ πολεμικῶν ἔργων ταῦτα ποιῶν δοκεῖ ἡμῖν ἀναμφιλόγως ὀπτίμελεῖσθαι. ἐπὶ ὅσον δὲ μὴ τὴν χώρας διελαύνων αὐτὸς καὶ δοκιμάζει, ὁπόσων ἕκαστοι μὴ αὐτὸς ἐφορᾷ, πέμπων πιστοὺς ὀπτικοπείτας. καὶ οὓς μὲν ἂν αἰσθάνηται τῶν ἀρχόντων σμικρολογούμενόν γε τὴν χώραν παρεχομένους, καὶ ἐνεργὸν οὖσαν τὴν γῆν, καὶ πλήρη δένδρων τε ὧν ἑκάστη φέρει καὶ καρπῶν, τούτοις μὲν χώραν τὴν ἄλλων προστίθησι, καὶ δωρεαῖς κοσμεῖ, καὶ ἕδρας ἐντίμους χειρίζει· οἷς δ' ἂν ὁρᾷ ἀργὸν τε τὴν χώραν οὖσαν καὶ ὀλίγαν δένδρων, ἢ ἀφ' ἁλεπότητα, ἢ δι' ὕβριν, ἢ δι' ἀμέλειαν, τούτους ἐκ κολάζων καὶ παύων τῆς ἀρχῆς, ἀρχοντας ἄλλους καθίστησι. ταῦτα ποιῶν δοκεῖ ἡμῖν ὀπτιμελῶς ὅπως ἡ γῆ ἐνεργὸς ἔσται ὑπὸ τῶν κατοικούντων, καὶ ὅπως ὑπὸ τῶν φρουρούντων φυλαχθήσεται;

[1] *Illam lect. sequitur quam ex aduerso notaui: at nostram sequendo, ita hunc locum reddo.* At quos præfectos vel negligere eos qui custodibus [*vel* præsidiariis] præsunt, vel quæstum suum facere compererit, de iis graues pœnas sumit, & illis magistratu submotis, alios curatores substituit. [2] Asperitate. *vel*, acerbitate. [3] Ideo institutæ Persica his & Medis eadem, necnon aliis compluribus. De quibus dixerunt quidẽ multi, sed tamen dicenda & nobis quæ in rem sunt. *Vel*, quæ præcipua sunt. [4] *Malum*, Qui sacrificio faciendo præest.

EX STRABONIS geographicis libris.

Libro XV.

ITAQVE [3] etiam de moribus Persarum etsi permulti dixerunt, tamen dicenda nobis videntur quæ ad rem attinent. Persæ nec statuas, nec aras erigũt: sacrificant in loco excelso. cœlum esse Iouem putant: colunt & Solem, quẽ Mithram vocant: item Lunam & Venerem, & ignem, & tellurem, & ventos, & aquam. Sacrificant in loco mundo, cum imprecationibus, & coronatam hostiam statuunt. Vbi magus,[4] qui sacrificium enarrat, carnes in portiones distribuit, sua quisq; accepta, abeunt, nulla parte diis relicta. dicunt enim deum nihil velle, præter hostiæ animam: quidã tamen (vt fertur) omenti partem igni imponunt. Præcipue igni & aquæ sacrificant, igni arida ligna imponentes adẽpto cortice, & aruina superiecta: deinde

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ γεωγραφικῶν.

Ἐν τῷ ιε' βιβλίῳ.

ΔΙΑ τὸ οὖν τὰ ἔθη τὰ Περσικὰ, τούτοις, καὶ Μήδοις τὰ αὐτὰ, καὶ ἄλλοις πλείοσι· περὶ ὧν εἰρήκασι μὲν πλείους, τὰ δὲ καιρία καὶ ἡμῖν λεκτέον. Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα μὲν καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται· θύουσι δὲ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, ὃν οὐρανὸν ἠνυμένοι Δία· προσθῶσι δὲ καὶ ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν· καὶ Σελήνῃ, καὶ Ἀφροδίτῃ, καὶ πῦρ, καὶ γῇ, καὶ ἀνέμοις, καὶ ὕδωρ. θύουσι δὲ ἐν καθαρῷ τόπῳ, καταξάμενοι καὶ ᾠδῆς πασάμενοι ὃ ἱερεῖον ἐστεμμένον. μελίσαντος δὲ τὰ κρέα, ὃ ὑφηγεμὼν τῆς ἱερουργίας, ἀπίασι διελόμενοι· τοῖς θεοῖς δὲν ἀπολείποντες μέρος· τὸν γὰρ ψυχὴν φασι τὸ ἱερεῖον δοῦναι τῷ θεῷ, ἀφ' ὃ σάρκες· ὅμως δὲ τὸ βούλεται μικρὸν πάντα σιν, ὡς λέγουσι τινες, ὅπως ὁ πῦρ. ἁψάμενοι δὲ ὡς πυρὶ καὶ τοῦ ὕδατι θύουσι, τοῦ μὲν πυρὶ προσπτήξαντες ξηρὰ ξύλα, τοῦ λέπους χωρὶς, πιμελεῖ ὑπιπτήξαντες αὖθις· εἶθ'

Male in Ald. & nuξαμενοι π.

τοῦ θηλέα-
νος,

ὑφάπτουσιν, ἔλαιον ἐπιχέαντες, οὐ φυσῶντες,
ἀλλὰ πνίζοντες. τὸν δὲ φυσήσαντα, ἢ νεκρὸν ἐ-
Distingue post ὕδατι, & intell. repetendo hoc verbū μιαίνουσι: è precedentibus.
πὶ πῦρ θέντα, ἢ βόλβιτον, θανατοῦσι. τῷ δὲ ὕδατι
τι ὅτι λίμνην ἢ ποταμὸν, ἢ κρήνην ἐλθόντες, βόθρον
τῷ δὲ ὕδατι ὀρύξαντες, εἰς τοῦτον σφαγιάζοντες, φυλαττόμενοι
οὕτω θύουσι, μή τι τοῦ πλησίον ὕδατος καθαροῦ αἵματι χθιὴ, ὡς
μιαίνοντες. εἶτ' ὅτι μυρρίνην ἢ δάφνην λαβόντες
τὰ κρέα, ῥάβδοις λεπτοῖς ἐφάπτουσι οἱ μά-
ἐφάπτουσι γοι, καὶ ἐπᾴδουσιν, ἐπισπένδοντες ἔλαιον ὁμοῦ γά-
λακτι καὶ μέλιτι κεκραμένον, οὐκ εἰς πῦρ, οὐχ ὕ-
δωρ, ἀλλ' εἰς τὸ ἔδαφος. ταῖς δ' ἐπῳδαῖς τοιοῦτο
πολὺ χρόνον, ῥάβδους μυρικίνους λεπτοὺς διέ-
σμιλλον κατέχοντες. ἐν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ (τοσ-
Ald. Πύρε- λὺ γάρ ἐστι ὁ τῶν μάγων φῦλον, οἱ καὶ Πύραιθοι καλοῦν-
θοι ται· πολλὰ δὲ καὶ τῶν Περσικῶν θεῶν ἱερά)
οὐδὲ μαχαίρᾳ θύουσι, ἀλλ' ἀκρεμόνι τινὶ, ὡς ἂν ὑ-
Deinde & honoris tam leoni quam ibidi exhibiti rationem reddit. Quum autē alibi huius honoris mentionem faciat, tanquā ab omnibus Ægyptiis exhiberi ſoliti, in iis quæ locū hunc paruo interuallo præcedunt, de ſacerdotibus nominatim hoc dicit. Poſtquam enim ab eo dictus eſt porcus neque in forma habere aliquid magis abſurdum, neque in natura magis illepidum, quam ſit in ſcarabeo, gryphe, crocodilo, fele: *ſubiungit,* οἷς ὡς ἀγιωτάτοις ἱερεῖς Αἰγυπτίων ἄλλοι ἄλλοι πρεσβεύουσιν. *id eſt,* erga quæ, tanquam ſanctiſſima, Ægyptii ſacerdotes, alii erga alia, ſe gerunt. *Quamuis autem, quum ſcribit illos ita ſe erga ea vt ſanctiſſima gerere, tacite innuat ea coli ab illis: quum tamen illud, non hoc, ſonet Græcum loquendi genus, non debuit a Xylandra ita reddi,* Quorum alia ab aliis Ægyptiorum ſacerdotum coluntur. *Quin etiam male* ἀγιωτάτοις, *quod de animalibus Plutarchus dicit, ille ipſis ſacerdotibus tribuit. totum enim locum ita vertit,* Quorum alia ab aliis Ægyptiorum ſacerdotum ſanctiſſimis coluntur. *Eſtque inſuper animaduertendum, non dici, loquendo de animalibus,* ἁγιωτάτοις, *ſed* ὡς ἁγιωτάτοις. *Atque vt obiter, Plutarchum cum Plutarcho conferre, id eſt, eius locos inter ſe, lectorem doceā: dico, genus illud loquendi,* προσφέρεσθαι αὐτοῖς ὡς ἁγιωτάτοις, *reſpondere illi quod habuimus antea ex libro De Iſide & Oſiride,* θεὶ ποιεῖσθαι ὡς θεούς.

Ceteros Plutarchi locos omittens, in quibus agit de iis quæ apud Ægyptios peculiariter in more poſita erant, venio ad quendam, qui miram quæ in conuiuiis eorum recepta erat conſuetudinem deſcribit. Legimus enim in eo eius opuſculo quod Conuiuium ſeptem ſapientum inſcripſit, pag. 256 meæ editionis,

Ar Ægyptius ſceletus (id eſt *cadauer hominis exſiccatum, cui oſſa tantū ſuperſunt*) quem in conuiuia inferentes, *conuiuis* proponunt, & hortantur vt recordentur ſe non multo poſt tales futuros, is quamuis ingratus & intēpeſtiuus comeſſator aduenerit, tamen non omnino nullum ibi locum habet: ſi quidem non ad potandum & ad fruendum deliciis, ſed ad mutuum amorem ac dilectionem exhortatur, monetque vt vitam, quæ tempore eſt breuis, malis rebus longam non reddant.

Ὁ δὲ Αἰγύπτιος σκελετὸν, ὃν ὀπτεικὸν εἰς φέροντες εἰς τὰ συμπόσια περιτίθενται, καὶ προκαλοῦσι μεμνῆσθαι πάντα σὴν τοιούτους ἐσομένους, ὥσπερ ἄρτι εἶ καὶ ἄνους ὀπτεικώμους ἦκον, ὅμως ἔστι χρεία τινὰ καὶ χρείαν· εἰ μὴ πρὸς ὃ πίνειν καὶ πλυτασθεῖν, ἀλλὰ πρὸς φιλίαν καὶ ἀγάπησιν ἀλλήλων παρατρέπεται, καὶ προκαλεῖ μὴ ὃν βίον, τὸν χρόνῳ βραχὺν ὄντα, πράγμασι κακοῖς μακρὸν ποιεῖν.

Suſpectum eſſe poteſt hoc loco ſtud vocabulum:

Ab hoc Ægyptiorũ in cõuiuiis more, qui à Plutarcho describitur, ad alia quæ alii scriptores in conuiuiis itidem, aut etiam simpliciter in cœnis, consueta illis fuisse tradunt, veniendum est. Illorum autem scriptorum testimonia ex Athenæo depromam. Ac primum, in more positum illis fuisse conuiuiorum luxum, & quidem maiorem quam Persis, ex hoc Lyncei in Ægyptiacis loco, vbi Ægyptiorum cœnas Persicis anteponendas esse contendens, scribit,

Αἰγυπτίων ὑπερστρατευσάντων ὅτι Ὦχον τὸν Περσῶν βασιλέα, καὶ νικησάντων, ἐπεὶ ἐλήφθη αἰχμάλωτος ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς, ὁ Ὦχος ἀὼν φιλοξενώτατος ἄγαν, συνάλεσε καὶ ὅτι δεῖπνον. τῆς οὖν παρασκευῆς λαμπρᾶς ὁ Αἰγύπτιος καταγέλα, ὡς ἀτελοῦς τῆς Γέρσου θεωμένων. Εἰ γὰρ θέλεις (ἔφη) εἰδέναι ὦ βασιλεῦ πῶς δεῖ τεῖσθαι τοὺς δυνάμενας βασιλέας, ἐπίτρεψον τοῖς ἐμοῖς ποτὲ θεράπουσι μαγείρους παρασκευάσαι σοὶ Αἰγύπτιον δεῖπνον. καὶ κελεύσαντος, ἐπεὶ παρεσκευάσθη, καθεὶς ὁ Ὦχος τὰ δείπνα, Κακὸν κακῶς σε (ἔφη) ὦ Αἰγύπτιε ἀπολέσειαν οἱ θεοὶ, ὅστις δεῖπνα τοιαῦτα καταλιπὼν, ἐπεθύμησας θοίνης ἀτελεστέρας.

Quum Ægyptii Ocho Persarum regi bellum intulissent, & Persis victoria potitis rex Ægyptiorum captiuus esset, comiter ac benigne illum tractans Ochus etiam inuitauit ad cœnam. Quũ igitur splendidus apparatus foret, irridebat Ægyptius, tanquam viles Persæ epulæ essent. Quod si vis (inquit) videre ô rex qualis beatorum regum victus esse debeat, permitte illis qui mei aliquãdo coqui fuerunt Ægyptiam cœnam tibi struere. Quod quum fieri iussisset Ochus, & structa esset, ea delectatus, Malum te male dii perdant (inquit) Ægyptie, qui, relictis huiusmodi cœnis, viliores epulas expetiueris.

Sequitur apud Athenæum,

Τίνα δ' ἦν τὰ Αἰγύπτια δεῖπνα, Πρωταγορίδης ὁ τῶν περὶ τὸν Δάφνιν ἀγώνων διδάσκων ἡμᾶς, λέγων ὅτως, Τρίτη δ' ἐστὶν ἰδία δείπνων, Αἰγυπτιακὴ, τραπέζῃ μὲν ὁ παρατιθέμενος, σανίσκων δ' οὐ φερομένων.

Quænam autem Ægyptiacæ cœnæ essent, Protagorides libro de Daphnicis ludis primo nos docet, his verbis, Tertia cœnarum species, est Ægyptiaca: quum mensæ non apponuntur, sed patinæ circumferuntur.

Male autem vertit quidam, Tertia cœnarum species est Ægyptiarum, in quibus non admouentur mensæ, *&c. Non enim* Αἰγυπτιακῶν, *sed* Αἰγυπτιακὴ *scribit Protagorides: & duabus cœnarum speciebus propositis, tertiam quandam addit, quam esse Ægyptiam dicit.*

Apud eundem Athenæum in fine libri primi legimus, istud esse argumento Ægyptios fuisse vinolentos, quod apud eos solos tanquam lege quadam cautum esset, ante vllum cibum brassicam elixam edere. *Intelligit enim, illos ad vitandam ebrietatẽ hoc facere solitos fuisse. Apud eundem, in illa libri vltimi parte quæ in omnibus typographicis editionibus desideratur, legimus,* coronam initio epularum dari solitam. *Postquam enim dixit,* Φιλόξενος δ' ὁ διθυραμβοποιὸς ἐν τῷ ὑπογεγραμμένῳ δείπνῳ ἀρχὴν ποιεῖται τοῦ σίφωνος καὶ εὐωχίας, *non longo interuallo subiungit,* Ἦν γὰρ ἐν Αἰγύπτιοις, ὡς Ἡρόδοτος φησὶν ἐν τοῖς, *&c.*

Vinolentiæ autem illorum & alibi meminit: & quidem in fine libri primi scribitur ex Dione quodam Academico vinosos & bibaces Ægyptios fuisse: atque adeo inuentum apud eos fuisse inopiæ subsidium, vt qui propter illam vino destituerentur, ex ordeo confectum biberent. Eius autem potu adeo exhilarari solitos vt canerent & saltarent, ac omnia facerent quæ qui vino ebrii sunt facere consueuerunt.

Etiam ἀρτοφάγους vocat Ægyptios Hecatæus, apud eundẽ lib. X: id est, panis edaces: *mentionem simul addens illius ordaceæ potus: id est, ex ordeo confecti.* Ac propterea (*addit Athenæus*) Alexis in libro περὶ αὐταρκείας scribit Bocchorin & patrem eius Neochabin frugali victu vsos fuisse. *Sed miretur quis quomodo facta mentione illius edacitatis panis, necnon illius ex ordeo confecti potus (quo solitos non minus quam vini potu inebriari, modo legimus) subiungat,* Ac propterea Alexis Bocchoridi & patri eius frugalitatis laudem tribuit. *Sed intelligit (vt opinor)* Ac propterea frugalitatis eorum tanquam rei quę alioqui apud Ægyptios rara & notabilis esset, mentionem facit. *Cæterum voluisse illos arbitror in hac frugalitate, aut victu frugi (nisi quis μετρίαν τροφὴν moderatum victum, aut parcum & parabilem, aut etiam tenuem interpretari malit) antiquum etiam morem repræsentare, tanquam fortasse conantes eum reuocare. Legimus enim libro V, ex quodam Apollonio,* Παρ' Αἰγυπτίοις ἦ τοπαλαιὸν σωφρονικῶς διεξήγετο τὰ περὶ συμποσίων ἤθη. κατήμενοι μὲν γὰρ ἐδειπνοῦν, τροφῇ τῇ λιτοτάτῃ καὶ εὐπετεστάτῃ χρώμενοι, καὶ οἴνῳ τοσούτῳ ὅσος ἱκανὸς ἂν γένοιτο πρὸς εὐθυμίαν. *id est,* Quinetiam apud Ægyptios antiquitus conuiuia temperanter celebrabantur. Sedentes enim cœnabant, vilissimo quidem sed saluberrimo cibo contenti: ac vino quantum ad exhilarandum animum satis esset.

HEN-

HENR. STEPHANVS LE-
ctionis Herodoti ſtudioſis.

HACTENVS de Ægyptiacis quoque legibus & inſtitutis quædam velut appendix ad Herodotum, ſicut antea de Perſicis. Dare enim illam ampliorem minime viſum eſt, ſicut nec hanc. Quam tamen quoniam titulus promittit non hiſtoricorum tantum ſed aliorum etiam ſcriptorum locos exhibituram, duorum poetarum, vnius inter tragicos celeberrimi, alterius inter comicos non incelebris, verſus adiungam. Illius tragici, cui nomen eſt Sophocli, verſus, (qui omnino allegatur his Herodoti pag. 103, verbis, ὁ δὲ τοῖσι αἱ μὲν γυναῖκες ἀγυρτέουσι καὶ κατηλάδεσι· οἱ δὲ ἄνδρες, κατ' οἴκους ἐόντες, ὑφαίνουσι) in OEdipo Coloneo, pag. 283 nouæ editionis, ſunt hi,

Ὦ πολύτ' ἐκεῖνο τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις
Φύσιν κατεικαθέντε καὶ βίου τροφάς.
Ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν ἄστεως χτὶ πέγας
Θακοῦσιν ἰσουργοῦντες, αἱ δὲ σεμνόμοι
Τἀνδρὸς βίου τροφεῖα προσπολοῦσ' ἀεί.

At vero Anaxandridæ comici verſus ſunt hi, aduerſus Ægyptios, animalia, tanquam deos, colentes,

Quos ita ex tempore reddidi,

Patrocinari non queo vobis ego.
Nec moribus enim nos ſumus nec legibus
Conſentientes: diſſidemus plurimum.
Bouem tu adoras, ſacrifico deis eum.
Anguilla deus eſt maximus, te iudice,
Obſoniorum iudicamus maximum.
Haud es ſuillam, veſcor hac ego libens.
Canem veneraris, ipſe contra verbero,
Obſonium voratur illi quum meum.
Noſtra integri vult lex ſacerdotes ſient
Omni ſui parte, integros haud veſtra vult.
Felem ſe habentem quum tu videris male,
Ploras: ego libens perimo, poſt pellem au-
fero.
Araneus mus pollet iſtic, non & hic.

Οὐκ ἀλλὰ δικαίως ἐστὶν ὑμῖν ἐγώ,
Οὔθ' οἱ τρόποι γὰρ ὁμονοοῦσ', οὔθ' οἱ νόμοι
Ἡμῖν, ἀπ' ἀλλήλων δ' διέχουσιν πολύ.
Βοῦν προσκυνεῖς, ἐγὼ δ' ἔθυσα τοῖς θεοῖς.
Τὸν ἔγχελυν μέγιστον ἡγῇ δαίμονα,
Ἡμεῖς δ' ὀψῶν μέγιστον τοῦτον πολύ.
Οὐκ ἐσθίεις ὗν, ἐγὼ δέ γ' ἥδομαι
Μάλιστα τούτοις. κύνα σέβει, τύπτω δ' ἐγώ,
Τὸν ὄψον κατεσθίουσαν ἵνα μὴ λάβω.
Τοὺς ἱερέας σὺ μὲν ὅλους κλήρους νόμος
Εἶναι, παρ' ὑμῖν δ', ὡς ἔοικεν, ἀπηργμένους.
Σὺ μὲν τὸν αἴλουρον κακὸν ἔχοντ' ἰδὼν ὀδύρει,
Κλαίω δ' ἐγὼ δὴ ἥδιστ' ἀποκτείνας δέρω.
Δικαίως παρ' ὑμῖν μυγάλη, παρ' ἐμοὶ δέ γ' οὔ.

ADPENDIX ALIA

AD HERODOTVM,

De incremento Nili, & eius cauſsis:

è diuerſis auctoribus adiecta.

G. IVNGERMANVS LECTORI CANDIDO S.

DVPLICEM adpendicem ab Herodoto ad Herodotum, quæ anteceſſit, antea habuiſti, amice lector, & nunc iterum habes. Quam exangere atque locupletare nobis conſilium non fuit, forte nec facile etiã fuiſſet, ſolũ per temporis illius anguſtias, in quas cum hac editione cõiecti ſumus. Bonũ potius factum fore putauimus, ſi aliquid adiiceremus, quod quaſi tertiæ adpendicis vicem eſſet ne prorſus ἀσύμβολοι eſſe voluiſſe videremur: pro eaque re incidere ſtatim quæ de Nilo aliter ac Herodoto factum fuit, diuerſis ab auctoribus diſputata vltro citroque eſſent. Cui cogitationi locum dedimus eo libentius, quod hæc talia cum Stephanianæ adpendicis altera parte ita cõiurent amice vt quaſi eius ſubadpendix quædam videri queant. Et quid enim magis Ægyptiacum quam Nilus? Νεῖλος, inquam cum Ariſtide, ποταμῶν ἐχ ἅπαντα κάλλιστος, ἡ μὲγιστος, ἔργα καὶ θέας ἡδονῆ, καὶ τοῖς πᾶσι πολὺ νικῶν. Cui, vt idem facundiſſimus rhetor ex aliquo τῶν ἀμυήτων puto hauſit, Ægyptiorum feriæ ſollemnes atq; ſacrificia pleraque dicata ſunt atque conſecrata. Nec iniuria tanto in honore & veneratione haberi à gentilibus videatur iſte

Vnicus in terris Ægypti totius amnis,

quum ei id omne acceptum referant, quòd terræ motum non ſentiant vmquam, quod à peſte ſint liberi; quod eorum terram nullis diluuiis cæleſtibus miſceri contingat, vel ingenti imbre obrui. In quibus & Græcos adſtipulatores inuenerunt. Ita enim Ariſtides in extrema Ægyptiaca vnde & priora deprompſimus: ὡς δὲ καὶ σεισμοῖς καὶ λοιμοῖς καὶ τοῖς ἐξ ὑετῶν καὶ κατακλυσμοῖς ἀπαλλάττει ἡ χώρα ἔστι μὲν καὶ τῶν πρὸ ἡμῶν Ἕλλησι λεχθέν. De huius vero fluminis potiſſimũ incremento eiuſq; cauſſis viri priſci mire inter ſe decertarunt, & vnuſquiſque ſibi facilius reperire potuit qui ſuam ſententiam refelleret, quam qui ſectarentur: ita vix vllus quidquam protulit in medium, quin ceteri continuo irent in ὁmnia alia, & ſibi non videri teſtarentur. Ea igitur quæ de hac re iſtaque opinionum diuerſitate teſtata relinquere voluere optimi auctores, pluſcula ex variis qui nobis ad manum erant adiecimus, in quibus pleriſque Herodoti noſtri mentio fit. Nec de ordine laborare multum voluimus, occupati magis in hoc vt raptim deſcriberemus iſta, ne operas moraremur. Prius tamen poſuimus qui plurium de hac re ſententias breuiter collegerunt, vt PLVTARCHVM & ANONYMVM quendã, qui ex H. Stephani officina cum opuſculis variis hiſtoricis ac philoſophicis Ariſtotelis & Theophraſti &c. anno domini ∞ IↃLVII prodiit, à quo præter aliorum & Calliſthenis hiſtorici placitum refertur, quem ab aliis quos quidem hic coniunximus, haud nominatũ arbitror: afferunturibi & è tragicis quædam quæ apud alios haud temerè reperias; vel non ita plene. His tertius ſuccedit THEOPHYLACTVS SIMOCATA prolixius ſingulorum è priſcis eiuſm. opiniones & referens, & refellens, non tamen è ſuo capite, quod minime adhibuit in conſiliũ, ſed è bibliotheca Diodori Siculi, vnde iſta omnia deſcripſit fere ὡπολεξεί, quãuis bono illo viro ne nominato quidẽ. Sane fuerũt ταῦτα καὶ πάλαι à conferentibus deprehenſi ſæpius auctores à iuratiſſimis & proximis veteres tranſcripti ad verbũ, neque nominati quidem, vt Plinii loquamur verbis. Sordidum tamen hoc, & ab ingenuo pudore alienum: potiuſque nobis Virgiliana virtus & Ciceroniana ſimplicitas placeat. *Obnoxii enim profecto*, vt hoc eodem cum Plinio dicamus, *animi & infelicis ingenii eſt, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere, quum præſertim ſors fiat ex vſura.* Nec itaque mirum, quum & veteres ipſi olim ideo male audirent frequenter, ſi noſter Ægyptius ſequioris iam ævi, alienum partum ſibi ſupponere clam voluerit: qua in parte tamen, niſi fallor, cenſoriam notam à litteratis viris, quibus hoc ius ſua virtute datum eſt, haud lucrifaciet. Exſcripſit, inquam, iſta quæ illuſtris hiſtoricus Diodorus Siculus de Nili augmento libro primo βιβλιοθήκης ἱστορικῆς, ſub finem τοῦ πρώτου μυθικοῦ, prolixe aliorum opinionibus allatis & confutatis, diſputauit, Simocata ad verbum fere, raro φράσιν immutans, quibuſdam etiam diuiſis. & mutaſſet ſaltem ordinem, vel aliquid de ſuo largitus quoque fuiſſet, cetera eum ἄκριτον quod ad nos attinet diſerte profiteremur, nec quidquam volumus alias detractum, vt quem excutere diligentius nullum fuerit hactenus ocium. Quum ea itaq; ex Simocatæ editione nupera adieciſſemus, quamuis correctiora, haud opus eſſe putauimus, vti eadem ex Diodoro deſcriberemus denuo, actum agentes ſcilicẽt: præſertim quum iſ è Marnii noſtri officina non ita pridem in publicum editus ſit à ~~Ian. Rhodomano, viro amice cuius memoriam ſancte colimus, cuiuſque opera bibliotheca Graeca detrimentũ nec opiſſet certo nouimus, & vtpar eſt dolemus.~~ Excerpſimus ſaltẽ Herodoteæ ſententiæ αἰακτιανὴν, vt apud DIODORVM ipſum ea extabat. Ἐκ τούτων ταῦτα. Poſt hæc inſignis locus ſequitur ex ARISTIDIS Adrianæi oratione Ægyptiaca qui prolixam confutationem continet eorũ quæ ſcripſit Herodotus de Nili auctu. Merebatur ſane ea oratio tota hic addi, niſi longitudo obſtitiſſet, quũ operæ noſtræ vix ita ſperent ſe hanc editionem tempori abſoluturas. Copioſe enim & eleganter omnem hanc opinionum varietatem pertractat, primum de eteſiis ὡς μελτῶν τε καὶ αἰαίων: hoſce vẽtos afferre pro cauſſa illius incrementi: dein de niuibus liqueſcentibus quòd afferant, non magis verum eſſe: tum ſententiam, quę in Anonymi ſcripto tribuitur Calliſtheni, redarguit: inde Herodotum noſtrum, exin Ephorum, mox Euthymenem. poſt Oenopidem, tandẽ & ipſum Homerũ aggreditur. Ariſtidem itaq; ὁ φιλοπάτωρ poteſt adire ipſum. Nos tantũ, vt diximus, eam orationis partem quæ aduerſus Herodotũ noſtrum directa excerpere potuimus. His omnibus auctarioli loco quædã in eandem rem ex STRABONE, DIONE ſiue eius abbreuiatore XIPHIAINO, & HELIODORO ſubiecimus; agmen vero hoc nobis claudit THEODORETVS Cyri epiſcopus, quem ἀφ' ἑνὸς Herodoto no-

pōtō noſtro fuiſſe patet, licet pie moneat nimiam curioſitatem in eiuſmodi abſtruſis nobis abſtinendam eſſe. Hæc ſunt, amice lector quæ cum iſta προοιμίῳ tibi damus. Interpretes ſingulorum ὑποτιτλίων ad oram paginarum exteriorem indicauimus. Vnico iſti τῷ αἰνιγμῷ, quod ſecundum numero eſt, nullus exſtabat quod quidem noſſem: inueni tamē qui tumultuaria opera in Latinam linguam conuerteret, rogatque ſi cubi aberrauerit ab humano lectore veniam. Græcus textus vt in quibuſdam etiam emendatior, quam antea accidit, ederetur, operam pro virili dedimus: idque adparebit ſpero ſi cui forte comparare libebit. Alia quædam quæ in mentem veniebant, vel admonenda videbantur, vt & quædam ab aliis adnotata, ea ad inferiores paginarum oras adpoſuimus. Vale, lector amice & candide, operamque noſtram qualem qualem boni conſule.

DE NILI INCREMENTO, EX DIVERSIS SCRIptoribus.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΝΕΙΛΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ, ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ.

EX PLVTARCHO, *De placitis philoſophorum libro IV, cap. I.*

ΕΚ ΤΟΥ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ, Περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις βιβλ. δ'. κεφ. ά.

THALES cenſet Eteſiarū, qui venti Ægypto aduerſi ſpirāt, ſtatu Nili aquas attolli, quod oſtia ipſius quibus ſe exonerat, maris obtruſi influxu obturentur. EVTHYMENES Maſſilienſis, ex Oceano marique externo ſuapte natura dulci fluuium impleri. ANAXAGORAS, niue Æthiopica, quæ hyeme frigens, æſtate liquetur. DEMOCRITVS, niue in partibus ad ſeptētriones ſitis ſub ſolſtitium æſtiuū reſoluta atq; diffuſa, denſari ex vaporibus nubes, quæ compulſæ verſus meridiem & ad Ægyptū ab eteſiis ventis, in magnos ac vehementes diſſoluātur imbres, quibus cum paludes, tū Nilus impleantur. HERODOTVS hiſtoriæ ſcriptor æqualem à fontibus fluere Nilum hyeme æſtateq; perhibet: minorē autē hyeme videri, quia tum ſol Ægypto vicinior in vaporem aquas redigat. EPHORVS, hiſtoricus is quoq;, æſtate ait relaxari totam Ægyptū, ac quaſi exſudare copioſam aquā. ac conferre ad hoc etiam Arabiā & Africam ob raritatem & fabuloſum ſolum. EVDOXVS ait, ſacerdotes imbribus & oppoſitis temporū anni rationibus rē imputare. quando enim apud nos æſtas eſt, qui ſub ęſtiuo habitamus Tropico, tū iis qui ex regione ſub brumæ circulo degūt hyemem eſſe, à quibus tum exundans aqua prorumpat.

ΘΑΛΗΣ τὰς ἐτησίας ἀνέμους οἱονεὶ πνέοντας τῇ Αἰγύπτῳ ἀντιπροσώπους ἐπαίρειν τὸν Νείλου τὸν ὄγκον, ἅμα τῷ τὰς ἐκροὰς αὐτοῦ ληφθῆναι παρ' ἀὐσιν τοῦ πελάγους ἀνακοπέντας. Εὐθυμένης ὁ Μασσαλιώτης, ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ τὸ ἔξω θαλάσσης γλυκείας κατ' αὐτὸ σημαίνεσθαι πληροῦσθαι ὑπὸ ποταμῶν. Ἀναξαγόρας, ἐκ τῶν χιόνων τῶν ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ τηκομένων μὲν ὑπὸ θέρους, ψυχομένων δὲ τῷ χειμῶνι. Δημόκριτος, τὸ χιόνος τὸ χειμῶνι ἐν τοῖς πρὸς ἄρκτον μέρεσιν ὑπὸ θερινὰς τροπὰς ἀναλυομένων τε καὶ διαχεομένων, νέφη μὲν ἐκ τῆς ἀτμῶν παλάξεις, τούτων δὲ ἀπελαυνομένων πρὸς μεσημβρίαν καὶ τὴν Αἴγυπτον ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἀνέμων, ἀποτελεῖσθαι ῥαδαίους ὄμβρους, ὑφ' ὧν ἀναπίμπλασθαί τε λίμνας καὶ τὸν Νεῖλον ποταμόν. Ἡρόδοτος, ὁ συγγραφεὺς ἴσον μὲν ἐκ τῶν πηγῶν φέρεσθαι χειμῶνος καὶ θέρους, φαίνεσθαι δ' ἐλάττονα τὸν χειμῶνα, διὰ δὲ τοῦτο τῷ χωρῷ πλησιαίτερον τὸν ἥλιον τὴν Αἴγυπτον, ἐξαλμίζειν τὰ νάματα. Ἔφορος ὁ συγγραφεύς φησιν ἀναχαλᾶσθαι τὸν ὅλην Αἴγυπτον, καὶ οἱονεὶ ἐξιδρῶτα πολυτρόπως. συνιδίδωσι δὲ αὐτῇ καὶ Ἀραβία καὶ Λιβύη τοῦτο δὲ θέρους καὶ ὑποχαμοῦς. Εὔδοξος ἱερεῖς φησι λέγειν τὰ ὄμβρια τῶν ὑδάτων, καὶ τὰ ἀποβαίνοντα τῶν ὡρῶν, ὅταν παρ' ἡμῖν εἶη θέρος τοῖς ὑπὸ τὸν χειμερινὸν τροπικὸν οἰκοῦσιν, τότε τοῖς ὑπὸ τὸν θερινὸν τροπικὸν αὐτοῖς χειμὼν ἔστιν, ἐξ ὧν ὁ πλημμυρῶν ὕδωρ καταῤῥηγνυται.

1 legebatur αὐτὸ, q. d. Euthymenem ſenſiſſe, mare extremum eſſe dulce. ms. habet αὐτὸ, ſuapte natura. pro τοῦ αὐτοῦ. nā adſpirationem negligi non eſt prorſus inuſitatum. αὐτὸ etiam Budæus legit. G. Xyl. 2 li. 1. c. 25. 3 ἐξιδρῶτα, reſponendum exiſtimo ex Xylandri ſententia, quum & in libro ſcripto demirata ſe reperiſſe dicat. Patet id ex opinione Ephori ſtatim ut eam refd. Siculus, & ex hoc Theoph. Simocata retulere.

Plutarchi ipsius vero sententia quænam fuerit, docere nos possint qui auctorem illum euoluere diligentius. Mihi saltem succurrunt quæ lib. περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος scripsit, è quibus forte coniectare liceat eum illis qui in etesias auctus Nyliaci caussam referebãt, non fuisse αἰτιφθορον. verba ex libello, quem dixi, sunt: ἡ δὲ σωτηρὸς αὐτοῦ (Τυφῶνος) βασιλὶς Αἰθιόπων αἰνίσσεται πνεῦμα νοτίας ἐξ Αἰθιοπίας. ὅταν γὰρ αὖται πρὸ ἑπτείων ἐπιπεσοῦσαι τὰ νέφη πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν ἐλαύνωσιν, καὶ κωλύσωσι τὰς τοῦ Νείλου ἀῤῥοίας ὁμβρους καταῤῥαγῆναι, κατέχων ὁ Τυφὼν ὑπερφέρει, καὶ πολὺ κρατήσας παντάπασι τὸν Νεῖλον εἰς ὀπισθότονον ὑπὸ ἀσθενείας συναλίσκοντα καὶ ῥέοντα, κοῖλον καὶ ταπεινὸν ἐξέωσε καὶ ἐξέβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν. ἡ δὲ λεγομένη καθειρξις εἰς τὸν σορὸν Ὀσίριδος, οὐδὲν ἔοικεν ἄλλ' ἢ κρύψιν ὕδατος καὶ ἀφανισμὸν αἰφνιδίαν. διὸ μιῶς Ἀθὺρ ἀφανισθῆναι τὸν Ὀσίριν λέγουσιν, ὅτι τῶν ἑτησίων ἀποληφθέντων παντάπασιν ὁ μὲν Νεῖλος ὑπονοστεῖ, γυμνοῦται δὲ καὶ χάσκει, &c. Dixit autem superius eod. lib. quosdã mystice per Osiridem intelligere Nilum, mare per Typhonem. Nunc Plutarchi illa Latine, vt interpretatus fuit Xylander, adicio:* Regina vero Æthiopum quæ Typhonem adiuuerit, flatus austrinos ex Æthiopia notat: qui si vincant etesias à quibus versus Æthiopiam nubes pelluntur, prohibeantque imbres decidere quibus Nilus augetur: tum prævalens Typhon æstu vrit, ac plane obtinens, Nilum in diuersam partem ob imbecillitatem fluentem, cauo alueo & humili in mare expellit. Quod enim incluſus in arcã dicitur Osiris, eo nihil aliud significatur quam aquæ occultatio & defectus. Itaque mense Athyr periisse Osiridem dicunt, quando etesiis omnino deficientibus Nilus recedit & solum nudatur.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΝΕΙΛΟΥ ΑΥΞΗΣΕΩΣ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΔΟΞΑΙ.

DE NILI INCREMENTO DIVERSÆ SENTENTIÆ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ.

INCERTO AVCTORE.

ΘΑΛΗΣ ὁ Μιλήσιος εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν φησὶ δι' τοὺς ἐτησίους γίνεσθαι τὴν ἀναπλήρωσιν. πνεύματα γὰρ αὐτοῖς ἐναντίους τῷ ποταμῷ, καὶ τὰ στόματα κωλύειν τὸν πολὺν αὐτόν. τὸ μὲν οὖν αἴρεμον δι' ἐναντίας πνεόντα κωλύειν τὴν ἔκβασιν τοῦ ποταμοῦ ἐκπίπτειν εἰς τὴν θάλασσαν, ὃ δὴ κῦμα προσπῖπτον αἴτιον εἶναι τοῖς στόμασι καὶ ἕλειον οὖν, ἀναχεόμενον τὸν ποταμὸν, καὶ ἀναπληροῦν ὥστε φησὶ γίνεσθαι τὸν ποταμόν. Ἀναξαγόρας δὲ ὁ φυσικὸς φησι τὴν χιόνος τηκομένης τὴν ἀναπλήρωσιν τοῦ Νείλου γίνεσθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ Εὐριπίδης καὶ ἕτεροι τινὲς τραγῳδιῶν ποιηταί. ἀλλ' Ἀναξαγόρας μὲν αὐτὴν τὴν φύσιν, ποίησιν λέγει τὴν ἀναπληρώσεως, ὡς αὐτὸς εἴρηκεν· Εὐριπίδης δὲ καὶ τὸν τόπον ἀφορίζει, λέγων ὥστε ἐν δράματι Ἀρχελάῳ,

Δαναὸς ὁ πεντηκοντα θυγατέρων πατὴρ,
Νείλου λιπὼν καλλίσρουν ἐκ γαίας ὕδωρ,
Ὃς ἐκ μελαμβρόθοιο πληροῖ ῥοὰς
Αἰθιοπίδος γῆς, ὑψίκ' αὐτακῆ χιών,
Τεθείπτωκ' ὄζος ἡλίου κατ' αἰθέρα.

καὶ ἐν Ἑλένῃ,

Νείλου μὲν ἄδε καλλιπάρθενοι ῥοαὶ,
Ὃς αὖ λιπὼν ψακάδος Αἰγύπτου πέδον
Λευκῆς ἁχείσης χιόνος ὑγραίνῃ γύας.

THALES Milesius, vnus è septem sapientibus, ait quod ab etesiis fiat illud incrementum. hos enim ferri fluuio aduersos, ostiaque eius opposita esse illorum flatibus. flantem itaque ex aduerso ventum prohibere effluxum fluminis, ne in mare delabi possit: fluctus vero reiectos in ostia, cumque vento ferente, repellere ipsum fluuium. sicque incrementũ illius fieri adfirmat. Physicus vero ANAXAGORAS asserit niue liquescente effici istum auctum Nili. Nec aliter etiam EVRIPIDES, & alii quidam Tragœdiarum auctores. nisi quod Anaxagoras quidem ipsam generationem, effectionem vocat huius augmenti, vti ipse dixit: Euripides vero locum præterea definit, ita dicens in fabula Archelao:

Danaus sororum quinquies denũm pater,
Pulcherrimi Nili relinquens flumina,
Qui augmenta sumit extumescens fluctib.
Nigrãte ab Aethiopide, quũ niues liquent,
Per æthera aurigante sole limpidum.

Et in Helena:

Nili fluenta conspicis amœnissima
Pro rore dio qui per Aegyptum ruens
Humectat arua, nix liquet cum candida.

1 Diod. Sicul. l. 1. bibl. ita: Ἀναξαγόρας δὲ ὁ φυσικὸς ἀπεφήνατο τὴν ἀναβάσεως αἰτίαν εἶναι τὴν τηκομένην χιόνα τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρῶν καὶ ὁ ποιητὴς Εὐριπίδης μαθητὴς ὢν ἀναλόγως λέγει τοῦτο, Νείλου &c. eosdem versus adferens, præter primum & vltimum, qui hic leguntur plenius. Medios tres ita ibi vertit Rhodomanus: *Nili relinquens vndam humo pulcerrimam, Ex AEthiopia qui fluens nigra, sinu Pleno tumescit, quum niues liquefacta eunt.* 2 Huius fabulæ mentio & apud Stobæum, Iustin. Martyrem Ἀρχέλαος, Stephanum in Αἰθιοψ, & Strabon. lib. 5. quod didicimus ex catalogo Euripidis tragœdiarum, quem confecit v. c L. Andr. Schottus, nondum edito. 3 Primus versus exstat etiam apud Strab. l. 5. vbi tamen alii subiiciuntur quam hic. 4 γαίας est in Diod. &c. 5 Quartũ hunc versum adfert & Stephanus in Αἰθιοψ. 6 Emenda ex ipso Euripide: ὃς αὖτε λίμνας ψ. legitur etiã ψακάδος in editione Euripidis. Versus sunt in ipso initio dramatis hîc nominati. Vnde & apud Aristidem in Ægyptiaca, vbi hanc opinionem refutat, moneo hos versus reconcinnandos & emendandos esse, certe duos posteriores. ἴσμεν, ait, δ' ἐξεπιστάμεθα τὰ τῶν λέγει, ὅς φησι, Νείλου μ. α. π. ῥ. ὃς αὖτε λίμνας ψακάδος, Αἰγύπτου πέδον λευκῆς πάχους; χιόνος, δρόσου τε Νείλου Αἰγύπτου γύας. ita enim mendis & glossis confusa ibi leguntur. Quis enim non videat illa Νείλου Αἰγύπτου ineptum esse glossema scilicet. ita & δρόσου fuit additum ab eo qui ὑγραίνει volebat exponere per verbum simile. Emenda itaque locum hinc. Euripidem autem & tragicos tarare ibi Aristidẽ, patet ex iis quæ inferius subiicit: καὶ τί χρὴ σὲ τοῦτο τεκμήριον ἄλλο ζητεῖν, ἀλλ' Εὐριπίδης, ἀλλ' Αἰσχύλος αὐτὸς σαφῶς; & iterum ibidem. Sed ne omittamus G. Canteri versionem, è qua patet & illum non ignorasse veram lectionem: *Nili fluenta pulcra sunt has virgine, Qui rore pr. dio locorum candida AEgyptiorum niue liquente agros rigat.*

Et Æ-

Et Æschylvs:

Aethiopiã haud incognitum terræ genus
Laudare noui, Nilus vnde defluit
Humũ volutãs quũ flabra imbres cõcitant,
Vbi igneo diei micans vis splendida
Flamma resoluit ningidas rupes. viget
Aegyptus omnis tum beata, flumine
Sacro tumens, segetesq; lætas nunciat.

Callisthenes autem scriptor historiarum contradicere voluit Anaxagoræ & Euripidis sententię, quam paullo ante retulimus: suaque ipse opinione vsus, ait, aquis per Æthiopiã increscentibus ab exortu caniculæ ad arcturi vsque ortum, quo tempore etiam etesiæ spirent: hosce quippe ventos adfirmat, quando spirant, nubes in primis ad Æthiopiam cogere: quibus nimirum impulsis ad montes, effundi maximam vim aquarum, vnde Nilum pleno intumescere alueo contingat. Democritvs autumat, circa brumam in locis ad septemtrionẽ positis niues cadere: circa solstitium vero æstiuum quum sol recedat, niue soluta & vaporibus inde exhalãtibus, ab ea liquefactione oriri nubes, quas etesiæ arreptas versus meridiẽ ferant. quum se itaq; inuicem protrudant coactæ nubes iuxta Æthiopiam & Africam, imbrem existere ingentem, cuius delapsu Nilum impleri. Evthymenes Massiliensis vero, qui ipse nauigationem suscepit, refert mare exteriora versus profluere vsq; in Africam, & conuerti ad boreã ac septemtriones. iam reliquo quidẽ tempore mare esse vacuũ: eo autẽ quo etesię spirant, flabris ventorũ repulsum cõpleri, & ad interiora fluere. illud vero tũ dulce esse, tum cete Niliacis crocodilis & hippopotamis similia alere. Oenopides Chius ait, tẽpore hiberno fluuiorũ fontes exsiccari, qui æstate calore refoti profluãt. quo itaq; repleatur illa, quę accidit, siccitas, in caussa esse aquas cælestes hieme decidentes. at quũ in Nilũ non vllæ tunc cadant pluuiæ, iis destitutus haudquaquã impleri potest. & hanc esse caussam, cur hieme minor is existat, plenus vero sit æstate. Herodotvs autẽ ceteris quidẽ contraria profert, cũ Oenopide vero paria. fluxũ enim Nili ait esse talẽ, qui semper impleat alueũ. ceterũ solem hiemali tẽpore supra Africã cursum facientẽ deficcare Nilum: ad solstitium vero æstiuũ retrocedentẽ abire ad septẽtriones.

καὶ Αἰσχύλος,

Γένος μὲν αἰνῆσαι καθὼν ἄπιστον μὴ
Αἰθιοπίδος γῆς, ἔνθα Νεῖλος ἐπάρδει
Γαῖαν κυλίνδων πνευμάτων ἐπομβρίαις·
Εὐνὴ πυρωθὲν μεσὸς ἀκλὰς μέλθον φλόγα,
Αἴγυπτος ἀγνὰ ναύματος πλησθυμίᾳ,
Τήκει πετρῶδες χιόνα. πᾶσα δ' εὐθαλὴς
Φερέσβιον δήμητρος ἀγγέλλει σάχιν.

Καλλισθένης ὁ ἱστοριογράφος τοῖς μὲν μικρῷ πρότερον εἰρημένοις ἀντίκειται τοῦ Ἀναξαγόρου τε καὶ Εὐριπίδου αὐτὸς δὲ τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ χρώμενος, φησὶν, ὑδάτων γινομένων ἔν τε Αἰθιοπίᾳ, καὶ τοῦ κύνος ἀνατολὴν ἕως ἀρκτούρου δύσεως, καθ' ὃν χρόνον οἱ ἐτήσιοι πνέουσι· τούτους γὰρ φησι τοὺς ἀνέμους μάλιστα τὰ νέφη πνέοντας πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν ἄγειν· ὧν δὴ καὶ πρὸς ἀπαντώντων πρὸς τὰ ὄρη, καταῤῥήγνυσθαι πολὺ πλῆθος ὕδατος· ἀφ' οὗ τὸν Νεῖλον πληροῦσθαι ἀναβαίνειν συμβαίνειν. Δημόκριτος δὲ λέγει, περὶ μὲν χειμερινὰς τροπὰς τὰς περὶ τοὺς ἄρκτους χιονίζεσθαι τόπους, πρὸς δὲ τροπὰς θερινὰς μεταξὺ τοῦ ἡλίου, τηκομένης τῆς χιόνος καὶ ἀτμιζομένης, ἀπὸ τῆς ἕξεως νέφη γίνεσθαι, ἃ δὲ τοὺς ἐτησίους συναναβαίνειν φέρειν πρὸς μεσημβρίαν· συνωθουμένων δὲ τὰ νέφη ὑπὸ τὴν Αἰθιοπίαν καὶ τὴν Λιβύην, *ὄμβρον γίνεσθαι πολὺν, ὃν καταῤῥέοντα πληροῦν τὸν Νεῖλον. [1] Εὐθύμενης δὲ ὁ Μασσαλιώτης, αὐτὸς πεπλευκὼς, φησὶν εἰς τὴν ἔξω θάλασσαν ἐκπίπτειν ἕως ἐς τὴν Λιβύην, ἐκτραπόμενον τε εἰς πρὸς βορέαν τε καὶ ἄρκτους. καὶ τὸν μὲν χρόνον κενεῖσθαι εἰς τὴν θάλασσαν, τοῖς δὲ ἐτησίοις ἀνωθουμένην ὑπὸ τῶν πνευμάτων πληροῦσθαι, καὶ ῥύσιν ἔσω τῆς ἡμέρας ταύτας· παυσαμένων δὲ τῶν ἐτησίων, ἀναχωρεῖν. εἶναι δὲ αὐτὸν καὶ γλυκύτητι, καὶ κύτει τοσοῦτον πλείονα τοῖς ἐν τῷ Νείλῳ κροκοδείλοις καὶ ἱπποποτάμοις ἔχειν. Οἰνοπίδης δὲ ὁ Χῖος λέγει, τὸν χειμῶνα τῶν ποταμῶν αἰθριαίνεσθαι τὰς πηγὰς, ἐν δὲ τῷ θέρει θερμαινομένας ῥεῖν. τὸν μὲν [2] ἀναπληροῦσθαι, τὴν γινομένην ἔκρυσιν ὑπὸ τῶν ὑδρωΐων ὑδάτων ὑπὸ τῶν χειμῶσι συμβαίνειν. τὸν δὲ Νεῖλον οὐ χειμάζοντα τότε, οὐδὲν γὰρ ὄμβρων συναναπληροῦν· [3] καὶ ἔχειν δέ τινα, τὸν χειμῶνα καὶ αὐτὸν γίνεσθαι, οὐ δὲ θέρους πλήρη. Ἡρόδοτος [4] δὲ τοῖς μὲν λοιποῖς ὑπεναντία λέγει, σφόδρα πλησίως δὲ Οἰνοπίδῃ. τὸν μὲν γὰρ ῥύσιν τοῦ Νείλου φησὶ τοιαύτην ὥστε ἀεὶ πληροῦν τὸν ποταμόν· τὸν δὲ ἥλιον διὰ χειμῶνος κατὰ τὴν Λιβύην πορεύεσθαι, ἀναχωρεῖν τὸν Νεῖλον· διὰ δὲ τὰς θερινὰς τροπὰς μετιέναι, πρὸς τὴν ἄρκτον ἰέναι.

1 Hanc opinionem refutat etiã Aristides prolixe in Ægyptiaca, licet eius auctores non nominet, sed se ἐπὶ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, καὶ τοὺς χαλκίνους πτερωτοὺς αὐτῶν ἰέναι ait. 2 Ita edidit H. Steph. Sed nullus dubito quin reponendũ sit ἄμβρον. v. Democriti sententiã a Plutarcho & Theophylacto, vel Diod. Siculo potius relatam. 3 Et hic non dubito emendare Εὐθυμένης, vt antea è Plutarcho habuisti. Eius philosophi sententiam refutat & Aristides in Ægypt. cũ hac irrisiuncula orsus: ἡδέως ἂν ἐπαλάτην γλυκείᾳ Λιβύης ἐπίπλοα οἷον ῥοώδη διὰ τὰς ἐτησίας, καὶ παύτης τῆς κροκοδείλοις, καὶ μύθοις Μασσαλιωτικοῖς αὐτὴ τὸ Συβαριτικῶν. εἰ γὰρ μὴ σωιῆς ἂν χαλεπῶς τὸ Εὐθύμενες &c. 4 An distinguendum & scribendum, αὐξανομένων τῶν ποταμίων ἐπιρροίαν, τὸ αὐτ. &c. συμβαίνειν. 5 An deest τὸν ποταμὸν vel tale vt paullo post πληροῦν τὸν ποταμόν. 6 lib. 2. cap. 25.

Ἐκ τῶν Θεοφυλάκτου τοῦ Σιμοκάτου.

ἱστοριῶν λόγ. ζ. κεφαλ. τὸ ιζ.

Οὗτος ὁ Νεῖλος μέγιστος ἁπάντων τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ποταμῶν, καὶ πολλῶν τῆς Λιβύης, καὶ τῆς Αἰθιοπίας, τῆς τε Ἰνδικῆς αὐτῆς γῆν ἀποδεικνύων, τοῦ τε Γάγγου, καὶ Ἰνδοῦ ἀποτρέπων κατὰ τὸ μέγεθος, ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἀνθρώπων τὰς πηγὰς ἀποκρύπτει. θέρους τοίνυν ἀκμάζοντος, τὰς αὐξήσεις λαμβάνει, ἀναίτιον τῇ φύσει τὴν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ποταμῶν. Τὰς δὲ αἰτίας τὰς ἀνδρὶ τοῖς πολλοῖς εἰρημένας τοῖς ἀρχαίοις, ἀποστεθραμμένας δὲ τῆς λέξεως, τῇ παρούσῃ ἀποβάλλομεν ἱστορίᾳ. οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Ἑλλάνικον καὶ Κάδμον, ἔτι δὲ Ἑκαταῖον, εἰς τὰς μυθώδεις ἀποφάσεις κατέφυγον. Ἡρόδοτος δὲ ὁ πολυπράγμων, εἰ καί τις ἄλλος πολλῆς γεγονὼς ἐμπειρίας ἱστορίας, ἐπεχείρησε περὶ τούτων ἀποδοῦναι τὸν λόγον· ἠγνόησε δὲ ἀπλῶς ἢ ἀπονοίας δείσας. ὁ δὲ Ξενοφῶν, καὶ Θουκυδίδης ἐσπουδάκασι περὶ τὴν ἀλήθειαν μᾶλλον τῶν ἱστοριῶν, τούτων ἀπέχονται. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἔφορον, καὶ Θεόπομπον μᾶλλον πάντων ἐπιβάντες εἰς αὐτὰ, ὑδαμοῦ τὴν ἀλήθειαν ἐφύοντο γνώριμοι· ἢ δι' ἀμέλειαν δὲ, οὐδὲ τὴν τῆς χώρας ἰδιότητα τὸν λόγον ἠρόησαν. Ἀπὸ γὰρ τῶν ἑκατὸν χοῶν ἄχρι Πτολεμαΐδος τῆς Φιλαδέλφου παρατρέχοντες, ξένα ὡς ἐπίπαν τὰ περὶ τὸν τόπον τοῦτον πάντα λίαν, καὶ τοῖς ἐπιβαίνουσιν ἐπίφθονα. τῆς δὲ προφθάσης βασιλέως, μεθ' Ἑλληνικῆς δυνάμεως εἰς Αἰθιοπίαν ἐμβαλόντος, ἐγνώσθη τὰ κατ' αὐτὴν τὴν χώραν λίαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀκριβέστερον. Οἱ μὲν οὖν καθ' Αἴγυπτον ἱερεῖς, ἀπὸ τοῦ περιρρέοντος τὴν οἰκουμένην Ὠκεανοῦ φασι τὸν Νεῖλον λαμβάνειν τὰ σύστασιν, λέγοντες μὲν οὐδὲν ἀληθὲς, ἀπορίαν δὲ λύοντες τὴν ἀπορίαν, καὶ λόγον φέροντες εἰς πίστιν, πολλῆς προσδεόμενον πίστεως, ὀρφανὸν τὴν δίηγησιν καταλιμπάνοντες βεβαιώσεως. Τῶν δὲ Τρωγλοδυτῶν οἱ μεθίστανται ἐκ τῶν ἄνω τόπων, οἱ καὶ Βόλγοι προσαγορευόμενοι, λέγουσιν

EX THEOPHYLACTO Simocata.

lib. VII. *histor. caput* XVII.

NILVS omnium fluuiorũ orbis terrę latissimus, multorumque per Libyam, Æthiopiam, Indiam regiones secans, ipsumque Gangem, & Indum magnitudine superãs, oculis humanis fontes suos, siue primam originem vnde erumpit, negauit. Æstate igitur feruente (secus quam cetera orbis flumina solent) excrescit. Caussas à multis & priscis scriptoribus allatas, huic historiæ fideliter inseremus. Hellanicus igitur, Cadmus, & Hecatæus ad fabulas confugiunt. Herodotus, vt est curiosus, & si quisquam alius, historiarum gnarus, huius rei rationem afferre conatus est. Sed eum suspiciones potius inter se contrarias secutum apparet. Xenophon, & Thucydides, qui à rerũ explicatarũ veritate magis commendantur, nihil huiusce modi habent. Ephorus, & Theopompus, quanquam omnium maxime in hanc cognitionem intenti, non potuerunt tamen eam liquidã adipisci. Ignorationis eorum caussa nõ negligentia, sed regionis condicio fuit. Iam inde enim ab antiquis sæculis, vsque ad Ptolemæũ cognomento Philadelphũ, pleraq; locorum istorum ignota omnino, & inexplorata, atque aduenis etiam periculosa fuerunt. Postquam vero rex, de quo diximus, cum Græcis copiis Æthiopiã est ingressus, regio hæc, vt paucis dicam, multo exploratius, atque perfectius cognosci cœpta est. SACERDOTES igitur ÆGYPTII ab Oceano orbem circumdante Nilum oriri affirmantes, nihil dicunt, & dubiũ quod est, per dubium dissoluunt: rationemque ad fidem conciliandam adducentes, quæ ipsa vehementer fide indiget, quod narrant, confirmatione destitutum relinquunt. TROGLODYTAE, qui è superioribus locis migrarunt, & Bolgi appellantur, dictitant,

Inc. Pomponius inter.

Ægyptium hunc Theophylactum è Siculi Diodori Bibliotheca ista Niliaca (auctore suo ne nominato quidem) trãscripsit. Iam dictum fuit. Quædam vbi variare φράσιν voluit iste ἀπὸ ἐπάρχων (qua dignitate fuisse Photius ait) notare libet: non omnia nec vacat enim & cui bono? Ait vero cap. præcedentis fine Theophylactus, quoniam genus inde trahat, merito τῆς περὶ τοῦ Νείλου διηγήσεως τὸν ἀπὸ Φάρος Φιλοχωρήσιον. Sicque finit caput XVI, & digressionem sibi parat: ἡμεῖς δὲ τὰ μικρὸν τοῦ συνέχειαν ἐπανακλίψαντες, ἀπὸ τῶν ἀνωτάτω καὶ Νείλε διέξιμεν, τὰ ἐπισημότερα τῶν ἱστορικῶν διηγήματα ἀξιολόγου μνήμης παρὰ τοῖς ἀκροαταῖς ποιησάμενοι. 1 Diodorus Siculus lib. 1. bibl. de eodem: μίγιστος δ' ὢν τῶν ἁπάντων ποταμῶν καὶ πολλὰς μὲν γῆς διείων, &c. 2 ἀπέκλεισαν Diod. 3 ἔπειτα Diod. & sine dubio sic ex scripserat Simocata. 4 μὲν οὖν ex Diod. rectius. 4 ταῦτα Diod. 5 ἥκιστα τὴν ἀλήθειαν ἐπίστησαν, &c. Diod. 6 ἀρχαίων χρ. Diod. 7 ἄχρι ταύτας μὲν πόλ. Diod. 8 ὑμᾶς Diod. 9 μόλγοι Diod. & varians eius lectio βόλγοι etiam, & alia βόλποι. Errorem inde natum non dubito, quia in membranis vetustis β scribitur fere vt μ, dempta modo dependula linea, vel prorsus vt Latinum u.

in locis

In locis illis cauitates esse. Vnde quispiam ratiocinetur multis fontibus in vnum confluentibus, Nili fluentum intumescere. Sane omnium quoque mundi fecundissimum hunc esse aiunt. QVI vero insulam Nili, Meroe dictam, incolunt, fluuium Astapum nominant, quam vocem Græce transferas ἐκ τοῦ σκότους ὕδωρ, è tenebris aqua profluens. Naturam enim huius fluminis incomprehensam esse isti statuunt. THALES vnus de sapientibus docet, discedenti Nilo Etesias resistere, & cursus eius eorum flatibus acto contra ostia mari sustineri: atque hinc illum exuberantem per totam Ægyptum, quæ depressa, & campestris sit, late exspatiari. Sed huius rationis, quamuis probabilis videatur, non difficile est falsitatem ostendere. Nam si quid veritatis haberet quod ait, omnes fluuii, qui contra flantibus Etesiis à mari repercutiuntur, similiter magnis auctibus excrescerent. ANAXAGORAS cognomento physicus, solutis in Æthiopia niuibus Nilum attolli est opinatus: cui assentiens tragicus poeta Euripides, id ipsum in poematis suis posuit. Hanc igitur oppositionem non multa oppositione opus habere dicimus, quandoquidem vanam esse clarer. Nã propter feruores incredibiles in Æthiopia, aquã in niuem densari nõ est vt possit fieri. Prorsus enim in locis illis nec glacies, nec frigus, nec vlla hyems, & solstitio æstiuo potissimũ, cernitur. Quod si etiam concedamus, in Æthiopia niuem altam cadere, tamen quod ante de ea liquata asserebatur, rursum vt vanum ac friuolũ probabilissime refellitur. Omnis quippe fluuius aquis niuium solutarum accrescens, conuenienter auras quoq; frigidas expirat, quin & cælum crassum reddit. Atqui circum Nilũ neque nebulæ alicuius concretionem, neque auras gelidas, neque aerem crassum reperias. HERODOTVS porro Nilum tantum esse scribit, quantus cum plenus est apparet. Hyeme autem solem supra Libyam voluentem, ex vndis Niloticis humentis substantiæ

[1] ἐμφάσεις εἶναί τινας περὶ τὸν τόπους ἐκείνους, ἐξ ὧν ἄν τις [2] συλλογίσαιτο διότι πολλοὶ ποταμοὶ εἰς ἕνα τόπον ἀθροιζόμενοι, ὁ ῥοῦς μᾶλλον τοῦ Νείλου αὐξάνει. [3] ἀπὸ μελλόντων πολυχρονιώτατον [4] αὐτὸν ὑπάρχειν ἀπόδειξις τοῦ τὴν ἀρχὴν τοῦ ποταμοῦ ἐκ τοῦ ὀνόματος ποταμὸν πεφυκέναι φασίν. Οἱ δ' κατοικοῦντες τὴν ἧσσον τὸ ὀνομαζόμενον Μερόην (αὕτη δ' ἐστὶ νῆσος ὁ Νείλου ἱδρυθεὶς ῥεῖθρον) τὸν ποταμὸν κελαινὸν καλοῦσιν. [5] Ἄστα γὰρ τὸ σκοτεινὸν ὀνομάζειν μεταφερομένους εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον, ἐκ τοῦ σκότους ὕδωρ. [6] ἀκατάληψίαν δὲ τοῦ ποταμοῦ λέγειν τὴν φύσιν. Θαλῆς μὲν οὖν εἷς τῶν ἐπὶ τὰ σοφὰ ὀνομαζόμενος, φησὶ τοὺς ἐτησίας ἀντιπνέοντας ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ ποταμοῦ, κωλύοντας εἰς τὴν θάλασσαν πορεύεσθαι [10] τὸ ῥεῦμα. [11] καὶ διὰ τοῦτο αὔξεσθαι πληρούμενον βιαίως ὑπὸ τῶν ἀνέμων, ἀπειλεῖν οὖσαν καὶ πρὸς διὰ τὴν Αἴγυπτον. τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον, καθάπερ εἰκὸς ἀνδρὸς τοιούτου πιθανοῦ, ῥᾳδίως ἐξελέγξαι δύναιτο. εἰ γὰρ ἦν ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, ἅπαντες οἱ ποταμοὶ, οἱ τοῖς ἐτησίαις [12] ἀντιπνέουσι κεκτημένοι τὰς ἐκβολάς, αὐξάνοιντο ἂν ὁμοίως. Ἀναξαγόρας δὲ ὁ περιττολογώτερος φυσικὸς, τὴν τηκομένην κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν χιόνα, τῆς τοῦ ποταμοῦ πληρώσεως [13] αἰτίαν ἐδόξασεν. [14] ᾧ καὶ ὁ τραγῳδοποιὸς Εὐριπίδης ᾠδήκασιν, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ποιήμασι τοῦτο συντίθεται. Ταύτην μὲν οὖν [15] ἀπιθανωτάτην πολλῆς ἀπιθανότητος δεῖσθαι φαμὲν, ἅτε οὐδενὸς καθεστῶτος τοῦ ψύχους. Πρὸ γὰρ [16] τοῦ τὰ χειμάτων ἀδύνατον χιόνα περὶ τὴν Αἰθιοπίαν [17] σωίσασθαι. καθόλου γὰρ περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους ὁ πάγος, οὐ ψύχος, οὔτε ὅλως χειμῶνος ἔμφασις πέφυκε καὶ μάλιστα [17] τεθραῖς θερειναῖς. εἰ δέ τις εἴποι τὴν τῆς συγχωρήσεως τέχνῃ εἰς πλῆθη χιόνων καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, ἡ αὐτὸς ἐλέγχεται τῷ προλεχθέντος ὁλοκληρότατος ὁ ἀξίωμα. ἅπας γὰρ ποταμὸς ἀπὸ χιόνος τὴν πρόσοψιν λαχὼν, ὁμολογουμένως αὔρας ψυχρὰς ἀναδίδωσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀέρι πάχυνειν πέφυκε. πρὸς δὲ Νείλον ὁ ποταμὸν ὅτε ἐφοῦς ἐπίσασι ὅστε, ὑγρὸν, οὔτε αὔρας ψυχρὰς, οὔτε παχυνομένην τὴν ἀέρος φύσιν. Ἡρόδοτος [18] δὲ ὁ Νείλον εἰς μὲν τηλικοῦτον φησιν, ὁποῖός τις καὶ φαίνεται κατὰ τὴν πλήρωσιν· χειμῶνος δὲ ὥρᾳ ὁ ἥλιον καὶ τὴν Λιβύην περιῶν ὑπαπάδαι πρὸς ἑαυτὸν ὑγρὰς οὐσίας συγκομιζόμενον ἐκ τοῦ Νείλου

---

1 Interp. *cauitates*. nõ recte, ni fallor. nec enim constat an cauitates fuerint ista quæ indicũ præbebant ortus Nili ex istis locis. rectius Rhodomanus noster ἐμφαίνεσθαι apud Diodorum: *indicia quædam esse aiunt, vnde quis ratiocinetur*. ait enim illos signa dicere, vnde apparere possit ibi fontes Nili esse. sic paulo infra χειμῶν & ἔμφασις apud Theophyl. & Diod. 2 συλλογίσαιτο Diod. sicque & Theophylacto referendum puto. 3 διὸ καὶ Diod. 4 forte αὐτὸν scrib. vt est apud Diodorum. 5 ἀπὸ μεταφερομένους Diod. 6 Edit. Νείλου. male enim vulgati τοῦ Νείλου. & interpres omisit illa: *Sita vero est ista super ipso Nili fluento*. Diodorus hæc verba nõ habet, sed alias planius & plenius hoc loco. quẽ vide. 7 Ἀστάπους Diod. 8 εἰς τὸν ἑλ. δ. Diod. quæ verba fere superfluere volunt ibi viri docti. Sinocatã tamen inde descripsisse credo. 9 male vulgati ἀκαταλήψια. 10 τὸ ὕδωρ. Diod. 11 Sic restituimus ex Diod. vulgo, ὅτι καὶ τὸ. cæterum πληρούμενον quoq; Diodorus, quamuis id nõtare videantur vt superfluum. 12 Diod. ἐτησίας ἀνέμους ἔχοντας. 13 μὴ καὶ ἐπιφανείσης ἐν τῷ μεγέθει τῶν ἐκβολῶν. Diod. qui & versus tragici refert: quos supra habes in Ἀνακρέοντος expositione. 14 ᾧ καὶ ὁ ποιητὴς αὐτὸς ἐπῳδὴν ἐποιήσατο, ἐν τοῖς ἰδίοις συγγράμμασι. Diod. 15 ὑπολαμβάνει δὲ Diod. 16 πλὴν Diod. 17 ἐν τῷ μέσῳ τοῦ Νείλου Diod. 18 Herodotea ἀναστρέφεται ἐπὶ Diodorus sure adhibuit. cum qua hæc conferas licet.

ὑδάτων, καὶ τὸ ὅλον χεῖμαρρος ὥρα ἢ πλοῦνα γίνεσθαι τὸν ποταμόν· τῷ δ' ἥλιον ὑπὸ τὸν ἄρκτους, καὶ πρὸς τὰς ἀρκτίους τροπὰς τὸν βάθος ἐν, αὐαίνεσθαι, καὶ ταπεινοῦσθαι τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα ποταμοὺς πεφυκότας. Διὸ δὴ καὶ μὴ δοξάζειν καθ' ἑαυτὸν τὰς ἐπὶ τὰς ἕω πνεούσας ἔτησίας ὑπὸ Αἰγυπτίων πληροῦσθαι ποταμούς. Ἀλλ' αἰδοῦς τῆς φιλομαθείας ὑπὸ ἀνδρός, καὶ διεξοδικῶς κατηγορεῖσθαι τοῦ σφάλματος. εἰ γὰρ ταῦτα συμφωνα τοῖς ἀληθέσι κατέστατο, πρώτως ἂν καὶ ἀπὸ τῶν χιόνων καὶ τῶν Λιβύων ποταμῶν ὁ ἥλιος ἀπελαύνων καὶ ἀδελφὰ τὰ παθήματα τοῦ Νείλου. ἀλλὰ μὴν οὐδὲν τοιοῦτον ὁρᾶται περὶ τοὺς Λίβυας ποταμοὺς ἐστι. διὸ καὶ ὁ συγγραφεὺς ἀποχρῶντως λέγειν τὸν λόγον. Δημόκριτος δὲ ὁ τῆς φύσεως ἀδελφὸς, περὶ τὰς ἀρκτους ὥρα χεῖμαρρος καταφέρεσθαι πολλὴν ἀχλυώδεσθαι τὴν χιόνα, ἥτις ὑπὸ τοῦ ὑπὸ τοῦ αἰθρίας ἀχλύεσθαι ταύτην. εἶναι φησὶ γίνεσθαι ἰνδεδόνα πολλήν. καὶ ἀχλὺν τὸ πίπτεσθαι πολλὰ νέφη παχύτερα περὶ τοὺς μετεωροτέρους τόπων, διαφυλάττειν τὴν ἀναθυμιάσεως αἰρομένης πρὸς ὕψος. ταῦτα δὲ ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἐλαύνεσθαι, μέχρις ἂν πρὸς πέσῃ πρὸς μεγίστοις ὄρεσι τοὺς περὶ τὴν κίνησιν. εἶναι δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν Αἰθιοπίαν. ἔπειτα πως τοιούτοις ὄσιν ὑψηλοῖς, διαίσως θραυόμενα, παμμεγέθεις ὄγκους ὑγρᾶν. ἐξ ὧν πληροῦσθαι τὸν ποταμὸν καὶ πληρίζεσθαι, περὶ τὰς τῶν ἐτησίων πνοάς. διὸ δὴ πιστευτέον αὐτῷ. ὁ γὰρ Νῖλος ἀρχὴν μὲν πληροῦσθαι κατὰ τὰς θέρας, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὰς ἡρινὰς, ὅπως τῶν ἐτησίων πνεόντων· λήγειν δὲ ὕστερον ἰσημερίας φθινοπωρινῆς, πάλαι προπεπαυμένων τῶν εἰρημένων ἀνέμων. τὸν μὲν συνεπίνοιαν τῷ Δημοκρίτῳ ἀποδεκτέον, τοῖς δὲ λόγοις αὐτοῦ ὅλως μὴ πιστευτέον. Ἔφορος δὲ ξένην αἰτίαν τινὰ φησίν. φησὶ δὴ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν ποταμόχωστον εἶναι, μὴ λάκκους μὲν καὶ ψυχρεῖα ἔχειν· καὶ τὴν χώραν φύσιν, ῥαγάδας τε μεγάλας καὶ βαθείας ἔχειν. καὶ ὅλως τὸν εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνειν πλῆθος ὑγρότητος. καὶ τὸν μὲν χειμερίαν ὥραν ὅλον συνέχειν ἐν ἑαυτῇ, ἐκείνους δὲ ἐπιχορηγοῦντας ἔσπερ ἱδρῶτάς τινας ἐξ αὐτῆς πολλαχόθεν ὑπιέναι, καὶ ὅλως τὸν πληροῦν τὸν ποταμόν. ὁ μὲν δὴ Ἔφορος δῆλός ἐστι μὴ μόνον ὢν πεπαιδευμένος τὴν Αἴγυπτον, ἀλλὰ μηδὲ τῶν περὶ τὴν χώραν ταύτην ἐπιμελῶς πεπυσμένος. πρῶτον μὲν γὰρ, εἴπερ ἐξ αὐτῆς τῆς Αἰγύπτου ὁ Νεῖλος τὴν αὔξησιν ἀπελαμβανεν, οὐκ ἂν ἐν τοῖς ἀνωτέρω μέρεσιν ἐπληροῦτο, ἀλλὰ πεδιάδες καὶ στερεὰς χώραν

copiam attrahere, atque inde per hyberna flumen parcius ire. Æstate redeunte, & ad Arctos sole reuerso, Græciæ flumina siccari, & imminui. Quapropter Ægyptii fluminis accretionem æstiuo solstitio admirabilem videri non debere. Verum nos amorem studiumq; perueſtigandi in hoc viro reueriti, errorem eius vberius non castigabimus. Hoc tantum dicemus. Si ista cum veritate consentirent, omnino sol idem ceteris Libyæ fluminibus, quod Nilo faceret. Atqui nihil tale in illis obseruatur. Non igitur historicus ille satis considerate locutus est. DEMOCRITVS, alioqui naturæ secretorum peritissimus, in Septemtrione per hyemem imbres niuales decidere asseuerat: per æstatem æstu niuem illam vbertim colliquefieri, ac dissipari. Idcirco in locis sublimioribus multas nubes densiores generari, larga exspirationum vi eo sublata videlicet. Hasce nubes ab Etesiis impelli, donec montibus omniū altissimis illidantur: eos autē montes esse in Æthiopia. Post, eorum excelsitate violenter diruptas, largissimos imbres effundere, quibus Nilus (Etesiarum puta diebus) repleatur. Sed huic habenda fides non est. Nilus enim (vt vno verbo dicam) crescere circa solstitium æstiuum incipit, Etesiis nondū spirantibus: desinit æquinoctio autumnali, quando hi venti pridem posuerunt. Laudanda, nullo autem modo credenda est hæc Democritea commentatio. EPHORVS incredibilē plane rationem adducit. Ægyptum totam fluminibus subterraneis refertā, ac frigidam, naturaque pumicosam seu fistulosam esse: rimas itē magnas ac perpetuas habere, per quas in se copiam humoris recipiat, quam hyberno tempore contineat, æstiuo autē solstitio ineunte, veluti sudores quosdam ex omni parte emittat: atque ita Nilum flumen excrescere. Ceterum non modo Ægyptum nunquam oculis obiisse Ephorum, sed neque ab iis qui eam vidissent, res eius probe cognouisse certum est. Primum enim, si ex ipsa Ægypto incrementum suum Nilus acciperet, non vtiq; in partibus superioribus aquas ampliores volueret, vbi per petrosam ac solidam re-

1 Sic edimus: nec aliter putamus interp. agnouisse. vulgo tamen est διεξοδικῶς. 2 Mendose. scribendum arbitramur τοῖς scilicet ὄρεσι. Apud Diodorum est, τῶν κατὰ τὴν κίνησιν. Itaque & forte aliquis malit τῶν περὶ τ. κ. hic scribendum. 3 Diodorus, ἅπαντα τοὺς τόπους, & sic emendarem Simocatam quoque. vt & post statim ὄμβρους ex Diodoro, pro ὄγκους. 4 μάλιστα κατὰ τὰς τῶν ἐτησίων ὥρας Diod. 5 ἐτησίων Diod. qui pluribus eam refutationi Democriteæ opinionis inhæret. 6 καταπέπαυται Diod. 7 Flumine congestam reddere eum Rhodomano velim. Ægyptum enim ποταμοῦ δῶρον & Herodotus inculcat ἀπόρροιαν. 8 χειμερίαν ἀχλὺν Diodorus, pro illo ψυχρεῖα. 9 χειμερινὴν Diod. 10 αὐτὸ ποταμοχώστου, καὶ ἀπὸ τούτων Diod. 11 αὐτὸν Diod. 12 λαμβάνειν Idem. 13 ἀπὸ πηγῶν Idem.

gionem

gionem fertur. Nunc plus sex millibus stadiorũ per Æthiopiam labẽs, augmina sumit, priusquam Ægyptum attingat. Ad hæc, si quidem fluenta Nili, terræ fluminibus peruiæ raritatibus siuerimis humiliora forent, contingeret rimas illas superficiarias esse, per quas tãtam vim aquarum transire est impossibile. Sin autẽ rimis ipsis altiora, rursum ex inferioribus cauitatibus in summum flumẽ aquæ confluere minime possent. Ad summam, quis fieri posse credat, vt prorumpentes ex terrę hiatibus sudores tanta flumini incrementa suppeditent, vt vniuersæ pęne Ægypto innatet? vt nihil dicã de mẽdacio, subterlabi scilicet Ægypto flumina, & in cauis terræ liquentes aquas existere, cum ipsa harum assertionum falsitas manifesta sit. Nam Mæander Asiæ fluuius per multa spatia sub terra manat, nec tamẽ in suscipiẽdis auctibus quidquã omnino ei tale, quale Nilo, euenire cernitur. Quin etiam Acarnaniæ fluuius Achelous, & Bœotię Cephisus, è Phocide oriundus, nõ modicum terrarum subterlabuntur. Qui ambo Ephorum apertæ vanitatis conuincunt. Et hæc quidẽ aduersus Ephorum. MEMPHITICI quidam philosophi incremẽti huius istam caussam afferre ausi sunt: Tellurem in tres partes diuidi. Vnam, esse nostrum orbem (sic enim appellare oportet.) Alteram, quæ his locis tempestatibus anni non respondet. Tertiam, inter has locatam, & ob immensos calores prorsus inhabitabilem. Quarè si Nilus hyeme augesceret, certum esset eum in nostra Zona confluxum aquarum recipere, cum per hoc tempus maxime apud nos pluuiæ cadant. Quoniam autem contra fit, & æstate ascendit, probabile apparere, in locis nobis è regione oppositis hyemes nasci, & redundantiam illic aquarum in orbem nostrum deferri.

ερας Φερόμενος. τῶν δὲ πλείω τῶν ἑξακισχιλίων σταδίων ἀφ' τῆς Αἰθιοπίας ἀφερρέων, [1] ἔχει τὴν αὔξησιν ὡρὶν ἢ φαύσῃ τῆς Αἰγύπτου. ἐπεὶ εἰ μὴ ὁ ῥοῦμα τῦ Νείλου ταπεινότερον ἦν τῶν κατὰ τὴν [2] ποταμόχωσιν γῆν ἀραιωμάτων, ὁπόσοι αἱ τῆς ῥαγάδας συμβαίνει, καθ' ἃς ἀδύνατον ἦν [3] ἀφαβαίνειν τοσοῦτον πλῆθος ὑδάτων. εἰ δὲ ὑψηλότερον τόπον ἐσχεῖχεν ὁ ποταμὸς τῶν ἀραιωμάτων, ἀδύνατον ἦν ἐκ τῶν ταπεινοτέρων χιλιωμάτων εἰς τὴν ὑψηλοτέραν ὑποφαίειαν τὴν τῶν [4] ὑλάτων σύῤῥυσιν γίνεσθαι. καὶ ὅλου δὲ, πῶς δὴν δύναιτο [5] ἡγήσασθαι τὰς [6] ἐκ τῶν κατὰ τὴν γῆν ἀραιωμάτων ἱδρῶτας τοσαύτην αὔξησιν [7] τῷ ποταμῷ εἰσφοιεῖν, ὥστε ὑπὸ αὐτῦ σχεδὸν πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον ὑπικλύζεσθαι; ἀφίημι γὰρ καὶ ὁ ψεῦδος τῆς τε [8] ποταμοχώσεως γῆς, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἀραιώμασι [9] τηκομένων ὑλάτων, [10] ἐναφανῶς ὄντων [11] τῶν ἐν τύτοις ἐλέγχων. ὁ μὲν γὰρ Μαίανδρος ποταμὸς κατὰ τὴν Ἀσίαν πολλὴν χώραν [12] πεποίηκε ποταμόχωσιν· ἐν ᾗ τῶν συμβαινόντων οὐδὲν τὴν αἰαπλήρωσιν τῦ Νείλου ὃ σιῶλον οὐδὲν θεωρεῖς μιόμενον. ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν Ἀκαρνανίαν ὁ καλούμενος Ἀχελῶος ποταμὸς, οὐδέ τε τὴν Βοιωτίαν ὁ Κηφισὸς ἐκ τῶν Φωκέων, [13] ὀλίγην χώρην ὑποδέχωσαν. ἐφ' ὧν ἀμφοτέρων ἐλέγχεται φανερὸς τῦ Ἐφόρου ὁ ψεῦδος. καὶ ταῦτα μὲν πρὸς ὃν Ἔφορον.

Τῶν δὲ ἐν [14] Μέμφει φιλοσόφων τινὲς ἐπεχείρησαν αἰτίαν φέρειν τῆς πληρώσεως ταύτην· φασὶ δεῖσθαι εἰς τρία τὴν γῆν. καὶ ἓν μὲν [15] ὑπάρχειν δὲ κατὰ τὸ ἡμέτερον οἴκυμένιον (δεῖ γὰρ οὕτως εἰπεῖν) ἕτερον δὲ τύτοις τοῖς τόποις αἰτιᾶσθαι τὰς ὥρας· τὸ δὲ τρίτον [16] μεταξὺ κεῖσθαι τύτων, ὑπάρχειν δὲ [16] ἀφ' καῦμα λίαν ἀοίκητον. εἰ μὲν οὖν ὁ Νεῖλος ἐποιεῖτο τὰς ἀναβάσεις κατὰ δὴν τῦ χειμῶνος γίνεσθαι, δῆλον ὑπῆρχεν, ὡς [17] ὅτι τ' καθ' ἡμᾶς ὥρας λαμβάνει τὴν σύῤῥυσιν, ἀφ' ὃ πρὸς τύτοις τοῖς χειμῶσι μάλιστα γίνεσθαι παρ' ἡμῖν τὰς ἐπομβρίας. [18] ἐπεὶ τοὐναντίον πρὸς ὃ ἥκεις πλεῖστα, πιθανὸν ἦν), κατὰ τὰς αὐτοκειμένους τόπους χωνᾶσθαι τὰς χειμῶνας, καὶ [19] ὃ πλεονάζον τῶν κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους ὑδάτων, εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς [20] γίνεσθαι οἰκυμένην.

---

1 τὴν πλήρωσιν ἴσχει περὶ τὴν φαῦσιν τῆς. Diod. 2 aggestæ terræ Rhodom. 3 Diodorus ἀφαιμάσσει τοῦτο πλ. vbi bene Rhodom. illud τοῦτο minime eiiciendum censet. 4 ὑγρῶν σύῤῥυσιν Diod. 5 ἡγήσαιτο ex Diodoro præplaceat. 6 Sic ex Diodoro restituimus. vulgo mendosissime ἐωυτῶν. 7 Diodorus τῦ ποταμῦ. 8 de aggeratione soli Rhodom. 9 τηκομένων Diodorus, quod conuenit cum superiore ἀφαιμάσσει. 10 ἐμφανῶν Diodorus. 11 sic & Diodorus; vbi tamen hunc articulum viri docti ociosum putant. 12 limo opplenit Rhodom. apud Diod. 13 terra non exiguum accumulauit, idem Rhodom. ib. 14 Μέμφει Diodorus. 15 ὑπάρχειν Diodorus. 16 μεταξὺ μὲν κ. Diodorus. nec Simocatæ eam particulam omissam credo. statim reposui ex Diodoro ἀφ' καῦμα. vulgo male vna voce ἀφαυμα. 17 ἐκ τῆς &c. τὴν ἐπίῤῥυσιν. Diodorus. 18 ἐπὶ δὲ τ. Diodorus. & sic supple. 19 recta hæc visa Rhodomano lectio Diodori, quam & Simocatam agnouisse constat. 20 φέρεσθαι Diodorus.

ERant, qui quomodo nos Ægyptii deos coleremus, quærerent: alius, quamobrem alia apud alios animalia sacra & diuina haberentur, & quę esset de quolibet narratio, percontabatur. Quidam pyramidum formã & constructionem, nonnulli fistularum ductus & anfractus scisscitabantur. Quid multa? Ægyptiarum rerum nihil non inquisitum relinquebant. Etenim omnis Ægyptiaca natratio, mirum in modum Græcas delectat aures. Ad extremum tandem & de Nilo, qui essent eius fontes, & quæ præter alios fluuios peculiaris natura, & vnde æstiuo tempore solus inter omnes crescat aquis, quæstionẽ mihi quidã ex vrbanioribus proponebat. Me dicente ea quæ sciebam, & quæ de hoc fluuio sacris libris perscripta, solis antistitibus cognoscere aclegere licet: & narrante, quod in supremis Æthiopię, vltimis autẽ Libyæ partibus oriatur, qua parte orientale clima desinens, initiũ meridiei præbet: crescit vero æstiuo tempore, non (vt quidam putarunt) Etesiarum aduerso flatu reiectus, sed iis ipsis ventis circa solstitium æstiuum, à septentrionalibus partibus versus meridiem, omnes nubes pellentibus ac trudentibus, donec in zona quæ torretur ardore solis colligantur, in qua illorum motus retunditur propter incredibilem circumstantis æstus vehementiam, toto qui antea fuerat paululum congregatus & condensatus, humore liquescente, & inde copiosis imbribus cadentibus. Superbitque Nilus, nec se fluuium esse patitur, sed effunditur extra ripas, & eluuione tanquam mari quodam Ægyptum operiens, aduentu suo fecundat agros. Quare ad bibendũ dulcissimas præbet aquas, vt quæ illi ex cælestibus imbribus suppeditent: & est tactu placidus ac lenis, non amplius calidus, sicut vbi incipit: veruntamen adhuc tepidus, vt in eiusmodi locis ortus. Quam ob caussam solus ex fluuiis, vapores non exhalat: omnino enim consentaneum esset, si exhalaret, eum ex niue liquefacta, quod quidam docti apud Græcos voluerunt, incrementum capere.

Καὶ ὁ μὲν ἡμᾶς ὅπως τοὺς ἐγχωρίους οἱ Αἰγύπτιοι σέβομεν θεοὺς αἰπρώτα ὁ ̓ ̓ ̓, δι' ἣν αἰτίαν ἄλλα παρ' ἄλλοις τῶν ζώων ἁγιάζεται, καὶ τίς ὁ περὶ ἑκάστου λόγος ἐπιωθάζετο· ἄλλος πυραμίδων κατασκευὴν, ἕτερος συριγγῶν πλάσιν· ἅπαντα δὲ τὰ τοῦ Αἰγύπτου ἐν ὑδρίᾳ ἀπελίμπανον ἱστορῆντες. Αἰγύπτιον γὰρ ἄκυσμα καὶ δίηγημα πᾶν, Ἑλληνικῆς ἀκοῆς ἐπαγωγώτατον. τέλος δέ ποτε καὶ περὶ τοῦ Νείλου, καὶ τίνες μὲν αὐτῷ πηγαί· τίς ἦν καθ' ἑαυτὸν τοὺς ἄλλους ποταμοὺς ἰδιάζουσα φύσις· καὶ ὁπόθεν τὸ θερινὸν ὕδωρ μόνος τῶν πάντων πλημμυρῇ, πεῦσίν τις ἐμοὶ προσῆγε τῶν ἀστοτέρων. ἐμοῦ δ' ἅπαντα ἐπίστασθαι εἰπόντος, καὶ ὅσα περὶ τοῦ ποταμοῦ τούτου βίβλοις ἱεραῖς ἀναγεγραμμένα, μόνοις τοῖς παρ' Αἰθίοψι καὶ γινώσκειν, καὶ ἀναγινώσκειν ἔξεστι. καὶ διελθόντος ὡς ἔοικε μοῦ ἐν τοῖς ἄκροις τῆς Αἰθιοπίας, ἐσχάτων δὲ τῆς Λιβύης· ἀναλαμβάνει, καθ' ὃ μέρος τὸ κλίμα τὸ ἀνατολικὸν ἀπολῆγον, ἀρχὴν τῇ μεσημβρίᾳ δίδωσιν· αὔξεται δὲ καὶ τὸ θερινὸν ὕδωρ, οὐχ ὥς τινες ὑπέθεντο τοῖς ἐτησίαις ἀντικρὺ πνεόντων ἀναχαλόμενος· ἀλλ' αὐτὸ μὲν τούτων τῶν ἀνέμων κατὰ θάτερα τοῦ θερινοῦ ἀπὸ τῶν ἄρκτων ὄντι τὴν μεσημβρίαν πᾶν νέφος ἐλαυνόντων τε καὶ ὠθούντων, ἕως ὅτι τὸ ἀγεκκαυμένον ζώνιον συναίξωσι, καθ' ὃ τῆς φορᾶς ἀναχαλῶνται δὶ ὑπερβολὴν τοῦ περὶ μέρη πυρώδους πάσης τῆς πρόσθεν καὶ κατὰ μικρὸν ἀθροιζούσης καὶ παχυνθείσης νοτίδος ἀξατμιζομένης, κἀκ τούτου λαίβρων καὶ ἀθρόων ὄμβρων, ὀργᾶται ὁ Νεῖλος, καὶ ποταμὸς εἰς ὅλον αἴρεται, ἀλλὰ κατεξαίρεται τῆς ὄχθης, καὶ θαλαττοῖ τὸν Αἴγυπτον, τῇ παρόδῳ γεωργῶν ἀρούρας. ἔστι πίειν τε ὅτι γλυκύτατος, ἅτε δὴ ὄμβρων ὑραίων χορηγούμενος, καὶ ψύχει προσηνέστατος, ὅτι ἐπὶ μᾶλλον θερμὸς ὡς ὅθεν ἤρξατο, ἔτι δ' χλιαρὸς ὡς ἐνεῖναι ἀρξάμενος. διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ μόνος ποταμῶν ἄτμους οὐκ ἀναδίδωσι· πάντως δὲ, ὡς ἔοικε, δυνατὸς, εἰ καθῶς τινες ἐβουλήθησαν, ὡς πιθανόμεθα, τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν, χιόνος τηκομένης τὸ πλήρωμα ἐλαμβανε.

1 Quos & refutat Herodotus lib. II, cap. 20. Eorum fuit Thales. 2 Sic & Clitopho apud Achill. Tatium l. 4. de Leucip. & Clitoph. Nili pota aqua, γλυκὺ, ait, ὂν πινόμενον διὰ τὴν ψυχρὸν τῆς πόσεως. vbi vltimæ quatuor voculæ desunt in vulgatis, nos suppleuimus ex ms. I. A. Thuani. Eodem loci, si libet, & alia nõ iniucunda certe de iucundo isto aquæ istius potu, modoq; potandi mirabili videas. 3 Vt Anaxagoras & tragici, refutat eandem opinionem noster Herodotus lib. II. cap. 22.

ΕΚ ΤΩΝ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ Ἐπισκόπου Κύρου.

Ἐν τῇ Ἑλληνικῶν παθημάτων θεραπευτικῆς λόγῳ τῷ δ', ἐπιγεγραμμένῳ περὶ ὕλης καὶ κόσμου.

Καὶ ὑπὲρ λέγω, πόθεν δὴ ἄρα τοῖς ποταμοῖς τὰ ῥεύματα φέρεται· ἄῤῥητος γὰρ δή μοι πάμπαν καὶ κρυφία καὶ αὕτη ὁ λόγος· ὅπως ὑγρὸν ὁ ἥλιος τὸ ὑγρὸν αὐτὸ ἐκφύσειεν ἀναλίσκων, ἀλλ' ὅτι μάλα τῷ ἕλκοντι κατανοῆσαι. καὶ γὰρ δὴ ξηραίνει τὰ τέλματα, καὶ τὰ τῶν ὑδάτων ἀναλίσκει ξυρήματα, καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα· ἀφυαίνει γοῦν τοι τοὺς ποταμοὺς σμικρυνομένους ἐς ἰδεῖν, ὅταν ἀφεὶς τὰ νότια μέρη, ἐπὶ τὰ βόρεια τρέχῃ, καὶ ὁ θέρος ἐργάζηται. ἀφ' οὗ τοι τοῦτο καὶ τὸν Νεῖλον φασὶν, οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῖς ἄλλοις ποταμοῖς πλημμυρεῖν χρόνον, ἀλλὰ μεσούντος τοῦ θέρους ἐπικλύζειν τὴν Αἴγυπτον· ὡς τοῦ γε ἡλίου τὸ βορειότερον ἀφαιρουμένου ζώνιον, καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν ποταμοῖς ἐποχλοῦντος, τούτου δέ γε πλεῖστον ἀπέχοντος. εἰ δὲ καὶ ἄλλας αἰτίας τῆς τούτου γε πλημμυρείας εἰσφαίνουσί τινες, ἀλλ' οὐκ [ἔμοιγε] ἁρμόττειν τοῦδε νῦν τὸν λόγον ὑπείληφα. καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις παρεγγυῶ τῆς μὲν θείας οἰκονομίας μὴ πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας, θαυμάζειν δὲ τὰ γινόμενα, καὶ τὸν ποιητὴν αὐτῶν ὑμνεῖν.

EX THEODORETO Episcopo Cyri.

In Græcorum affectionum curationis sermone IV, qui inscribitur de Materia & Mundo.

NEque vero nunc differendum puto, vnde iugis fluuiorum copia deuoluatur: ineffabilis enim mihi penitusque abstrusa hæc quoque ratio est: quo autem pacto sol aptus natus sit humidam aquæ vim comminuere, pronum est cunctis volentibus edoceri. Aestuaria enim paludesque exsiccat; aquarum præterea collectiones ac stagna consumit: corpora quoque hominum sicciora efficit. Quinetiam fluuios videmus decrescendo subduci, cum sol relictis australibus locis ad boreales tractus concedit, æstatemque nobis efficit. Eamque ob rem, Nilum aiunt non eodem tempore quo ceteri solent fluuii, extra alueum inundare, sed media æstate aquis exuberantibus Ægyptum perfundere, sole tunc ad Borealem circulum accedente, ac ceteris quidem fluuiis radiis ardentioribus incubante, ab ipso autem Nilo magnis sane spatiis abscedente. Si vero & alias Niliaci incrementi caussas quidam esse contendunt, ego tamen hoc tempore materiam hanc conuenire mihi non arbitror: quippe qui alios cohorter, ne caussas diuinæ gubernationis curiosius indagent, sed admirentur potius ea quæ facta sunt, ipsumque opificem hymnis laudando concelebrent.

FRID. SYLBVRGII SPICILEGIVM.

In quo loca Herodoti aliquot aliter interpretata, partim & illustrata.

Ad Librvm I.

PAG. 5, *v.* 27. Aut enim) Aut enim Candaule interfecto, me tibi cum regno Lydorum habeas aut t.

13, 12 Quod si velis) Quod si volet alterum annum esse quam alterum vno mense maiorem, vt tempora eodem opportune recurrant, menses quidem intercalarii triginta quinque fiunt per annos septuaginta: dies vero ex his mensibus mille & quingenti: *vt Perellus vertit apud Theodor. Gaz. in lib. de mensibus: teste Paulo Leopardo Emend. lib. 6. c. 21.*

21, 33 Crestonem) *Dionysius Halicar. lib. 1. pag. 19.* Crotonem *vocat.*

23, *v. vlt. in extrema ora*, cum seditiosis.) *vel, vt alii*, in gratiam rediit cum diuersæ factionis hominibus.

24, *v. vlt. in extr. ora*, thynni cl.) ~~Camer.~~ *vertit*, lacta rudens. *alii*, lactus est iactus.

25, *v. antep. in extr. pag.* conglobarentur) *vel, vt alii*, conuenirent.

26, *v. pen. in extr. pag. post* prospere rē gess.) *vel*, Sed statim, vt in bona & populosa regione, succreuerunt iterum & prospera fortuna vsi sunt: *vt Suid. quoque* ἀνάτ' ἔδραμον *exponit* ηὔξηθησαν.

ead p. 26, v. 21. fune) *Paul. Leopard. Emend. lib. 7. c. 7. manuli* schœno.

28. *v. antep. in extr. pag. ante illa* Vbi vero tandem *&c. hæc tantum Sylb.*) conducit ab eo nolente locare: *Paul. Leop, lib. 7. c. 7.*

30, 8 benigne alloq.) benigne tractabat.

33, *v. pen. in extr. pag. post* infunditur mari *ita Sylb.*) *Paul. Leopard. Emend. lib. 7. c. 9. legit* Hyllus, *ex Homero & Strabone, atque adeo sic habent etiam Graci codices nonnulli.*

37, 36 absumit) *alii*, differt, dissipat.

46, 33 Neque alias vnquam) Neque alias vnquam notasti (*seu* deprehendisti) in hoc viro illepidum quidquam. *est enim hic* παιδὸς *idem quod* ἀεὶδος: *vt ex Thoma Magistro docet Paul. Leopard. Emend. lib. 7. c. 11.*

49, 19 multis verberibus affecit) *alii*, verberibus eum admodum aspere tractauit.

ib. *v.* 35 tam indignis) *alii*, tam indigne tractare.

62, 3 ante Sicyonem) *Pausan. 211, 16. & 234, 37 habet* πρὸς Σικυῶνι: *quod significat*, ex ea parte qua Sicyonem attingit *Achaia.*

73, *v. antep. extr. pag. post* Hi soli *&c.*) *Infra 496, 40 hoc ipsum repetitur, & à Strabone lib. 13. ab Aristotele quoque histor. animal. lib. 3. ca. 11. vt annotauit Paul. Leop. Emend. lib. 7. cap. 11.*

80, 25 scrobibus) celoniis, *siue* tolenonibus.

84, 9 In pilam coniiciunt) In pilam coniectos, & pistillis comminutos incernunt per linteum, *vt vertit Paul. Leopard. Emend. lib. 7. cap. 11. est enim* ἐκκρίνειν cribrare, per cribrum *seu* incerniculum transmittere.

Ad Librvm II.

Pag. 99, v. 13 dum exæquat) *Videtur* διαιῶν *legisse pro* διακαίων. *Græca sonant*, dum transitum ei perurit. *id est*, dum eum permeantem vrit.

100, 45 alii ad vrbem Elephantinam) *Franc. Jun. in Esaiã p. 68. Græca sic distinguit,* ἐν τῇ Ἐλεφαντίνῃ πόλει πρὸς Αἰθιόπων· ⊙οι δὲ Δάφνησι τῇσι Πηλουσίοισι ἄλλη πρὸς Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων. *id est*, alii ad vrbem Elephantinam, Æthiopibus oppositi: alii ad Daphnas Pelusias, oppositi Arabibus & Assyriis.

107, *v. vlt. extr. pag. post* conuertisse) *Alii sic totum locum vertunt*, atque interim quietum mansisse. at cũ ei ad aram admoto molam inspergerent (*vel, vt Bud. sentit*, capillum vellerent) ad vires *exercendas* versum omnes illos interemisse.

113, *v. antep. post* ellychnium) *alii*, superne autem inest ipsum ellychnium.

116, 17 veluti hostes exag.) *alii*, tractant vt hostes.

120, 7 alii morborum occultorum) *Hier. Mercurialis Var. lect. lib. 2. c. 8. putat pro* alii *legi posse* siue: *vt hæc sequentia exponant præcedentia.*

135, *v. vlt. extr. pag. post* vinculis) *Leopard. Emend. lib. 7. c. 12. vertit*, duos aut tres vtrium petiolos pendulos resoluisse. *Infra sane in oraculo* περιέχων ἀσκῶν ποδεὼν *dicitur* penis, *qui è ventre velut ex vtre petiolus prominet.*

153, *v. vlt. extr. pag. post* assentior) *Plutarch. pro eodẽ* ἀπεμφάσεως, *id est*, crepitum *ventris* emisit.

Ad Librvm III.

P. 167, v. 26 Nec ipsis Inaro) tametsi quã Inarus & Amyrtæus nullus dum Persis plus damni dedit: *vt vertit Paul. Leopard. Emend. lib. 7. c. 14.*

170 *v. vlt. pag. post* breuiage) *Eam lectionem secutus Paulus Leopard. Emend. lib. 7. cap. 14. sic vertit*: neque enim tot eos victuros fuisse *annos*, nisi potu conspergerent atque miscerent: de vino hoc dicens Ichthyophagis. hac enim re se Persis esse inferiores.

213, 2 & lenia post acria) *alii in Græco legunt* ἰητικὰ μάλα ἰσχυρὰ προσάγων. *id est*, fomẽta efficacia & vehemẽtia admouens. *vt vertit Paul. Leopard. Emend. lib. 7. cap. 14.*

Ad Librvm IV.

P. 229, 37. nam anima) *Sincerior videtur hæc Græci contextus lectio apud Eustath. Comment in Dionysii Periegesin, pag. 16.* ἄρι μὲν γὰρ τὸ τὸν Σκυθικὸν, μασπὼ δὲ ὀφθαλμόν· *id est*, nam ARI Scythice VNVM dicitur, MASPVS vero OCVLVS. *vt* ~~Hermann~~ *annotauit decuria 1. c. 2.*

236, *v. pen. extr. pag. post* Est autem sep.) *Pausanias hanc* Argin *vocat*. Hecaergen, 41, 22 & 154, 13

241, 37 Amaxampeus) *Infra* 251. Exampæus *scribitur, etiam in Graco: itidemque apud Solinum c. 24. & apud Pomp. Melam lib. 2. ca. 1.*

245, *v. pen. extr. pag. post* Οἱ ἀνδρ.) *Pro* ἀάρης *supra fuit* ἀαρὴς *p. 45. quod sonat* execrationi obnoxios. *Corinthus, qui de dialectis scripsit,* ἀάρας *interpretatur* ἀπίτας. *nonnulli tradunt* ἀναρίας *Scythas esse vates euiratos, quos Hippocrates alicubi* ἀνανδρίας *appellauerit: vt annot. Paul. Leopard. Emend. lib. 7. c. 10.*

274, 6 sono vocis exili) *Budæus ex antiquo exemplari legit* ἰσχόφωνος, *id est*, hæsitans lingua, *vt annotauit Paul. Leopard. Emend. l. 3. ca. 11. Ex terrore id vocis vitium emendatum refert Pausan. 331, 16.*

286, 11 Zygantes) Γύζαντες *pro gente Libyca ex He-*

verbi quarto citatur à Stephano: vt annotauit Turneb. Aduers. lib. 10. c. 24. Sed idem tamen Steph. & Zυλαντας pro Libyæ populo citat ex Hecataeo & Eudoxo.

Ad Librvm VII.

392, *v. vlt. extr. pag. post* somniasse) *ad verbum sonat*, multa & magna euersa esse ab inferioribus.

417,21 Bogem) *Paus.* Boen *vocat 242,44.*

418,38 Niphragæ) Phagrę *legendum esse docet Paul. Leop. Emend. l. 8. c. 1. ex Thucyd. l. 2. & Strabonis Epitome.*

424,10 Enienes) Ænianes *hi dicuntur a ceteris scriptoribus, de quibus vide Stephanum.*

434,31 Cyllirii) *Suidas* Καμικυλείς *vocat. itidemque Aldus in Prouerbiorum Collectaneis habet* Καμικυλείων πλείους. *Qui vero hic (itidemq; apud Hesychium) more Siculo seu Dorico vocantur* γάνυροι, *in iisdem Prouerbiis & apud Suidam nominantur* γύμνοροι, *quasi dicas* Agrotum possessores, Agricolæ.

443,2 χίτρους) *Eustathius feminino genere* χίτρας *habet, Comment. in Dionysii Periegesin, pag. 73.*

455,28 lapidem nomine Melampygum) *Paul. Leop. Emend. lib. 8. ca. 1. manuit*, lapidem Melampygi, *id est, Herculis nigro podice praditi.*

459,11 bis modo) *Forsan* bis duo: *cum in Graco sit* χιλιάδες τέτρες, *id est*, quatuor millia. *In precedenti versu Diodorus Siculus pag. 259 pro* τεττακοσίαις, *habet* διττοσίαις *id est*, Bis decies centum millibus.

Ad Librvm VIII.

471,2 & optimam portionem agri Hist.) Ellopiique agri & Histiæ regionis maritimos vicos omn. p.

472,12 male mulctati) aspere tractati.

473,45 Drymon) *Paus.* Δρυμαίαν *vocat, 18, 34. itidemq; Plin. l. 4. c. 3. Stephanus vero* Δρυμίαν.

475,17 Mineruæ protemplaris) *Pro* Προναίης, *quod secutus est interpres, legitur apud Paus. 323, 40.* Προνοίας. *quod sonat* Mineruæ Prouidentiæ. *Idem tamen Pausanias &* Προνάη Ἀθηνᾶς *(id est* Protemplaris Mineruæ*) mentionem facit, 289, 25. Suidas quoque vtramque agnoscit; sed ita vt* Προνοίην *hic legerit,* Προνοίαν *ex Æschylo, Callimacho & Demosthene citat Paul. Leopard. Emend lib. 8. cap. 1.*

476,20 obseruatum. Et) versatum. hec solum hæc dicunt, sed etiã perinde ac si esset, menstrua ei *libamina* apponunt, libum *scilicet* mellitum; *seu* placentam mellitam.

481,40 credibile est) λοιδόρησιν *significat potius* oraculo prædictum est, *Leop. Emend. lib. 8. c. vertit* fatale.

507,27 Murem in Lebadiam) Murem Lebadeam (*Bœotiæ oppidum*) venisse, & mercede pellecto quodã indigena, ad Trophonium (*id est, in antrum Trophonii*) descendisse.

ibid. v. 35. vaticinum esse) μαντεύεσθαι *significat hic verius* Oraculum consulere: *vt annot. Paul. Leopard. Emend. lib. 8. c. 1.*

Ad Librvm IX.

547,23 pecora & in Dod.) *Interpres legit* πρόβατα *sed verior scriptura est* πρόφαντα, *id est*, oracula: *vt monuit Paul. Leop. Emend. lib. 8. c. 1.*

556,26 resiliit) vibrauit: *seu*, concussa est: *à verbo* πάλλεσθαι.

FINIS.

EX

ΕΚ ΤΩΝ

ΚΤΗΣΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΝΙΔΙΟΥ

Περσικῶν καὶ Ἰνδικῶν

ΕΚΛΟΓΑΙ.

EX

CTESIÆ

CNIDII

Perſicis & Indicis

EXCERPTA

à PHOTIO.

cum interpretatione ~~H. STEPHANI,~~ & Indicorum quidem duplici, quarum altera ~~L. RHODOMANI.~~

IN HÆC

Notæ, variæ lectiones, & diuerſæ interpretationes ~~H. STEPHANI,~~ D. HOESCHELII, A. SCHOTTI.

AD HÆC

alia eiuſdem CTESIÆ ex iiſdem & aliis ipſius libris Fragmenta aucta iam & locupletata.

HENR. STEPHANI

DE CTESIA HISTORICO ANTIQVISSIMO disquisitio.

QVi melius, qui certius de rebus Persicis scribere potuerit quam Ctesias, arbitror fuisse neminem. Quod quo magis mihi persuadeo semperq; persuasi, eo certe magis (vt homo Persicæ historiæ studiosissimus) aliquã eius scriptorum partem in quopiam bibliothecæ angulo reperire posse desidero ac semper desideraui. Nam istæ ex eius scriptis ἐκλογαὶ tantum abest vt desiderio meo satisfaciant, vt illud, nõ aliter quam ex longo cõtractam sitim pauculæ aquæ guttæ, multo vehementiùs accendant. Vt autem Ctesiæ tantum tribuam cum alia multa faciunt, tum vero quod illum à Xenophonte laudatissimo authore laudari videam. Eum enim cuius vnius ex omnibus ab illo citetur testimonium, vt locupletissimum, laudari certe, & magnificentissime quidem, interpretor. Vnde fit etiam, vt Plutarcho, modestissimo alioqui & prudentissimo scriptori, succenseam: qui ita huius historici mores exagitat, vt omnibus modis suspectam nobis eius reddere velle videatur fidem. Sed quum duo in historico requirantur, & posse & velle de rebus vere scribere: primum, an id præstare potuerit, videamus: deinde de eo, an voluisse verisimile sit, disputabimus. At illud vel ipse Plutarchus nobis testabitur: & testatus erat ante eum laudatissimus, vti dixi, scriptor Xenophon. Respondeant igitur pro me ambo: Xenophon quidem in libro Κύρου ἀναβάσεως primo, his verbis, vbi narrat vulneratum à Cyro Artaxerxem regem, eius fratrem, Ὁ παῖει κατὰ τὸ στέρνον, καὶ πεπώκει ἀφ' οὗ ἐθεράπευσεν, ὥς φησι Κτησίας ὁ ἰατρός. Ὃ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμά φησι. & paucissimis interiectis verbis, ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, Κτησίας λέγει παρ' ἐκείνῳ ἦν. Plutarchus autem initio Ἀρταξέρξου (ita enim illic nominatur, consentientibus etiam veteribus exemplaribus) hæc scribens, ἀλλὰ τὸν Κτησίαν οὐκ εἰκὸς ἐστιν ἀγνοεῖν τοὔνομα τοῦ βασιλέως παρ' ᾧ διέτριβε, θεραπεύων αὐτὸς γυναῖκα καὶ μητέρα καὶ παῖδας. Et pagina illius libri secunda, Κτησίας ἢ, ὃν ἔστε ἀγνοεῖν τὸ χρόνον εἰκὸς ἦσι, πρόσοντα ταῖς θεραπείαις, ἔστε εἰκὼν αἰτίαν εἶχεν ἐκ τοῦ χρόνου μεταξήσαι τὸ ἔργον ὡς ἐπεφάνθη διηγούμενος. Ex his igitur quũ res omnes compertas exploratasq; Ctesiam habere potuisse, (præsertim quum medicorum apud reges multo maior tunc temporis quam nunc authoritas esset) & vt de compertis atq; exploratis vere scribere potuisse intelligamus: nunc an eum vt φιλαλήθη, id est, veritatis amatorem) id etiam voluisse probabile sit, consideremus. Nimirum & de hoc ἀπωλὲς ὁ λόγος. Nam si mentiri volebat Ctesias, nempe assentationis studium in causla fuisse dicamus necesse est. Si assentator erat, certe mentiendo, eius auribus à quo plurimum commodi expectabat, aliquid dare, eiusque ambitioni subseruire sibi propositum habebat. A quo autem plura quam à rege suo aut à regis matre sperare eum parerat? Superest igitur vt Ctesiam, dum Artaxerxi & Parysatidi statuit adulari, falsam illis laudẽ in historia sua plerunq; affinxisse existimemus. Atqui tantum abest vt iis, ac Parysatidi præsertim, falsam laudem affinxerit, vt veram potius detraxisse, ex iis passim quæ de ea commemorat, omnibus videri possit. Et de his quidem ita loquor, quasi ante illorum obitum historiam suam edidisse Ctesiam constet. Nam si post eorum obitum in lucem ab eo prolatam fuisse credamus, quomodo eum huius culpæ, imo vel huius suspicionis dicere affinem fuisse audebimus? Quod autem ad res Indicas attinet, profecto mendacii illum multis in locis nemo non facile suspectum habuerit: sed quotusquisque est qui cõuincere queat & coarguere? Nescio (respondebit quispiam) quis eo tempore potuerit: at nunc possunt mercatores nostri qui illuc & ipsi nauigant. Ain' tu? at, vnde illis, vt, quum sint ἀναλφάβητοι, ideoq; iudicio eo quod litteris & doctrina quæritur, omnino careant: obseruare & obseruata aliis postea commemorare eadem quę viri docti, possint? Ne longe abeamus, vnde homini omnium litterarum rũdi, vt ligni παρήορος dicti naturam ita animaduertisse, & animaduersam ita queat describere vt hoc in libello à Ctesia descriptam habemus? vt omittam illud quod pro artis suę (quum medicus esset) solertia, vt obseruauit, ita & obseruasse debuit: nimirum illud lignũ δίδοσθαι τοῖς χιλιάχοις ξοάνημα. vel tale quid quale alio quodam loco narratur? nempe aut miram cuiusdam radicis ad corrigendum nimium lactis vsum virtutem: aut, quod de asinorum syluestriũ cornu refert? qui è poculis ex eorum cornu confectis biberint, neq; spasmo eos, neq; comitiali morbo corripi: sed neq; dũmodo aut vinũ aut aquam aut pocul entũ aliquid aliud

exhu-

ex huiusmodi poculis bibãt, illos hausto aut ante aut post minime interire veneno? Nequaquã profecto ab imperitis istis mercatoribus expectanda hæc narratio fuerit. quid igitur illi narrabunt? nimirum se vidisse sylvestres asinos cornu in fronte gestantes, quod cuius coloris esset discernere non potuerint, sed nec satis eius magnitudinem considerauerint. Hanc autem vim huic cornu esse insitam, tam sunt nescii, quam ii qui nunquam ne Indorum quidem nomen audiuerunt. Hæc autem à me idcirco hic dicuntur, lector, vt quoties in quosdam homines incides, qui plus fidei de illis rebus, mercatoribus etiam litterarũ imperitis, quã vel doctissimis antiquis scriptoribus adhibendũ esse credũt, in promptu tibi quod illis mugatoribus respondeas, esse possit. Quod si quis me roget, an nec Ctesiæ, nec aliis vetustis authoribus rerum huiusmodi historiã describentibus derogandam arbitrer esse fidem, ille à me hoc responsum feret: me domi & in patria mea tot tantaq; rerũ videre passim miracula, vt quum illos qui de peregrinarum regionum miraculis scripserunt lego: tum demum velim, Scepticam vsurpans ἐποχὴν, dicere δ' μᾶλλον, id est δ' μᾶλλον πιστεύω, ἢ δ' πιστεύω. si tantum illa excipias quæ ita à ratione abhorrent, vt ne ipse quidem sensus communis ea quenquam patiatur admittere. Quid si vero, quo magis tales sunt res aliquæ, eo etiam magis inter miracula, sed non inter incredibilia tamen referendæ sint? Nam vel istud quale sit considera. Fuerunt nonnulli prisco sæculo homines, qui quod de quadam Indica aue narrabatur, eam videlicet in India, Indicum, illinc in Græciam transportatam, Græcum sermonem discere, & hominum more articulatas distinctasque voces tandem proferre: hoc vt plane absurdum & ineptum commentum, exsibilandum explodendumq; esse dixerint. Quinam? nempe non alii quam quibus huiusmodi auem ex Indicis oris aduectam videre nunquam contigisset. Nam Ouidius & Statius, fortasse & ipsi, hominem id commemorantem, vt aperte mendacem, aliquando risu exceperant: at postquam ipsam illis datum fuit auem cernere & audire, quam ea de re famæ & aliorum sermoni adhibere fidem noluerant, eam suis ipsorum oculis adhibere coacti fuerunt. Et, vt illos taceamus, hodieque vulgaris est adeo illa auis, vt extare aliquem qui dicat incredibile esse quod de illa narratur, id demum nobis plane sit incredibile. Quem enim, psittacum (quem βιττακὸν Ctesias hic appellat) præter illum Veronensem Claudiani senem, aut aliquem illi similem, nunquam vidisse putabimus? Finge tamen reperiri senem aliquem (& reperiuntur forsitan aliquot ex illis etiam qui in vrbibus degunt) qui nunquam eam volucrem viderit, aut, si viderit, loquentem certe nunquam audierit: an eum qui hanc illi aui inditam esse naturam affirmabit, fidem apud huiusmodi hominem impetraturum reris? Hoc certe si credis, longe falleris. His igitur tandem hunc sermonem claudamus verbis. Quemadmodum si psittacus nunquam ex India aduectus ad nos fuisset, auem apud Indos esse humanas voces sonantem nemo crederet: nunc vero, quoniam vulgaris est illa, vix quisquam hoc miraculi loco habet: itidem etiam multa de aliis Indicis animalibus referri, & de plantis atque arboribus, nominatim etiã de quibusdam radicibus, item de aquis, de metallis, de aliis denique multis illi regioni peculiaribus rebus commemorari, quę multorum fidem superant: at si tam facilis illarum rerum, quam psittaci, asportatio esset, tam facile firma ab omnibus persuasione reciperentur, quam ea quæ de psittaco scripta sunt, recipiuntur. Ergo quod Plutarchus Ctesiæ, Persicis tribuit μυθῶδες (apud eum corrupte legitur θυμῶδες) ego id in eum, ne in Indicis quidem, nedum in Persicis, cadere existimo. At erat φιλολάκων. Fuerit vero φιλαθηναῖος, fuerit φιλοθήβαιος. quid tum? Hoc certe vt aliquo in loco Lacedæmoniorum auribus aut Athenienſium aut Thebanorum potius quam veritati seruiret, facere potuisse dixerim: at ex vna historiæ particula totam illam mendacii arguere, hoc ego iniquissimi iudicis esse censuerim. Sed Plutarchum, aliquo præiudicio fortasse præoccupatum, quicquid libuerit, impune scribere sinamus, & de Ctesiæ Persicis, penes ipsos Persas: de Indicis, penes Indos esto fides. Hic certe libellus, qualis qualis est, si aliud quo commendaretur, non haberet, vel hoc vnum abunde ad eius commendationem valere posset, quod aliquot cum ab aliis, tum vero à Plinio citati in eo reperiantur loci. Sunt vero & maxime memorabiles in eo & minime tamen vulgares historiæ. quarum vnam, lector, Latino sermone interpretatam, proferam: διήγημα certe huiusmodi quod rhetori cuipiam χρείας pulcherrimæ argumentum, poetæ, iocoso quidem facetorum epigrammatum: seuero autem, grauissimæ tragœdiæ amplissimã suppeditare possit materiam. Mortuo, inquit, Megabyzo, vxor eius Amytis, libidinosa matre filia libidinosior, summe virorum erat appetens, & suam vndiq; explebat libidinem. Forte accidit vt ægrotaret, non graui morbo illa quidem: sed qui tamen medici desideraret opem. Eam igitur intuĩsens Apollonides medicus Cous, quum iampridem eius esset amore correptus, conualituram illam (vtpote quæ hysterica esset) si cum viro congrederetur, affirmauit. Hac arte is voti compos Apollonides, & amata potitur Amytide. Verum tabescen-

tem eam paulatim quum cerneret, à congressu abstinere cœpit. Illa autem tandem quum matri suæ rem totam aperuisset, eam, ne hanc quam ab Apollonide acceperat, inultam impunitamq; dimitteret iniuriam, rogauit. Mater, quæ audiuerat, ad Artaxerxen defert: narratque vt congressu eius vsus esset, nec, nisi ea indignis prius abusus modis, illo abstinuisset. Rex matri de his agendi vt vellet, potestatem permittit. Illa igitur comprehensum & in vincula coniectum Apollonidem duos menses in tormentis & cruciatibus habuit: tandem vero viuum etiam defodit. Hîc iam mihi lector (quod in legendis historicorum scriptis longe & iucundissimum & vtilissimum est) historiam cum historia confer, Persicam nimirum cum Romana. Amytin cum Messalina, regis Persarum filiam cum imperatoris Romani coniuge mihi compara: & muliebre vtrobique, quasi in speculo quodam, contemplare ingenium.

------ *Claudius audi*
Quæ tulerit dormire virum quum senserat vxor,
Ausa Palatino &c.

satis enim tibi notos esse puto versus. Aptissime autem, meo quidem iudicio, hoc par mulierum copulauerimus: vt quas personas & longa temporum intercapedo & longum locorum interuallum & linguæ magna discrepantia dissociauerunt, generis nobilitas (licet in altera maior) & morum fœditas ac turpitudo minime nobili vinculo nobis consocient atque coniungant. Et de Messalinæ quidem vt audias libidine, tibi longe abeundum non fuerit. Amytin autem præterquam Ctesiæ, etiam Dinonis grauissimi authoris hoc infamatam reperi elogio, Ἀμυτις γαλλίστη τ' ἐν τῇ Ἀσίᾳ γυναικῶν καὶ ἀκολαστοτάτη. id est, *Amytis omnium Asiæ feminarum vt pulcherrima, ita libidinosissima.* Historiam cum historia contulisti, lector: nunc autem poetæ quomodo cum historicis conferri debeant, & vt cum illorum sententiis horum pulchre testimonia consonent, considera. Nimirum quod à poeta Latinorum omnium ingeniosissimo pronunciatum est, Litem magnam pudicitiæ cum forma esse, non minus vere quam eleganter esse dictum, iam antea tibi, vt opinor, persuaseras: sed ita verum tamen hoc esse, vt non in omnes hanc cadere suspicionem existimare deberemus. At nunc hæ te docent historiæ, non obscuras tantum, non priuatas tantum affines huic culpæ esse personas, verum etiam imperatrices, eorum etiam qui reges regum vocabantur (& meritò quidem vocabantur) filias. Sed cur ego tam memorabilem vndique hanc tibi reddere conor narrationem? nimirum quod illa vel certissimum Ctesiæ φιλαληθείας datura sit testimonium. Quem enim missum me facere velle simulaueram, nunc quasi ex insidiis repetere libet sermonem. Ecquis vnicuique erga suam artem & erga eiusdem artis societate iunctos (quod eiusdem velut sacri sint cultores) naturaliter quosdam amoris excitari nescit igniculos? Nisi igitur Ctesiæ amica quidem ars sua, amicus vero Apollonides, sed amica magis historiæ veritas fuisset, hæccine cũ tanto vtriusq; narrasset dedecore? At ego (dicet fortasse Plutarchus) istud factum longe aliter interpretor. Nam vt κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, sic etiam ἰατρὸς ἰατρῷ. hinc illa diffamatio. Itane tandem hæc eius diffamandi studio commemoret, quẽ aliquot in locis non multo ante sponte laudauerit? Quo te iã vertes Plutarche? Video video quo euadere velis. Passim ab Herodoto dissentit. Patrem fabularum mihi narras. tandem te tuo confodisti gladio. Nimirum verax Ctesias mendaci Herodoto repugnat. Quid tu autẽ ad hæc, lector? nonne iam tibi teneri Plutarchus videtur? Hoc si tibi persuasi, Ctesiæ τὸ φιλάληθες admirare mecum potius, quam cum Plutarcho τὸ φιλοψευδὲς reprehende. Aut, si tibi paria in vtramque partem rationum videntur esse momenta, saltem te neutrum serua, & vti dixi, de Ctesiæ Persicis, penes Persas, de Indicis, penes Indos fides esto. Vale.

DE

DE ΔΙΤΤΟΓΡΑΦΙΑ QVORVNDAM NOMINVM, IN CTESIA PRÆSERTIM: ET DE EXCERPTIS ipsis ac voce Ἐκλογῶν.

Ex eiusd. H. STEPHANI Castigationibus ad Appiani Iberica & Annibalica, Ctesiæ, Agatarchidis, & Memnonis excerpta, in fine.

DVo sunt præterea, lector, de quibus te admonitum volo: vnum, quod ad nomina multa, in Ctesiæ præsertim exemplaribus, διπλογραφούμενα· alterũ autem, quod ad vocem ἐκλογαὶ attinet. Exemplum huius διπλογραφίας ponam ex multis vnum, Πετίσας cap. 38. in vno codice cum ι scriptũ, quum in altero scribatur cum η. Certe huius nominis & aliorum huiusmodi quærere scripturam, nescio cuius laboris, imo vero nescio cuius curiositatis esset. Nam si tandem reperiretur (quod tamen nullo fieri modo posse credo) quid tale repertum commodi nobis afferre posset, non video. Vnum tamen, optabile foret, vt quo modo apud vnum historicum nomen aliquod proprium scribitur, eodem apud alios quoq; scriptum esset: ne erroris (vt sæpe accidere videmus) diuersa scriptura nobis occasionẽ præberet: dum quod de vna eademq; persona dicitur, de diuersis dici existimamus. Sed illud quî fieri possit? Si tamen & hic coniectura locum habere debet, credo, quo longiora sunt, eo magis Persicæ linguæ characterem seruare nomina. scimus enim Persas, in finis denominandis, nequaquam id quod quidã dixit, curasse, παντὸς δὲ λόγου εἶναι τῷ δεσπότῃ μονοσύλλαβον, imo potius καὶ δὲ λόγου τὸ δεσπότου εἶναι πολυσύλλαβον καὶ μακροσύλλαβον. Quam rem videmus vt facete Plautus etiam notet. Hæc igitur ratio videtur idonea ad probandum magis veram esse scripturam (duplex enim in hoc nomine reperitur) Σφενδαδάτης quã Σφενδάτης, vtpote longiorem: eandemque in id genus aliis esse debere rationem. Itidem in nonnullis nominibus, in quibus diuersa scriptura, nimirũ & per ζ & per ξ, quæ est per ξ meis auribus nescio quid Persicum magis sonat, ideoq; magis mihi probatur. Vt Ἰζαβάτης quam Ἰζαβάτης, sic Ἀρτιβαρξάνης quam Ἀρτιβαρζάνης. nam etiam Ἀρξάνης non Ἀρζάνης dicitur. In nonnullis melioris exemplaris fidem vbique secutus sum. vt Σκυθάρκης vbique non Σκυθάρχης. Item Ἄμυτις non Ἄμυντις. quam Ἄνητιν a Dinone appellatam reperio, si quidem non mendosum est exemplar. De duplici autem scriptura Ἀρτοξέρξης & Ἀρταξέρξης non habeo quod dicam. Quin & ἐθνικῶν in dubium vocari scriptura possit. Nam quos Δέρβικας consensu vtriusque exemplaris appellatos hic habes, Stephanus ait ipsum Ctesiam appellasse Δερβίκης, ἢ Τερβιστους. Sed & male illic Δελβίκκαι legitur pro Δερβίκαι per ρ & vnum κ, prius. Alicubi certe exemplari alteri fidem audacter derogaui. vt in iis locis qui sunt cap. 17. & 21. habebat enim Καρχηδονίων & Καρχηδονίοις pro Χαλκηδονίων & Χαλκηδονίοις. (cuiusmodi mendum in hoc ipso nomine in aliorum authorum antigraphis, vt Strabonis, mihi occurrit) quod exemplar etiam male & graui cum errore permutatas nonnunquam habebat nominum quorundam sedes. vt cap. 29. [ibi, Ἐς παραγίνεται Δαρεικαῖος ἀγόμενος ὑπὸ Ἀρταπάνου εἰς τὴν οἰκίαν Ἀρτοξέρξου] in eo scriptũ est Ἀβροξέρξης vbi habes Δαρειαῖον, & Δαρείου vbi habes Ἀβροξέρξου. Nec in propriis nominibus tantum, sed vbiq; à partibus melioris (vt mihi quidẽ videbatur) exemplaris stare volui: in incertis, alterutrũ sine delectu, sequutus sum: sed ita vt alterius quoq; lectionem tibi adnotatã in fine libri dederim, nõ in Ctesia solum, sed & in Agatharchide, & Memnone. Nam quod ad Appianum attinet, eius vnicũ exemplar nanciscí potui. Sed hoc addere oblitus eram, non esse quod in nonnullis & propriis & appellatiuis nominibus, Ionici idiomatis terminationes in his ex Ctesiæ libris ἐκλογαῖς reperire mireris, quum Ionica dialecto illos conscripsisse dicatur. quanquam, vt harum ἐκλογῶν testatur author, ἐν οἷς Ἰνδικοῖς μᾶλλον ἰωνίζει ἢ ἐν τοῖς Περσικοῖς.

ALTERVM autẽ quod te scire tua interesse existimo, hoc est. Ex Ctesię scriptis hęc ita fuerũt excerpta, vt is qui excerpsit, aliquãdo verba ipsius sola posuerit: interdũ autem, & sane plurimũ, sua illis admixta nobis dederit, simul etiam in pauca & velut in arctum ea quæ ille latius ac fusius exposuerat, contrahens. Vtro igitur potius an ἐκλογῶν an ἐπιτομῆς appellanda sint eanomine, videamus. Ἐπιτομῆς appellationem dare solitos Græcos existimo iis quæ ex scriptore aliquo ita describuntur, vt primum ordo idem qui apud eum est, seruetur: deinde vero ipsa etiam verba (quantum fieri potest) sed ex multis pauca, aut ex paucis pauciſſima, retineantur. Eos autem locos qui ex aliquo authoris libro hinc inde, prout visum est, sed αὐτολεξεὶ describuntur, ἐκλογὰς ab iis vocitari solitos fuisse arbitror. Nec vero Athenæum cum alibi, tum vero vbi ἐκλογὰς ὀψαμάτων ποιησάμενος dicit, aliud hoc nomine

significare voluisse crediderim. Quo fit etiam vt iis quæ nouissime in Germania editæ fuerunt posteriorum Polybii librorum particulis, nequaquam ἀπομνῆς sed ἐκλογῶν imponendum fuisse nomen putem, & ita putem, vt affirmare audeam. Nam quin illic habeantur illa ipsa Polybii verba, mihi, qui locos aliquot ex iis à quodam Græco authore (ab Athenæo, si bene memini) quales illic sunt, ex Polybio citatos repererim: minime dubium amplius esse possit. Sed quod ad hæc ex Ctesiæ libris excerpta attinet, quum, vti dixi, nonnunquam ipsa authoris verba & eum ipsum velut loquentē à nobis audiri faciat (vt Indic. cap. 25. τὸ δὴ ἀσφάλαλον κάλλιστον ὧν ἐγὼ ἑώρακα, οἷον περ βοὸς ϛ τὸ εἶδος καὶ τὸ μέγεθος) interdū vero, & multo frequentius id quidem, non μιμητικῶς, vt ita dicam, id est, non ipsum scriptorē loquentem inducendo, & verba quasi ex eius ore excipienda nobis relinquendo, sed διηγηματικῶς; id est, ipse nobis quid apud Ctesiā legerit, narrans (vt Indic. cap. 4, quum dicit, ἐξ ἧς [σιδήρας] καὶ δύο ξίφη Κτησίας φησὶν ἐσχηκέναι, ἓν μὲν παρὰ βασιλέως, καὶ ἓν μὲν παρὰ τοῦ βασιλέως μητρὸς Παρυσατίδος. φησὶ δὲ ὡδὶ αὐτὸ, ὅτι &c. Indic. item cap. 28, καί φησιν ἰδεῖν αὐτὸ [τὸ δένδρον] ὁ Κτησίας, ϛ ὀσφραίνεσθαι ὁσμῆς, οἵας ἔστι εἰπεῖν ἡν, ἔτε εἰπόντας.) Quum, inquam, hæc ita sint, nomē ἐκλογὰς admittere nos hic ita oportet, vt quū quid proprie hac in re significet, non ignoremus, ad receptum tamen apud authores vsum significationem eius hīc non esse restringendam, sed paulo latius extendendam sciamus. Quod autem de ἐκλογαῖς ἐκ τῆς Κτησίου dixi, idem & de ἐκλογαῖς ἐκ τῆς Ἀναβάσεως dictum tibi esse puta. At in Memnone paulo alia ratio est. quia is qui ex eius scriptis hæc ἐξελέξατο, hic quoq; fateor, modo μιμητικῶς, modo διηγηματικῶς eius nobis orationem proponit, sed ita vt hic non ita vt in epitome, multa verba in pauca contrahat: sed potius eius narrationes, vt opinor, integras nobis, si non vbique, plurimis certe in locis proferat. Hoc autem vt credam, eo adducor, quod minutissima quæque plerumque in his narrationibus persequi eum videam, & certum quendam sermonis characterem vno eodemque quasi tenore continuatum esse animaduertam.

ELOGIVM
CTESIÆ CNIDII.

Ex BARNABA BRISSONIO, *lib. I. de regio Persarum principatu.*

IN *Persicorum Archiatrorum ordine, & numero, non infimum locum Ctesias Gnidius tenet, quem Persicarum rerum bonum auctorem, in primis, indictum tacitus præterire non possum. à me ergo is hoc μνημόσυνον feret, quod ei lubens, merito, do dicoque. Hunc Artaxerxis Mnemonis archiatrum fuisse, prælioque quod inter ipsum & Cyrum fratrem commissum est, interfuisse, atq; adeo curasse vulnus regi à fratre inflictū, constat ex Xenophonte, lib. I. Ἀναβάσ. & Plutarcho in Artaxerxe. Xenophontis verba quæ & Plutarchus strictim attigit, sunt, παίει (videlicet Cyrus minor Artaxerxem fratrem) καὶ τὸ στέρνον, καὶ τιτρώσκει διὰ τοῦ θώρακος, ὡς φησὶ Κτησίας ὁ ἰατρός· ϛ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμα φησί. Et mox, ὅτι δύσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, Κτησίας λέγει παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν. A quibus Diod. Siculus dissentiens, in Cyri minoris partibus, Ctesiam fuisse, eoque prælio captum, in Artaxerxis potestatem venisse, & propter artis præstantiam à rege ad curā corporis adsumptum, lib. II. ita scribit,* Κτησίας δὲ ὁ Κνίδιος, &c. [quæ statim habes inter elogia è veteribus prompta] *Strabo de Cnido loquens, lib. XIV.* ἐντεῦθεν δὲ ϛ Κτησίας, ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην, συγγράψας δὲ τὰ Συριακὰ, καὶ τὰ Περσικά. *Extat & apud Suidā, de Ctesia, elogium huiusmodi,* Κτησίας, Κτησιάρχου, &c. [& hæc statim habes] *Præterea περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς Ἀσίας Φόρων, libros scripsisse eum, Athenæus lib. X. docet: quorum tertium, lib. II. laudat. Apud Stobæum quoque, serm.* XCVIII *eiusdem de Montibus liber X. citatur. Atque Ctesiam hunc potissimum ducem & auctorem in Assyriorum historia conscribēda, fese secutum esse, Diodorus Siculus profitetur. Meminit & huius Cnidii Ctesiæ Plin. lib. II. cap.* CVI. *Vnus in huius Ctesiæ historia, fidem desiderat Plutarchus, qui in Artoxerxe famæ eius non parcit his verbis,* Κτησίας, ὡς ἔοικε, φιλότιμος ὢν, καὶ οὐκ ἤθελε φιλολάκων ϛ φιλοκλέαρχος, ἀεί τινας, ἐν τῇ διηγήσει, χώρας ἑαυτῷ διδόντων, ἐν αἷς γνώμῃ, πολλὰ καὶ καλὰ μεμνήσεται Κλεάρχου ϛ τῶν Λακεδαιμονίων. *Nec vero æquum ei fuisse Plutarchum, hæc initio vitæ Artaxerxis ab eo posita declarant,* ἀλλά τοι Κτησίαν, *& cetera.*

VETE-

VETERVM QVORVNDAM TESTIMONIA

DE CTESIA, *eiusque scriptis, & dicendi genere.*

Diodorus Siculus
bibliothecæ histor. libro II.

L. Rhodomano interp.

At Cteſias Cnidius, Herodoto recentior, ſub expeditionem Cyri aduerſus Artaxerxem fratrem vixit. Captus enim tunc, & ob artis medicæ ſcientiam à rege in gratiam receptus, XVI annos cum honore apud illum exegit. Hic è regiis membranis (in quibus res antiquas Perſæ, iuſſu legis cuiuſdã, ordine deſcriptas habebant) ſtudioſe indagauit ſingula, inque hiſtoricum ordinem redacta ad Græcos tranſtulit.

Strabo
rerum geographicarum lib. XIV.

G. Xylandro interp.

Cnidii viri memoria digni fuerunt *&c.* Cnidius fuit etiam Cteſias Artoxerxis medicorum princeps, qui Syriaca ſcripſit & Perſica.

Suidas.

H. Wolfio interp.

Cteſias, Cteſiarchi ſiue Cteſiochi filius; Cnidius, in Perſia medicus fuit Artaxerxis, cognomento Mnemonis. Scripſit Perſica libris XXIII.

Ioannes Tzetzes
lib. hiſtor. Alpha dicto, chil. I, *verſ.* 82

P. Lauſſio interp.

Cteſias autem medicus, filius Cteſiochi,
Profectus ex vrbe Cnido Cypriæ,
Qui cũ Artaxerxa victus, velut ſocius Cyro,
In Perſis commoratus eſt annis ſeptem & decem,
Libris tribus & viginti Perſicas res deſcribẽs.

Dionyſius Halicarnaſſeus
de ſtructura vel collocatione apta verborum.

Dictio vero Thucydidis, Rhamnuſiiq; Antiphontis, quod ad compoſitionem attinet, proba mehercle, ſi vllæ aliæ: non vſquequaque tamen ſuauis. At Cnidii illius hiſtorici Cteſiæ & Xenophontis ſuauis eſt quammaxime, non tamen quantum oportebat proba. Dico autem hoc in commune, non quod prorſus ita habeat. nam & apud illos quædã diſpoſita ſunt ſuauiter, & contra apud hos nonnulla probe dicuntur.

Demetrius Phalereus
de elocutione, cap. de perſpicuitate orationis.

Quod vero Cteſiæ obiiciunt, loquaciorem ſcilicet eſſe ob verborum repetitiones, id quidẽ forte recte faciunt ſæpius: ſæpius tamen haud animaduertunt viri in dicendo perſpicuitatem: reponit enim idem, vt inde ſignificatio efficiatur expreſſior. *&c.* In ſumma, poeta iſte, ita enim quis non inepte adpellauerit, perſpicuitatis in tota ſcriptione eſt artifex.

Διόδωρος ὁ Σικελιώτης
βιβλιοθήκης ἱστορικῆς ἐν τῇ δευτέρᾳ.

Κτησίας ἦν ὁ Κνίδιος τοῖς καθ' Ἡρόδοτον μὲν χρόνοις ὑπῆρξε κατὰ τὸν Κύρου στρατείαν ὃν Ἀρταξέρξῃ τὸν ἀδελφὸν μεμφόμενος ἦλθεν ἀχμάλωτος, ἐν ἀρχῇ δὲ τὴν ἰατρικὴν ἐπισήμως ἀσκήσας παρὰ βασιλέως, ἐπὶ πλείω δέκα ἔτη διετέλεσε τιμώμενος ὑπ' αὐτοῦ. ἔστι δὲ ἐν φησὶν ἐκ τῶν βασιλικῶν [1] διφθερῶν (ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς πολιτικὰς πράξεις κατά τινα νόμον εἶχον συντεταγμένας) πολυπραγμονήσας τὰ καθ' ἕκαστα ἐκ συντάξαντος τὴν ἱστορίαν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν.

Στράβων
γεωγραφικῶν βιβλ. ιή.

Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι Κνίδιοι &c. Ἐντεῦθεν ἦν καὶ Κτησίας ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην, συγγράψας δὲ [2] τὰ Ἀσσυριακὰ καὶ τὰ Περσικά.

Σούδας.

Κτησίας, Κτησιάρχου, ἢ Κτησιόχου, Κνίδιος ἰατρός· ὃς ἰάτρευσεν ἐν Πέρσαις Ἀρταξέρξην τὸν Μνήμονα κληθέντα, καὶ συνέγραψε Περσικὰ ἐν βιβλίοις κ' καὶ τρισί.

Ἰωάννης ὁ Τζέτζης
βιβλ. ἱστορ. τῆς Ἄλφα, χιλ. α'. στίχ. πβ'.

Ὁ δὲ Κτησίας ἰατρὸς, υἱὸς δὲ Κτησιόχου,
[3] Ἐξωρμημένος πόλεως ἐκ Κνίδου τῆς Κυπρίας,
Ὃς Ἀρταξέρξῃ κρατηθείς, ὡς συμμαχῶν τῷ Κύρῳ,
Ἐν Πέρσαις διετέλεσε χρόνους ἑπτὰ καὶ δέκα,
Βίβλοις τρισὶ καὶ εἴκοσι τὰ Περσικὰ συγγράψας.

Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς
ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.

Ἡ δέ τοι Θουκυδίδου λέξις, ἢ Ἀντιφῶντος ἢ Ῥαμνουσίου, καλῶς μὲν σύγκειται νὴ Δία, εἴπερ τινὲς ἄλλαι, ἁμυδὴ δέ γε παύρου· ἡ δέ γε Κνιδίου συγγραφέως Κτησίου, καὶ ἡ τοῦ Σωκρατικοῦ Ξενοφῶντος, ἡδέως μὲν ὡς ἔνι μάλιστα, ἁμυδὴ καλῶς γε ἐφ' ὅσον ἔδει. λέγω δὲ κοινότερον, ἀλλ' οὐχὶ καθαπαξ· ἐπεὶ καὶ παρ' ἐκείνοις ἥρμοσταί τινα ἡδέως, καὶ ὧδε καὶ ἐκεῖσε καλῶς.

Δημήτριος ὁ Φαληρεύς,
περὶ ἑρμηνείας, κεφ. περὶ ἀναρχίας.

Ὃ περ δὲ τῷ Κτησίᾳ ἐγκαλοῦσιν ὡς ἀδολεσχοτέρῳ διὰ τὰς διλογίας, πολλαχῆ μὲν ἴσως ἐγκαλοῦσιν ὀρθῶς· πολλαχῆ δὲ οὐκ αἰσθάνονται τὴν ἐνδεχομένην τοῦ ἀνδρός. τίθησι γὰρ ταυτὸ, διὰ τὸ πολλάκις ποιεῖν ἐμφασιν τοῦ λείποντος. *&c.* καὶ ὅλως δὲ ὁ ποιητὴς ἔστι, ποιητοῦ γὰρ αὐτὸ καλοῦσι τὸν ἐκτὸς, ἀναρχίας δημιουργός ἐστιν ἐν τῇ γραφῇ συμπάσῃ.

Exempla huius ἀναρχίας *quæ Demetrius affert, infra ſubiiciemus cum Cteſianis fragmentis, vbi & alia inſpergũtur quibus partim laudatur Cteſias, partim notatur & quidem ſæpius.*

---

1 *Membranis vſos Perſas, papyri vero & chartarum vſum ignorasse & hinc colligit Briſſonius l.* 2. *de reg. Perſ.* 2 *Ita legendum vt Aldi codex habet, vel Ἀσσυριακὰ vt eſt in vet. lib. nec recte itaque Xylandrum* Συριακὰ *maluiſſe: vt vel ex initio Excerptorum è libris Cteſiæ patet, monet Is. Caſaubonus ad Strabonis locum tam ad oram quam in Comm. & Briſſonius itaque non recte eandem lectionem* [Συριακὰ] *ſequutus videtur l.* 2. *de reg. Perſ. princ. quæ ante oculimus.* 3 *Verte potius,* Prof. ex vrbe Cnido Cypria qui ab Artaxerxe captus vt Cyri ib pugna ſocius, In Perſia *&c. manifeſtum id ex præcedentibus Diodori, è quibus ſine dubio iſta cantillauit Tzetzes. quamuis quod ad rem ipſam attinet, inter Diodorum & alios videatur diſſenſum, ſicut & Briſſonius dicto loco admonuit.*

AD LECTOREM.

Διάφοροι γραφαὶ *in Graci contextus Cteſiæ oris ſunt ex editione Photii, quam cl. vir* DAVID HOESCHELIVS *ante aliquot annos publicauit, quibus nimirum illa eximia editio à Stephaniana, quam noſtra hac ſequimur, variat: quod ſemper indicatum additis litteris* D.H. *Cetera quibus hæ littera non ſunt addita, ſunt & iſtæ tamen ex eiuſdem doctiſſimi & amiciſſimi viri editione eadem; ab ipſo ibi in oram paginarum collocatæ, vti hic pariter repræſentamus. Quæ vero auctiora in ipſius quibuſdam mss. fuere, vt præſertim in Indicis contigit, ea contextui noſtro fere inſeruimus, vncinulis tamen eiuſmodi [ ] incluſa: id quod & in interpretatione fecimus, quam tum à clariſſ. A. Schotto viro pariter amico & beneuolo ſumus vtcunque, quem diuerſam interpretationem in hiſce Cteſiæ Perſicis & Indicis adhibuiſſe & illuſtraſſe ab ea (vt ipſe ſuis* προλεγομένοις *in Photium indicat) quæ typographorum* σφάλματα *opera circumfertur, id inquam ex ipſius Latino Photio non te poteſt fugere.*

Quæ itaque extrema quoque pagina ſunt adiecta, priora continent interpretationes diuerſas in Perſicis & Indicis excerptis eiusd. A. SCHOTTI, *(de cuius opera in hoc auctore collocata iam diximus) quas ex eius Latina Photii editione excerpſimus, raptim (ne quis nos adpendiſſe putet) ipſius verſione Cteſiana cum H. Stephani collata.*

Poſteriora vero quæ à tali hoc ſigno ¶ incipiunt, ea exhibent Notas in Perſicorum & Indicorum excerpta tam H. STEPHANI, *quam* D. HOESCHELII. *Iſtas vt ab his diſcerneres, litteris principibus* H. S. *adpoſitis notauimus: interdũ tamen & alteras his* D H. *ne vlla vllibi facile occaſio dubitandi foret. Numeri ſuis in cõtextu ſingulis ſingulis indices. Quod autem H. Stephanus aliam ms. lectionem in Notis quoque proponit, noſſe debes eum nimirum & altero mſ. vſum, vt ipſe indicat in diſſertatiuncula ſuper* διπλογραφία *quorundam nominum in Cteſiæ præſertim eclogis, quam ante paullo poſitam habuiſti. En vero tibi pro ſummario Cteſiæ Perſicorum & hanc ab* A. SCHOTTO *ſeriem regiam.*

REGVM PERSICORVM SERIES EX CTESIA.

Rex	*Vxor*	*Liberi*	*regnauit*	*mortuus*
I. CYRVS	Amytis	Cambyſes, & Tanyoxartes	annos XXX	ex vulnere in prœlio accepto.
II. CAMBYSES	Roxane		annos XVIII	caſu ictus ſuomet cultello.
III. SPHENDADATES *magus, aliis* SMERDES			menſes VII	à VII coniuratis interfectus.
IV. DARIVS *Hyſtaſpæ* F.		Xerxes	annos XXXI	poſt XXX dierũ morbum.
V. XERXES	Amiſtris	Dariæus, Hyſtaſpes, Artaxerxes, Achæmenides, Artarius, Amytis, & Rhodogune.	annos XXII *aliis auctoribus.*	ab Artapano & Spamitre peremtus.
Artapanus *Xerxa percuſſor ab aliis hic inſeritur; & dicitur regnum tenuiſſe*			menſes VII	eadem morte, qua Artaxerxem ſtatuerat è medio tollere.
VI. ARTAXERXES, Longimanus *appellatus.*	Damaſpia	Xerxes *ſolus legiti mus: ſpurii* XVII *inter quos* SECYNDIANVS & OCHVS *poſtea in regnũ ſucceſſerunt.*	annos XLII	morte naturali.
VII. XERXES *alter*			dies XLV	Secyndiani & Pharnaciæ manu.
VIII. SECYNDIANVS, *aliis* SOGDIANVS.			menſ. VI. dies XXV.	in cinerem coniectus.
IX. OCHVS, *qui &* DARIÆVS, DARIVS Nothus *aliis.*	Paryſatis	Arſaces, Cyrus, Artoſtes, Oxendras, *& alii* XIII, *qui cito vita abierunt.* Amiſtris *filia.*	annos XXXV	ex morbo, Babylone.
X. ARSACES, *idemq; mutato nomine* ARTAXERXES, *aliis*	Statera			

Mnemon *cognominatus, aduerſus hunc Cyrus frater conſurgens in prœlio occubuit. Reliqua huius dabit Plutarch. in Artoxerxe.*

ΕΚ ΤΩΝ ΚΤΗΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΝΙΔΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩΝ ΕΚΛΟΓΑΙ.

EX CTESIÆ SCRIPTIS QVÆ PERSICA NOMINATA SVNT, excerptæ à PHOTIO historiæ.

Latinitate donatæ ab ~~HENR. STEPHANO.~~

1 ΚΤΗΣΙΟΣ τῶ Κνιδίω τὰ Περσικὰ ἐν βιβλίοις ἐστὶ κγ'. ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς πρώτοις ἓξ τὰ τε Ἀσσύρια λαμβάνει καὶ ὅσα πρὸ τῆς Περσικῆς· ἀπὸ μέντοι τοῦ ζ' τὰ Περσικὰ διεξέρχεται. ἡ δὲ μὲν τοῦ ζ' καὶ η' καὶ ι' καὶ ια' καὶ ιβ' καὶ ιγ' βίβλος περὶ Κύρου καὶ Καμβύσου καὶ τοῦ μάγου, Δαρείου τε καὶ τοῦ Ξέρξου· πρέπον δὲ ἅπασιν αἰτιᾶσθαι Ἡρόδοτον ἱστορῶν, ἀλλὰ καὶ ψεύστην αὐτὸν ἀποκαλῶν ἐν πολλοῖς, καὶ λεγόντων ἀπόκαλον. al. ἀπόκομον. καὶ γὰρ νεώτερος μέν ἐστιν αὐτοῦ· φησὶ δ' αὐτόν, τὰ πλείονα ἀνιστορῆσαι, αὐτόπτην γεγονέναι, ἢ παρ' αὐτῶν Περσῶν (ἔνθα δὲ ὁρᾶν μὴ ἐνεχώρει) αὐτήκοον καταστῆσαι, ὅπως τὴν ἱστορίαν συγγράψαι. οὐκ Ἡρόδοτον δὲ D.H. μόνον τοιαῦτα ἱστορῆσαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ξενοφῶντος τοῦ Γρύλλου ἐπ' ἐνίοις διαφωνῆσαι. εἴρηται δὲ τοῖς πρόσθεν Κύρου τοῦ ἐκ Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος, ὃς ἀδελφὸς Ἀρτοξέρξου (εἰς ὃν ἡ Περσικὴ βασιλεία καὶ ἦλθεν) ἐτύγχανεν.

Φησὶν οὖν αὐτίκα περὶ τοῦ Ἀστυάγους, ὡς σοβεῖν αὐτὸν Κῦρος πρὸς γάμους ἐχρημάτιζεν· οὗτος δὲ αὐτῷ καὶ Ἀστυῖγαν καλεῖ. φυγεῖν δὲ ἀπὸ προσώπου Κύρου Ἀστυῖγαν μὲν Ἐκβατάνοις, καὶ κρυφθῆναι δὲ παρὰ χρισχρεώοις τοῖς βασιλείοις οἰκημάτων, κρυπτάλλων αὐτὸν D.H. τε θυγατρὸς Ἀμύτιος καὶ τοῦ αἰδρὸς αὐτοῦ Σπιτάμα. ὑπισχνεῖσθαι δὲ Κύρον, ὅτι πάσαι ἀνακρίνειν δεῖ γρεβλώσιον Σπιτάμαν τε † καὶ Ἀμυτιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ Σπιτάκην τε καὶ Μεγαβέρνην, περὶ Ἀστυῖγα. τοῦ

1 *Ctesiæ Cnidii Persica, in libros distributa tres supra viginti. &c.* 2 *Sphendadaten inf. nominat c.* 10. & 1. & 25. *Herodot.* Smeiden. 3 *Qui de quatuor hisce duntaxat scripsit: Ctesias vero his alios quinque adecit.* 4 fabularum confictorem 5 *Dariæum hunc, non Darium, in iis quæ sequentur vocat c.* 48. 6 *De quo infra c.* 56. *&c.* 7 *De Astyage, Oebare, & Petesaca (ut ibi scribitur) vide ex Ctesia qua breuiter excerpsit Ioan. Tzetzes in Chiliad. hist.* 1. *in fine.* 8 nulla Cyrum ipsi generis propinquitate iunctum fuisse. *Cyrum hic Maior.* 9 al. Amynti. 10 per tormenta

§ 1 *Videtur genuinus hoc participium esse existimandum.* H. S. a *Max. Marg. codex* Ἀστύαν.

1 Misit hanc L. Rhodomani versionem ad nos vir nob. & doctus Mel. Haiminsfeldius Goldastus: quam si cum studiosis vtriusque linguæ publice communicaremus, factum nostrum iis facile adprobatum iri confidimus. Iuuat enim interpretationes inter se conferre doctorum virorum, à quibus iam triplicem ita horum Indicorum translationem habemus. nec ea res fructu caret, quũ vnus raro videat omnia, vel semper ociose hoc agat. Alias ad H. Stephanum fuisse transmissam hanc conuersionem, indicio nobis eiusdem manus primis duabus pagellis aliquoties in ora adposita. Numeros quoque & quasi breuiaria vt in ora exempli transmissi inuenimus. ita reliquimus.

1 nebulas *ad oram adposuit H. Steph.* 3 rubro ἐρυθρῷ. *adscripserat H. Steph:* 2 Triplex τρίτυπος ὅδε τις, *monebat hic H. Stephani manus.* 4 *In exemplo mendosius descripto erat* vt pluri homines. *nos itaque edidimus* plurimum.

Ad quod

Ad quod xv dierum ſpacio à Sardo monte alicui iter patet, vbi per xxxv dies quolibet anno ſol refrigerat, idq; propter feſtum, vt citra aduſtionẽ illud peragant & reuertantur. Tonitrua & fulgura & pluuiæ non ſunt in India, ſed vẽti & preſteres multi: qui quicquid corripuerunt, tollunt. Sol etiam poſt exortum dimidium diei frigus efficit; reliquum ſupra modum eſt torridũ in plurimis Indiæ locis. Indorũ nigredo nõ à ſole eſt, ſed natura. Sunt enim inter ipſos & viri & mulieres candidiſſimi, licet numero pauciores. Et vidiſſe ſe tales ex India feminas duas & v viros auctor teſtatur. Fidẽ narrationi de ſole adſtruere volens, quod xxxv dies in India frigore aerem temperet, addit, igni ex Ætna promanante cum alia euaſtẽtur, locum quendam in medio, vbi iuſti degant homines, non euaſtari. Etiã in Zacyntho ſcaturigines eſſe piſciferas, vnde pix hauriatur: inq; Naxo fontem, vnde merum admodũ dulce quandoq; profluat. Et quod ignis ſit iuxta Phaſelidem immortalis, ſemper ardens in petra dies atq; noctes nec vnda exſtinguatur, ſed magis inflammetur: ſed ſtorea tandẽ dometur. In media India homines agunt nigri, & nominantur Pygmæi, lingua à ceteris Indis non diſcrepantes: ſed ſtatura perquã puſilla. Nam longiſſimi eorum binos cubitos: plerique ſeſquicubitum attingunt. Capillus eis prolixiſſimus demittitur etiam ad genua vſq; & inferius. Barbas inter mortales habent maximas. Quare vbi ad iuſtam excreuere magnitudinem, veſtes amplius non induunt, ſed capillos pone demittunt ab occipitio infra poplites & barbæ crines pedibus tenus ante protendũt. Hinc denſo pilorum amictu totum circumſepti corpus zona eos conſtringunt, & pro veſtitu habent. Inguen præferũt craſſum & prolixum, vt & ad talos ipſos pertingat. Compreſſis ſunt naribus & deformes. Pecora horum, oues, boues, aſini, magnitudine arietes non multum excedunt: equi etiam & muli & cetera iumenta arietes nihil ſuperant. Sectantur Indorum regem pygmæorũ circiter 111 millia. Sagittarii enim ſunt egregii. iuſtiſſimi interim, & ad Indorum leges ſe conformãt. Lepores & vulpes non canibus, ſed coruis & miluiis & cornicibus aquiliſq; venantur. Stagnũ eſt apud illos 10ccc [1] ſtadia in circuitu complexum, in quo, ſi vẽtus ſuperficiem non commouet, oleum ſupernatat: per quod lembis vecti, ex medio in vſum ſuum ſcaphiis hauriunt. Seſamo tamẽ interim quoque vtuntur & è iuglandib. expreſſo: ſed lacuſtre eſt præſtantius. Piſces etiam lacus hic alit. Magna ibidem argẽti copia, & argentifodinæ non profundæ. Profundiores enim eſſe perhibent in Bactris. Producit ſimul aurũ India, quod tamẽ non in fluuiis reperiunt, eluuntque, vt fit in [2] Pactolo fluuio. Sed crebri & vaſti ſunt mõtes, quos Gryphes frequentant, aues quadrupedes, quæ magnitudine luporum, cruribus & vnguibus leonem repreſentant. Nigræ ceteroquin in corpore pennæ, ſed in præcordiis rubræ. Per has fit, vt aurum illud in montib. copioſum difficulter acquiri poſſit. Oues Indorum & capellæ maiores aſinis: & quaternos pariunt, ſenoſq; vt plurimum. Caudæ his prolixæ, quas matribus amputant, vt admiſſioni ſint aptiores. Sus autẽ nec cicur nec agreſtis habetur in India. Palmæ apud Indos, harumq; glandes triplo grandiores Babyloniis. Amnis quidam ex petra mel profundit. Multa dehinc cõmemorat de iuſtitia incolarum, & ſtudio erga regem, mortiſque contemptu. Fons ibi eſt, cuius quamprimum hauſeris aquam, in caſei morem coagulatur. De coagulato hoc contritũ ſi ad trium obolũm pondus dederis alicui cũ aqua bibendũ, quæcunq; pererrauerit enunciat. Vtitur eo rex ſi quæſtione de reis habenda verum explorare ſatagit. confeſſus, mortem ſibi conſciſcere iubetur, nõ conuictus ſuo ipſius teſtimonio, dimittitur. Indorum nemo dolore capitis, aut oculorũ ægritudine, aut cruciatu dentiũ laborat: nec os exhulceratur, nec putredini obnoxius eſt. Ætas illorũ ſupra centum ad xx & xxx & L & cc qui diutiſſime viuũt, annos ſe extẽdit. Serpens apud eos ſpithamæ longitudine, cuius ſpecies purpuram refert pulcerrimã: caput ei candidiſſimum & nulli plane dentes. Capitur è montib. æſtuoſiſſimis, vnde ſarda eruitur. Non mordet quidem: ſed quemcunq; peruomuerit, ei membrum illud omnino computreſcit. Cauda ſuſpẽſus duplex edit venenum, electri forma & nigrũ: illud è viuo adhuc deſtillat, hoc è mortuo. Quod è viuo effluxit, ſi ſeſami menſura propinetur, cõfeſtim enecat. Cerebrũ enim his qui bibunt per nares deliqueſcit. Alterũ vero ingeſtum ad phthiſin perducit, & per annũ vix interitum maturat. De auicula etiam ſcribit, quam Dicæron (quod iuſtum ſignificat) vocant: non maiori quam perdicis ouũ eſt. Hæc excrementa alui defodit, vt nõ inueniantur. Inuenta autem ſi ad ſeſami portionẽ bibãtur, mane ſopor hominẽ corripit, & abſq; ſenſu inde dormit: tandem ſub occaſum ſolis vitæ exitum ſortitur. Lignum ibi eſt quod Parebum dicũt, oliuę magnitudine reſpondens: ſed in regiis tantum inuenitur hortis: nec florem fert, nec fructum:

23 Indi vnde nigri.

24. Miracula quædã naturæ.

25 Pygmæi.

26 Stagnũ alui.

27 Auicula Gryphibus exoſculanda.

28 Pecudes in India magnæ.

29 Serpens, nõ alibi nigrãs.

30 Animalia mortem cacante.

31 Radix omnia attrahens.

1 ſtadia ſupplaui amiſſum à ſcriba. 2 Lobis annumeraſſe ſolem ſcripſerat Plinius. Sed cr.

xv autem solas habet radices, easque crassa subter terra. Crassities eius vbi subtilissima est quanta brachii. Hæc radix ad spithamæ modum sumpta, vbicunque applicita fuerit, omnia ad se pertrahit, aurum, argentum, æs, lapides, & nihil non præter electrum. Si ad cubiti modū [1] sumpta fuerit, attrahit etiam oues & aues. Hac enim maximam volucrum partem venantur. Quod si efficere velis, vt etiam aqua concrescat, de radice quantum obolus appēdit, in choam iniicito, & congelascet. Idem & vino continget; manuque ipsum tractabis vt ceram: sed altero die liquescit denuo. cæliacis vtile datur remedium. Fluuius etiā est per Indiam labens non magnus, 11 stadia latus, cui Indorum lingua Hypartcho nomen, quod interpreteris, qui omnia bona adfert. Hic quotannis per xxx dies electrum defert. In montibus enim arbores esse aiunt a quibus imminentes: (nam passim in montibus aquæ demanant) & certum anni tempus est, quo lacrymas illæ egerunt, vt amygdalæ aut pinus, aut id genus aliæ, ad plurimum xxx dies in anno: quæ cum in fluuium decidunt indurantur. Arborem vocant Siptachoram, quod dulce est & suaue. inde succinum Indi colligunt. & fructum arbores ferunt racemos, vt vitis; & acini insunt, vt nucibus Ponticis. In montibus illis homines vitam agunt, quibus caninum est caput: & amictus gestant è ferarum pellibus, nec vllam articulatam vocem proferunt, sed ritu canum latrant, & vlulant. Atque ita vocem eorum intelligunt. Dentes illis sunt maiores quam canum: vngues vero similes, licet prolixiores, & plus turbinati. Montesque incolunt ad Indum vsque fluuium. Sunt & hi nigri, & perquam iusti, vt & Indorum ceteri, cum quibus eis consuetudo intercedit. Intelligunt quidem quæ ab illis dicuntur: verum ipsi differere non possunt, sed latratu & manibus & digitis significant vt surdi & muti. Indi Calystrios nominant, quod Græcis est Cynocephali. Gentis numerus ad xii myriades se extendit. Ad fontes huius fluuii nascitur flos purpureus quo purpura tingitur non deterius, quam Græca, imo [2] multo floridior est. Creantur ibi bestiolæ, quātus est scarabæus, rubore cinnabaris: quibus prælongi sunt pedes, mollesque sunt vt vermis. Harum ortus est in arboribus electriferis, quarum fructus arrodunt & corrumpunt, vt apud Græcos phthires (volucrę) vitium pestis. His insectis Indi contusis punicea vestes & tunicas, & quicquid libet, intingunt, & tinctura hæc melior est Persica. Cynocephali montana incolentes non opus exercent, sed ex venatione victitant: quę occiderunt, ad solis feruorem assant. Et multis pecoribus alendis dant operā, & inter hæc capris & asinis: bibuntq; lac merum & aceto temperatum, ex ouibus. Fructibus etiam Siptachoræ vnde succinū exsistit, vescuntur, cum sit prædulcis. His torrefactis sportas consarcinant, vt apud Græcos fit vuis passis. Nam rates Cynocephali texunt, quibus impositas illorum sarcinas auehunt: deq; fructu eius arboris & purpuræ flore ab ipsis expurgato & de electro CCLX talenta singulis annis asportant: & totidē de pharmaco, quod puniceo pannos colore inficit. Mille etiam electri talenta anniuersarie ad Indorū regem perferunt. Cetera Indis transportata vendunt, ad panes, farinas & xylinas vestes comparandū. Vendunt etiam enses, quibus ad feras capiendas vtuntur, & arcus & iacula. iaculandi enim & arcu feriendi solertia excellūt: sed bellorum imperiti, quod montes inuios & excelsos incolūt. Munera eis quinto quoq; anno rex erogat xxx myriades arcuum, & tragularum totidē, peltarumq; duodecim, & gladios quinquagies mille. Nec ædes habent, sed in speluncis versantur. Feras non tantum sagittis & tragulis in venatu domāt; sed etiam insectando assequuntur & prehendunt. Nam pernicitate cursus valent. Vxores illorum in singulos menses lauant semel, cum menstrua eis profluunt, ceteroqui neutiquam. Viri a lauacris abstinent: manus tamen abluūt, & ter per mensis spacium oliuo vnguntur. Vestes non habent densas, sed quam tenuissimas, è simplicibus coriis, tum viri tum mulieres. Ditissimi quidem lineas gestant, sed horum sunt perpauci. Lecti ipsis non sunt, sed tori & stragula rustica. Opulentissimus inter eos censetur cui plurimum est pecoris. cetera bonorum perinde ac vulgaris æstimatur. Caudam omnes gestant supra clunes iuxta mulieres ac viri, non aliter quam canes, sed prolixiorem & magis hirsutam. Cum feminis miscentur in quaternos porrecti pedes, canū more. Nam aliter ipsos coire turpe. Vtq; iusti sunt, ita longissimæ inter omnes mortales vitæ. viuunt enim annos LXX & c. nonnulli etiam CC. Vltra hos vitam producere alios perhibent ad fluuii fontes. Hoc genus hominū nigro est colore, vt & ceteri Indi, nihilq; operis tractant: nec frugib. victitant, nec aquis sitim restinguunt; sed numerosis pecorum gregibus alendis student, vt sunt boues, capellæ, oues. Lac ergo bibūt, & præ-

42 Cynocephalorum historia. Victus.

Negociatio.

Solertia.

Habitatio.

Cibus.

Vestitus.

Opes.

Cauda.

Iustitia & vitæ diuturnitas.

Color, & victus imbecillitas.

1 Omissa vox sumpta à scriba negligentiâ, à nobis itaque immissa: quod ideo indicandum, quam & interpres accepta vel aliud tale vsurpasse potuit. 2 imo si fallimur in exemplo, quod ita supplemus, vt alibi vides.

ter hoc

Monstrosi partus.

ter hoc nihil. Infans in lucē editus nates nō habet perforatas, nec feces corporis è posterioribus excernit: sed coxas quidē habet, foramen vero [1] coaluit. Ideo non cacare sed

Absurda digestio.

mingere eos perhibent quiddā caseo adlimile, non omnino spissum, sed turbidum. Postquam igitur mane de lacte biberint, & diei medio iterum hauserint, radicē apud eos dulcem esse tradunt, quæ lac in ventriculo cōsolidari non sinit. Hac comesta circa vesperam sibi vomitum conciliant, & sine molestia per vomitum cuncta reiiciunt.

43 Asinorum in India sylvestrium genus singulare.

Sunt præterea Indis asini sylvestres equis pares & quandoq; maiores, corpus albi, caput purpurei, cæruleis præditi oculis: quib. vnum est cornu in fronte cubitale. Quod

Cornu.

inferius in eo est, ad frontem vergens binos longum palmos, omnino album: quod sursum tendit, acutum est, idq; puniceo rubore excellit. Reliquum in medio nigrū est. Ex eo pocula conficiūt, vndē qui biberint, spasmo (vt narrant) non corripiūtur, nec morbo sacro: addē, quod nec veneno succumbunt, siue ante, siue post ex id genus poculis vel vinum, vel aquam, aut aliud quiduis biberint. Alii quidē asini tum cicures tum sylvestres, & quicquid est solidungulorū animantium, nec talos, nec fel habēt: sed hi soli

Talus.

& taxillos & bilem in epate habent. Talus certe pulcerrimus est omniū quos mihi videre contigit, similis & compar bouino: sed grauis instar plumbi, colore penitus cinnaberino. Velocitate hoc animal & robore

Velocitas.

pollet: & nec equus, nec aliud quippiā persequendo illud assequi valet. Principio tardius currit, sed quo diutius cursum ꝓsequitur, eo mirabilius ardorem & velocitatem eius intendit. Alia sane ratione capi hæc belua non potest: sed quando teneram adhuc sobolem ad pascua secum circumducunt, à numeroso equitatu circunruēti, fugere desertis pullis nolunt, sed cornuum ictu & calcium impetu & dentium morsu pugnant, multosq; equos & viros interimunt. Capiūtur tamen & ipsi sagittis & iaculis confecti: nam salua eos vita non ceperis. At carnes propter amaritudinem nimium ab esu sunt alienę: propter astragalos & cornua tantum expetuntur. In fluuio Indorum vermis

44 Vermis insumens abstrahens & mouebile exsudans oleum.

nascitur forma, quali in ficubus assolet, vix cubitorum, interdum plus minus, prolixitate; crassitudine, quanta vix à [2] xvii annorū adolescentis manibus comprehēndi queat. Binos habent dentes, alterum supra, alterū infra, & quicquid contigerint dentibus, deuorant. Interdiu in fluuii cœno commorātur, noctu exspatiantur. Et quicunque illorum forte offenderit quenquam in terra, vel bouem, vel camelum, morsumq; intulerit, correptum trahit in amnem, & totū vorat, præter aluum. Capitur autē hamo prægrandi, cui hœdus aut agnus sit alligatus, & catenæ ex ferro accommodatæ. Captum dies xxx suspendunt vasis subiectis. Tunc pinguis ex eo liquor destillat ad heminas decem Atticas. Elapsis xxx diebus, abiecto vermi, oleum bene conditum soli Indorum regi transportant. Alteri enim aliquid inde vendicari non licet. Hoc oleum cuicunque rei affunditur eam incendit, comburitq; ligna & animalia, nec alia materia exstinguitur quam largo & spisso luto. Sunt arbores

45 De Carpio seu Myrorhoda in India.

in India excelsæ, vt cedrus & cupressus: folia palmarum, sed paulo latiora, axilliscq; carent: florem autem emittunt vt laurus masculā, sed absq; fructu. Indi Carpium, Græci Myrorhodam nuncupant. Magna eius raritas. Profluunt inde olei guttæ, quas lana arboribus appensa excipiunt, & in alabastra lapidea exprimunt. Color ei est placide subrubescens, & leuiter spissus: odor autem omnium suauissimus, vt ad vstadia olere affirment. Soli hoc regi possidere licet eiusq; propinquis. Inde Persarum regi Indus trāsmisit. vidisse testatur Ctesias, & odoratum esse incredibile dictu & opinione maius: vt caseum etiam & vinum omnium dulcissimum experientia magistra se cognouisse ait. Fons est apud Indos v vlnis in orbem

46 Fons omnia reiectans præter metalla pretiosiora.

ductus, figura quadrata, cuius aqua intra rupem: triumque cubitorum profunditas vsque ad superficiem aquæ: inde ad fundum tres vlnæ. Lauantur inibi nobilissimi Indorum, viri, pueri, & mulieres. Eo in pedes se proiiciunt & vrinantur. Quando igitur insiliunt aqua sursum eos extrudit. Nec vero homines tantum retro iactat, sed etiam quiduis aliud excutit in siccum, viuum sit aut exanime. & quid multa? cuncta quæ iniiciuntur repellit, præter ferrum, argentum, aurum & æs, quæ fundo recipit. Limpha gelida est & potu suauis: magnum vero sonitum edit, ac si aqua in aheno feruens bulliat. Sanat autem hæc aqua vitiligines & scabiem. Indica lingua dicitur Ballada: quod salubrem vertas. Sunt in

47 Homines ineunte ætate cani, in senecta nigri, ceteroqui monstrosi.

montanis Indorum, vbi calamus crescit, homines ad xxx M, quorum vxores semel per vitā pariunt, & qui nascuntur dentes secum afferunt supra & infra eximie pulcros.

---

1 *Suppleuimus interim ex aliorum versione* coaluit; *in exemplo huius interpretationis omissum. Vtinam optimo & eruditissimo amico diutius vivere licuisset, & sua hæc recensere ipsi. Sed deo aliter visum.* 2 *Græca saltem de puero decenni habent,* δεκαετῆ παῖδα. *nec aliter Aelian. l. V. de animal. c. 1.*

pili autem tum in capite tum ſuperciliis à primo eis ortu ſunt cani, femellis pariter ac maſculis. Et ad triceſimum ætatis annum quiſque hominum illorum albos retinet crines toto corpore: dehinc nigreſcere incipiunt. Vbi LX annos attigerint, omnes eorum pilos in nigrum conuerſos eſt videre. Octonos etiam in vtraque manu digitos habent, & totidem in ſingulis pedibus, communiter viri & feminæ. Suntque inſigniter bellicoſi. Ideo Indorum regem quinquies mille ſagittarii & funditores comitantur. Tantulis (ſi credere fas eſt) præditi, vt brachia ad flexum cubiti vſque contegant, & totum retro tergum cooperiant, & altera alteram contingat. Hæc dum ſcribit & fabulatur Cteſias, ſe veriſſima litteris commendare affirmat, partim à ſe viſa memoriæ prodi, partim ab oculatis teſtibus accepta tradi aſſeuerans. plurima vero his magis admiranda ſe prætermittere, ne aliena à fide his qui talia non viderunt referre videatur.

EX IIS-

ΕΚ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΤΗΣΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩΝ, καὶ Ἰνδικῶν, καὶ ἄλλων συγγραμμάτων.

EX IISDEM EIVSDEM CTESIÆ PERSICIS, INDICIS, & aliis scriptis, Fragmenta,

sub nomine eius laudata, si non ipsius semper & verba continent,

collecta & congesta è variis auctoribus.

EX EIVSDEM CTESIÆ PERSICIS.

EX LIBRO PRIMO.

Apud auctorem de nominibus gentilibus, vel Stephanum Byzantium, si modo is auctor.

CHAVON, regio in Media. CTESIAS libro primo Persicorū: Inde vero progreditur Semiramis ipsa & exercitus, peruenitque in Chauonem regionem Mediæ.

Laudatum hunc librum inuenio & apud Arnobiū lib. 1. aduers. gent. Verba erudi. ass. auctoris sunt: Age nunc veniat, qui super igneam zonam, magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo vt assentiamur authori. Bactrianus & ille conueniat. cuius Ctesias res gestas historiarum exponit in primo. Armenius Hosthanis nepos & familiaris Pamphylus Cyri, Apollonius *&c. vbi Critici tamen hodie ita interpungendum aiunt:* Zoroastres (Hermippo vt assentiamur auctori) Bactrianus. Et ille conueniat, cuius *&c. Sed quisnam ille? cuius nomen omisisse Arnobium vero simile non est. de quo liquido constaret, si Ctesiana exstarent. Libet interim saltem coniectare lauter, si forte ita distinguendum:* Et ille conu. *&c.* primo, Armenius Hosthanis nepos, *&c.*

EX LIBRO SECVNDO Persicorum.

Apud eundem Stephanum.

Tiriza, Paphlagoniæ vrbs. gentile nomē, Tirizi. CTESIAS Tiriziphanos eos vocat, libro II. Ex Odrysis vero ad

ΕΚ ΤΟΥ ΚΤΗΣΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩΝ.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Παρὰ τῷ τὰ ἐθνικὰ συγγράψαντι, ἤγουν Στεφάνῳ τῷ Βυζαντίῳ, εἴ γε αὐτὸς ὁ γράψας.

ΧΑΥΩΝ, χώρα τῆς Μηδίας. Κτησίας δὲ πρώτῳ Περσικῶν. Ἡ δὲ Σεμίραμις ὁρμᾶται ἐνθένδε ἐξελαύνει, αὐτή τε, καὶ ἡ στρατιὰ, καὶ ἀφικνεῖται εἰς Χαύονα τῆς Μηδίας.

ΕΚ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΤΩΝ Περσικῶν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Στεφάνῳ.

Τίριζα, πόλις Παφλαγονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Τίριζοι. Κτησίας Τιριζιφανοὺς αὐτοὺς φησιν, ἐν τῷ δευτέρῳ. Ἐκ δὲ τῶν Ὀδρυσῶν εἰς Τιριζι-

» βασιὰς οἰκῳῆσαι ἐν [1] τα *

Tirizibanos incolentes in Pa.*

Παρὰ τῷ Διοδώρῳ τῷ Σικελιώτῃ, ἐν τῷ β'. βιβλ. ἱστορ.

Apud Diodorum Siculum lib. II. *biblioth. hiſtor.*

Ἐπὶ τούτου [Σαρδαναπάλου] ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονία μετέπεσεν εἰς Μήδους, ἔτη ἀφαμείναντα πλείω τῶν χιλίων καὶ τριακοσίων, ἐπὶ δὲ ἑξήκοντα, καθάπερ φησὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ.

Cuius (*Sardanapali*) tempore Aſſyriorum imperium, cum annos CIↃ CCCLX (vt CTESIAS Gnidius libro ſecundo tradit) durauiſſet, ad Medos deuolutum eſt. *interpr. L. Rhod.*

Παρὰ τῷ Ἀγαθίᾳ ἐν τῷ β' τόμ. περὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλ.

Apud Agathiam de imperio & reb. geſt. Iuſtiniani l. II.

Ἕως ἐς Σαρδανάπαλον, ὡς ἐκεῖνοι φασί, τὴν ἀρχὴν ἀπομαραθείσης, Ἀρβάκης ὁ Μῆδος καὶ Βέλεσυς ὁ Βαβυλώνιος ἀφῃρέσθην αὐτῶν τοὺς Ἀσσυρίους, καθελόντες τε βασιλέα καὶ ἐς ὃ Μηδικὸν μετίσταντο ἔθνος, ἐξ τε καὶ τριακοσίων ἤδη πρὸς τοῖς χιλίοις καὶ ὀλίγῳ πλείοσιν ἐτῶν παρωχηκότων, ἀφ' οὗ τὰ πρῶτα ὁ Νῖνος τὴν ἐκείνη κατέσχε πραγμάτων. ὅπερ δὴ Κτησίᾳ τῷ Κνιδίῳ τοὺς χρόνους διαγραφαμένῳ, καὶ Διόδωρος ξυμφέρεται ὁ Σικελιώτης.

Donec Sardanapalo regnante, vt illi (*Bion & Alexander Polyhiſtor*) ſcribunt, quũ iam emarcuiſſet imperiũ, Arbaces Medus & Beleſis Babylonius illud Aſſyriis eripuerunt, interfecto ipſorum rege, & ad Medos tranſtulerũt, ſex & trecentis iam ſupra mille & paulo amplius annis elapſis, ex quo primum Ninus ibi ſummam rerum obtinuerat. Ita enim CTESIÆ Cnidio tempora deſcribenti Diodorus etiam Siculus aſſentitur. *interpr. H. Vulc.*

Ἐκ τῶν Ἀθηναίου, ἐν τῷ ιδ' Δειπνοσοφ.

Ex Athenæo lib. XIV. *Dipnoſophiſt.*

Βηρωσὸς δὲ ὁ περὶ τὰ Βαβυλωνιακά, ᾧ λόγῳ φησὶ μηνὶ ἑκκαιδεκάτῃ ἄγεσθαι ἑορτὴν Σακέας προσαγορευομένην ὑπὸ Βαβυλωνίων ἐπὶ ἡμέρας πέντε· ἐν αἷς ἔθος ἄρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν· ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐσταλμένον στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ, ὃν καλεῖσθαι [4] Ζωγάνην. μνημονεύει τῆς ἑορτῆς καὶ Κτησίας ὁ δευτέρῳ Περσικῶν. *interpr. H. Steph.*

Beroſus autẽ Babyloniacorum lib. 1. decimaſexta die menſis Loi feſtum Babylone quinque dierum ſpatio celebrari ait, Sacas dictum: per quod tempus ſolere dominos famulis parere: vnumq; ex his domui præeſſe, veſte quæ regiæ ſimilitudinem referat, indutum. quem & Zoganem appellari. Meminit huius feſti CTESIAS quoque libro Perſicorum ſecundo.

ΕΚ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΤΩΝ Περσικῶν.

EX LIBRO TERTIO PERſicorum.

Παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ, Δειπνοσοφ. ιβ'.

Apud Athenæum Dipnoſoph. l. XII.

Κτησίας δὲ τρίτῃ Περσικῶν καὶ πλούτους μὲν φησὶ τοὺς βασιλεύσαντας τῆς Ἀσίας πάντων τρυφῆσαι μάλιστα ὑπὸ Νινύου, τοῦ Νίνου καὶ Σεμιράμιδος υἱόν· καὶ αὐτὸν οὕτω, ἔνδον μένοντα καὶ τρυφῶντα, ὑπὸ οὐδενὸς ἑωρᾶσθαι, εἰ μὴ ὑπὸ τῶν εὐνούχων καὶ τῶν ἰδίων γυναικῶν. τοιοῦτος δ' ἦν καὶ Σαρδανάπαλος, ὃν οἱ μὲν Ἀνακυνδαράξεω λέγουσιν υἱόν, οἱ δὲ, Ἀναβαξάρου. ὅτε δὴ ὧν Ἀρβάκης, εἷς τῶν ὑπ' αὐτοῦ στρατηγῶν Μῆδος

Cteſias libro Perſicorum tertio ſcribit, omnes quidem quotquot in Aſia regnarunt, luxui & voluptatibus deditos fuiſſe, ſed præ ceteris Ninyam, Nini & Semiramidis filium. Ac certe hic quoq; voluptatibus domi indulgebat, ita vt à nemine cõſpiceretur, præterquã ab eunuchis & ſuis vxoribus. Talis autẽ erat & Sardanapalus, quẽ alii Anacindaraxis, alii Anabaxaris filiũ fuiſſe memorant. Ac quũ Arbaces, genere Medus, vnus è ducib. *interpr. H. Steph.*

1 *Supplendum arbitror* Παφλαγονία. in Paphlagonia. *Vtrum vero in prioribus verius* Τιεζιφανῆς. *an* Τιεζιβανοὺς, *quod in ipſis Cteſiæ verbis adfert; iudicare alios ſinam.* 2 *Non dubito aui eundem locum Agathiam reſpexiſſe, quem & Diodorus, ita aq; fidem ſer ad librum II. Perſicorum, vnde Diodorus ſua laudat, retuli. Vide vero an non ex Diodoro ſit* ἐξήκοντα *τε quoque pro hoc* ἑξ τε *apud Agathiam legendum.* 3 *De Sacea vel Sacaorum feſto iſto, eiuſque origine Caſaubonus ad* κεφ. 14 *Athenæorum* 10. *vide & Strabonem l.* XI.

4 *Falſus itaque Dalechampius qui de veſte capit, ita vertens:* veſtem indutus regiæ ſimilem, quam Zoganam vocant. *& inde adnotat forte tractum* Sotanæ *Italorum nomen. Olim Caſaubonus ob ſeruas eodem loco quoſd. mſſ.* Ζωγάνην *per o ſcribere parum.*

5 *Editio Commelin.* ἢ δ' ὃς οὐδὲν ἐνδον &c. *non tam recte. Monuit Caſaubonus Caſaub. 12. Athen. 7. his verbis:* Melius, ἢ οὐδ' ὃς non enim ſolus Ninyas: ſed & alii plerique omnes reges Aſſyrii cæſarii fuerunt, & domi latuerunt. *Malim ergo vertere* Hic itaque, *vel ſimiliter.* 6 Ἀνακυνδαράξεω. *edit. Comel.*

qui

qui illi ſuberant, egiſſet cum Parameize, * quī inter Eunuchos principis erat, regis videndi poteſtas vt ſibi fieret: hoc rex cum vix annuiſſet, ac permiſiſſet, admiſſus Medus vt eum aſpexit cerußa oblitum, muliebriter veſtitum, cum pellicibus carminantem purpuram, ac cū illis ſedentem pedibus porrectis in altumque ſublatis, tinctis fuco ſupercilijs, muliebri ſtola indutū, raſa barba, leuigata pumicis attritu facie, colore quā lactis cādidiore, picturatis oculis, multi, & inter eos Duris, ſcribunt, indignatum illum quod regi tam effeminato parerent, ſuo ſe gladio confodiſſe, ac occidiſſe. * CTESIAS autem narrat, ipſum ad bellum deueniſſe, & quum collecto numeroſo exercitu ab Arbace regno eiectus eſſet, mortem obiiſſe, quū ſeipsū cremaſſet, extructo rogo ad quatuor iugerum altitudinē: cui impoſuerat lectos aureos ct, ac totidem menſas, & quidem aureas. Struxerat autem in ipſa pyra cœnaculum pedum centum, ex lignis: atque hic quoque lectos ſtrauerat, in quibus cum vxore cubuit: pellices autem in aliis. Filios enim tres & duas filias, quum malum rerum ſuarum [ſtatum] videret, antea miſerat in vrbē Ninum, ad eum qui ibi regnabat, dederatque illis tria talentorum auri millia. Texerat autem illud ædificium trabibus magnis & craſſis: quinetiam multa ligna, & ea quidem craſſa, circumpoſuerat, ita vt nullus pateret exitus: quinetiā talentorum auri impoſuerat illi mille myriades, argenti decies mille: necnon veſtes & purpuras, & omne genus eorū quæ ad cultū corporis pertinent. Quæ quū feciſſet, accendere pyrā iuſſit, quæ per quindecim dies ardebat. At qui fumū videbant, mirabantur, ac putabant illum ſacrificare: ſoli vero eunuchi rem nouerant. Sardanapalus igitur, qui prodigioſe voluptatib. deditus fuerat, quā potuit generoſiſſime vitam finiit.

* interpr. Lac. Dalech.

* interpr. H. Steph.

ἡλίκας, διεπεράσατο ἀφ' ὅτου τὸν εὐνοῦχον Παραμείζου θαυμάσαι Σαρδανάπαλον, καὶ μόλις αὐτὸ ἐπιτρέψαι ἐκείνου ἐθελήσαντος· ὡς οὖν εἰσελθὼν εἶδεν αὐτὸν ὁ Μῆδος, ἐψιμυθιωμένον καὶ κεκοσμημένον γυναικεῖα, καὶ μετὰ τῶν παλλακίδων ξαίνοντα πορφύραν, διαβάλλειν τε μετ' αὐτῶν καὶ θήλυνον [1] τὰς ὀφρῦς, γυναικείαν δὲ στολὴν ἔχοντα, καὶ κατεξυρημένον τὸν πώγωνα, καὶ κατακεκισσηρισμένον· ὧν δὲ καὶ χάλκεπτος λευκήτερος, καὶ ὑπογεγράφθαι τοὺς ὀφθαλμούς. (ἐπεὶ δὲ καὶ προσιόντα τὸν Ἀρβάκην, τὰ λευκὰ [2] ἐπιμαλάξαι τοῖς ὀφθαλμοῖς.) οἱ μὲν πολλοί, ὧν ἔστι καὶ Δοῦρις, ἱστοροῦσιν ὑπὸ τούτου ἀγανακτήσαντας εἰ τοιοῦτος αὐτῶν βασιλεύει, συγκεντηθέντα ἀποθανεῖν. Κτησίας δὲ λέγει εἰς πόλεμον αὐτὸν καταστῆναι· καὶ ἀθροίσαντα πολλὴν στρατιὰν, καὶ καταλυθέντα ὑπὸ τοῦ Ἀρβάκου τελευτῆσαι, ἑαυτὸν ἐμπρήσαντα ἐν τοῖς βασιλείοις, πυρὰν ποιήσαντα ὕψος πεσσάρων [3] πλέθρων, ἐφ' ἧς ἐπέθηκε χρυσᾶς κλίνας ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, καὶ ἴσας τραπέζας, καὶ ταύτας χρυσᾶς. ἐποίησε δὲ ἐν τῇ πυρᾷ καὶ οἴκημα [4] ἑκατόμπεχυν ἐκ ξύλων, καὶ ταύτας κλίνας ὑπερόρεσι· καὶ κατεκλίθη ἐν ταύτῃ αὐτός τε μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ αἱ παλλακίδες ἐν ταῖς ἄλλαις κλίναις. τοὺς γὰρ τρεῖς υἱοὺς, καὶ δύο θυγατέρας, ὁρῶν τὰ πρόγματα κακούμενα, προεπέμψει εἰς Νίνον πρὸς τὸν ἐκεῖ βασιλέα, δοὺς αὐτοῖς τεῖς χίλια χρυσίου τάλαντα. ἐπὶ ἑπτὰ δὲ οἴκημα δοκοῖς μεγάλαις τε καὶ παχείαις· ἔπειτα ἐν κύκλῳ προεθέσθαι πολλὰ ξύλα καὶ παχέα, ὥστε μὴ εἶναι ἔξοδον. ἐν ταύτῃ προεθέσθαι μὲν χρυσίου μυριάδας χιλίας, ἀργυρίου δὲ, μυριάδας μυριάδας τάλαντων, καὶ ἱμάτια καὶ πορφύρας; καὶ στολὰς πολυτελεστάτας. ἔπειτα ὑφάψαι ἐκέλευε τὸν πυρκαϊὸν, καὶ ἐκαίετο πεντεκαίδεκα ἡμέρας. οἱ δὲ ἐθαύμαζον ὁρῶντες ἐν κατοπτῷ, καὶ ἐδόκουν αὐτὸν [5] θυσίαν ἐπιτελεῖν. ταῦτα δὲ μόνοι ἤδεσαν οἱ εὐνοῦχοι. ὁ μὲν οὖν Σαρδανάπαλος, ἐκ τοιούτου πλούτου ἀπορίαν ἐπιδείξας, ὡς ἐδόκει, ἀνάνδρως ἐτελεύτησε.

---

1 Ὀφρῦς. *dicto loco ita*: non eſt obſcurum deeſſe participium cum illis iungendum ταῖς ὀφρῦς. niſi malumus in alium locum eas voces transferre, & ſcribere mox, καὶ ὑπογέγραπτο τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ταῖς ὀφρῦς. *vbi vide & de hoc more mollium veterum, pingendi ſupercilia & vnguentis illinendi. Continuo autem hæc Athenæi iunxi, vt & in Latinis ſupplementum è Dalechampti verſione mutuando, quod in iis Cteſianum quiddam ſubodoratus fui, vt ſtatim indico.* 2 Λευκὰ ſcilicet μαγίδος. Ὑποσάμβοσις *qui è membranis hæc notis parentheſeos incluſa deſcripſit, vt expreſſit Commelinus. Sunt enim tantum non Cteſia verba ipſa: modo emendentur. quod non infeliciter forte nos docent Pollux noſter, cuius fragmentum ſtatim adiecimus p. ſeq. inde ſcribe hic* ὑπαναβαλών.

3 Πλέθρων aliis ſtadia centum, aliis mille pedes. *Dalechamp. ad Athenæum.* 4 vel, longitudinis, quod arbitror, vel latitudinis. *Dalechamp. ibid.* 5 Θυσίαν *edit. Comelin. ſed Stephanus edidiſſe videtur rectius. Alias de veterum exemplis qui viuicomburium omnibus mortis generibus prætulerunt, accurate anquirit* Ὑποσάμβοσις *12. Athen. 7.*

Παρὰ τῷ Πολυδεύκει ἐν τῷ β' ὀνομάς.

Κτησίας δέ φησιν[1] ἀναβάλλειν τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν Σαρδανάπαλον.

Ἐν τῷ Ἀποκρατίων λεξικῷ.

Ὑποκύδης ἐστὶν ὁ ὑγρὸς, ὡς ἐκ τρίτης Κτησίου φανερόν.[2]

Παρὰ τῷ Στεφάνῳ ἐν ἐθνικοῖς.

Κυρτία, πόλις ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ εἰς ἣν ἀνεχώρησεν Ἀρταξέρξης Μεγάβαζον. Κτησίας τρίτῳ Περσικῶν.[3]

ἘΚ ΤΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ἙΞ ΒΙΒΛΙΩΝ ΤΩΝ Περσικῶν, ἐν οἷς τὰ Ἀσσύρια διέλαβε ὁ Κτησίας, ἄλλα πνα, ἃ οὐ σαφῶς οἴδαμεν ὁπόσου βιβλίου.

Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ α' στρωμάτ.

Εἰ δὲ τὰ Ἀσσυρίων πολλοῖς ἔτεσι[4] πρεσβύτερα τῶν Ἑλληνικῶν, ἀφ' ὧν Κτησίας λέγει, &c.

Παρ' Ἰωάνῃ τῷ Τζέτζῃ χιλ. γ', στίχ. σγ'.

Ὁ Ἀσσυρίων βασιλεὺς ὁ Σέσωστρις ἐκεῖνος,
Κατὰ δὲ τὸν Διόδωρον Σεσόωσις τὴν κλῆσιν,
Τῶν Ἀσσυρίων μοναρχῶν, ἦρχε τῆς ἁπάσης
Ζευγνύων ὑπὸ τὸ ἅρμα τούτους τοὺς βασιλέας,
Καὶ ὑπ' αὐτῶν συρόμενος, ὥσπερ ὑφ' ἵππων ἄλλοι,
Καὶ κοσμοκράτωρ ὢν θεὸς ἐκαλεῖτο τοῖς τότε.
Τούτου ποτέ τις βασιλεὺς κατέσχεν τὸν τύφον,
Τῆς τύχης δ' ἀσύστατον δι' αἰνιγμῶν προεῖπεν.
Ἔλκων δ' ἅρμα γὰρ αὐτὸς, ταῖς ἐγχειρίσεσιν.
Βραδύνων δὲ τὴν βάδισιν, ἔτους ὁρῶν, ἐποίει.
Ὡς δὲ πρὸς τοῦτον ἔλεξεν ὁ Σέσωστρις ἐκεῖνος,
Τί καταργῇς πρὸς τὴν ὁδὸν ὦ θεσπέ; τάχυ λέγε.

Apud Pollucem lib. II. *Onomast.*

CTESIAS vero dicit Sardanapalum * obuertere album oculorum. *lin. interpr. I. Cam.*

In lexico Harpocrationis.

Hypocydes significat aquosum [locum,] vt ex libro tertio CTESIAE manifestum est.

Apud Stephanum in Ethnicis.

Cyrtæa, vrbs circa mare rubrum, quo relegauit Artaxerxes Megabyzũ. CTESIAS libro tertio Persicorum.

ALIA QVÆDAM E PRIMIS SEX libris Persicorum, quæ Assyria continebant, vbi non certo scimus quæ ex quoto libro depromantur.

Clemens Alexandrinus lib. I. *Stromat.*

Si vero res Assyriorum multis annis antiquiora sunt Græcorum rebus, quot ait CTESIAS, &c.

Apud Ioannem Tzetzem chil. III. v. 83

Assyriorum rex Sesostris ille, *interp. I. Lang.*
Iuxta Diodorum vero Sesoosis nomine,
Assyriorum monarcha, dominatus est terræ omni,
Iungens in curru huius reges,
Et ab ipsis tractus, quemadmodum ab æquis alii:
Et mundi imperator, & deus vocabatur
suæ ætatis hominibus.
Huius aliquando quidam rex compressit superbiam,
Fortunæ inconstantiam per ænigmata cum ostendisset,
Trahens enim currum ipse, rotas contemplabatur:
Tardam autem vectionẽ, sic contemplans, faciebat.
Vt autem ad hunc dixit Sesostris ille,
Cur ociaris ad viam homo? actutum dic.

1 *Ad lib.* III. *Ctesiæ hæc pertinere, patet ex præcedenti fragmento apud Athen. vbi hinc emendandum dixi* ἐπαναβαλών. *Subiicit autem Pollux ista passim his quæ protulit de oculis patrantibus & distortis quales effeminatorum sunt & cinædorum,* βλίμμα, *ait,* ὀχεῖα, ἡλυγμὸς, γυναικεῖον, ἀγρεῖον, αἰκτιτεθαμβημένον, ἢ τὰ ὄμματα. Κτησίας &c. 2 *Sequitur in Harpocr.* ἐφορίων. εἶδε τ' ἐπαίδρης ὑπὸ κύδους. *vbi forte pro nomen corruptum auctoris alicuius nomen latet, quam Ctesiæ verba mendosa. Apud Hesychium vero vbi* ὑποκυδὴς, ὑπερφυὴς, *forte legendum* ὑπαβρύχιον. 3 *Exstant hæc apud nostrum Ctesiam excerpsum supra in Persicis cap.* 39. *vbi tamen vbis nomen* Κύρτιος. *& viri semper* Μεγάβυζος. *Inde etiam facilius colligas ex libro decimo tertio Persicorum hæc depromta, quam ex tertio. Sed ex quoto libro, ego non coniectem hercle: ex tertio tamen, qui Assyriaca inter alios sex priores continet, non fuisse credam.*

4 Euseb. lib. x. præpar. Euang. contractius: πρεσβύτερα τῶν Ἑλληνικῶν Κτησίας λέγει. *mox idem sat magnum defectum hic supplet,* φανήσεται τὰ δεύτερα καὶ τεσσαρακοστοῦ ἔτει τῆς Ἀσυρίων ἀρχῆς, τῆς δὲ Βυλούχου (Belochum votat Eusebii chronicon) δεκάτου καὶ τριακοστοῦ τὰ δεύτερα τῷ τριακοστῷ. *Hæc ex Fr. Sylb. Annotat. ad Cl. Alex. mihi Eusebius non ad manus: alias illa ipsis fragmentis interposuissem.* 5 lib. I.

Ille au-

Ille autem, Rotarum versiones videns, inquit, non curro.
Cognoscens igitur Sesostris id quod ipse declarabat,
Contraxit fastum, disiunxitque hos,
Et deinceps vniuersis erat mitis, & modeste sapiens.
CTESIAS, *& Herodotus, Diodorus, atque Dion,*
Et Callisthenes cum ipsis, Simocatus, & alii
Historiæ meminerunt paucis: illi autem late.

Ὁ δ', Τροχοῦ τὰς συστροφὰς βλέπων, φησὶν, ἃ τρέχω.
Γνοὺς τοίνυν ὁ Σέσωστρις, ὅπερ αὐτὸς ἐδήλου,
Συστέλλει τὸ ἀγέρωχον, ἀποζυγνύς τε τούτους.
Καὶ τὸ λοιπὸν τοῖς σύμπασιν ἦν πρᾶός τε καὶ σώφρων.
Κτησίας, καὶ Ἡρόδοτος, Διόδωρος, καὶ Δίων,
Καὶ Καλλισθένης σὺν αὐτοῖς, Σιμόκατος, καὶ ἄλλοι,
Τῆς ἱστορίας μέμνηνται σπανίως, οἱ δὲ πλατέως.

Apud Diodorum lib. II.

Singulas autem pugnas, omniumq; ab ipso deuictorum numerũ nullus scriptorum recensuit. Ideo nobilissimas tantum gentes, CTESIAM Cnidium secuti, breuiter percurremus. De terris maritimis & reliqua deinceps continente, Ægyptum & Phœniciam, cauamque Syriam cum Cilicia, Pamphylia, Lycia; & præter has Cariam, Phrygiam, Mysiam & Lydiam, subegit. Troiadem quoque & Phrygiam ad Hellespontum, cum Propontide, Bithynia, Cappadocia, & barbaris ad Pontum gentibus vsque ad Tanaim adiunxit. Caduſiorum etiam terra & Tapyrorum, nec nõ Hyrcanis, Dacis, Derbicibus, Carmaniis, Choramnæis, Borcaniis & Parthis, est potitus. Adhęc Persidã & Susianam; & quæ Caspiana nominatur: in quam faucibus perangustis, quas Caspias hinc portas vocant, iter patet.

interp. I. R. vt & alia à Diod.

Apud eundem in eodem libro.

Coacto igitur vndique exercitu, recensita decies septies centena peditum, & ducenta ac decem equitum, decemque curruum falcatorum millia, cum paulo minus sexcentis, CTESIAS in historiis tradit. [*de Nini in Bactrianos expeditione.*]

Eodem libro.

Huic [*Nino*] Semiramis in regia sepulto, ingentẽ terræ aggerẽ altitudine IX, & latitudine X stadiorum, vt CTESIAS auctor est, constituit. Cumque

Παρὰ τῷ Διοδώρῳ ἐν τῷ β'.

Καὶ τὰς μὲν καθ' ἑκάστας μάχας, ἢ τὸν ἀριθμὸν ἁπάντων τῶν κατὰ πολεμηθέντων [τοῦ Νίνου] οὐδεὶς τῶν συγγραφέων ἀνέγραψε· τὰ δὴ θνησιμώτατα τῶν ἐθνῶν ἀκολούθως Κτησίᾳ τῷ Κνιδίῳ παρασύμεθα συντόμως διοδεύσομεν. κατεστρέψατο μὲν γὰρ τὰ παραθαλάττια καὶ τὰ συνεχῆ χώρας τήν τε Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην, ἔτι καὶ κοίλην Συρίαν, καὶ Κιλικίαν καὶ Παμφυλίαν καὶ Λυκίαν· πρὸς δὲ ταύταις, τήν τε Καρίαν καὶ Φρυγίαν καὶ Μυσίαν καὶ Λυδίαν. προσηγάγετο δὲ τήν τε Τρωάδα καὶ τὰ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν, καὶ Προποντίδα καὶ Βιθυνίαν καὶ Καππαδοκίαν, καὶ πρὸς τῷ Πόντου ἔθνη βάρβαρα κατοικοῦντα μέχρι Τανάϊδος. ἐκυρίευσε δὲ τῆς τε Καδδουσίων χώρας καὶ Ταπύρων, ἔτι δὲ Γυρκανίων καὶ [1] Δερβίκων· προσῆν δὲ τοῖς Δερβίκων, καὶ Καρμανίων, καὶ [2] Χωρόμνων· ἔτι δὲ Βορκανίων καὶ Παρθυαίων. ἐπῆλθε δὲ καὶ τὴν [3] Γεραδίαν, καὶ Σουσιανὴν, καὶ τὴν καλουμένην Κασπιδικὴν· εἰς ἣν εἰσὶν εἰσβολαὶ εἶναι πανυτελεῖς, διὸ καὶ προσαγορεύονται Κάσπιαι πύλαι. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῶν ἐλαττόνων ἐθνῶν προσηγάγετο, περὶ ὧν μακρὸν ἂν εἴη λέγειν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ.

Σωαχθείσης δὲ τῆς στρατιᾶς πανταχόθεν, ἠριθμήθησαν, ὡς Κτησίας ἐν ταῖς ἱστορίαις ἀναγέγραφε, πεζοὶ μὲν ὑπὲρ μυριάδες, ἱππεῖς δὲ μιᾷ πλείους τῶν εἴκοσι μυριάδων, ἅρματα δὲ δρεπανηφόρα μικρὸν ἀπολείποντα τῶν μυρίων ἑξακοσίων.

Ἐν τῷ αὐτῷ.

Τὸν δὲ Νῖνον ἡ Σεμίραμις ἔθαψεν ἐν τοῖς βασιλείοις, καὶ κατεσκεύασεν ἐπ' αὐτῷ χῶμα παμμέγεθες, οὗ τὸ μὲν ὕψος εἶναι ἦν σταδίων [4] ὃ [5] τὸ δὲ μῆκος, ὡς φησι Κτησίας, δέκα. διὸ καὶ τὸ

1 Interpres non distincte cepit nos interpunctiuncula vtrinque adiuuauimus sensum. 2 Extat in hist. Theophylacti illius l. 6. c. 11. quæ nuper in publicum edita. 3 Δεράσιαν Gens Persidis Straboni & Stephano. Δεραζῶν itaque scribendum. *L. Rhod. cuius Notas in hunc locum vide: vbi & de Dacis, eos è Persia in Europam transisse.* 4 Mutilarum est è Χωρομνάιων vt Stephanus è Ctesia annotat. *L. Rhod.* 5 Hunc locum, curruum falcatorum inuentum, quod Cyro Xenophon adstruere videatur, Assyrus regibus vindicare, ait Brisson. l. 3. de reg. Pers. quem vide.

τῆς πόλεως πρὸς τῷ Εὐφράτῃ ἐν πεδίῳ κειμένης, ἀπὸ πολλῶν σταδίων ἐφαίνετο ὁ χῶμα καθάπερεί τις ἀκρόπολις.

Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ α'.

Οὐκ ἀγνοῶ δ' ὅτι τῶν εἰρημένων πόλεων [Βαβυλῶνος, καὶ Τροίης τῶν πρὸς τῷ Νείλῳ] Κτησίας ὁ Κνίδιος ἱστόρησε, φήσας τὴν μετὰ Σεμιράμιδος πρὸς Βαλόντων εἰς Αἴγυπτον στρατεύσαντας κτίσαι ταύτας, ἀπὸ τῶν ἰδίων πατρίδων ὀνόμασι τὴν προσηγορίαν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Διοδώρῳ ἐν τῷ β'.

Ἀπολαβοῦσα [Σεμίραμις] δὲ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν εἰς μέσον, περιέβαλετο τεῖχος τῇ πόλει [Βαβυλῶνι] σταδίων τριακοσίων ἑξήκοντα, διαφέροντι πυργοῖς ὑψηλοῖς καὶ μεγάλοις. τηλικοῦτον δ' ἦν τὸ βάρος τῶν ἔργων, ὥστε τὸ μὲν πλάτος εἶναι τῶν τειχῶν ἐξ ἁρμάτων ἱππασίμων, τὸ δὲ ὕψος οὐκ ἔλαττον τῶν ἀκουόντων, ὡς φησι Κτησίας ὁ Κνίδιος· ὡς δὲ Κλείταρχος καὶ οἱ σὺν Ἀλεξάνδρῳ διαβάντων εἰς τὴν Ἀσίαν τινὲς ἀπέγραψαν, τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε, καὶ προστιθᾶσιν ὅτι τῶν ἴσων ἡμερῶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν οὐσῶν, ἐφιλοτιμήθη τὸν ἴσον ἀριθμὸν τῶν σταδίων ὑπερβῆσαι. τὰς δὲ πλίνθους εἰς ἄσφαλτον ἐνθησαμένη, τεῖχος κατεσκεύασε, τὸ μὲν ὕψος, ὡς μὲν Κτησίας φησὶ, πεντήκοντα ὀργυιῶν, ὡς δ' ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἐγραψαν, τριάκοντα πεντήκοντα· τὸ δὲ πλάτος, πλέθρου καὶ δεκὰν ἁρμάτων ἱππασίμου.

Ἐν τῷ αὐτῷ δευτέρῳ βιβλ.

Οὗτος δ' ὁ τείχος [ὁ ἕτερος Βαβυλῶνος ὁ ἐντὸς περάτου] ὧν τὸ μὲν μῆκος, σταδίων τεσσαράκοντα· τὸ δὲ πλάτος, ὑπὲρ τριακοσίους πλίνθους· τὸ δὲ ὕψος, ὡς Κτησίας φησὶν, ὀργυιῶν πεντήκοντα. τῶν δὲ πυργων ὑπῆρχε τὸ ὕψος ὀργυιῶν ἑβδομήκοντα.

vrbs [Ninus] iuxta Euphratem in planicie iaceat, moles illa arcis se per multa inde stadia conspiciendam offerebat.

Apud eundem lib. I.

Nec me fugit, diuersa de vrbibus istis [Babylone & Troia in Ægypto conditis] à CTESIA Cnidio referri, dum ait, quosdam ex illorum numero, qui cum Semiramide quondam in Ægyptum transierunt, vrbes à se conditas patriis nominibus indigetasse.

Apud eundem Diodorum lib. II.

Tum CCCLX stadiorum muro, crebris intercepto turribus, vrbem [Babylonem] ita circumdedit [Semiramis,] vt mediam amnis interflueret, eratque tanta operis magnificentia vt mœnium latitudo sex iuxta curribus vehendis sufficeret. Altitudo vero omnium qui audirent fidem (vt CTESIAS scribit) excederet. Vt vero Clitarchus, & qui cum Alexandro in Asiam postea traiecerunt, litteris prodiderunt, ambitus CCCLXV stadiorum; quod anni dies stadiorum numero æquare studuisset. Murum laterибus bitumine conglutinatis coagmentauit L orgyias, teste CTESIA, altum: vel, vt alii referunt, L cubitos tantum; vt latitudo aliquanto plus, quam duobus curribus satis esset, spatii obtineret.

Eodem libro secundo.

Is [alter intrinsecus in orbem ductus ambitus Babylonis] auctore CTESIA, XL stadia longus, lateres trecentos latus, & L orgyiarum altus erat. Turres ad LXX orgyias surgebant.

Et sequentia forte quoq; è Ctesia bonam partem, vt & in prioribus fragmentis apud Diodorum, quem Ctesiam in historia Assyriorum sequutum ex ipsius indicio constat, quem tamen totum exscribere à nostro proposito alienum fuit.

Ἐκ τῆ Τζέτζε χιλ. θ'. στιχ. φξή'.

Ἡ πᾶσα δὲ περίμετρος ὑπῆρχε Βαβυλῶνος,
Σταδίοι τριακοσίοις ἑξήκοντα, Κτησία.

Ex Tzetze chil. IX. v. 568.

Omnis autem circuitus fuit Babylonis,
Stadiorũ trecentorum sexaginta, CTE-
SIAE

De isto dissensu auctorum in muris Babyloniis dimetiendis v. doctiss. Brissonium l. 1. de reg. Pers. v. & eruditiss. I. Capellum in accuratiss. tractatu de mensuris lib. 1. non longe ab initio vbi de pede Babylonio. examinat enim ibi præsertim Diodori vel Ctesiæ hæc, & emendat, vt indico. 2 ΝΟΣ πέντε superflua est, *ait Capellus, quem vide hæc plane explicantem, perturbate, vt ait, à Diodoro tradita.*

3 Persicas ὀργυιὰς intellige. *Capell. s.* 4 lege τὸ δὲ πλάτος, ὡς ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἐγραψαν, τριάκοντα πεντήκοντα &c. Murorum Babylonis latitudo erat Babyloniorum cubitorum 45 id est Atticorum 30. *Hæc idem Capellus.*

Secun-

Secundum vero Clitarchum ipsum, & eos qui post Alexandrum,
Et secundum Diodorum ipsum Siculum,
Trecentorum sexaginta & quinque stadiorum.
Coccianus autem Cassius Dion, scripturis Latinis
Quadringentorum scripsit hanc stadiorum esse.
Herodotus autē historicus in Musis nouem,
Et Philostratus ipse in vita Tyanei,
Stadiorum octuaginta, cum quadringentis.
vlnarum *Altitudo quinquaginta † passuum murorum, iuxta* CTESIAM,
Aliis quinquaginta cubitorum. videtur autem CTESIAS
Tzetzæ veriora describere, quam alii:
Saltem in iis quæ scripsit de Babylone.
Trecentorum enim ipse sexaginta stadiorum
Omnem illius perimetrum esse describit.
Alii autem augent plus & amplius hanc.
Qui igitur circuitum minuit longitudine,
Non longe ab eo quod decuit, auxit altitudinem.
Sed quando hæc æque quidem conspexit CTESIAS,
Erant sexaginta vlnarum altitudines turrium,
Et sane quinquaginta vlnarum murorum altitudines.
A bellis atque commotionibus autem forte delectas,
Postea videlicet Clitarchus, atque omnis post Alexandrum
Conspexerunt sic humiles vlnarum altitudines,
Velut ad cubitorum diminutionem vix quantitatem accipientes.
Latitudine autem Babylonis erat, iuxta aliquos, murus
Sex curribus equitabilis: tribus autem, secundum alios.

Κατὰ δὲ Κλείταρχον αὐτὸν, καὶ τοὺς μετ' Ἀλεξάνδρου,
Καὶ κατ' ὄν Διόδωρον αὐτὸν ἐν Σικελίᾳ,
Τριακοσιεξήκοντα καὶ πέντε ὀργυιῶν.
Κοκκειανὸς δὲ Κάσσιος Δίων, γραφαῖς Λατίναις
Τετρακοσίων ἔγραψε ταύτην σταδίων εἶναι.
Ἡρόδοτος δ' ὁ συγγραφεὺς ἐν Μούσαις ταῖς ἐννέα,
Καὶ ὁ Φιλόστρατος αὐτὸς ἐν βίῳ Τυανέως,
Σταδίων ὀγδοήκοντα σὺν τοῖς τετρακοσίοις.
Ὕψος πεντηκοντόργυον τεῖχος, κατ' Κτησίαν,
Ἄλλοις πεντηκοντάπηχυ. Φαίνεται ὁ Κτησίας
Τῷ Τζέτζῃ ἀληθέστερα συγγεγράφειν τῶν ἑτέρων,
Τέως εἰς ἅπαν ἔγραψε τεῖχος Βαβυλῶνος.
Τριακοσίων γὰρ αὐτὸς ἐξήκοντα σταδίων,
Πᾶσαν αὐτοῦ περίμετρον ὑπαρχὴν ἀληθεύει.
Οἱ δ' ἄλλοι πλαυξαίουσι πλέον καὶ πλέον ἑαυτῶν.
Ὁ δὲ τοῦ περίμετρον ᾗ ἐλαττοῖ ὅ μῆκος,
Οὐκ ἀν μακρὰν τοῦ δέοντος παρηύξατο τὰ ὕψη.
Ἀλλ' ὅτε ταῦτα ἴσως μὴ κατεῖδεν ὁ Κτησίας,
Ἦσαν ἑξηκοντόργυα τὰ ὕψη τῶν πύργων,
Καὶ δὴ πεντηκοντόργυα τότε τεῖχῶν τὰ ὕψη·
Ὑπὸ πολέμων καὶ σεισμῶν δ' ἴσως καταπεσόντα,
Ὕστερον αὖ ὁ Κλείταρχος, καὶ πᾶς μετ' Ἀλεξάνδρου,
Κατεῖδον, ὅπου τὰ πεινὰ τῶν ὀργυιῶν τὰ ὕψη,
Ὡς πρὸς πηχῶν ἐλάττωσιν μόλις ποσὸν λαβόντα.
Πλάτει τῆς Βαβυλῶνος δ' ἵππων καθ' ἁπάντων ὁ τεῖχος,
Ἐξ ἅρμασιν ἵππασιμον, τρισὶ δὲ καθ' ἑτέρους.

Παρὰ τῷ Διοδώρῳ, βιβλ. ἱστ. δευτέρῳ βιβ.

Apud Diodorum lib. II. *bibl. hist.*

Sepulturas mortuorum peculiari Æthiopes ritu instituunt. Cadauer enim salitum, & multo vitro circumfusum in cippo statuunt, vt per vitrum defuncti corpus videri queat, sicut Herodotus scriptum reliquit. At CTESIAS Cnidius nugari eum cōfirmat, ostēdens, saliri quidem cadauer, sed nudis corporibus vitrum nequaquam circumfundi. Nam sic futurum, vt ambusta & prorsus fœdata similitudinē retinere nequeant.

Ταφὰς δὲ τῶν τελευτησάντων ἰδίως οἱ κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν ποιοῦνται. τοὺς γὰρ τεθνεῶτας ἁλίζουσι, καὶ περιχύσαντες αὐτοὺς πολλῷ ὕαλῳ ἱστᾶσιν ὀρθὴ σκήνης, ὥστε τοῖς παριοῦσι φαίνεσθαι τοῦ νεκροῦ τὸ τετελευτηκότος σῶμα, καθάπερ Ἡρόδοτος εἴρηκε. Κτησίας δ' ὁ Κνίδιος ἀποφαινόμενος τοῦτον ἀληθεύειν, αὐτὸς φησὶ τὸ μὲν σῶμα περιχύσεσθαι, τὴν μέντοι γε ὕαλον μὴ περιχεῖσθαι γυμνοῖς τοῖς σώμασι· κατακαυθήσεσθαι γὰρ ταῦτα, καὶ λυμανθήσεσθαι τελείως τὴν ὁμοιότητα μὴ δυνήσεσθαι ἀφεστηκυῖαν.

διὸ τὸν χρυσοῦν εἰκόνα καταπλάζεσθαι χαλκῷ, εἰς ὃν ἐντεθέντος τοῦ νεκροῦ, τοῦτον εἰκόνα χεῖσθαι ὑπὲρ ὕελον. τοῦ δὲ καπασκευάσματος τελεντος ὅπη δὲ τόπον, δῆλα τῆς ὑέλου φανερὸν ὂν χρυσὸν ἀφομοιοῦσθαι τῷ τετελευτηκότι. τοὺς μὲν οὖν πλουσίους αὐτῶν οὕτω θάπτεσθαι φησὶ· τοὺς δὲ ἐλαττόνας καταλιπόντας οὐσίας, δραχμῆς τυγχάνειν εἰκότως· τοὺς δὲ πενήτας, κεφαλῆς. τὸν δὲ ὕελον πᾶσιν ὀξαρκεῖν, διὰ δὲ πλεονεξίαν γυναικὸς τοῦ Αἰθιοπίας, καὶ τελέως τοῦτο τοῖς ἐγχωρίοις ὑπάρχειν.

Ideo cauam ex auro statuam conflari, circa quam cadauere incluso, vitrum tandem liquetur, & hac edito posita loco, speciem mortuo similem per vitrum exhiberi. Atque eo modo ditiorum funera curari tradit. Tenuioris autem fortunæ hominibus argenteas poni statuas, pauperibus fictiles. Et abunde sat vitri cunctis esse; quod plurimum eius gignatur in Æthiopia, & passim incolis sit obuium.

Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ αὐτῷ.

Apud eundem ibidem.

Τὸ δὲ πλῆθος τῆς ἀθροισθείσης στρατιᾶς ἦν, ὡς Κτησίας ὁ Κνίδιος συνεγράψατο, πεζῶν μὲν τετρακόσιαι μυριάδες, ἱππέων δὲ τεσσαράκοντα μυριάδες, ἁρμάτων δὲ δέκα μυριάδες. ἦν δὲ καὶ ἀνδρῶν ὅπλα καμήλων ὀχούμενοι, μαχαίρας τετραπήχεις ἔχοντες, ὃν ἀριθμὸν ἴσον τοῖς ἅρμασι. ναῦς δὲ τριακοντόρους κατεσκεύασε διακοσίας, αἷς παρεσκεύασατο καμήλοις τὰς πέζη διαπεμψάσας τὰ σκάφη.

χ. ἄνδρα μυρ.

Peditum numerus, vt CTESIAS recenset, tricies centena millia, equitum, millia quingenta; currus, ad millia centum. Totidem quoque viri camelis vehebantur, gladios quatuor cubitorum stringentes. Nauium resolutilium numerus erat duo millia &c. [*De Semiramidis copiis contra Indiam*]

Ἐν τῷ αὐτῷ.

Ibidem.

Μετὰ δέ τινα χρόνον τοῦ Νινύου τοῦ υἱοῦ δὲ Νινύου τινὸς ὑπεβουλεύθησα [Σεμίραμις.] καὶ ὅτι παρ' Ἄμμωνι λόγιον αἰσθεσαμένη, ὃν ὑπεβουλεύσαντα κακὸν οὐδὲν εἰργάσατο· τοιοῦτον δὲ τὸ βασιλείαν αὐτῷ παραδοῦσα, καὶ τοῖς ἄρχοις ἀκούειν ἐκείνου προστάξασα, ταχέως ἀφάνισεν ἑαυτὴν, ὡς εἰς θεὸς κατὰ χρησμὸν μεταστᾶσα. ἔνιοι δὲ μυθολογοῦντες φασιν αὐτὴν γενέσθαι περιστεράν, καὶ πολλῶν ὀρνέων εἰς τὴν οἰκίαν καταπεπτάντων, μετ' ἐκείνων ἀπεπτάσθαι. διὸ καὶ τοὺς Ἀσσυρίους τὴν περιστερὰν τιμᾶν· ὡς θεὸν, ἀπαθανατίζοντας τὴν Σεμίραμιν. αὕτη μὲν οὖν βασιλεύσασα τῆς Ἀσίας ἁπάσης πλὴν Ἰνδῶν, ἐτελεύτησεν ὑπερφυοῦς τρόπον, βιώσασα μὲν ἔτη ἑξήκοντα καὶ δύο, βασιλεύσασα δὲ δύο πρὸς τετταράκοντα.

Κτησίας μὲν οὖν ὁ Κνίδιος περὶ Σεμιράμιδος τοιαῦτ' ἱστόρηκεν.

Et hinc factum, vt Assyrii dum Semiramidē Diis immortalibus accensent, columbam pro Dea honorent. Huiusmodi, prout iam dictum est, Semiramis totius Asiæ, præter Indiam, regina, vitæ exitum habuit; cum vixisset annos LXII, regnasseq; XLII. Et hæc quidem CTESIAS ille Cnidius de Semiramide litteris tradidit.

Μνημονεύει καὶ Ἀθηναγόρας ὁ Ἀθηναῖος ἐν πρεσβείᾳ περὶ Χριστιανῶν, τούτων δὲ Κτησίᾳ.

Meminit & Athenagoras Athenienſis legatione pro Chriſtianis, horum à Cteſia traditorum.

Καὶ διὰ τὴν Δερκετὼ, καὶ διὰ περιστερὰς καὶ τὴν Σεμίραμιν σέβουσι Σύροι (ὃ δὲ ἀδύνατον, εἰς περιστερὰν μετέβαλεν ἡ γυνή· ὁ μῦθος τοῦδε Κτησίας)

Et propter eandem Dercetum, columbas & Semiramin honorant Syri (in columbam enim mutata est mulier, vt nugatur CTESIAS.) interp. C. Geſ.

1 legendum L. Rhod. 2 De quo Diodorus eodem libro paullo ante. 3 Quem itaque Diodorum tota ista narratione de Semiramide lib. 2 sequutum verisimile est, eatenus excerpsi vbi Cteſia nominatim mentio.

Apud

Apud Diodorum libro II.

Is[CTESIAS] post deiectos imperio Assyrios, Medos Asiæ præfuisse tradit, imperatore Arbace, qui Sardanapalū armis superauit, vt dictū est supra. Et postquā duodeuiginti regnauit annos, filiū eius Mandaucem successisse, L annos Asiæ imperitantē. Post hunc annos XXX regnasse Sosarmum; L, Artiam; XXII, Arbianen; XL, Arsęum. Huius tempore ingens bellum Medis cum Caduſiis conflatum memoratur; idq; has ob cauſſas. Parsodes quidam Persa in admiratione erat, ob fortitudinem & prudentiam aliasque virtutes, & regi percarus ac præ aliis in regio senatu maxime pollebat. Is in iudicio quodam à rege offensus, cū IIIM peditum & CIO equitibus, ad Caduſios profugit: apud quos sororē cuidam nuptū collocarat, cuius magna illis in locis potestas. Nec ipse tantū defecit, sed aliis etiam, vt in libertatem se vindicent, persuadet, & statim dux belli ob fortitudinem creatur. Audiens vero ingentem aduersus se exercitum cogi, suas & ipse ex tota gente Caduſiorū copias non minus ducentis millibus armat; & ad exitus prouincię castra ponit. Etsi autem rex Artæus IOCCC hominum millia in eum duceret, vicit tamē Parsodes, & supra LM cecidit, ac reliquias hostilis exercitus è finibus exegit. Hoc tātum admirationis ei cōsciuit, vt ab incolis rex crearetur. Exinde perpetuis Mediam incursionibus vexare, & omnia passim loca vastare. Magnam igitur assecutus gloriā, cum vitę iam finis instaret, per diras imprecationes obtestatur successorem, ne vnquā inimicitias aduersus Medos deponant: & si pacis condiciones receperint, tota ipsorū progenies cum vniuersis Caduſiis radicitus male pereat. Eā ob cauſſam hostili in Medos animo Caduſii fuerunt perpetuo, nec vnquam regibus illorū paruere, donec Cyrus imperiū ad Persas traduxit. Medis autem post Artæū præfuit Artynes ad XXII annos: post Artibarnas quadraginta, quo regnante, Parthi Medis parere recusantes, & prouinciā & vrbē Sacis in potestatē tradunt. Hinc orto inter Sacas Medosq; bello, ad cōplures annos prœliis nō paucis disceptatur, & magnis vtrinq; stragib. editis, pax tandē his pactis initur, vt Parthis ad officiū reductis, vtriq; quę tenuissent antea, tenerēt; ἧς ὕστερον τοῖς δι' αὐτῶν ἔθνεσι συνέβη. Πάρθους μὲν ὑπὸ Μήδων ἐλαχθαι, τὸ δὲ πρώτου παρ' ἀμφοτέρων αἱρεθέντων, ὅλεθρον εἰρήνην αὐ

Παρὰ τῷ Διοδώρῳ ἐν τῷ β'.

Φησὶν [1] ὁ [Κτησίας] μετὰ τὴν καταλυσιν τῆς Ἀσσυρίων ἡγεμονίας Μήδους προστῆναι τῆς Ἀσίας, Ἀρβάκου βασιλεύοντος, τοῦ Σαρδαναπάλου καταπολεμήσαντος, καθάπερ προείρηται. τούτου δ' ἄρξαντος ἔτη δύο λείποντα τ' τεσσαράκοντα, παραδέξασθαι τὴν βασιλείαν τὸν υἱὸν Μανδαύκην, ὃν ἄρξαι τῆς Ἀσίας ἔτη πεντήκοντα. μετὰ δὲ τοῦτον τεσσαράκοντα μὲν ἔτη βασιλεῦσαι Σώσαρμον, πεντήκοντα δ' Ἀρτίαν, δύο δὲ πρὸς τοῖς εἴκοσι τὸν προσαγορευόμενον Ἀρβιαίνην, τεσσαράκοντα δ' Ἀρσάμην. ὅτι δ' τούτου συστῆναι μέγαν πόλεμον τοῖς Μήδοις πρὸς Καδουσίους, διὰ τοιαύτας αἰτίας. Παρσώδην τὸν Πέρσην, θαυμαζόμενον ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ συνέσει καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ, φίλον τε ὑπάρξαι τοῦ βασιλέως, καὶ μέγιστον ἰσχύσαι τῶν μετεχόντων τῆς βασιλικῆς συνεδρίας· τοῦτον δὲ ὑπὸ βασιλέως, ἐν τινι κρίσει λυπηθέντα, φυγεῖν μετὰ πεζῶν μὲν τετρακισχιλίων, ἱππέων δὲ χιλίων εἰς Καδουσίους· παρ' οἷς ἦν ἐκδεδομένος τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν τῷ μάλιστα δυναστεύοντι καὶ τούτους τοὺς τόπους. θαυμάζοντα δὲ ἀποστάτην, καὶ πείσαντα δὲ σύμπαν τὸ ἔθνος αὐτὸ τυχεῖν τῆς ἐλευθερίας, αἱρεθῆναι στρατηγὸν διὰ τὴν ἀνδρείαν. ἔπειτα πιστευθέντα θαυμάζεσθαι ἐπ' αὐτῇ μεγάλην δύναμιν, καθοπλίσαι τοὺς Καδουσίους πολυανθρώπους, καὶ καταστρατοπεδεῦσαι πρὸς ταῖς εἰς τὴν χώραν εἰσβολαῖς, ἔχοντα τοὺς συμπολεμίους οὐκ ἐλάττους εἴκοσι μυριάδων. τοῦ δὲ βασιλέως Ἀρταίου στρατεύσαντος ἐπ' αὐτὸν μυριάσιν ὀγδοήκοντα, κρείττονα ὄντα, καὶ πλείους μὲν τῶν πεντακισμυρίων ἀνελεῖν, τὴν δὲ ἄλλην δύναμιν ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς Καδουσίων χώρας. διὸ καὶ παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις θαυμαζόμενον, αἱρεθῆναι βασιλέα, καὶ τὴν Μηδίαν συνεχῶς λεηλατῆσαι, καὶ πολλὰ τόπον καταφθεῖραι. μεγάλης δὲ δόξης τυχόντα, καὶ γήρᾳ μέλλοντα καταστρέψαι τὸν βίον, ἀρᾶσθαι παραιτησάμενον τὴν ἀρχὴν, ὅπως μηδέποτε λυθῶσιν [2] τὸ ἔχθραι Καδουσίοις πρὸς Μήδους· εἰ δὲ συνθοῖντο ὁμολογίας, ἐξελθεῖν ἡμέρας τοὺς τε ἀπὸ τῆς ἡμῶν αὐτῶν καὶ Καδουσίους ἀποικίας. διὰ δὲ ταύτας τὰς αἰτίας ἀεὶ πολεμικῶς ἐχηκέναι Καδουσίους πρὸς Μήδους, καὶ μηδέποτε τοῖς τούτων βασιλεῦσιν ὑπηκόους γενέσθαι, μέχρις οὗ Κῦρος εἰς Πέρσας μετέστησε τὴν ἡγεμονίαν. τὴν δὲ Μήδων βασιλεύσαι μετὰ τὴν Ἀριαίου τελευτὴν Ἀριύην μὲν ἔτη δύο πρὸς τοῖς εἴκοσι, Ἀρτικαρίαν δὲ μ'. ὅτι δὲ τούτου Πάρθους ἀποστάντας Μήδων, Σάκαις τήν τε χώραν καὶ τὴν πολιτείαν ἔσχε. διάφορα συστάντος πολέμου τοῖς Σάκαις πρὸς Μήδους ἐπ' ἔτη πλείω, γενέσθαι τε μάχας οὐκ ὀλίγας, καὶ συχνῶν παρ' ἀμφοτέρων αἱρεθέντων, ὅλεθρον εἰρήνην αὐ

1 *Sequuntur hæc statim post honorificum illud testimonium Diodori de Ctesia, quod habuisti supra pag.* 635. 2 *Hanc lectionem reposuimus sub ano[illegible] vulgati ἐπιλυθῶσιν.* ✱ *vero Rodorici* δὲ ὁ ἐπιδιώκτης.

φίλους εἶ) καὶ συμμάχους ἀλλήλοις εἰς ὃν ἅπαντα χρόνον. Βασιλεύσαντος δὲ τότε τῶν Σακῶν γυναῖκα τὴν πόλεμον ἐζηλωκυῖαν, καὶ τόλμῃ τε καὶ συνέσει πολὺ διαφέρουσαν τῶν ἄλλων γυναικῶν τὴν ὑπὸ Σάκαις, ὄνομα Ζαρίναν. καθόλου μὲν οὖν ὅ ἔθνος τῶν τὸ γυναῖκας ἀλκίμους ἔχει, καὶ κοινωνούσας τοῖς ἀνδράσι τῶν ἐν τοῖς πολέμοις κινδύνων. ταύτην δὲ λέγεται τῷ τε κάλλει διενεγκεῖν πασῶν εὐφορεστάτην, καὶ ταῖς ἐπιβολαῖς καὶ τοῖς κατὰ μέρος ἐγχειρήμασι θαυμαστήν. τῶν μὲν γὰρ πλησιοχώρων βαρβάρων τοὺς ἐπηρμένους τῷ θράσει καὶ καταδουλουμένους ὅ ἔθνος τῶν Σακῶν καταπολεμῆσαι, τὴν χώρας πολλὰς ἀφελέσθαι, καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγας κτίσαι, καὶ ὅ σύμπαν βιοτικώτερον τὸν βίον τῶν ὁμοεθνῶν ποιῆσαι. διὸ καὶ τοὺς ἐγχωρίους μετὰ τελευτὴν αὐτῆς χάριν ἀποδιδόντας τῶν εὐεργεσιῶν, καὶ τὴν ἀρετὴν μνημονεύοντας, πάφον οἰκοδομήσαντες πολὺ τῶν ὄντων παρ' αὐτοῖς ὑπερέχοντα. ἦν γὰρ ἡ μὲν βάσις τετράγωνον, τριῶν μὲν σταδίων ἑκάστην πλευρὰν ἀπολαβοῦσα ὁ μῆκος, ὁ δὲ ὕψος σταδίου, εἰς ὀξὺ συνηγμένης τῆς κορυφῆς. ὑπερῆσαν δὲ τῷ τάφῳ καὶ χρυσοῦν εἰκόνα κολοσσικὴν, καὶ τιμὰς ἡρωϊκὰς ἀποδεῖξαι, καὶ πάλλα πολλὰ μεγαλοπρεπέστερα ποιεῖν τῶν τοῖς προγεγενημένοις αὐτῆς συγχωρηθέντων. Ἀστιβάρα δὲ τὸν βασιλέως τῶν Μήδων γήρᾳ τελευτήσαντος ἐν Ἐκβατάνοις, τὴν ἀρχὴν Ἀσπάνδην (ὃν ἔνιοι Ἀβανδέαθαν, ὃν ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Ἀστυάγην καλοῦσιν. τούτου δὲ ἔνιοι Κύρου τὸν Πέρσου καταπολεμηθέντος, μεταπεσεῖν τὴν βασιλείαν εἰς Πέρσας.

& perpetuo inter se deinceps amici sociique forent. Sacarum tunc regnum administrabat Zarina, mulier rerum bellicarum studiosa; & omnes Sacarum feminas audacia & ad res gerendas industria longe superans. Gens enim hæc in primis mulieres habet fortes, & sociam viris operam in bellorum discrimine nauantes. Illam pulcritudine etiam præ omnibus eminuisse, consiliorumque solertia & actionum quarundam strenuitate fuisse admirabilem, prædicant. Reges enim finitimos, qui arrogãtia elati seruitutis iugo Sacas premebãt, bello subegit; & magnam regionis partem ad mitiorem traduxit cultum, vrbesque non paucas exstruxit; gentis denique suæ vitam multo beatiorem effecit. Ideoque ciues post obitum eius, vt gratiam pro beneficiis referrent, virtutumque memoriam conseruarent, sepulcrum ei cetera longe supereminens construxere. Pyramidem enim triquetram ex fundamento eduxerunt: cuius latera ad ternũm stadiũm lõgitudinem protẽderentur, vertex in acutũ mucronem desinens ad stadii sublimitatem assurgeret. Colossea quoque effigie super bustum erecta, heroicos illi honores consecrarunt, reliqua omnia longe magnificentius, quam maioribus eius impendentes. Hinc Astibara Medorum rege per senii infirmitatem exstincto in Ecbatanis, filius eius Aspadan [*vel* Apandan] (quem Astyagem Græci vocant) regnum accepit. Eo Cyri Persæ armis oppresso, ad Persas imperium deuolutum est.

Παρὰ Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ, ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας, κεφ. περὶ σαφηνείας, εἰ γε αὐτοῦ τοῦτο τὸ βιβλίον ἐστί.

Apud Demetrium Phalereum, in libro qui περὶ ἑρμηνείας vocatur, cap. de perspicuitate: si modo eius est hic liber.

Ὅπερ δὲ τῷ Κτησίᾳ ἐγκαλοῦσιν ὡς ἀδολεσχοτέρῳ διὰ τὰς διλογίας, πολλαχῆ μὲν ἴσως ἐγκαλοῦσιν ὀρθῶς· πολλαχῆ δὲ οὐκ αἰσθάνονται τῆς σαφηνείας τὸν αὐτόν. πίπτει γὰρ εἰς τοῦτο, διὰ τὸ πολλάκις ποιεῖν ἔμφασιν πλείονα· οἷα τὰ διὰ τοῦ Στρυάγλιός ἐστιν, αἰνὴρ Μῆδος, γυναῖκα Σακίδα καλὰ καλῶν ἀπὸ τοῦ ἵππου, (μάχονται γὰρ καὶ αἱ γυναῖκες ἐν Σάκαις, ὥσπερ αἱ Ἀμαζόνες) θεασάμενος δὲ τὴν Σακίδα εὐπρεπῆ καὶ ὡραίαν, μεθεῖναι ἀποσώζεσθαι.

Qua de re vero CTESIAM accusant, quasi propter inculcata denuo verba sit loquacior, in eo forte sæpius ipsi nullam faciunt iniuriam, sæpius tamen quoque viri perspicuitatem in dicendo non attendunt. Idem namque ponitur denuo, quod ita sæpius expressior fiat significatio. Qualia & ista hæc:* Stryaglius quidam, Medus, quum ex equo Sacidem mulierem deiecisset (apud Sacas enim mulieres eodem quo Amazones modo præliantur) eamque & formosam & ætate florentem vidisset, saluam dimisit. *ex incerto H. Steph.*

1 *An* Ἀρπάγης, *vti supra hunc regem adpellat.*

At per-

At percusso posteà fœdere quum illa quam alioqui deperibat, potiri non posset, statuerat quidem inedia vitam finire: scribit tamen prius illi hanc epistolam, qua expostulat, Ego quidem te seruaui: & tu quidem per me seruata es, ego autem per te perii.* Hic virgula censoria arrepta aliquis qui se breuem in dicendo putat, reprehendat, bis nimirum posita nulli rei esse istud Seruaui, & istud Per me seruata es. idem enim hæc significare ambo. Verum si alterutrum sustuleris, simul & perspicuitatem sustuleris, & ex illa virtute qui nascitur, affectum. Quin & quod ad illa redditur Peribam scilicet, pro Pereo, euidentius est propter clausulam. Quod enim accidit, id maiorem vim & efficaciam habet eo quod futurum est, vel adhuc fit. Et omnino &c. [*Ait eum singularem perspicuitatis artificem esse: qua infra cum alia narratione ponemus*]

μετὰ δὲ τοῦτο, σπονδῶν γεγομένων, ἐξαθεῖς τῆς γυναικὸς, ἀπετύγχανεν. ἐδίδου μὲν αὐτῷ ἀποκαρτερεῖν, γράφει δὲ τοιάδε τῇ γυναικὶ μεμφόμενος, τοιάδε, Ἐγὼ μὲν σε ἔσωσα, καὶ σὺ μὲν δι' ἐμὲ ἐσώθης, ἐγὼ δὲ δι' σε ἀπολλύμαι. Ἐοικυῖα βαπτιοῦσιν οὐ ἴσως τις βεβαχυλόγος φιλόλογος εἴη, ὅτι δὶς ἐπίηται τοῦτο τὸ Ἔσωσα. καὶ Δι' ἐμὲ ἐσώθης. Ἕν γὰρ σημαίνει ἀμφότερα. Ἀλλ' εἰ ἀφέλοις θάτερον, συναφαιρήσεις καὶ τὴν ἐναργειαν, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἐναργείας πάθος. καὶ τὸ βαπτιούμενον δὲ τὸ Ἀπωλόμην, αὐτὶ τοῦ Ἀπόλλυμαι, ἐναργέστερον αὐτῇ τῇ συντελείᾳ δεῖ. τὸ δὲ μὴ γεγονὸς, δεινότερον τοῦ μέλλοντος ἢ γινόμενου ἔπ. καὶ ὅλως &c.

Ex Tzetze chil. XII. versu 894.

Sacas gentem scito, quorum inuentum scutum:
Et mulieres horum autem pugnant cum viris,
Vt CTESIAS *inquit, atque alii complures:*
Sacarum autem mulieres pugnant sane ex equis.
Et rursus vero: Stryalius, vir quidam Medus,
Mulierem Sacam quidem deturbans ab equo.

Ἐκ τοῦ Τζέτζου χιλ. ια', στίχ. ωιδ'.

Τοὺς Σάκας ἔθνος γίνωσκε, ὧν εὕρεμα θ' σάκος,
Καὶ αἱ γυναῖκες τούτων δὲ συμμάχονται ἀνδράσιν,
Ὡς καὶ Κτησίας εἶρηκε, καὶ ἕτεροι μύριοι·
Αἱ τῶν Σακῶν γυναῖκες δὲ, μάχονται καὶ ἀφ' ἵππων,
Καὶ πάλιν δὲ Στρυάλιος ἀνήρ τις ἐκ τῶν Μήδων,
Γυναῖκα τῶν Σακίδων μὲν καταβαλὼν ἐξ ἵππου.

EX LIBRO NONO PERSICORUM.

Apud Theonem in præexercitamentis rhetoricis, siue Libanius sit auctor, vt alii volunt, cap. de descriptione.

ΕΚ ΤΟΥ ΕΝΝΑΤΟΥ ΤΩΝ Περσικῶν.

Παρὰ τῷ Θέωνι ἐν προγυμνάσμασι, ἢ τῷ Λιβανίῳ κατ' ἄλλους, κεφ. περὶ ἐκφράσεως.

In nono autem CTESIAS, quemadmodum simulacra Persarum super longis perticis, cum viderent mane diluculo iuxta arcem Lydi è longinquo, rati plenam Persarum, ac iam occupatam esse arcem, in fugam conuersi fuerint.

Ἐν δὲ τῇ ἑβδόμῃ Κτησίας. οἷον, Τὰ εἴδωλα τῶν Περσῶν ὀπὸ τοῖς μακροῖς ξύλοις ὁρῶντες ἅμα ὄρθρου οἱ Λυδοὶ, εἰς φυγὴν ἐτράποντο, νομίσαντες τὴν ἀκρόπολιν πλήρη εἶναι Περσῶν, καὶ ἤδη ἑαλωκέναι.

---

1 *Sic Alld. editio. sed scribendum puto:* ἐπιφέρων. *Ceterum non inepte posse hic locum obtinere ista de Stryalio inter fragmenta putaui. Videntur enim in isto eodem bello, de quo præcedentia quæ ex Ctesia retulit Diodorus, accidisse. Certe vbique videndes de Sacidarum virilitate eadem narrari, quod ista & in Martia alea viris fida & assidua socia.*

2 Στρυάλιος *è prioribus Phaleras apud Tzetzem repensendum videtur potius.*

3 *Ita optime* ἐπιφέρων *auus ad oram restituit, & in versione sua expressit, quum alias mendose legeretur* κτείνων. *Est vero elegans hoc fragmentum, cuius mentio etiam historia in Excerptis Photii supra Persic. c. 4.*

Παρὰ Ἰωάννῃ τῷ Τζέτζῃ, χιλ. α'. στίχ. πζ.

Τὸν Ἀστυάγη μὲν φησὶ [Κτησίας] καταβληθέντα Κύρῳ,
Τῶν Βαρκανίων ἄρχοντα γενέσθαι τὸν δὲ τότε.
Οἰβάρην δ' αὐτὸν τὸν μέγαν τὸν τοῦ Κύρου,
Ξύλινα λέγει τοὺς σώσαντα Σαρδέσιν ἐπιθῆναι,
Ἐν μακρομήκεσι κοντοῖς, νυκτὸς ἐνδεδυμένα.
Οὕτω Λυδοὺς ταράξαι δ', καὶ κατασχεῖν τὴν πόλιν.
Μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, φάσκει δ' τὸν Κῆσον,
Πρὸς Ἀστυάγη πέμψαι ὁ Κῦρος Πετησάκαν,
Ὅπως ἐλθὼν τὴν Ἄμυτιν ἴδῃ σὺν Ἀστυάγει.
Ἡ Ἄμυτις δὲ ἦν ἀρχῆθεν ἡ παῖς τοῦ Ἀστυάγους,
Τοῦτον τὸν πρωτοβούλου, ἄθλιον Πετησάκαν,
Ἐπίβουλον νοήσασα τὸν τοῦ Ἀστυάγους,
Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν, ἐκδείρασά τε ζῶντα,
Ἀνεσκολόπισε σαυρῷ, θεῖσα βορὰν ὀρνέοις.

Apud Ioan. Tzetzem chiliad. I. vers. 87.

Astyagem quidem ait [CTESIAS] *deiectum à Cyro,* Interp. P. Lacisio.
Barcaniis ducem factum fuisse ab illo.
Oebarem autem imperatorem magnum illum Cyri
Ligneas dicit laruas Sardibus imposuisse,
Super longissimis contis, nocte indutas,
Sicque Lydos turbasse, & detinuisse vrbem.
Post captiuitatem, dicit autem illam Crœsi,
Ad Astyagem misit Cyrus Petesacam,
Vt profectus Amytim videret cum Astyage.
Amytis autem existens filia Astyagis,
Hunc primum eunuchum, miserum Petesacam,
Insidiatorem cum intellexisset Astyagis,
Oculos effodit, excoriatumque viuum,
Suspendit cruci, ponens escam alitibus.

ΕΚ ΤΟΥ ΔΕΚΑΤΟΥ ΤΩΝ ΠΕΡΣΙΚΩΝ.

EX PERSICORVM DECIMO.

Παρὰ τῷ ἐθνικογράφῳ.

Δυρβαῖοι, ἔθνος κατῆκον εἰς Βάκτρους, καὶ Ἰνδικήν. Κτησίας δὲ Περσικῶν δεκάτῃ· Χώρα δέ τις αὐτόθι προσκειται Δυρβαῖοι, εὐδαίμονες ἄνδρες, καὶ πλούσιοι, καὶ δίκαιοι, οὔτ' ἀδικοῦντες οὔτε ἀποκτεννύοντες ἄνθρωπον. ἐάν δ' εὑρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ χρυσὸν, ἢ ἄλλο τι *

Apud Stephanum.

Dyrbæi, populus pertingens ad Bactros & Indicam regionem. CTESIAS Persicorum decimo: Adeum vero sita est regio, Dyrbæi, viri beati & opulenti, iidemque iusti, qui nec iniuriam inferant, nec mortem homini, sique inueniant in via aurum, vel aliud quippiam *

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ibidem.

Χωραμνῆοι, ἔθνος Περσικὸν ἀγρίων ἀνθρώπων. Κτησίας δὲ Περσικῶν δεκάτῳ· Οὕτω δὲ ταχύ ἐστιν ὁ ἄγριος ἄνθρωπος, καὶ διώκων ταῖς ἐλάφοις καταλαμβάνειν. καὶ ἄλλα πλείονα περὶ αὐτῶν φησι.

Choramnæi, gens Persica hominum agrestium. CTESIAS Persicorum decimo: Adeo vero veloces sunt illi agrestes homines, vt cursu ceruos assequantur. Et multa refert de iis alia.

Ἐκ τῶν Ἀπολλωνίου ἱστορικῶν θαυμασίων, ἱστορ. κ'.

Ex Apollonii historiis mirabilibus, histor. XX. Interp. G. Xyl.

Κτησίας δὲ ἐν τῇ δεκάτῃ Περσικῶν, καμήλους φησὶν ἐν τῇ χώρᾳ γίνεσθαι, ἃς ἔχειν τείχας πρὸς Μιλήσια εἴδεα τῇ μαλακότητι· ἐκ δὲ τούτων τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς ἄλλους δυνάστας ταῖς ἐσθῆσι φέρειν.

CTESIAS libro rerum Persicarum decimo, camelos esse ea in regione prodit, quarum pili mollicie lanas Milesias æquant: sacerdotesque & alios proceres, vestes ex iis confectas gestare.

1 *Supra in excerptis Persicis à Photio cap. 5.* 2 *Suspecta hæc non iniuria amico meo eximio, recondita erudutionis & rarissimi ingenii iuueni Cl. Salmasio, qua facile possent ex iis quæ præferant intelligi, ait, si haberentur.* 3 *Cl. Salmasius noster emendat ἐς ἢ διώκ τοι ἐλάφους φασὶ. non quod τοι ἐλάφους improbet. vetustiss. enim Gratos vocem ἔλαφος siue de masculo, siue de femina loquerentur, fere extulisse: insciitiaque damnandos grammaticos qui mirantur apud poetas ceruis feminæ cornua attribui, cum exploratissimum sit eas cornibus carere. Sed hæc ipse ad suum Stephanum plus sexcentis locis restitutum nos docebit: quem paratum ad editionem habet, vt not publice quamprimum habeamus, id optamus summopere. immo docuit ante tres annos: in suis ad Callimachum lectionibus, quæ ipse quoque lucem publicam nondum viderunt, puto. Alias de hacre & ad Pollucem nostrum in Notis quas breui, σὺν θεῷ, dabimus, erit dicendi locus. nec enim ista, quæ κεφαλαίων loco seruo mihi soli seruata velim.* 4 *Sed quamuis illa regio nam quod præcessit apud Apollonium de monte Pelio ex Heraclide, ad eum locum haud de camelis non perperam arbitror. Itaque in quæ hic mendum.*

EX CTE-

EX EIVSDEM CTESIÆ PERSICO, numero librorum non addito ab auctoribus.

Apud Tzetzem chil. III. verſu 641.

Interp. P. L.

Lex communis quædam Perſica eſt contraingratos,
Omnes eos qui poſſunt gratias exhibere,
Nec exhibent, valde caſtigans, atque puniens.
Ingratos arbitrantur enim in patriam,
Et in parentes, & in Deum, impiiſſimos eſſe.
Hanc quidem Cyri, Xenophon: hanc autem Perſicæ legis,
CTESIAS *atq; Herodotus ſcribunt hiſtoriam.*

Apud Athenæum Dipnoſoph. IV.

interpr. H. Sieph. Rex autem Perſarum (vt ſcribunt CTESIAS & Dinon in Perſicis) cum virorum millibus quindecim cœnabat, & in cœnam talenta quadraginta inſumebantur.

Apud eundem libro II.

Rex Perſarum, vt ſcribit libro primo Herodotus, aquam in potum ſuum ſecum vehit à Choaſpi fluuio, qui Suſa præterfluit, atque ex hoc ſolo bibit. Huius autem aquæ decoctæ plena vaſa argentea portantes plurimi currus, rotarum quatuor, quos muli trahunt, ipſum ſequuntur. At CTESIAS Cnidius narrat etiam quomodo regia hæc Choaſpis fluuii aqua coquatur, & quomodo vaſis impoſita, portetur ad regem. addit que, illam & leuiſſimam & ſuauiſſimam eſſe.

Libro XI.

Verum repudianda ſunt nobis fictilia pocula. Apud Perſas enim, vt teſtatur CTESIAS, quemcunque rex inhonoratum eſſe voluerit, fictilibus poculis vtitur.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΤΗΣΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩΝ, ΒΙΒΛΙΩΝ ΑΝΕΥ ΜΟΥ ΟΥ ΠΡΟΣΤΙΘΕΝΤΟΣ ΥΠΟ ΤΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ.

Παρὰ τῷ Τζετζῇ χιλ. γ'. στίχ. χμά.

Νόμος κοινός τις Περσικός ἐστι κατ' ἀχαρίστων,
Τοὺς δυναμένους σύμπαντας χάριν ἀποδιδόναι,
Καὶ μὴ διδόντας, ἰσχυρῶς κολάζων καὶ χαλέζων.
Τοὺς ἀχαρίστους οἴονται καὶ γὰρ πρὸς τὴν πατρίδα,
Καὶ πρὸς γονεῖς, καὶ πρὸς θεὸν, ἀσεβεστάτους εἶναι.
Τοῦτον μὲν τὸν Κύρου, Ξενοφῶν· τὸν δὲ τῶν Περσῶν νόμου
Κτησίας καὶ Ἡρόδοτος γεγράφασιν ἱστορίαν.

Παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ Δειπνοσοφ. δ'.

Ὁ δὲ Περσῶν βασιλεύς, (ὡς φησὶ Κτησίας καὶ Δίνων ἐν τοῖς Περσικοῖς) ἐδείπνει μετὰ ἀνδρῶν μυρίων πεντακισχιλίων· καὶ ἀναλίσκετο εἰς δεῖπνον τάλαντα τεσσαράκοντα.[2]

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ ἑβδόμῳ βιβλίῳ.

Ὁ Περσῶν βασιλεύς, ὡς φησὶν ἐν τῇ πρώτῃ Ἡρόδοτος, ὕδωρ[3] ἀπὸ τοῦ Χοάσπεως πίνει ἀγόμενον πρὸ Σούσης ῥέοντος· τοῦτο δὲ μόνον πίνει ὁ βασιλεύς. τοῦ δὲ τοιούτου ὕδατος ἀποψηθέντος πολλαὶ καὶ ζυγὰ ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνοις συνεζευγμέναι κομίζουσι τὰ ἀγγεῖα ἐν γυρεύοισιν ἕπονται οἱ. Κτησίας δ' ὁ Κνίδιος καὶ ἱστορεῖ ὅπως ἕψεται τὸ βασιλικὸν τοῦτο ὕδωρ, καὶ ὅπως ἐναποτίθεται τοῖς ἀγγείοις, φέρεται τῷ βασιλεῖ λέγων αὐτὸ καὶ ἐλαφρότατον καὶ ἡδύτατον εἶναι.

Ἐν τῷ ια' βιβλίῳ.

Παραιτητέον δ' ἡμῖν τὰ κεραμεῖα ποτήρια. καὶ γὰρ Κτησίας, παρὰ Πέρσαις, φησὶν, οὗ ἂν βασιλεὺς ἀτιμάσῃ, κεραμείοις χρῆται.

---

1 *Ante hæc nimirum Tzetzes multa de Cyro ipſum è Xenophonte deſumptus.*

2 *Hæc efficere ait Athenæus* τὰ μυρίαδας μετὰ τὸ μυριάδες ἀργυρίου πεντακόσιαι, ducentas & quadraginta myriadas denariorum Italicorum, *id eſt, aureorum ſexaginta millia, vt ad eum locum Dalechampius, qui Budæum lib. 3. de Aſſe ibidem locum diligentiſſime expoſuiſſe ait.*

3 *De aqua huius potu, quo vtebantur ſoli reges Perſarum, v. copioſe Briſſon. l. 1. de reg. Perſ.*

Ἐκ τῶν Αἰλιανοῦ περὶ ζώων ἰδιότ. βιβ. ζ', κεφ. α'.

Πέπυσμαι ὑπὸ ἀριθμητικῆς τοὺς βοῦς οὐκ ἀμοίρους εἶναι τοὺς Σουσίδας. καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἀπλῶς κήπους ὑδρηλοὺς, μάρτυς ὁ λόγος ὁ λεγόμενος, ὅτι Σούσοις τοῖς βασιλέως βοῦς εἰς τοὺς παραδείσους πολλοὺς, εἰς πᾶσιν ὀλίγοις ἑκάστοις ἑκατὸν κάδους ἑκατόν, ὑκοῦν ἀντὶ ὧν ὀλίγα πάνυ αὐτοῖς; ἢ ὧν σπουδαζόμενα οὐ πολλῶι μόχθον παρέχουσι καὶ οὐκ ἀβλακεύουσιν ἔνια θεώμενοι. εἰ δὲ πέρα τῆς παρεμπιπτούσης ἑκατοντάδος, ἕνα γοῦν παρόντας κάδον ἀναμένουσιν, ὑπισχνοῦσι, οὐδὲ αἰκαλοῦσι, οὔτε παίουσιν οὐδὲ χαλεπαίνουσιν, λέγει Κτησίας.

Ex Aeliani de natura animal. lib. VII. caput 1.

Susidas boues numerandi scientiam tenere CTESIAS scribit. Nam Susis regi singulæ quotidie centum cados in hortos sicciores & minus riguos hauriunt. Quem quidem laborem, siue quod sit eis certus & constitutus, siue etiam quia diu multumque in eo se exercuerint, promptissime obeunt: nullam enim earum ad opus remollescere videres. Ad alterum vero supra quam diximus cadum exhauriendum, nec verberibus nec blanditiis inducere possis. *interp. P. Gillio vel C. Gesnero.*

Παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ, Δειπνοσοφ. ιβ'.

Κτησίας δ' ἱστορεῖ Ἄνναρον ὃν βασιλέως ὕπαρχον, καὶ τὴν Βαβυλωνίας ἀρχὴν ἔσχηκότα, στολῇ χρῆσθαι γυναικείᾳ καὶ κόσμῳ· καὶ ὅτι βασιλέως δούλῳ ὄντι αὐτῷ, εἰς ὃν ὀψίνον εἰσήει τὴν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ψάλλουσαι καὶ ᾄδουσαι γυναῖκες. ἔψαλλον δὲ αὗται καὶ ᾖδον ἐκεῖνα δειπνοῦντος.

Apud Athenæum dipnosoph. XII.

CTESIAS vero Annarum regis præfectum, & qui Babyloniæ regionis imperium obtinuerat, veste & ornatu muliebri vsum esse tradit: & ad eum cœnantem, quum regis seruus esset, accedere solitas centum quinquaginta psallentes & canentes mulieres. Psallebant autem hæ & canebant illo cœnante. *interpr. Xil. St.*

Παρὰ τῷ Στεφάνῳ.

Βαρλών, πόλις Μηδίας, ἐγγὺς Ἀγβατάνων.

Apud Stephanum.

Barene, vrbs Mediæ, vicina Agbatanis.

Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν Ἀγβάτανα.

Apud eundem, voce Agbatana.

Κτησίας δὲ πανταχοῦ τῶν Περσικῶν, τὰ δὲ Μήδεια Ἀγβάτανα φησὶ τὰ ἀγεφφ.

CTESIAS vero vbique in Persicis, Medorum Agbatana per A scribit.

Ἐν τῷ αὐτῷ.

Δερβίκαι, ἔθνος πλησίον τῶν Ὑρκανίων. Ἀπολλώνιος δὲ δὶς κκ γράφει. Κτησίας δὲ Δερβίους αὐτοὺς φησιν, ἢ Τερβισσούς.

Ibidem.

Derbicæ, gens vicina Hyrcanis. Apollonius vero cum duplici KK scribit. CTESIAS autem Derbios eos dicit, siue Terbissos.

Παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ, Δειπνοσοφ. ιγ'.

Καὶ ἡ ἐπὶ Αἴγυπτον Καμβύσου στρατεία, ὡς φησὶ Κτησίας, διὰ γυναῖκα ἐγένετο. ὁ γὰρ Καμβύσης πυθόμενος τὰς Αἰγυπτίας γυναῖκας ἐν ταῖς συνουσίαις διαφέρειν τῶν ἄλλων, ἔπεμψε πρὸς Ἄμασιν, τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα, μίαν αὐτῶν πρὸς γάμον τῶν θυγατέρων. ὁ δὲ τῶν μὲν ἐκεῖνος οὐκ ἔδωκεν,

Ex eodem Athenæo Dipnosoph. XIII.

Quinetiam Cambysi suscipiendæ in Ægyptum expeditionis (vt scribit CTESIAS) caussa fuit mulier. Nam quũ Ægyptias mulieres in congressu præstare ceteris intellexisset, ad Amasin Ægypti regẽ misit, vnã ex eius filiab. in vxorẽ poscẽs. At hic è suis quidem vnã haud misit, *interpr. M. Steph.*

1 Ita scripsi. vulgo μόχθον. 2 v. Th. Marcil. interp. ad Suetonii Titum in cap. 3. ad ista: vt qui cantaret & psalleret. adi & in primis de his μυσαγωγοῖς mulieribus doctiss. Brissonium lib. 1. de reg. Pers. 3 Non facit Stephanus Ctesiæ mentionem de hac vrbe. Ex eo tamen cum A. Schotto puto, & epitomator quidam nomen Ctesiæ omiserit. v. Excerpta Persicorum supra c. 4. 4 De huius nominis διπλογραφίᾳ plura ibi ἐθνικῶν scriptor. 5 Ita scripsi. male vulgo Δερβίκαν. quod notauit & ed. Steph. supra pag. 633. suadet id & series nominum in Stephano. Est ergo Apollonium per duplex κκ scribere, quod alii nimirum per vnum διεξίκαν, vt primum itaque posuisse videtur Stephanus.

ſuſpicatus illi non habitum iri honorem vxori debitum, ſed pallacæ: verum Apriæ filiam, Neutetin. Exciderat autem regno Apries, propter cladem *in pugna* aduerſus Cyrenenſes acceptam, & ab Amaſi fuerat interfectus. Cambyſes Neutetidis conſuetudine delectatus, & valde in amorem eius illectus, omnia ex illa diſcit; & quum oraſſet eum vt cædem Apriæ patris vlciſceretur, perſuadet vt bellum Ægyptiis inferat.

(συνοήσας μὴ γαμετὴς ἐξὴν αὐτῷ πρὸς, ἀλλὰ παλλακίδος) ἔπεμψε γῆ τὴ Ἀπρίδι θυγατέρα Νειτῆτιν. ὁ γὰρ Ἄπρις ἐκπεπολέμωκει τὴν Αἰγυπτίων βασιλείας, ἀφ' ἧς ἡττηθεὶς ὑπὸ Κυρηναίων, ὑπ' αὐτῶν ἐκομίσθη πρὸς Ἄμασιν. ἡδεῖς οὖν ὁ Καμβύσης τῇ Νειτήτιδι, καὶ σφόδρα ἐρεθισθείς, ἐκμαθὼν παρ' αὐτῆς τὰ πρῶτα· καὶ δεηθείσης ἐκδικῆσαι τὸν Ἄπριδος φόνον, πείθει πολεμῆσαι Αἰγυπτίοις.

Apud Aelianum lib. XVI *de nat. animal. cap.* 42.

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ ἐν τῷ ιϛ' περὶ ζῴ· ἰδιότ. κεφ. μβ'.

ex interpr. Gilli à C. Geſn. recogn.

Porro CTESIAS Cnidius refert, in flumine cui nomen Argades, quod ad Perſicam Sittacen eſt, ſerpentes abunde gigni, capite albas, reliquo corpore nigras, quatuor cubitorum longitudinem habere, & quos percuſſerint interimere. interdiu eas haudquaquam videri ſolere, ſub aqua natantes: noctu vero vel lintea lauantibus (quod non pauci faciunt vel propter aquæ deficientis neceſſitatem, vel quod impediti negociis interdiu veſtes non abluerunt) perniciem inferre.

Κτησίας γοῦν ὁ Κνίδιος [1] φησὶν ἐν τῇ Περσικῇ Σιττακῇ ποταμόν εἶναι Ἀργάδην ὄνομα· ὄφεις δ' ἔνεσθαι αὐτῷ γίνεσθαι πολλούς, μέλανας τὸ σῶμα, πλὴν γε τῆς κεφαλῆς. εἶναι δ' αὐτῶν λευκὴν ταύτην. τὸ μῆκος τοὺς ὄφεις τέσσαρας. τοὺς οὖν ὑπὸ τούτων ἁλισκομένους ἀποθνήσκειν. μεθ' ἡμέραν μὲν μὴ ὁρᾶσθαι, ὑφύδρους δ' εἶναι· νύκτωρ δὲ τοὺς ὑδρευομένους, ἢ τοὺς τὰ ἔνθεν φαιδρύνοντας ἀφανίζειν. πολλοὺς δ' ἀρα πάσχειν τοῦτο, ἢ χρείᾳ ὕδατος ὑπολείποντος, ἢ μεθ' ἡμέραν ἀσχοληθέντας, καὶ ἀποπλύναι τὰ ἔνθεν μὴ δεδυνημένους.

Quæ ſubiiciuntur iam de Artoxerxe & Cyro, Cyriqué aduerſus fratrem expeditione &c. patet ex ſuperioribus quæ Photius excerpſit, cap. 58. 59. Perſic. fuiſſe e libro Perſicorum CTESIÆ XIX, *& potiſſimum, ni fallor, ex* XX, *& poſterioribus etiam aliqua.*

Apud Plutarchum, in Artoxerxis vita.

Παρὰ τῷ Πλουτάρχῳ, ἐν τῷ Ἀρταξέρξου βίου.

interpr. ni fallor H. Cruſerio.

Ac Cyrus à Cyro priſco nomen mutuatus eſt: illi à ſole aiunt inditum. Cyrum enim vocare Perſas ſolem. Artoxerxes ante Arſicas dictus fuit, quamuis Oarſem ferat nuncupatum Dinon. Verum CTESIAM, etſi alioquin abſurdarum & inſulſarum in libros ſuos variam fabularum colluuiem infarſerit, haud probabile ſit tamen appellationem fugiſſe, in cuius contubernio agebat regis, medicus eius, vxoris, matris & liberorum.

Ὁ μὲν οὖν Κῦρος ἀπὸ Κύρου τοῦ παλαιοῦ τὸν ὄνομα ἔσχεν, ἐκεῖνος δ' ἀπὸ τοῦ [2] ἡλίου γενέσθαι φασί. Κῦρον γὰρ καλεῖν Πέρσας τὸν ἥλιον. ὁ δ' Ἀρταξέρξης, [3] Ἄρσικας πρότερον ἐκαλεῖτο. καίτοι Δείνων φησὶν ὄνομα Ὄαρσην. ἀλλ' οὐ Κτησίας, εἰ καὶ τἄλλα μύθων ἀπιθάνων καὶ παραδόξων ἐμβέβληκεν εἰς τὰ βιβλία πανοδαπῶν [4] πυλαίαν, οὐκ εἰκὸς ἔστιν ἀγνοῆσαι τοὔνομα τοῦ βασιλέως, παρ' ᾧ διέτριβε, θεραπεύων αὐτὸν καὶ γυναῖκα καὶ μητέρα καὶ παῖδας.

Δ. Φωτίου Ἀγαπ. codex Vulcob.

Apud Xenophontem libro I *de expeditione Cyri.*

Παρὰ τῷ Ξενοφῶντι, ἐν τῷ α' τῆς Κύρου ἀναβάσεως.

Quum *Cyrus* vna cum his eſſet, regem & globum qui illum circumſtabat

Σὺν τούτοις δὴ οὖν [ὁ Κῦρος] καθορᾷ βασιλέα καὶ ὃ ἀμφ' ἐκεῖνον στῖφος· καὶ λύθις ὁπό

1 Potuit hoc & ex Indicis Cteſiæ excerpſiſſe Ælianus, e quibus fere qua ex hoc auctore apud eum legas. Vt itaq; hoc non nego: ita hic ſequi libuit amicum noſtrum clariſſ. A. Schottum, qui ad Perſica hæc quoq; retuliſſe videtur.

2 Supra in excerpt. Perſ. c. 48. v. doctiſſ. Briſſon. l. 2. de reg. Perſ. non longe à fine, vbi errorem Suidæ notat in huius nominis etymo.

3 Ἄρσικας ſupra excerpt. Perſ. c. 48. & 56.

4 in quibuſd. mſſ. Plut. hoc adnotatur, vt puto ſcholion: πυλαίας, τὰς ψεύσεις Ῥόδιοι, τὰς μηδὲν ὑγιὲς, μήτε λέγοντας, μήτε πράττοντας.

ἐπέσχετο, ἀλλ' εἶπεν, Ὁρῶ τὸν ἄνδρα, εἶπε, καὶ ἐπ' αὐτόν. καὶ παίει κατὰ τὸ στέρνον, καὶ πατάσσει διὰ τοῦ θώρακος, ὡς φησὶ Κτησίας ὁ ἰατρός· καὶ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμα φησί. παίονται δὲ αὐτὸν ἀκοντίζει τις παλτῷ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν βιαίως· καὶ συστᾶσα μαχόμενοι καὶ βασιλεὺς καὶ Κῦρος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτούς, κατ' ἐκεῖνον, ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, Κτησίας λέγει (παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν) Κῦρος δ', αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ ὀκτὼ οἱ ἄριστοι τῶν περὶ αὐτὸν ἔκειντο ἐπ' αὐτῷ.

Πάλιν ἐκ τοῦ Πλουτάρχου, ἐν τῷ Ἀρταξέρξου βίῳ.

Ἡ δὲ Κτησίου διήγησις, ὡς ὀλιγέμπτει πολλὰ, στωμύλως ἀπαγγέλλει, τοιαύτη τις ἐστί. Κῦρος, ἀποκτείνας Ἀρταγέρσην, ἤλασεν εἰς αὐτὸν βασιλέα δόρατι, καὶ αὐτὸς εἰς ἐκεῖνον, ἀμφοτέρωθι σιωπῇ. φθάνει δὲ βάλλων Ἀριαῖος ὁ Κύρου φίλος βασιλέα, καὶ οὐκ ἔτρωσε. βασιλεὺς δὲ, ἀφεὶς τὸ δόρυ, Κύρου μὲν οὐκ ἔτυχε, Τισσαφέρνην δὲ, πιστὸν ἄνδρα Κύρῳ καὶ γενναῖον, ἔβαλε καὶ κατέκτεινε. Κῦρος δὲ ἐπ' αὐτὸν ἐξαναπίπτων διὰ τοῦ θώρακος, ἔτρωσε τὸ στῆθος, ὅσον σφόδρα δύο δακτύλους τὸ ἀκόντιον, πεσεῖν δὲ αὐτὸν κατὰ τῆς πληγῆς ἀπὸ τοῦ ἵππου. φυγῆς δὲ καὶ θορύβου τῶν περὶ αὐτὸν γενομένης, ὁ μὲν, αἰσθόμενος μετ' ὀλίγων (ἦν οἷς καὶ Κτησίας λέγει) λόφον τινὰ πλησίον κατελάβετο, καὶ ἡσύχαζε· Κῦρος δὲ τοῖς πολεμίοις ἐνειλούμενον ἔτι πολὺ ὀξέφερεν ὑπὸ θυμοῦ μαχαιρὰ, ἤδη σκότους ὄντος, ἀγνοούμενον ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ ζητούμενον ὑπὸ τῶν φίλων. ἐταιρούμενος δὲ τῇ νίκῃ, καὶ μεθ' ὁρμῆς καὶ θράσους, διεξήλαυνε βοῶν, Ἐξίστασθε πανταχοῦ. τῦφος δὲ Πέρσαις πολλάκις αὐτὸ βοῶσιν, οἱ μὲν ὀξέως φυτοσκινοῦντες· ἀποστήσει δὲ τῆς κεφαλῆς ἡ τιάρα τὸν Κύρου, καὶ παρατρέχων νεανίας Πέρσης, ὄνομα Μιθριδάτης, ἀκοντίῳ βάλλει τὸν κρόταφον αὐτοῦ παρὰ τὸν ὀφθαλμόν· ἀγνοῶν ὅστις ἦν. πολὺ δὲ αἷμα τοῦ τραύματος ἐκβαλόντος, ἰλιγγιάσας καὶ καρηβαρὴς ὁ Κῦρος ἔπεσε. καὶ ὁ μὲν ἵππος ὑπεξέφυγεν ἐπλάζετο. ὁ δὲ ἐφίππιον τῶν ἑταίρων ἀποῤῥύεντα λαμβάνει τὸν Κῦρον βαλόντος ἀγνοοῦντος, αἵματος πλέον. τὸν δὲ Κῦρον ἐκ τῆς πληγῆς μόλις ἀναφέροντα χαλεπῶς καὶ μόλις, δύνουχοι πιστοὶ παρόντες ὀλίγοι ἐπεχείρησαν ἐπ' ἄλλον ἵππον ἀναβιβάσαι, καὶ σώζειν· ἀδυνάτως δὲ ἔχοντα,

Vulcob. and. ἀπ.

Sic & Vulcob. and. alii ἐφίππιον.

ἀκόντιον Vulc.

consp icatur. Ac statim continere se non potuit: sed hæc loquutus, Video hominem, in eum inuadit, & infesta hasta per loricã pectus verberat: vt refert CTESIAS medicus, qui & vulnus illud se curasse dicit. Dum autem *regem* ferit, in eum nescio quis tragulam magno impetu iaculatur, & sub oculo vulnerat. Hic pugnantibus rege & Cyro, illisque qui circa ipsos erant, quam multi quidem ceciderint eorum qui regem circumstabant, CTESIAS commemorat. (apud illum enim erat.) Cyrus autem, & ipse occubuit, & octo, fortissimi eorum qui latus eius cingebant, super illo iacebant.

Iterum ex Plutarcho in Artoxerxis vita.

CTESIAE narratio, vt breuibus multa perstringam, huiusce modi est: Cyrus, trucidato Artagerse, equum in regem permisit, & hic in illum, silentio vterque. Occupat Cyri amicus Ariæus ferire regem, nec sauciauit eum: rex missa lancea à Cyro aberrauit, Tissaphernem autem fidum Cyro & fortem virum percussit atque interemit. Cyrus intorto per loricam regis iaculo, vulnus pectori illius ingessit duos digitos altũ. vnde ille ictus vi defluxit ex equo ad terram. Fuga & tumultu cohortis regiæ edito, rex assurgens cum paucis (inter quos fuit CTESIAS) tumulum vicinum cepit, vbi tenuit se quietum. Cyrum inter hostes volitantem equus ferox longe abstulit: nec tenebris iam cognoscebatur ab hostibus, & ab amicis quærebatur. Erectus autẽ victoria, ardorisque & fiduciæ plenus per medios vehebatur hostes, clamans, Cedite miseri. Dum hoc identidem lingua Persica clamat, pars venerabundi decedunt ei via. Ibi quum tiara capiti eius defluxisset, prætercurrens adolescens Perses (Mithridati nomen erat) tempus Cyri iaculo secundum oculum ferit, insciius qui sit. Eructante vim sanguinis vulnere, captus Cyrus vertigine & sopore collabitur. Equus fugiens oberrabat: stratum equi prolapsum capit comes illius qui Cyrum percussit, sanguine redundans. Cyrum ex plaga ægre tandem colligentem se, assistentes eunuchi pauci alteri equo imposuere, quo eriperent eum. Quem equitandi impotentem,

interpr. H. Crus. ni fallor, cum & alia ex Plut. hic.

pedi-

pedibusque connitentem ire, sustinentes ducebant: corpore quidem ob vulnus in capite acceptum grauem cespitantemque, sed victorem arbitrantem se, quod fugientes audiret, Cyrum regem alta voce appellantes, atque vt parceret ipsis orantes. Interea Caunii quidam homines, tenues inopesque, qui humilium ministeriorum gratia regis castra sequebantur, confusi forte vt amici fuere cum illis qui circa Cyrum erant. hi vt tandem punicea sagula eorũ aduertere, (quum regii haberent omnes candida) intellexerunt hostes esse. Ita vnus eorum ausus est, ignarus qui esset, Cyrum iaculo à tergo ferire. Vulnerata poplitis vena prolapsus Cyrus tempus simul saucium ad saxum offendit: vnde animam exhalauit. Hæc CTESIAE verba sunt, quibus quasi plumbeo gladio vixtandem interficiens hominem eum sustulit.

ἐν δ' αὐτῷ τοσθυμούμενον βαδίζειν, ὑπολαβόντες ἦγον· τῷ μὲν σώματι καρηβαροῦντα καὶ σφαλλόμενον, οἰόμενον δ' νικᾶν, ἀκούοντα τῶν φευγόντων αἰτιολευομένων Κῦρον βασιλέα, καὶ φείδεσθαι δεομένων. ὁ δ' τούτῳ, Καύνιοι τινὲς αὐθέφποι καὶ κόβιοι καὶ ἄπορροι, καὶ ταπεινῶν ὑπουργημάτων ἕνεκα τῇ τῶ βασιλέως στρατιᾷ τοσδακολουθοῦντες, ἔτυχον· ἀναμιχθέντες, ὡς φίλοι, τοῖς περὶ τὸν Κῦρον. ὡς δ' μόλις στωεῖδον τὰ τοιθωρακικὰ φᾶρα φοινικᾶ, (λευκῆς χρωμένων τῇ βασιλικῶν ἀποδύτων) ἔγνωσαν πολεμίους ὄντας. εἷς οὖν ἐκείνων ἐτόλμησεν ἀγνοῶν ὀξόπαθεν βαλεῖν τὸν Κῦρον ἀκοντίῳ. τὸ δ' περὶ τὴν ἰγνύαν φλεβὸς αἱ ἀρραγείσης, πεσὼν ὁ Κῦρος, ἅμα παίει τοῦς πνι λίθῳ τὸν τετρωμένον κεφαλὴν, καὶ ἀποθνήσκει. τοιῦτος μὲν ὁ Κτησίου λόγος, ᾧ, καθάπερ ἀμβλεῖ ξιφιδίῳ, μόλις αἰωρῶν τὸν αὐθέφπον, ἀπήρτησεν.

συναναμιχθ. Vulc.

Apud eundem Plutarchum, paulo post.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Πλουτάρχῳ, ὀλίγῳ ὕστερον.

Eduxerat autẽ *Artoxerxes* (vt CTESIAS autor est) in aciem quadringena millia: Dinon & Xenophon multo plures fuisse qui conflixere memorant. Initio cæsorum numero CTESIAS nouem millia capitum relata perhibet ad Artoxerxem: sibi vero non minus xx millia visos qui ceciderant. Verum hæc in controuersia fuere. Illud vero iam CTESIAE nobile est mendacium, qui se cum Zacynthio Phaullo & quibusdam aliis missum refert ad Græcos. Nam Xenophontem non latuit agere in regis contubernio CTESIAM. Siquidem meminit eius, & constat hosce libros eum voluisse. Quare nuncium eum & tantæ legationis interpretem nõ præteriisset tacitum: at Phaylli Zacynthii mentionem fecisset. Sed mire scilicet ambitiosus CTESIAS, nec secius Laconũ & Clearchi studiosus, passim in historia aliquas sibi ipse attribuit partes: in quibus quum est, multa & præclara de Clearcho commemorat, & de Lacedæmone. Secundum prœlium eximia dona & maxima Artagersis, qui à Cyro fuerat interemptus, filio misit. Magnifice etiam CTESIAM ceterosque honorauit.

Ἐξελήλακεν δ' [ὁ Ἀρτοξέρξης] (ὡς ὁ Κτησίας φησὶν) ὅτι τῶν μάχιμων, τεσσαρακοντα μυριάσιν· οἱ δὲ περὶ Δείνωνα καὶ Ξενοφῶντα, πολὺ πλείονας ῥηθῆναι λέγουσι τοὺς μεμαχημένους. ἀριθμὸν δὲ νεκρῶν ὁ Κτησίας, ἐνακισχιλίους ἀπενεγκεῖν φησὶ τοῖς τὸν Ἀρτοξέρξου· αὐτῷ δ' δισμυρίους οὐκ ἐλάττους φανῆναι τοὺς πεπτωκότας. ταῦτα μὲν οὖν ἔσχε διαμφισβήτησιν. ἐκεῖνο δὲ τοῦ Κτησίου λαμπρὸν ἤδη ψεῦσμα, ὃ πεμφθῆναι φάσκει πρὸς τοὺς Ἕλληνας αὐτὸν, μετὰ Φαύλλου τοῦ Ζακυνθίου καὶ τινῶν ἄλλων. ὁ δὲ Ξενοφῶν οὐδὲ ἔστιν ὅστις ἐν τοῖς Ἀρταξέρξου βασιλεῖ Κτησίαν. μέμνηται γὰρ αὐτοῦ, καὶ τοῖς βιβλίοις τούτοις ἐντετυχὼς δῆλός ἐστιν. οὐκ ἂν οὖν ἐλθόντα, καὶ λόγων τοσούτων ἐρμηνέα γενόμενον, παρῆκεν ἀνώνυμον, Φάυλλον δὲ τὸν Ζακυνθίον ὀνόμαζεν. ἀλλὰ δαιμονίως ὁ Κτησίας, ὡς ἔοικε, φιλότιμος ὤν, καὶ οὐχ ἧττον φιλολάκων καὶ φιλοκλέαρχος, ἀεί τινας ἐν τῇ διηγήσει χώρας ἑαυτῷ δίδωσιν, ἐν αἷς γενόμενος, πολλὰ καὶ καλὰ μιμήσκεται Κλεάρχου καὶ τῆς Λακεδαίμονος. μετὰ δὲ τὴν μάχην δῶρα κάλλιστα μὲν ἐξέπεμψε καὶ μέγιστα τῷ Ἀρταγέρσου παιδὶ, τὸν πεσόντος ὑπὸ Κύρου· καλῶς δὲ καὶ Κτησίαν καὶ τοὺς ἄλλους ἐπετίμησεν.

μιμήσεται Vulc.

1 Xyl. *vertit*, Ipsi cadauera visa haud pauciora xx millibus esse ait. & *annotat* αὐτῷ. Locus est ambiguus & obscurus. Nam neque satis liquet de Cyri ne an regis exercitu perierint qui hîc numerantur: & quo illud αὐτῷ pertineat, non constat. ego ad Ctesiam potius retulerim. Minime quidem Lapo assentior, qui alterum numerum ad Cyrianos, alterum ad regios retulit. Diod. Siculus de regis exercitu plures xv millibus, de Cyri autem circiter tria millia cecidisse refert. 2 *In Variis lectionibus ad Plut. adnotatur* Φαλλῶν, Φαλλᾶν *è Vulcobii codice. Apud Diodor. Siculum sane lib.* 14. Φάλλῳ *adpellatur.*

Παρὰ τῷ αὐτῷ Πλουτάρχῳ, ἐν τῷ αὐτοῦ βίῳ.

Ἐπὶ τοῖς Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς Τισσαφέρνης ἐξαπατήσας καὶ παραπείσας ὅρκων γενομένων, καὶ συλλαβὼν ἀπέπεμψεν ἐπὶ βασάνοις δεδεμένους, διηγεῖται φησὶν αὐτὸς ὁ Κλέαρχος ὁ Κτησίας ὅπως κτενὸς ἐπεθύμησε. τυχόντα γὰρ, καὶ τημελήσαντα τῆς κεφαλῆς, ἡσθῆναί τε τῇ χρείᾳ, καὶ δοῦναι δακτύλιον αὐτοῦ δοῦναι, σύμβολον φιλίας πρὸς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι συγγενεῖς καὶ οἰκείους. εἶναι δὲ γλυφὴν ἐπὶ τῇ σφραγῖδι Καρυατίδας ὀρχουμένας. τὰ δὲ πεμπόμενα σιτία τῷ Κλεάρχῳ τοὺς στρατιώτας ἀφαιρεῖσθαι καὶ καταναλίσκειν, ὀλίγα τοῦ Κλεάρχου διδόντας ἀπ' αὐτῶν. ἰᾶσθαι δὲ καὶ τοῦτο φησὶν ὁ Κτησίας, πλείονα τοῦ Κλεάρχου πεμπεσθαι δεηθεὶς, ἰδίᾳ δὲ ἕτερα τοῖς στρατιώταις δίδοσθαι. καὶ ταῦτα μὲν ὑπουργῆσαι καὶ προθυμηθῆναι, χάριτι καὶ γνώμῃ τῆς Παρυσάτιδος. πεμπομένου δὲ καθ' ἡμέραν τοῦ Κλεάρχου κωλικὸς ὑπὲρ τῶν σιτίων, προσκαλεῖν αὐτὸν καὶ διδάσκειν ὡς χρὴ μικρὸν εἰς ὃ κρέας ἐμβαλόντα μαχαίριον, ἀποκρύψαντα πέμψαι, καὶ μὴ προϊδεῖν ὑπὲρ τῆς βασιλέως μητρὸς ὃ τέλος αὐτὸν ἠμύνατο. αὐτὸν δὲ φοβούμενον, μὴ ἐθελῆσαι. βασιλέα δὲ τῇ μὲν μητρὶ προθυμουμένῃ μὴ κτεῖναι τὸν Κλέαρχον, ὁμολογῆσαι καὶ ὀμόσαι. πεισθέντα δὲ αὖθις ὑπὸ τῆς Στατείρας ἀποκτεῖναι πρόφασις πλὴν Μένωνος. ὑπὲρ δὲ τούτου τὴν Παρύσατιν ὑποβουλεῦσαι τῇ Στατείρᾳ, καὶ συσκευάσασθαι τὴν φαρμακείαν κατ' αὐτῆς. οὐκ εἰκότα λέγων, ἀλλὰ πολλὴν ἀλογίαν ἔχοντα τῆς αἰτίας, εἰ δεινὸν ἔργον οὕτως ἔδεισε καὶ προεκινδύνευσεν ἡ Παρύσατις, ἵνα Κλέαρχον αἰρεῖλειν τολμήσασα τὴν γυναῖκα βασιλέως γυναῖκα, καὶ τέκνων κοινωνὸν ὑπὲρ βασιλείᾳ τρεφομένων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ ἄδηλον ὡς ὑπετραγῳδεῖται τῇ Κλεάρχου μνήμῃ. καὶ γὰρ αἱρεθέντων φησὶ τῶν στρατηγῶν, τοὺς μὲν ἄλλους ὑπὸ κυνῶν ἁρπαγέντας καὶ ὀρνέων· τοῦ δὲ Κλεάρχου νεκρῷ θύελλαν ἀνέμου γῆς πολλὴν φέρουσαν ὑπερχωσαι, καὶ ὑποκρύψαι τὸ σῶμα. φοινίκων δέ τινων διαπαρέντων, ὀλίγῳ χρόνῳ θαυμαστὸν ἄλσος ἀναφῦναι, καὶ κατασκιάσαι τὸν τόπον. ὥστε καὶ βασιλεῖ σφόδρα μεταμέλειν, ὡς ὕδρα θεοῖς φίλον ἀπηνήνατο τὸν Κλέαρχον. ἡ δὲ οὖν Παρύσατις, μίσους τε πρὸς τὴν

Apud eundem Plutarchum, in eadem vita.

Postquam autem Clearchum alioſque duces interposito iureiurando circumuenit Tissaphernes, comprehensosque & vinculis astrictos ad regem misit: rogatum refert se à Clearcho CTESIAS vt pectinis copiã sibi faceret. Quo accepto, curasse eum caput, oblectatumque pectinis vsu, & annulum suum amicitiæ mutuæ ad necessarios & familiares Lacedæmone suos insigne sibi dedisse. Insculptas in pala fuisse Caryatidas saltantes. Cibaria quæ Clearcho mittebantur, à concaptiuis militibus interuersa & consumpta, pauca vero ex illis relicta Clearcho. Cui rei etiam refert se remedium CTESIAS adhibuisse, effecisseque vt copiosiora mitterentur Clearcho, ac militibus seorsim præberentur alia: atque hæc submini-ſtrasse & suppeditasse ex beneficio & sententia Parysatidis. Quum mitteretur quotidie Clearcho inter cibaria perna, orasse ipsum Clearchum ac subiecisse, modicum pugionem vt in carnem conditum clam sibi mitteret, neque sineret vt regis fata sua paterent atrocitati: ceterum abnuisse metu se. Regem deprecanti matri pro Clearchi incolumitate iureiurando annuisse: verum impulsu inde Statiræ cunctos fuisse ab eo præter Menonem trucidatos. Hinc Statirę tetendisse Parysatidem insidias, viruſque ei concinnasse. Verum parum probabilia affert, & coniuncta cum absurda causſa, facinus admisisse adeo nefarium, atque in periculum sese præcipitauisse Parysatidem Clearchi gratia, sustinentem iustam regis coniugem liberorumq; consortem ad regnũ educatorum necare. Ceterum non obscure exaggerat hæc ad Clearchi commẽdandã memoriã. Etenim attexit hoc quoq;, duces obtrũcatos ceteros fuisse à canibus & alitib. laniatos: Clearchi cadaueri venti procellã cumulũ terræ excitasse atq; iniecisse corpori, idq; contexisse. quo loco enato palmeto, breui eximium nemus excreuisse ac locum eum inumbrasse. itaque magna ductum pœnitentia regem, quod virum diis charum peremisset Clearchum. Parysatis ergo, quum odium iam inueteratum

1 *de his & seqq. excerpta Pers. supra c. 59, & 60.*

atque

atque æmulationem concepisset in Statiram, cernens potentiam suam à rege se reuerente & honorante proficisci, illius vero amore & fide stabilem firmamque, instruxit ei insidias, de summa, vti arbitrabatur, aleam iaciens. Ancillam habebat fidam, quæ plurimum apud ipsam poterat, Gigim dictam. quam administram veneni Dinon tradit fuisse, consciam modo inuitam CTESIAS. Illũ qui venenũ dedit, hic Belitaram appellat, ille Melantam. Instituentes autẽ ex superioribus suspicionibus ac simultate cõgredi denuo & vna cœnare, cum metu tamen & cautione iisdem epulis atque ab iisdem vtebantur paratis. Nascitur apud Persas exigua auis, quæ omni caret excremento, habetque intestina omnia adipe differta: vnde vento arbitrantur & rore hoc animal viuere: Ryntaces dicitur. Hanc autumat Ctesias cultello, quem altero latere illeuerat toxico, dissecuisse Parysatidem, atque infecisse alteram partem veneno, partem synceram & puram ori ingestam ipsam mandisse, Statirę vero dedisse virulentam. Dinon, non Parysatidem, sed Melantam medicatas carnes secuisse cultro & Statiræ apposuisse. Quum animam igitur magnis cum cruciatibus & doloribus ageret mulier, & ipsa olfecit maleficium, & suspicionem regi aduersus matrem attulit, feritatem illius & animum implacabilem cognoscenti. Vnde quæstioni extemplo intentus, ministros matris & structores corripuit ac tormentis lacerauit: at Gigim diu Parysatis in cubiculo suo tenuit, deposcentique denegauit regi: verum post orante illa vt domum nocte dimitteretur, certior factus locatis insidiis cõprehendit Gigim, eamque rei capitalis damnauit. &c.

Σπάτιραν δὲ ἀρχῆς ὑπονοήσασαν καὶ ζηλοτυπίας, ὁρῶσα τὸν μὲν αὐτῆς δυνάμει, αἰδουμένου βασιλέως καὶ πιμῶντος οὖσαν, τὸν δὲ ἐκείνης, ἔρωτι καὶ πίστει βέβαιον καὶ ἰσχυρὸν, ἐπεβούλευσεν, ὥσπερ τῶν μεγίστων, ὡς ἔφετο, παραβαλλομένη. παρεσκευάσατο εἶχε σπουδὴν καὶ δύναμιν πρὸς αὐτὴν μέγιστον, ὄνομα Γίγιν. ὃν ὁ μὲν Δείνων παρυρεῖσθαι τῇ φαρμακείᾳ φησὶ, συγγνώμην ἔχουσαν ὁ Κτησίας. ὃν δὲ δίπτα τὸ φάρμακον οὗτος μὲν ὀνομάζει Βελιτάραν, ὁ δὲ Δείνων, Μελάνταν. ἐκ δὲ τῆς πρόσθεν ὑποψίας καὶ διαφορᾶς ἀρξάμενοι πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ φοιτᾶν καὶ συνδειπνεῖν ἀλλήλοις, ὅμως τὴν ἀλεξάνειαν καὶ φυλακτέαν, τοῖς αὐτοῖς σιτίοις καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐχρῶντο. γίνεται δὲ μικρὸν ἐν Πέρσαις ὄρνιθιον, ᾧ περίττωμα τοῦ παντὸς οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅλον διάπλεων πιμελῆς τὰ σπλάγχνα· ἣ καὶ νομίζουσιν αὔρᾳ μόνῃ καὶ δρόσῳ τρέφεσθαι τὸ ζῷον. ὀνομάζεται δὲ ῥιντάκης. τοῦτο φησὶν ὁ Κτησίας μικρᾷ μαχαίρᾳ κεχρισμένῃ τῷ φαρμάκῳ καὶ θάτερα τὴν Παρύσατιν διαιρεῖσαν, ἐκμάξαι τῷ ἑτέρῳ μέρει τὸ φάρμακον. καὶ τὸ μὲν ἄχρηστον καὶ καθαρὸν εἰς τὸ στόμα βαλοῦσαν αὐτὴ ἐαυτῆς, δοῦναι δὲ τῇ Σπατίρᾳ τὸ πεφαρμαγμένον. ὁ δὲ Δείνων, καὶ τὴν Παρύσατιν, φησὶ καὶ τὸν Μελάνταν, πέμψαι τῷ μαχαιρίῳ τὰ φαρμακεύματα τῶν κρεῶν, πεῖναι καὶ τὴν Σπατίραν. ἀποθνῄσκουσα γοῦν ἡ γυνὴ μετὰ πόνων μεγάλων καὶ ἀναρμάτων, αὐτή τε συνῃσθάνετο τοῦ κακοῦ, καὶ βασιλεῖ παρέσχεν ὑποψίαν καὶ τῆς μητρὸς, εἰδὼς ὀργιλῶδες αὐτῆς καὶ μνησίκακον. ὅθεν ἀθρόως ἐπὶ τὴν ζήτησιν ὁρμήσας, καὶ μὲν ὑπηρέτας καὶ τραπεζοκόμους τῆς μητρὸς συνέλαβε καὶ κατεχρήλωσεν· τὴν δὲ Γίγιν ἡ Παρύσατις πολλοῦ χρόνου εἶχεν οἴκοι μετ' αὐτῆς, καὶ βασιλέως ἀξιοῦντος, οὐκ ἔδωκεν· ἀλλ' ὕστερον αὐτὴ δεηθείσης εἰς ὃν οἶκον ἀφεθῆναι νυκτὸς, ἀμαθόμυθος καὶ λόχον ὑφεὶς συνῄρπασε, καὶ κατέγνω θανάτου.

Quia vero per bellum Dinon hoc scelus prodidit patratum, CTESIAS post: (quem neque præterire tempus, quum rebus agendis interfuerit, consentaneum est: neque caussam habebat cur eam rem vltro in narrando vt

De eadem re, quod Statira insidiis Parysatidis perierit, Plutarchus idem supra in eadem vita.

Περὶ δ' αὐτῆς, ὡς ἡ Στάτιρα ἐξ ἐπιβουλῆς τῆς Παρυσάτιδος ἀπώλετο, ὁ αὐτὸς Πλούταρχος ταῦτα τούτων ἐν τῷ αὐτῷ βίῳ.

Περὶ δὲ Δείνων μὲν τὰ τῷ πολέμῳ συντελεσθέντα τῇ ἐπιβουλῇ εἴρηκε, Κτησίας δὲ ὕστερον, (οὐ οὔτε ἀγνοεῖν τὸν χρόνον εἰκὸς ἦν, παρόντα ταῖς πράξεσιν, οὔτε ἐχὼν αἰτίαν εἶχεν ἐν τῷ χρόνου μεταστῆσαι τὸ ἔργον, ὡς ἐπρά-

1 Γίγιν supra in excerpt. c. 60. 2 ῥιντάκην habes ibidem. 3 Addit Plut. supplicium Gingis, quali nimirum venefici apud Persas afficiebantur. λίθοις γὰρ ἐκ πλατοῦς ἐφ' ἑκάτερα τοῦ κεφαλοῦ κρατοῦντες αὐτὴν, ἑτέρῳ λίθῳ πλείονι καὶ μείζονι, κόπτουσι τὸ πρόσωπον καὶ τὸν κεφαλήν.

χ. σφαπὶς χῆν Vule.

ἐπεσάχθη διηρύμμενος· οἷα πολλάκις ὁ λόγος αὐτῷ, πρὸς ὃ μυθώδες καὶ δραματικὸν ὑπερπόμπους τῆς ἀληθείας) τοῦτο μὲν οὖν ἐκφυὲς ἀπέδωκε χώραν ἔξω.

fuerat gesta, ex suo loco traiiceret: quod crebro ei in scribendo accidit, vt à veritate excurrat ad vana & fabulosa) hæc, quem ille tribuit, habebit locum.

Παρὰ Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ, ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας, κεφ. περὶ ἐναργείας.

Apud Demetrium Phalereum lib. qui περὶ ἑρμηνείας inscribitur, cap. de perspicuitate.

Καὶ ὅλως ὁ ποιητὴς οὗτος, [Κτησίας,] ποιητὴν γὰρ οὐδὲν καλοίης εἰκότως, ἐναργείας δημιουργός ἐστιν ἐν τῇ γραφῇ συμπάσῃ· οἷον καὶ ἐν τοῖς τοῖσδε. δεῖ τὰ γινόμενα σὺν βίᾳ λέγειν ὅπη ἐγένετο, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν, κρεμῶντα δυνάκεσθαι, καὶ ἀναγκάζοντα συναγωνιᾶν. τοῦτο ὁ Κτησίας ἐν τῇ ἀγγελίᾳ τῇ περὶ Κύρου τεθνεῶτος ποιεῖ. ἐλθὼν γὰρ ὁ ἄγγελος σὺν βίᾳ λέγει ὅτι ἀπέθανε Κῦρος τῷδε τῷ Παρύσατιν, (τοῦτο γὰρ ἡ λεγομένη ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσίς ἐστιν) ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἤγγειλεν ὅτι νικᾷ· ἡ δὲ ἤκουσε, καὶ ἠγωνίασε· μετὰ δὲ τοῦτο ἐρωτᾷ, Βασιλεὺς δὲ πῶς πράττει; ὁ δὲ, Πέφυγε, φησί. καὶ ἡ, ὑποδεξαμένη, Τισσαφέρνης γὰρ αὐτῷ τούτων αἴτιος. καὶ πάλιν ἐπιμελέστερον ἐρωτᾷ, Κῦρος δὲ ποῦ νῦν; ὁ δὲ ἄγγελος ἀμείβεται, Ἔνθα χρὴ τοὺς ἀγαθοὺς; ἄνδρας αὐλίζεσθαι. κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ βραχὺ πρόσω μόλις ὃ ἠγγελμένον ἀπέρρηξεν αὐτῷ μάλα ἠθικῶς καὶ ἐναργῶς· τόν τε ἄγγελον ἐμφάσεως ἀκουσίως ἀπαλλάττοντα τῷ συμφορᾷ, καὶ τὸν μητέρα εἰς ἀγωνίαν ἐμβαλόντα καὶ τὴν ἀκούσασαν.

Et omnino hic poeta [CTESIAS,] poetam enim non immerito illum quis vocet, euidentiæ est artifex in omni scriptione: sicut & in his. * Oportet quæ *interpr. H. Steph.* facta sint, non statim fateri facta esse, sed paulatim, suspensum tenendo auditorem, & nobiscum angi cogendo. Quod CTESIAS in allato de Cyri morte nuncio facit. nec enim nuncius, simulatque ad Parysatin venit, ei Cyrum mortuum esse dicit: (hæc enim est quæ Scythica oratio appellatur) sed primum quidem, victoria potitum eum nunciauit (quæ verba illi gaudium anxietati mixtum attulerunt) postea vero interrogat, At rex quomodo se nunc gerit? Tunc ille, Fugæ se dedit, inquit. hic illa sermonem excipiens, Tissaphernes horum ei malorum est author, inquit. Rursumque interrogat, Cyrus vero vbi nũc est? Respondet nuncius, Vbi fortes viros diuersari decet. * Paullatim & breuiter progrediendo ægre erumpit in illud ipsum quod dicendum erat, idque perquam facit morate & illustre: tum nuncium repræsentando inuitum annunciare hunc casum, tum matrẽ in timorem & angorem coniiciendo, sicut & auditorem.

Mutandũ in ἠθικῶς. H. S.

Ἐν τῷ Ἡσυχίου λεξικῷ.

In lexico Hesychii.

Σαράπις, [1] Περσικὸς χιτὼν μεσόλευκος· ὡς Κτησίας, Καὶ διαῤῥηξαμένη τὸν σαράπιν, καὶ τὰς τρίχας καθειμένη, ἐτίλετό [2] τε καὶ βοᾶι ἐποίει.

Sarapis, tunicæ Persicæ genus albo distinctum. vt CTESIAS: Et discindens sarapin, comamque demittens, vellebat crines & clamabat.

Παρὰ τῷ Πλουτάρχῳ, ἐν τῷ Ἀρταξέρξης βίῳ.

Apud Plutarchum in vita Artoxerxis.

Ἐξέβαλε δὲ καὶ τῆς θαλάσσης Λακεδαιμονίους, Κόνωνι τῷ Ἀθηναίῳ μετὰ Φαρναβάζου στρατηγῷ χρησάμενος. ὁ γὰρ Κόνων διέτριβε μὲν ἐν Κύπρῳ μετὰ τῶν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, οὐ τὴν ἀσφάλειαν ἀγαπῶν, ἀλλὰ τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, ὥσπερ ἐν πελάγει τὴν πρὸς πνεόντων.

Lacedæmonios etiã mari summouit *, Cononis Athenien sis cũ Pharnabazo ductu. Siquidem Conon in Cypro post prœlium nauale ad Ægos flumen egit, non securitatẽ sectans, sed rerum conuersionem sicut in mari æstus opperiens reciprocatio- * Artoxerxis

1 *v. eruditiss. Brissonium lib. 2. de reg. Pers. de hac veste, vbi non sine caussa suspicatur apud Pollucem hanc vocem mendosam esse, cuius vulgati libri σπεῖρις habent. doctiss. viri suspicionem confirmat egregie peruetustus ms. Palatinus, qui diserte istum Pollucis locum (lib. 7. Onomastic. cap. 13. sub fin.) ita scribit: ὁ σάραπις, Μήδων τὸ φόρημα πεφυσιωμένον, μεσόλευκον χιτών. quod & in Notis meis ad Pollucem monebo.* 2 *Coniecturam sequor quam manu diligentiss. Sylburgii adscriptam inueni Hesychio, scilicet legendum ἐτίλετό τε. Apposui autem hoc loci istud fragmentum, quod alicui non ita vero absimile videri queat, ista de Paryſatidis luctu ob interfectum filium à Ctesia scripta fuisse, de quo Excerpt. Pers. c. 58.*

nem.

sem. Qui quod videret sua consilia viribus, & regis vires viro prudente egere, ad regem misit de rationibus suis epistolam, quam tabellario iussit potissimum Zenone interprete Cretensi vel Polycrito Mendæo reddere: (horum fuit Zeno saltator, medicus Polycritus) qui si abessent, CTESIA medico. Fama est hunc accepta epistola Cononis, scriptis eius adiecisse vt CTESIAM quoque ad se mitteret, ad res maritimas conducibilem. CTESIAS vero regem ait sua sponte hoc sibi muneris iniunxisse.

ὁρῶν ὢν καὶ τὰς ἑαυτῶ λογισμοὺς, δυνάμεως, καὶ τὴν βασιλέως δύναμιν, αὐτὸς ἔμφρονος διομόνην, ἔπεμψεν ὅπως ὁλὴν βασιλέα περὶ ὧν διενοεῖτο· καὶ τοῦτην ἐκέλευσε δὲ κομίζοντα, μάλιστα μὲν ἀποδοῦναι Ἀβρὰ Ζήνωνος τῦ Κρητὸς, ἢ Πολυκρίτου τῦ Μενδαίου· (τούτων δὲ ἦν ὁ μὲν Ζήνων ὀρχηστὴς, ὁ δὲ Πολύκριτος, ἰατρός) αἰ δὲ οὗτοι μὴ παρεῖεν, Ἀβρὰ Κτησίου τῦ ἰατροῦ. λέγεται δὲ ὁ Κτησίας, τὴν ὅπως ὁλὴν λαβὼν, παρεγράψαι τοῖς ἀπὸ τῦ Κόνωνος ἐπιστολεῦσιν, ὅπως καὶ Κτησίαν ἀποστείλῃ πρὸς αὐτὸν, ὡς ὠφέλιμον ὄντα τοῖς ὑπὸ θαλάσσης πράξεσιν. ὁ δὲ Κτησίας αὐτὸν ὑφ' ἑαυτῦ βασιλέα φησὶ προθῆναι τὴν λειτουργίαν αὐτῶ ταύτην.

Apud Diodorum Siculum lib. XIV.

Cum hoc anno [olymp. xcv, 3. archonte Ithycle] CTESIAS historiam suam Persicam concludit, à Nino & Semiramide vsque deductam.

Παρὰ Διοδώρω τῶ Σικελιώτη ἐν τῶ ιδ'.

Κτησίας δὲ ὁ συγγραφεὺς τὴν τῶν Περσικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον τὸν χρόνον [ἄρχοντος Ἀθηναίων Ἰθυκλοῦς] κατέστρεφεν, ἀρξάμενος ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως.

Persicam vero historiam Ctesiæ non obscure notare videtur Lucianus lib. πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, *his verbis:* Τὸ δὴ συγγραφέως ἔργον ἐν, ὡς ἐπεχθῆ, εἰπεῖν. ὅτῳ δὲ οὐκ αὐ δυήσεται, ἄχρις αὖ ἡ φοβῆται Ἀρταξέρξην, ἰατρὸς αὐτοῦ, ἢ ἐλπίζει καύδυν πορφυρᾶν, καὶ στρεπτὸν χρυσᾶν, καὶ ἵππον τῶν Νισαίων λήψεσθαι, μισθὸν τῶν ἐν τῇ γραφῇ ἐπαίνων. *id est,* Officium historici vnum est, rem narrare, vt acta fuit. Ille vero hoc præstare neutiquam possit, quamdiu reformidet Artaxerxem, cuius est medicus scilicet, aut dum sperat sibi purpureum candyn, & torquem aureum, Nisæumque equum, mercedem nimirum pro laudibus quas historiæ inseruerit. *Qui itaque adulationem notauerit, historiæ labem sane fœdam. Fabulositatem tamen maxime in illo archiatro accusarunt, id quod de Indicis pernagatum est. Non nemo tamen idem quoque in Persicis, quibus & Assyria comprehendo, quod ad antiquas gentis origines præsertim attinet, notauit; & integer ò si Diodorus exstaret, cognosceremus abunde de hac re. Non tacuit tamen & Strabo qui lib.* XI. *ita:* ἀλλ' ὅτι οὐδὲ τούτων (de Massagetis & Sacis) οὐδεὶς ἠκρίβωτο ἱκανῶς οὐδὲν πρὸς ἀλήθειαν, ὅτι τὰ παλαιὰ τῶν Περσικῶν, ὅτι τῶν Μηδικῶν, ἢ Συριακῶν, ἐς πίστιν ἀφικνεῖτο μεγάλην, διὰ τὴν τῶν συγγραφέων ἀπλότητα, καὶ τὴν φιλομυθίαν. ὁρῶντες γὰρ τοὺς φανερῶς μυθογράφους εὐδοκιμοῦντας, ὠήθησαν καὶ αὐτοὶ παρίεσθαι τὴν γραφὴν ἡδεῖαν, ἐὰν ἐν ἱστορίας σχήματι λέγωσιν, ἃ μηδέποτε εἶδον μήτε ἤκουσαν, ἢ ἃ μηδ' ἁπλῶς γε εἰδότων σκοπουμένων· διὸ αὐτὸ δὴ μόνον ἔστω, ὅτι ἀκρόασιν ἡδεῖαν ἔχει, καὶ θαυμασιωτέραν δὲ αὖ τις Ἡσίοδον, καὶ Ὅμηρον πιστεύειν ἡρωολογοῦσι, καὶ τοῖς τραγικοῖς ποιηταῖς, ἢ Κτησίᾳ τε, καὶ Ἡροδότῳ, καὶ Ἑλλανίκῳ, καὶ ἄλλοις τισὶν. *id est, Xylandro interprete:* Sed neque de his quisquam veritatem exacte perhibuit, neque de priscis Persarum, Medorũ, Syrorum rebus, fidem admodum magnam inuenerunt scriptores: idque ob ipsorum simplicitatem, & fabulas edendi studium. Cum enim viderent in honore esse eos qui è professo fabulas scriberent: existimauerunt suam quoq; scriptionem lectoribus iucundã fore, si sub narrationis verę specie ea dicerent, quæ neq; vidissent neq; audiuissent, saltem ex iis quibus cognita ista essent. id vnum spectantes, vt auditio amœna fieret atq; admirabilis. Equidem facilius Hesiodo & Homero aliquis fidẽ adhibuerit cum de heroibus verba faciunt, itemque tragicis poetis; quam Ctesiæ, Herodoto, Hellanico, & eorũ similibus. *Ob* ψευδογραφίαν *itaque hosce historicos & Lucianus* ἀληθ. ἱστορ. β', ἐν ᾅδου *collocat:* καὶ μεγίστας, *ait,* ἀποτιμωρίας τιμωρεῖας τοὺς ψευσαμένους τι παρὰ τὸν βίον, καὶ μὴ τὰ ἀληθῆ συγγεγραφότες· ἐν οἷς καὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἦν &c. *Sed mittamus illum Atticum μυκτῆρα, & aliquot ex Indicis quoq; ἀποσκιάσματα, vel quæ inde se hausisse auctores testantur etiam optimi, adiiciamus.*

ΕΚ ΤΩΝ ΙΝΔΙΚΩΝ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΤΗΣΙΟΥ.

Παρὰ τῷ Στεράβωνι ἐν τῷ ιε΄ γεωγρ.

Κτησίᾳ μὲν οὐκ ἐλάττω τ᾽ ἄλλης Ἀσίας τὴν Ἰνδικὴν λέγοντος.[1]

Παρὰ τῷ Ἀρριανῷ ἐν Ἰνδικοῖς.

Κτησίας ὁ Κνίδιος τὴν Ἰνδῶν χώραν ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίᾳ λέγει, οὐδὲν λέγων.

Παρὰ τῷ Τζέτζῃ χιλ. η, στίχ. ϖπζ.

Ἡ ϐόδος, Διόδωρος, Κτησίας, πολῦται ἄλλοι,
Λέγουσι τὴν Δαίμονα τυγχάνειν Ἀραβίαν,
Ὥσπερ καὶ γῆν τὴν Ἰνδικὴν, οὕτω δεσπόταν ἄγαν,
Ἀρώμασιν ἐκπνέουσαν, ὡς καὶ τὴν γῆν ἐκείνης,
Καὶ λίθους κατατομὰς ὁμοίως ταύτης θρωματίζειν.
Τοὺς δὲ ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ λυθέντας ἀγαθοῖς
ὀσμαῖς,
Ὀστᾶ τινὰ καὶ κέρατα, καὶ φύσεις ταῦς ὀζώδεις,
Τότε καπνίζεσθαι λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθαι πάλιν.

Πρὸς Ἀθηναίῳ ἐν τῷ ι΄ βιβλίῳ.

Κτησίας δὲ παρ᾽ Ἰνδοῖς φησὶν οὐκ εἶναι τῷ βασιλεῖ μεθύσκεσθαι. παρὰ δὲ Πέρσαις τῷ βασιλεῖ ἐξεῖναι μεθύσκεσθαι μιᾷ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ θύουσι τῷ Μίθρῃ.

Παρὰ τῷ Ἀρριανῷ, ἱστορ. ἀναβάσ. Ἀλεξ. ε΄.

Καὶ Κτησίας (εἰ δή τῳ ἀκριβὴς καὶ Κτησίας ἐς τεκμηρίωσιν) ἵνα μὲν στενώτατος αὐτὸς αὐτῆς ὁ Ἰνδὸς ἐστί, τεσσαράκοντα σταδίους ὅτι διέχειν αὐτῷ αἱ ὄχθαι· ἵνα δὲ πλατύτατος, καὶ ἑκατὸν καὶ πολὺ δή εἶναι αὐτὸν τὸ μέσον τούτων.

EX INDICIS EIVSDEM CTESIÆ.

Apud Strabonem lib. XV geograph.

CTESIAS dicit Indiam non esse minorem reliqua Asia.

Apud Arrianum in Indicis.

CTESIAS Cnidius Indicam reliquæ Asiæ æqualem esse magnitudine affirmat: sed errat. interp. R. Vulc.

Apud Tzetzem chil. VIII, vers. 987.

Herodotus, Diodorus, CTESIAS, omnes alii, interp. P. L.
Dicunt felicem esse Arabiam,
Quemadmodum & terram Indicam odoriferam valde,
Aromatibus spirantem: vt & terram illius,
Et lapides concisos huius, aromata spirent.
Homines autem illic solutos bonis odoribus,
Ossa quædam, & cornua, & naturas olentes,
Tunc fumigari deinceps, atque refocillari rursus.

Apud Athenæum libro X.

CTESIAS autem apud Indos regi non licere inebriari tradit. At vero apud Persas regi cõceditur inebriari die vno, in quo sacrificant Mithræ. interp. H. Steph.

Apud Arrianum historiar. de expedit. Alexandri lib. V

Ac CTESIAS quidem (si cui eius autoritas ad probandum sufficiat) asserit Indi, qua angustissimus is est, XL stadiorum latitudine ripas inter se distare: qua vero latissimus, etiam centum summum stadiorum spatium intermedium esse.

1 *Ibi & aliorum sententias, vt Onesicriti, Nearchi, Megasthenis, & Deimachi sententias maxime discrepantes refert; quarum nullam probat. v. & Arrianum in Indicis.*

2 *An forte hic locus defectus, viri docti videant: mihi, credo, libere suspicionem meam indicare licet. Habes enim diserte initio excerptorum ex Indic. à Photio eadem quidem de latitudine ἔθνους αὐτῆς sed de eo vbi latissimus sit, καὶ Δαμασίων τε δίων ait. quid itaque? Facile potuit excidere in Arriani libris numeri ducenarii nota σ΄, quæ reponi debeat. Sicque adhuc etiam plenius Ctesiæ sententiam expositam ibi habebimus. nimirum vbi Indus angustissimus, XL stadiorum esse: vbi latissimus, CC: vbi medius, id est, nec angustiss. nec latiss. plerunq; C stadiorum esse. Sic ego suspicabar: alii diiudicent.*

Apud

Apud Aelianum lib. XVII *de nat. animal.c.*29

Indorum regem hostibus bellum inferentem, bellatorum centena millia elephantorum antecedunt: tum vero aliorum maximorum & fortissimorum tria millia subsequuntur, ad hostiles muros ipso incursu euertendos institutorum: cum enim rex iubet, euertunt, idque pectorum suorum vi & impetu. Hoc se audiuisse CTESIAS scribit: idemque Babylone se vidisse dicit, palmas ab his ad moderatoris sui iussum violentissimo impetu extirpatas.

*Apud Aristotelem de generat. animal. lib.*II, *cap.*2.

Quæ enim CTESIAS Cnidius de semine elephantorum narrauit, illum mentitum fuisse claret. Ait enim istud desiccatum adeo indurari, vt fiat electro simile. Non vero ita fit.

Apud eundem libro tertio extremo de histor. animal.

Falsum vero est etiam quod CTESIAS scripsit de elephantorum genitura.

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ, ἐν τῷ ιζ' περὶ ζῴ. ἰδιότ. κεφ. κθ'.

Τὸν Ἰνδῶν βασιλέως ἐλαυνόντος ἐπὶ τὰς πολεμίους, δέκα μυριάδες ἐλεφάντων προηγοῦνται μαχίμων. ἑπέπονθε δὲ ἀκούω τεσσαράκοντα χιλίους τοὺς μεγίστους τε καὶ ἰσχυροτάτους ἔπεσθαι, οἱ φρουροῦ εἰσι τεταγμένοι τὰ τείχη τῶν πολεμίων αἰατρέσειν, ἐμπεσόντες ὅταν κελεύσῃ βασιλεὺς· αἰατρέσειν δὲ τοῖς στήθεσι. καὶ λέγει μὲν ταῦτα καὶ Κτησίας, ἀκηκοὼς γε φάσκων. ἰδεῖν δὲ οὐ βαβυλῶνι ὁ αὐτὸς λέγει τοὺς φοίνικας αὐθαιρέτους ἀναπεπομένους ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων ὄν αὐτὸν τρόπον, ἐμπιπτόντων αὐτοῖς θηρίων βιαιότατα. δρᾶσαι δέ, αὖ ἄρα ὁ Ἰνδὸς ὁ πολεμίων αὐτοῖς, κελεύσῃ δρᾶσαι τοῦτο αὐτοῖς.

Παρὰ τῷ Ἀριστοτέλει ἐν τῷ β' περὶ ζώων γενέσ. κεφ. β'.

Κτησίας γὰρ ὁ Κνίδιος οὐ περὶ τῶν σπέρματος τῶν ἐλεφάντων εἴρηκε, φανερὸς ὢν ἐψευσμένος. φησὶ γὰρ ὕστερον σκληρυνόμενον ξηραινόμενον, ὥστε γίνεσθαι ἠλέκτρῳ ὅμοιον. τοῦτο δὲ οὐ γίνεται.

Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ ἄκρῳ βιβ. γ'. περὶ ζώων ἱστορ.

Ψευδὲς δέ ἐστι καὶ ὅτι περὶ Κτησίας γέγραφε περὶ γονῆς τῶν ἐλεφάντων.

Non habebam in animo quidquam inferre vbi Ctesia non fieret nominatim mentio. Quam enim multa talia ex Aeliano alias describenda, vt ille certè è Ctesia pleraque istos Indicos logos descripserit? Hoc tamen de gallis gallinaceis, & aliud infra de auicula dicere vel ideo inserere visum fuit, quod vtrumque A. Schottus in suis Notis ad Ctesiæ Indica laudet, & è Ctesia exceptum moneat plenius ac latius, quam Photius scilicet fecit. De gallis sane ex Photio supra cap. 3. *Indic. saltem habes, vnde meliores fuisse scias. Audi itaque Aelianum lib.* XVI *de animal.c.*2. *ita scribentem:*

Nascuntur & Gallinacei maximi [apud Indos]: nec rubram habent cristam vt nostri, sed ita variam & floridam, quemadmodum coronam ex floribus contextam. Pennas posteriores non inflexas habent, neque in orbem reuolutas, sed latas, quas cum non erigunt, vt pauones trahunt: eorum pennæ partim auri, partim cærulei vel smaragdi colorem gerunt.

*Apud eundem Aelianum lib.*XVI. *de animal.nat.c.*31.

In his libris, quos Cnidius CTESIAS de rebus Indicis conscripsit, Cynamolgorum gentem ait canes permultos, magnitudine Hyrcanis canibus pares alere solere. Quamobrem vero

Ἀλεκτρυόνες δὲ γίνονται μεγέθει μέγιστοι [ἐν Ἰνδοῖς,] καὶ ἔχουσι λοφιὰν οὐκ ἐρυθρὰν, καθάπερ γε τοὺς ἡμεδαποὺς, ἀλλὰ ποικίλην καὶ τοὺς αὐχένας φαιούς. τὰ δὲ πτερὰ τὰ πυγαῖα ἔχουσιν οὐ κυρτὰ, οὐδὲ εἰς ἕλικα ὀπίσω μεθίεται, οὐδὲ πλατέα, καὶ ὅπερ σύρουσιν αὐτὰ, ὥσπερ οἱ παῶες, ὅταν μὴ ὀρθώσωσί τε καὶ ἀναπτήσωσιν αὐτά. χρόαν δὲ ἔχει τὰ πτερὰ τῶν Ἰνδῶν ἀλεκτρυόνων χρυσοπράσου τε καὶ σμαράγδου λίθου. "χρυσοπράσου τε καὶ σμαραγδῶ

Παρὰ τῷ αὐτῷ Αἰλιανῷ, ἐν τῷ γ' περὶ ζῴ. ἰδιότ. ις'. κεφ. λα'.

Λέγει δὲ ἄρα Κτησίας ἐν λόγοις Ἰνδικοῖς, τοὺς καλουμένους Κυναμολγοὺς τρέφειν κύνας πολλοὺς, καὶ τοὺς Ὑρκανοὺς δὲ μέγεθος· καὶ εἶναί γε ἰσχυροὺς κυνοτρόφους, καὶ τοὺς

1 *Illa iam nunc saltem excerpta Indic. supra c.* 5. *vbi* περὶ τ' τιγρεωπαλε[illegible] (*ita enim cum Haschelio nostro malim*) ἐλεφάντων.
2 *Ir.* αὐτὰς

αἰτίας ὁ Κνίδιος ἐκείνας λέγει· ἀπὸ τῶν θηλειῶν ζητῶν εἰς μεσοῦντα χειμῶνα ὑπὸ φοιτῶσιν αὐλῖς ἀγέλαι βοῶν, οἱονεὶ μελιττῶν σμιλίος ἢ σφηκία κεχινημένη, πλῆθος ἀριθμοῦ κρείττους οἱ βόες. εἰσὶ γὰρ ἀγρῖοι καὶ ὑβρισταὶ, καὶ εἰς κέρας θυμοῦνται δεινῶς. ὅκνῳ ἔχοντες αὐτοὺς διαφέλλειν ἑτέρως εἶδε, τοὺς τροφίμους αὐτῶν κύνας ἐπ' αὐτοὺς ἀφιᾶσιν, ἐς τοῦτο ἀεὶ τρεφομένους· οἱ ῥᾳδίως καταγωνίζονταί τε καὶ ἀφαφλίσσουσιν αὐλῖς ῥᾷστα. εἶτα τῶν μὲν χρεῶν τὰ δοκοῦντα σφίσιν εἶναι ἐδώδιμα, ἀξαιροῦσι· τὰ δὲ λοιπὰ τοῖς κυσὶν ἀποκρίνουσι, καὶ μάλα γε ἀσμένως χαιρωνοῦντες αὐτοῖς, ὡσανεὶ δι' ἐργέτας ἀφορμῶντες. χρὶ τὸν ὥραν δὲ καθ' ἣν οὐκ ἔτι φοιτῶσιν οἱ βόες, στρεμμήρεις αὐλῖς ὅτι τοῖς ζῴοις τοῖς ἄλλοις ἔχουσιν· καὶ τῶν θηλειῶν ἀμέλγουσι δὲ γάλα, καὶ οὐκ τούτου χέχλιωται. πίνουσι γὰρ αὐτό, ὡσανεὶ ἡμεῖς τὸ τῶν ὀΐων τε καὶ τῶν αἰγῶν.

Παρὰ τῷ Πολυδεύκει ἐν τῷ ἐνομαστικῷ ε', κεφ. ε'.

Οἱ δὲ κυναμολγοί, [1] κύνες εἰσὶ περὶ τὰ ἕλη τὰ μεσημβρινά, γάλα δὲ βοῶν ποιοῦνται τὴν τροφήν. καὶ τοὺς ὑπὸ νέας τῷ ἔθνει τῶν θέρους βοῦς Ἰνδικοὺς καταγωνίζονται, ὡς ἱστορεῖ Κτησίας.

Παρὰ τῷ Τζέτζῃ χιλ. ζ. στίχ. ψλθ'.

Εἰ θαῦμα δ' ἡγεμίζοι τις, [2] Ἀραβέων τοὺς καλάμους,
Ὁ Τζέτζης λέγει, τοὺς Ἰνδῶν καλάμους τῷ Κτησίᾳ
Ὡς διοργυίους γράφοντι τὸν πλάτος, τίς πιστεύσοι;
Καὶ τοῖς δ' ἓν γονάτιον δύο ποιῆν ὁλκάδας.

Παρὰ τῷ Ἀριστοτέλει, περὶ ἱστορ. ζῴ. ἐν τῷ β', κεφ. α'.

Διοδόντους δὲ ὁδοὺς οὐδὲν ἔχει τούτων τῶν γενῶν. ἔστι δέ τι, εἰ δεῖ τῷ Κτησίᾳ. ἐκεῖνος γὰρ ὁ Ἰνδὸς θηρίον, ᾧ ὄνομα εἶναι [4] μαντιχώραν, τοῦτ' ἔχειν ἐν ἀμφοτέραις φησὶ τριοδόντους τοὺς ὀδόντας. εἶναι δὲ μέγεθος μὲν ἡλίκον λέοντα, καὶ δασὺ

sit hæc natio tam canum ſtudioſa, cauſſam idem affert. Cum ab æſtiuo ſolſtitio ad mediam hyemem, tanquam apum examina, aut concitata veſparum vis, ſic armenta numero ampliora boum ferorum eos cornibus vehementer incitata appetant & noceant: hi non aliter hæc retundere valentes, canes quos magna cura aluerunt, in ipſos immittunt, qui facile boues debellant, & interimunt. Deinde ante commemorati homines, quas eſculentas carnes exiſtimant, ſibi auferunt, reliquas canibus impertiunt, libenterque communicant, tanquam pro accepto beneficio grati. Reliquo anni tempore cum non amplius eo boues accedunt, ad venandas alias feras ſecum ducunt. Iccircoque Cynamolgi appellantur, quod à canibus lac exprimunt mulctra, tum vero ſic idipſum, quemadmodum nos vel ouillum, vel caprinum, bibunt.

Apud Pollucem Onomaſtic. lib. v. c. 5

Cynamolgi vero, canes ſunt circa meridionales paludes [Indiæ,] qui lacte boum victitant, & incurſantes gentem in æſtate boues Indicos debellant, vti ſcribit CTESIAS.

Apud Tzetzem chiliad. VII, verſ. 739

Si vero miraculum putet quiſpiam Arabum calamos,
Tzetzes recenſet Indorũ calamos ex CTESIA,
Inſtar duorum paſſuum ſcribente in latitudine: quis credat?
Et illis vnum internodiolum duas facere onerarias.

Apud Ariſtotelem de hiſt. animal. lib. II. c. I.

Duplicem vero dentium ſeriem ex his generibus animal nullum habet. Immo eſt quoddam, ſi CTESIAE credere par eſt. Ille enim animal apud Indos cui nomen ſit Mantichora, habere vtrinq; ſecus dentiũ triplicẽ ordinẽ ait: magnitudine vero æquare leonem, & ſimiliter

1 *De Pollace noſtro quid dicam, mehercle neſcio. Aelianum certe rectius inſpexiſſe Cteſiam credam. Et alii etiam certe auctores hos Cynamolgos populos tradant, eoſq; canum feminarum lacte victitaſſe, vnde iis nimirum nomen: in illis etiam Cnidius Agatarchides, apud quem paria habes cum Cteſianis excerptis. Cur itaque Pollux canes cum gente ſua, canina licet & ipſa, confundat, cauſſam non cõminiſcor.* 2 *narrauit vero ex Vranii lib. III. Ἀραβικῶν Tzetzes de calamis ibi, in quibus mortuos reges, & eorum vxores, fratres ac filios ſepeliant ἐν γόνυ τι καλαύκους; illorum calamorum, & calamium μὴ πόλυποδας, πάλιν ἰῶν φύλλ. quibus Cteſiana ſubiicis. talia ſcilicet illa ψεύδη πιστέρα, quibus delectati ſcriptores vani.* 3 *vide Excerpt Ind. ſupra c. 6.* 4 *Notanda diuerſitas ſcripturæ in huius belua vocabulo. Excerpta Ind. ſupra c. 7. habent μαρτιχόρας, vel cum Bau. libro μαρτιχόρας, vt etiam Aelianus & Philoſtratus habet. Ariſtoteles μαντιχόραν vocat, & Plinius etiam* manuchoram *ſicut & Aeliani varia lectio notauit & Brodaus V. miſcell. 24. Cteſiam ſuper his graviter vanitatis arguens.*

pilis

denſum eſſe, nec pedes abſimiles habere. facie autem & auribus humanis ſimilem: oculiſque glaucis. colore rubere vt cinnabari. caudam vero, ſcorpii terreſtris caudæ parem eſſe, in qua aculeum gerat, & agnata eiaculetur ſpicula. vocem illi talem eſſe qualis fiſtula & tuba edatur. celeriter vero currere non aliter ac ceruos, & ferum eſſe, deuorareque homines.

ὁμοίους, καὶ πόδας ἔχειν ὁμοίους. τὸ δὲ πρόσωπον ὑπὲρ ὀλίγα ἀνθρωποειδές. τὸ δὲ ὄμμα γλαυκὸν, τὸ δὲ χρῶμα κιναβαρίου. τὴν δὲ οὐρὰν, ὁμοίαν τῇ τῶν σκορπίων τῶν χερσαίων, ἐν ᾗ κέντρον ἔχειν, καὶ τοὺς ἀπὸ φυάδας ἀπακοντίζειν. φθέγγεσθαι δὲ ὅμοιον φωνῇ σύριγγος καὶ σάλπιγγος· τὸ δὲ τάχος ὑπὲρ ἵππον τῶν ἐλαφρῶν, καὶ εἶναι ἄγριον καὶ ἀνθρωποφάγον.

De eadem bellua & Pauſanias in Bœoticis ex Cteſia:

Περὶ δὲ αὐτοῦ θηρίου ἐκ τῆς Κτησίου καὶ ὁ Παυσανίας ἐν Βοιωτικοῖς.

Iam vero eam belluam quam CTESIAS in hiſtoria de Indis Mantichorã, ab illis ſcribit appellari, à Græcis (*ob præcipuam in homines ſeuitiam*) Androphagũ, non aliam à Tigride eſſe crediderim. Dentium illi in maxilla altera triplex ordo: & in extrema cauda aculeos haber, quibus & ſe cominus tueatur, & venatores eminus tanquam ſagittis petat.

Θηρίον δὲ ὂν τῷ Κτησίου λόγῳ τῷ ἐς Ἰνδοὺς, Μαρτιόρα τοῦτο τῶν Ἰνδῶν, τοῦτο δὲ Ἕλλησι σφίσιν ἀνθρωφάγον λελεχθαί οἱ πείθομαι δὲ Τίγριδος. ὀδόντας γὰρ αὐτὸ τρεῖς ἔχειν κατ' ἄρθρα τὴν γνάθον καὶ κέντρον ὅπλα ἄκρας ἔχειν τῆς οὐρᾶς. τούτοις δὲ τοῖς κέντροις ἐγγύθεν διαμύεσθαι καὶ ἀποπέμπειν ἐς τοὺς πορρωτέρω ὀξύτου ἀνδρὸς οἷς φ ἴσον.

Plinius l. VIII. *c.* XXI. Apud eoſdem [Indos] naſci CTESIAS ſcribit, quam mantichoram appellat, triplici dentium ordine pectinatim coeuntium, facie & auriculis hominis, oculis glaucis, colore ſanguineo, corpore leonis, cauda ſcorpionis modo ſpicula infigentem: vocis, vt ſi miſceatur fiſtulæ & tubæ concentus: velocitatis magnæ, humani corporis vel præcipue appetentem.

De eodem apud Aelianum lib. IV *de anim. c.* 21.

Περὶ δὲ αὐτοῦ τοῦ θηρὸς τοῦ Αἰλιανοῦ ἐν τῷ δ' περὶ ζῴ. κεφ. κα'.

Apud Indos naſcitur violento robore præditum animal, cui Indorum lingua Mantichoras nomen eſt, magnitudine maximi leonis, colore rubrum adeo vt cinnabarim referat: canis modo villoſum: facie eadem prope quæ hominis: dentium triplici vtrinque ordine mucrone acutiſſimorum, caninis maiorum: auribus hominis ſimilibus, niſi quod hæ & grãdiores, & villoſiores ſunt: oculis cæſiis, & his nõ diſſimilibus hominis: pedibus & vnguibus eiſdem qui leonis. ſumma cauda illi ſcorpionis modo, aculeo pluſquã cubitali armata, uo quo letaliter pungit, ſi quem attigerit. reliquum etiam caudæ, vtrinq; aculeis cuſpidatum eſt, quos tanquam tela, ſi quis inſequatur, eminus iaculatur, letaliter pungit. Cum in anteriorem partem verſus aculeos iaculatur, caudam intorquet: ſin retrouerſus Sacarum more aculeos emittit, tum extentiſſime

Θηρίον Ἰνδικὸν, σίαμον τὴν ἀλκὴν, μέγεθος κατὰ τὸν λέοντα τὸν μέγιστον, τὴν δὲ χρόαν ἐρυθρὸν, ὡς κιννάβαρι εἰκάσειεν ἄν τις, δασὺ μὲν ὡς κυνῆ, φαιὸν τὴν ἰνδῶν· μαρτιχόρας ὠνόμασται. τὸ πρόσωπον μὲν ἔχει παραπλήσιον ἀνθρώπου, ὡς δοκεῖν οὐ θηρίον τοῦτο εἶναι, ἀλλ' ἀνθρωπικὸν ὁρᾶν. ὀδόντες τρισὶν οἱ μὲν ἐμπεπήγασιν οἱ δὲ ὧδε αὐτῶν, τρισὶν οἱ κάτω, τὴν ἀκμὴν ὀξύτατοι, τῶν κυνείων σχεδὸν μείζους. τὰ δὲ ὦτα ἔοικεν ἀνθρώπῳ καὶ ταῦτα τὴν μεγαλοσάρκειαν πλάσιν, μείζω μὲν καὶ δασέα. τοῖς δὲ ὀφθαλμοῖς γλαυκὸς ὅδε, καὶ ἔοικασιν ἀνθρωπίνοις καὶ οὗτοι. τὸ δὲ μυκτῆρι νοεῖ καὶ ὄνυξι καὶ οἷοις εἰ λέοντος. τὴν δὲ οὐρὰν ἄκρα τρισὶν ἀστράβαις σκορπίου κέντρου, καὶ εἰ μὲν ἀπολείπει τοῦτο καὶ παρ' ἑκάτερα αὐτοῦ ἡ οὐρὰ κέντρα διείληφεν. ὅταν δὲ οὐραῖον ὃ ἄκρον εἰς θάτερον ἐκτείνῃ τὰ τρισὶν ὀξύτατα, καὶ διέφθαρε τὸ δαχθὲν μέλος. ἐὰν δέ τις αὐτὸ διώκῃ, ὅδ' ἀφίησι τὰ κέντρα πλάγια ὡς βέλη. καὶ ἔστι θηρίον ζῷον ἐκπληκτικὸν. καὶ εἰς τόμωσιν δεινὸν ἐὰν εἰς τοὐπίσω, καὶ τὰς Σάκας, ὅδε ἀποτάδην

1 ἀνθρωποφάγον habent Excerpta.
2 Ἑκατέρας mauult Fr. Sylburgius, vt & interpretatur, vtraque mandipula tripl.
3 ἰσχύει ἀμυνάσθαι, vel ἀμύνεται mauult idem Sylb.

αὐτ' ἐξαρτᾶ. ὅπου δ' ἂν ὁ βληθεὶς τύχῃ, ἀποκτείνει. ἐλέφαντα γ' οὐκ αἴρει μόνον. τὰ γ' ἀκροπτιζόμενα κέντρα πολλαχοῦ ὅμοιός ἐστι, χοίνου γ' ὁ σάκχος. λέγει γ' ἀρα Κτησίας, καὶ φησιν ὁμολογεῖν αὐτῷ τοὺς Ἰνδούς, ὡς τῆς χώρας τῶν ἀπολυομένων ἐκείνων κέντρων ἕτερα αὖθις φύεσθαι ἄλλα, ὡς εἶναι τοῦ κακοῦ τοῦδε διαδοχήν. φιλοῦσι, ὡς ὁ αὐτὸς λέγει, μάλιστα ἀνθρώπινα ἐδώδιμα. καὶ ἀναιρεῖ δὲ ἀνθρώπους πολλούς, καὶ οὐ καθ' ἕνα ἑλόμενος, καὶ ἅμα δ' ἂν ὑπαθροίσας καὶ πείσας, ἢ κρατεῖ τῶν τοσούτων μόνος. καταγωνίζεται γ' ἐν τῶν ζώων τὰ λοιπά, λέοντα γ' οὐκ ἀναιρεῖ ποτέ. ὅτι γ' κρεῶν ἀνθρωπείων ἐμπιπλάμενον τόδε τὸ ζῶον ὑποφαίνεται, καὶ τηρεῖ ἐν τὸ ὄνομα. ὑποφαίνει γὰρ τῇ Ἑλλήνων φωνῇ ἡ Ἰνδῶν, ἀνθρωποφάγον αὐτὸ εἶναι· ἐκ γ' τοῦ ἔργου ἐν κέκληται. πόφυκε γ' ἐν τῇ ἔλαφον ὠκίστου. τὰ βρέφη γ' τῶν δὲ τῶν ζώων οἱ Ἰνδοὶ ἐπιτηροῦσιν ἀκέρδεσι ζώναις ὑραῖς ἔχουσα, καὶ λίθῳ γε ἐπὶ ταῖς θαλάσσαις αὐτοῖς, ἵνα ἀδύνατα ὦσι τὰ κέντρα ἀναφῦναι. φωνὴν γ' σάλπιγγος ὡς ὅτι ἐγγυτάτω προΐεται. λέγει γ' καὶ ἑωρακέναι τόδε τὸ ζῶον ἐν τῷ Πέρσαις Κτησίας, ὃς Ἰνδῶν κομισθὲν δῶρον τῷ βασιλεῖ Περσῶν. εἰ δή τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι ἐστὶν ἐκ τῶν τοιούτων Κτησίας. ἀκούσας γε μὴν πῦρ ἐστὶν ἄσβεστον τοῦδε τοῦ ζώου, εἶτα μύοντι τῷ συμφαφῇ τῷ Κνιδίῳ πεποιήκατε.

caudam porrigit. Aculei quos iaculatur, pedali magnitudine, & ſchœni (*funiculi vel funis*) craſſitudine ſunt: quibus icta omnia, præter ſolum elephantum pereunt. CTESIAS Indos ſibi affirmaſſe ait, locis emiſſorum aculeorum alios ſuccreſcere, vt ſit huius peſtis perpetua ſucceſſio. Humanis, vt idem affert, carnibus maxime delectatur. quocirca complureis homines interficit: nec dum taxat in ſingulos homines inuadit, ſed plureis collectos, vel ipſe ſolus interimit. Reliqua item animalia vincere poteſt, excepto leone. Quod autem humanis carnibus ſeſe complere ei ſuaue ſit, eius nomen oſtendit. Indicè enim ideo Mantichoras appellatur, quod beſtia hominum voraciſſima ſit, ex rebus quas agit nomen trahens. Eadem eſt qua perniciſſimi cerui corporis velocitate. Eius pullos aculeatis nondum caudis armatos venantur, caudaſq; eorum ad ſaxum elidunt, atque crebris ictibus confringunt, vt aculeos ne poſtea producere queant. Vocem edunt maxime accedentem ad ſonum tubæ. CTESIAS apud Perſas hoc animal ſe vidiſſe teſtatur, ex India regi Perſarum muneri miſſum. Hæc CTESIAS ſcriptor Cnidius, penes quem horum omnium fides eſto.

Πρὸς Ἀντιγόνῳ ἐν τῇ ἰσοελῶν θαυμάζων συναγωγῇ, ἰσορ. ρπά.

Τὸ δ' ἐκ τῆς πέτρας Ἀρμηνίων ἐκτρέπον [ὕδωρ] Κτησίαν ἱστορεῖ· ὅτι συμβάλλει ἰχθῦς μέλανας, ὥστε ἐὰν ἀπογεύσασθαι τελευτᾶν.

Apud Antigonum mirab. narrat. cong. hiſt. CLXXXI.

CTESIAM tradere, ex Armeniis petris aquam excidere, quæ ſimul piſces nigros eiiciat, guſtataque interficiat. CTESIAS.

Ἐν τῇ αὐτῇ ἱστορ. ρπβ'.

Περὶ δὲ πυρὸς Κτησίαν φησὶν ἱστορεῖν, ὅτι περὶ τὸ τῶν Φασηλιτῶν χώραν ὄρος τὸ τῆς Χιμαίρας ὄρους ἔστι τὸ καλούμενον ἀθάνατον πῦρ· τοῦτο δὲ ἐὰν μὲν εἰς ὕδωρ ἐμβάλῃς, καίεσθαι βέλτιον· ἐὰν δὲ φορτίον ἐπιβαλὼν τῆξαί τις, σβέννυται.

Ibidem, CLXXXII.

Deigne CTESIAM ait narrare, apud Phaſelitas in Chimæra monte ignem eſſe qui perennis nominetur. qui ignis in aquam coniectus, melius ardeat: ſin onus aliquis iniiciat, extingui.

Plinius lib. XXXI. *c.* 2. CTESIAS in Armenia ſcribit eſſe fontem, ex quo nigros piſces illico mortē afferre in cibis, quod & circa Danubii exortum audiui, donec veniatur ad fontem alueo appoſitum, vbi finitur id genus piſcium. Ideoque ibi caput eius amnis intelligitur fama.

Idem lib. II, *cap.* 106. Flagrat in Phaſelide mons Chimæra, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui vero terra aut fœno, Cnidius CTESIAS tradit.

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ ἐν τῷ ις' περὶ ζῴ. κεφ. λζ'.

Γαράγγαις Ψύλλοις καλουμένοις τῶν Ἰνδῶν, εἰσὶ

Apud Aelianum lib. XVI *de animal. c.* 37.

Apud Indos Pſyllos (nam ſunt etiã al-

1 *Hæc ni fallor è Callimachi Cyrenai ὁμολογίᾳ τῶν παραδόξων affert Antigonus, vt & quod ſequitur.* 2 *emendo* φορυτὸν, *ſimũ, vel* quiſquilias, *quæ alias nauamus paſtus alimentum & fomes, patet ex noſtri Cteſiæ excerptis Ind. ſupra n.* 10. 3 *Pygmæis hæc tribuunt excerpta ſupra c.* 11.

teri

tori Africi) arietibus non maiores equi gignuntur. Itemque oues non magnitudine agnos noſtros ſuperant. Aſini quoque pares naſcuntur, & ſimiliter muli, boues, & quod illic cunque beſtiarum, perparuulũ eſt. Porro apud Indos nullum ſuem neq; ferum neq; cicurem naſci CTESIAS Cnidius ait, & ſuilli generis vſum Indos à ſe deteſtari, & tantopere ab eo veſcendo, quam ab humanis carnibus, abhorrere.

Apud eundem lib. IV. *cap.* 26.

Lepores & vulpes Indi hoc modo venantur. Canibus ad venationẽ non egent, ſed captos aquilarum, coruorum, & inſuper miluorum pullos alunt, & ad venatum inſtituunt: Nempe leporem manſuetum & vulpem cicurem carne appenſa ad curſum dimittunt: & mox immittunt aues carnem eis quam appetunt adempturas. Illę igitur quanta poſſunt celeritate & impetu vel hanc vel illum conſequutæ, carnẽ ſui laboris præmium & eſcam deſideratam ſibi auferunt. Sic inſtitutas ad prædã aues, deinceps in montanos lepores & vulpes feras emittunt: quos illæ itidem ſpe ſolitæ eſcæ perſequuntur, & mox captos dominis adferunt, vt prodit CTESIAS. loco autem carnis prius appenſæ, viſcera captorum eis in cibum permittuntur.

Apud Stephanum in Ethnicis.

Teos. eſt & alia (hoc nomine) ciuitas apud Dirbas in Scythia, in qua narrant ſtagnum plenum eſſe piſcibus. à quibus, quum tranquillum eſt, oleum ſupernatat tanta copia, vt manibus illud hauriant in ſcapham, eoque vtantur.

Apud Aelianum lib. IV *de nat. anim. c.* 27.

Gryphem Indicum animal audio ſimiliter quadrupedem vt leonem eſſe: robuſtiſſimis item exiſtere vnguibus leonum ſimilibus: tum dorſum eius pennis indui nigris, anteriorem corporis partem rubris, alas vero candidis. CTESIAS eos ait ceruicis pennas cæruleas & floridas habere: aquilino ore eſſe, & capite cuiuſmodi pictores fingunt: oculis autem igneis. nidoſque in

γὰρ τῶν Λιβύων ἕτεροι, ἵπποι γίνονται τῶν κριῶν μείζους. καὶ τὰ πρόβατα ἰδεῖν μικρὰ καὶ τὰς ἀρνας. καὶ οἱ ὄνοι ὁ τοσοῦτοι γίνονται ὅ μέγεθος· καὶ οἱ ἡμίονοι, καὶ οἱ βῶς, καὶ πᾶν κτῆνος ἕτερον ὁποιῶν. Ὑπὸ γὰρ Ἰνδῶν οὐ φασι γίνεσθαι, ὅτε ἥμερον, ὅτε ἄγριον. μυσάττονται γὰρ καὶ ἐναίφνης τὸν τῶν ζώων Ἰνδοὶ, καὶ οὐκ ἂν γεύσαιντό ποτε ὑείων, ὡσπερεῶν οὐδὲ ἀνθρωπείων οἱ αὐτοί.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ δ', κεφ. κε'.

Τοὺς λαγὼς καὶ τὰς ἀλώπεκας θηρῶσιν οἱ Ἰνδοὶ δι' τρόπου τοῦτον. κυνῶν εἰς τὰς ἄγρας οὐ δέονται, ἀλλὰ νεοττοὺς συλλαβόντες ἀετῶν καὶ τῶν κορακίνων καὶ ἰκτίνων τρέφουσι, καὶ σιτοδιδοῦσι τιὶ θήρᾳ. καὶ ἔστι δὲ μάθημα· παράγουσι λαγῷ καὶ ἀλώπεκι πιθανῷ κρέας προσαρτῶσι, καὶ μεθιᾶσι θεῖν· καὶ τοὺς ὄρνιθας αὐτοῖς καὶ πόδας ὅτι πέμψαντες, ὅ κρέας ἀφελέσθαι συγχωροῦσιν. οἱ δὲ αὐτὰ κρέατος διώκουσι, καὶ λαβόντες ἢ δι' ἢ τιὶ, ἔχουσιν ὑπὸ τὸ κατάλαβον ἄθλον ὅ κρέας. καὶ τοῦτο μὲν αὐτοῖς δίλεαρ ἐστὶ καὶ μάλα ἐφολκόν. δοκοῦσι δ' ὅταν ἀκριβώσωσι τὴν σοφίαν τιὶ θηρατικῇ, ὅτι τοὺς ὀρείους λαγὼς μεθιᾶσιν αὐτοῖς, καὶ ὅτι τὰς ἀλώπεκας τὰς ἀγελαίας. οἱ δ', ἐλπίδι τῆς δείπνου τοῦ συνήθους, ὅταν τι τούτων φανῇ, μεταθέουσι καὶ αἱροῦσιν ὠκέως, καὶ τοῖς δεσπόταις ἀποφέρουσιν, ὡς λέγει Κτησίας. καὶ ὅτι ὑπὸ τοῦ τέως προσπεπτωκότος κρέως, αὐτοῖς τὰ σπλάγχνα τῶν ἠρημένων ὅ δεῖπνόν ἐστιν. ὀπίσθεν καὶ τοῦτο ἴσμεν.

Παρὰ τῷ Στεφάνῳ ἐν ἐθνικοῖς.

Τέως. ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις ἐν Δίρβαις τῆς Σκυθίας, ἐν ᾗ λέγουσι λίμνην ἰχθύων ἔχουσαν πλῆθος· ἀφ' ὧν βυθίας γεμούσης, ἔλαιον ὅτι πολλάζει τοσοῦτον, ὅσοι χρύεσθαι αὐτοῦ τὰς χεῖρας εἰς σκάφος, καὶ χρῆσθαι αὐτῷ[2].

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ ἐν τῷ δ' περὶ ζῴ. ἰδιότ. κεφ. κζ'.

Τὸν γρύπα ἀκούω ὅ ζῷον ὅ Ἰνδικὸν τετράπουν εἶ καὶ τὰς λέοντας, καὶ ἔχειν ὄνυχας καρτερὰς ὡς ὅπα μάλιστα, καὶ τούτους μὴ ὅτι τῶν λεόντων πολὺ πλησίους· καὶ πτέρυγι ὑπὸ τὰ νῶτα, καὶ τούτων τὸ μὲν πρῶτον τὸ χρῶμα μέλαιναν εἶ ἄδουσι· τὰ δὲ παρύδια ἐρυθρὰ φασί· πτῆς γε μὴν πτέρυγας αὐτῷ, οὐκ ἐπὶ τοιαύτας, ἀλλὰ λευκάς. τὸ δέρμα δὲ αὐτῶν κυανοῖς διανθίζεσθαι τοῖς παρ' ἡμῖν Κτησίας ἱστορεῖ· τὸμα δὲ ἔχειν αἰετῶδες· καὶ τιὶ κεφαλὴν, οἵαν οἱ χρυσοῦν γράφουσί τε καὶ πλάττουσι. φλογώδεις δὲ λέγουσιν ὀφθαλμοὺς φασὶν αὐτῷ. νεοττιὰς δὲ

1 *Pygmæi in Excerpt. c.* 11. 2 *Vbi hic Cteſiæ mentio, aiſ? fateor. Sed lege ſupra excerpt. Indic. fine c.* XI. *& dices lac lacti non tam ſimile.* 3 *vide Excerpt. Ind. c.* 12.

ὅτι τῶν ὀρῶν ποίησαι. ἡ τέλσον μὲν λαβεῖν ἀδύνατον ὅτι, νεοττίοις ὄντες ἀετοῦ. Βάκτριοι μὲν γειτνιῶντες Ἰνδοῖς, λέγουσιν αὐτοὺς φύλακας εἶναι τοῦ χρυσοῦ αὐτόθι. καὶ ἁρπάζειν τε αὐτὸν φασιν αὐτούς, καὶ οὐκ τόπου τοῦ καλιὰς ἐποικοδομεῖν, ὃ δὴ ἀπόῤῥητον Ἰνδοῖς λαμβάνειν. Ἰνδοὶ δὲ ἃ φασιν αὐτοὺς φεύγειν εἶναι τοῦτο τὸ προφανές· μηδὲν γὰρ δεῖσθαι χρυσίου χρῆσθαι· (καὶ ταῦτα εἰ λέγουσι, πιστὰ ἔμοιγε δοκοῦσι λέγειν) ἀλλ' αὐτοὺς μὲν ὅτι τοῦ χρυσίου ἄθεσίν εἰσιν ἀφικνεῖσθαι· τοὺς δὲ ὑπὲρ τῶν σφετέρων βρεφῶν δεδιέναι, καὶ τοῖς ὀπιοῦσι μάχεσθαι. καὶ διαγωνίζεσθαι μὲν πρὸς τἆλλα ζῶα καὶ κρατεῖν ῥᾴστα, λέοντι δὲ μὴ ἀνθίστασθαι, μηδὲ ἐλέφαντι. δειλότατα δὲ αὖ τὴν τῶν τῶν ζώων ἀλκὴν οἱ ὀπίσχωλοι, μεθ' ἡμέραν ὅτι οὐ χρυσὸν οὐ φέλονται, νύκτωρ δὲ ἔρχονται. ἐοίκασι γὰρ τιμωρίᾳ δὲ τοῦ κλοπεῦ λαμβάνειν μᾶλλον. ὁ δὲ χῶρος οὗτος ἔνθα οἵ τε γρῦπες διαιτῶνται, καὶ τὰ χωρία τὰ χρυσοῦ ἐστιν, ἔρημος πέφυκε δεινῶς. ἀφικνοῦνται δὲ οἱ τῆς ὕλης τὸ προφανὲς θηρεταί, καὶ τὰ χίλιοι τε καὶ δὶς τοσοῦτοι ὡπλισμένοι. καὶ ἅμαξας καὶ μίζουσι σάκκους τε, καὶ ὀρύττουσιν, ἀσελήνου νύκτα ἐπιτηρεῖν δόντες. ἐὰν μὲν γὰρ λάθωσι τοὺς γρῦπας, ὠφέλιμος διπλῆν ἡ ὄρυξις. καὶ γὰρ σώζονται, καὶ μύσται καὶ οἰκαδε ὂν φόρτον κομίζουσι. καὶ ἐκκαθάραντες οἱ μαθόντες χρυσωρυχεῖν σοφίᾳ τινὶ σφετέρᾳ, πάμπολλον πλοῦτον ἐκ τῶν κινδύνων ἔχουσι τῶν προφανῶν. ἐὰν δὲ καταφωρᾶσθῶνται, ἀπολώλασιν. ἐπὰν δ' ἔρχονται εἰς τὰ οἰκεῖα, ὡς τριῶν ἐνιαυτῶν, διετοῦς τέ που καὶ τετάρτου.

mõtibus facere: vtq; ætatis proceſſu grãdes nõ capi, ita earũ pullos comprehendi poſſe. Bactri autẽ Indis finitimi eos illic auri cuſtodes eſſe, aurumq; effodere aiunt, & ſimul eo ipſo nidos conſtruere: quod vero auri in terrã deciderit, Indos homines auferre. Contra Indi eos auri, quod veri quidem ſimile videtur, cuſtodes eſſe negant: neque enim Gryphes auri egere: ſed cum ad colligendum aurum homines acceſſerunt, hos de pulis ſuis maiorem in modum timentes, pro eis pugnare. atque cum aliis etiam animalibus concertare, eaque facillime vincere: contra autem leones & elephantos non ſtare. Indigenæ, quod ab huiuſmodi animalium robore timeant, non interdiu, ſed ad collectionem auri noctu proficiſcuntur, quod ſe tum melius latere arbitrentur. Locus vbi Gryphes verſantur, ac vbi aurum effoditur, deſertiſſimus eſt. Quo circa aurũ venari ſtudentes, mille, aut bis mille armati eo perueniunt, ſimulque ligones & ſaccos afferunt, ſilentem lunam obſeruantes. Quod ſi Gryphes fallant, duplicem commoditatem aſſequuntur, quod & eorum vita ab illorum atrocitate ſeruatur, & ſimul aurum domum auehunt: vbi auro purgato ab iis qui hanc artem callent, ingentes ſibi pro periculis opes comparant. Sin in furto deprehendantur, perierunt. Cum ſemel eo profecti ſunt, domum non niſi triennii, aut quadriennii interuallo reuertuntur.

Παρὰ τῷ Ἀριστοτέλει, περὶ ζῴ. ἱστορ. ἐν τῷ θ', κεφ. κη'.

Ἐν δὲ τῇ Ἰνδικῇ, ὥς φησι Κτησίας, οὐκ ὢν ἀξιόπιστος, ὅτι ἥμερος ὅτ' ἄγριος σῦς.

Apud Ariſtotelem de hiſtor. animal. l. VIII, cap. 28.

In Indica autẽ regione, vt ait CTESIAS, parum ille fide dignus, nec cicur nec ferus ſus inuenitur.

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ ἐν τῷ περὶ ζῴ. ἰδιότ. γ'. κεφ. γ'.

Σῦν οὔτε ἄγριον οὔτε ἥμερον ὁ Ἰνδὸς γενέσθαι λέγει Κτησίας. προφάσει δὲ τοιᾷδε· ὅτι τὰ ἐκείνων ὄρη, σπήχεως ἔχειν ὁ πλάτος φησίν.

Apud Aelianum lib. III de nat. animal. cap. 3

Suem apud Indos neque ferum neque manſuetum naſci CTESIAS prodidit: & oues eorum alicubi caudas cubitum latas habere.

Hic ſubiicienda illa quæ inter excerpta à Photio in Cod. Bauarico leguntur, pag. ſupra 661. cap. XV. vt ea pag. v. penult. ad Notas D. Hæſchelii monui. Sunt autem hæc:

1 *Excerpt. Indic. c. 13. adde & fragmentum paullo ante ex Aeliani lib. XVI. cap. 37. allatum, vbi de eadem re.*
2 *Excerpt. Indic. ſupra c. 13.*

De Se-

interpr. A. Schotto.

De Seris ferri ait, itemque de vlterioribus Indis, immania prorsus illos habere corpora, vt tredecim ibi cubitos alti viri reperiantur, quorum æque vita ducenteſimum excedat annum. Viſos & in Gaitæ fluminis quadam parte ferinos homines, hippopotami fere cute, quam ne tela quidem ipſa perfoderent. In illa ipſa India (vt ferunt) ad intimas marinæ inſulæ partes, prælongas geſtare caudas incolas, quales vel Satyris adpingi ſolerent.

Apud Aelianum lib. IV. *de nat. animal. c.* 41.

Paruularum quarundam auium Indicarum natio in excelſis & inacceſſis rupibus nidificat, quarum magnitudo accedit ad ouum Perſicum, ſandaracino colore: Indi ſua lingua Dicærum ſolent nominare: Græci, ſicut audio, Dicæum. eius ſtercus ſi quis milii magnitudine ſumpſerit in potionem diſſolutum, ad veſperam morietur: mors ſuaui ſomno ſimilis eſt, & nullum omnino ſenſum doloris habet. *&c.*

Apud Apollonium hiſtor. mirabil. hiſtor. XVII.

ex Ctes. Epit. CTESIAS ſcriptum reliquit, lignum apud Indos naſci, quod appelletur Parybum. id omnia oblata ad ſe trahere, aurum, argentum, cuprum, æs, & omnia alia metalla: quinetiam paſſerculos in propinquo locatos. Quod ſi maius incrementum fecerit, trahere etiam ad ſe capras, oues & æqualia animalia.

Apud Tzetzem chil. VII, *verſ.* 714.

Et CTESIAS *in Indis eſſe talia dicit, Electriferas arbores, atque Cynocephalos, Iuſtos valde autem dicit, viuere vero ex venationibus.*

Apud Aelianum de nat. animal. lib. IV, *cap.* 46.

In eodem Indiæ tractu vbi can- * vſque frag. thari iam dicti *, Cynocephali etiam reperiuntur: quibus à facie & corporis ſpecie nomen inditum. [nam caput caninum] cetera fere humana ha-

Λέγονται οἱ Σῆρες, καὶ οἱ ἄνω Ἰνδοὶ μέγιστα σφόδρα εἰς τὰ σώματα, ὡς δυείκοσι πήχεσιν ἄνδρας εὑρίσκεσθαι τὸ μῆκος βιοῦντες δὲ οὐκ ἐλάττω τὰ ἑκατὸν ἔτη[1]. εἰσὶ δὲ καὶ ἐν μέρει τινὶ ποταμοῦ, λεγομένου Γαίτου, ἄνθρωποι θηριώδεις, καὶ τὸ δέρμα τοῦ ἱπποπόταμοις, ὡς μὴ ἐξικνεῖσθαι βέλεσιν. ἐν δὲ τῇ αὐτῇ Ἰνδικῇ, εἰς τὰ μυχαίτατα τῆς πελαγίας νήσου, φασὶ τοὺς ἐποικοῦντας κατὰ χώρας ἔχειν μείζους, ἐπείας ἐξαγορεύουσι τοὺς σατύρους[2].

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ, ἐν τῷ δ' περὶ ζῴ. ιδ. κεφ. μά'.

Ἔθνος ὀρνίθων Ἰνδικῶν βραχυπάτων καὶ τοῦτο εἶναι αὐτὸ ἐν τοῖς παγοῖς τοῖς ὑψηλοῖς νεοττεύει, καὶ ταῖς πέτραις ταῖς καλουμέναις Λιπαραῖς. καὶ ἔστι δὲ μέγεθος τὰ ὀρνίθια, ὅσον τοῦ ὠοῦ τοῦ ὀρδίκου. σανδαράκινα δέ μοι νοεῖ τὰ χρώματα αὐτῶν. καὶ Ἰνδοὶ μὲν αὐτὸ φωνῇ τῇ σφετέρᾳ δίκαιον φιλοῦσιν ὀνομάζειν· Ἕλληνες δέ, ὡς ἀκούω, δίκαιον. τούτου δὲ ἀποπάτημα εἴ τις λάβοι ὅσον κέγχρου μέγεθος, λύει τὸν πόνον, εἶτα εἰς ἑσπέραν ἀπέθανεν. ἔοικε δὲ ὁ θάνατος ὕπνῳ, καὶ μάλα ἡδεῖ καὶ ἀνωδύνῳ &c.

Παρὰ τῷ Ἀπολλωνίῳ ἐν ἱστορίαις θαυμασίαις, ἱστορ. ιζ'.

Κτησίας παρ' Ἰνδοῖς ξύλον γίνεσθαί φησιν, ὃ καλεῖται πάρυσον. τοῦτο ἐφ' ἑαυτὸ ἕλκει πᾶν ὅ τι προσκομισθὲν αὐτῷ, οἷον χρυσὸν, ἄργυρον, χαλκὸν, καὶ τἄλλα μεταλλικὰ πάντα. ἕλκει δὲ καὶ τὰ στρουθία ἐγγὺς ἱστάμενα στρουθία. ἐὰν δὲ μείζον ᾖ τὸ ξύλον, καὶ αἶγας, καὶ προβατα, καὶ τὰ ὁμοίως ζῷα.

Παρὰ τῷ Τζέτζῃ χιλ. ζ'. στίχ. ψιοθ'.

Καὶ ὁ Κτησίας ὁ Ἰνδοῖς ἐλθὼν τοιαῦτα λέγει,
Ἠλεκτροφόρα δένδρα τε, καὶ τοὺς κυνοκεφάλους.
Δικαίους τοὺς αὐτοὺς φησὶ, ζῶσι δὲ ἐκ τῶν ἀγρευμάτων.

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ, περὶ ζῴ. ιδ. βιβλ. θ', κεφ. μς'.

Γίνονται δὲ ἐνταῦθα τῆς Ἰνδικῆς ἔνθα οἱ καθαροὶ, καὶ οἱ καλούμενοι Κυνοκέφαλοι[6]· οἷς ἔδωκε τὸ ὄνομα ἡ τοῦ σώματος ὄψις τε καὶ φύσις· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἀνθρώπων ἐ-

1 *Notat D. Hæſchel. ex Lucian.* Σῆρας μὲ ἱστορεῖ μίχρι πεντακοσίων ζῆν ἐτῶν. *Et A. Schottus:* De Seris Lucian. quoque prodidit refert, ad trecenteſimum eos vitæ annum pertingere. 2 *De his puto eſſe è Cteſia excerpta quæ Ælianus lib.* XVI. *de nat. animal. c.* 21. *quæ adſcribere non vacat. Et Plinianæ lib.* VII. *c.* 2. Sunt & Satyri ſubſolanis Indorum montibus *&c. quæ videntur cum aliis è Cteſia deprompta.* 3 *v. Excerpt. c.* 17. 4 πάρυσον *eſt ſupra in Excerpt. Indic. c.* 18. 5 *v. Excerpt. c.* 19. 6 *v. Excerpt. c.* 20.

χυσι. καὶ ἡμφιεσμένοι βαδίζουσι δοράς θηρείων, καὶ εἰσὶ δίκαιοι, καὶ αἱ θεῶν λυποῦσι οὐδένα, καὶ φθέγγονται μὴ σαφῶς, ὠρύονται δὲ· τὴν μὲν Ἰνδῶν φωνῆς ἐπαίουσα. τροφὴ δ' αὐτοῖς τῶν ζώων τὰ ἄγρια. αἱροῦσι δ' αὐτὰ ῥᾳδίως. καὶ γὰρ εἰσιν ὠκύτατα, καὶ ἀποκτείνουσι καταλαβόντες, καὶ ὀπτῶσιν οὐ σαφῶς, ἀλλὰ πρὸς τῷ εἰλικρινῶς τὰ κρέα ἡλίῳ εἰς μοίρας διαξηράναντες. τρέφουσι δὲ καὶ αἶγας καὶ ὄϊς. καὶ σῖτον μὲν ποιοῦνται τὰ ἄγρια· οἴνου δὲ οὐκ ἔστιν ὅτου γεύονται.

Τῶν αὐτῶν κεφαλαίων τὸ πρῶτον μέρος.

Ἐν Ἰνδοῖς γίνεται θηρία τὸ μέγεθος ὅσον δύο γένοιντο οἱ κάνθαροι· καὶ ἔστιν ἐρυθρά, κινναβαρεῖ δὲ εἰκάσαις ἂν εἰ πρόσωπον θαλάσσιον αὐτά. πόδας ἔχει ταῦτα μηκίστους, καὶ προσάψασθαι μαλακά ἐστι. φύεται δὲ ἁπαλὸν ὅτι τῶν δένδρων τῶν φερόντων τὸ ἤλεκτρον. καὶ σιτεῖται τὰ τῶν φυτῶν καρπὸν τῶνδε. θηρῶσι δὲ αὐτὰ οἱ Ἰνδοί, καὶ ἀποθλίβουσι, καὶ ὃς αὐτῶν βαπτοῦσι ταύτῃ φοινικίδας, καὶ τοὺς ἵππους αὐταῖς χιτῶνας, καὶ πολλῷ ὅσῳ πλείστῳ ἐς τὴν δὲ τὴν χρόαν ἐκτείνασθαι τε καὶ χρῶσαι. κομίζεται δὲ ἁρπαὶ πιάδε ἐς Ἰνδοὺς καὶ τῷ Περσῶν βασιλεῖ. καὶ τόγε δίφθερον ἐσθῆτος δοκεῖ θαυμαστόν, καὶ αἰπὺ κρίνουσί γε τοῖς Περσῶν ὅτι χωρίοις, καλεῖσθαι τε πολὺ καὶ ἐκπλήττειν, ὥς φησι Κτησίας. ἐπὶ καὶ τὰ ἀδόλωτα τῶν Σαρδιανικῶν ὀξύτερα τίθεσθαι καὶ ἡλικρινέστερα.

Πρὸς τῷ αὐτῷ ἐν τῷ αὐτῷ βιβ. κεφ. νβ'.

Ὄνους ἀγρίους οὐκ ἐλάττονας ἵππων τὸ μέγεθος ἐν Ἰνδοῖς γίνεσθαι πέπυσμαι. καὶ λευκοὺς μὲν τὸ σῶμα, τὴν γε μὴν κεφαλὴν ἔχειν πορφύρα. τοὺς δὲ πλησίον τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποστίλβειν κυανῷ χρόα· κέρας δ' ἔχειν ὅτι τὸ μετώπιον, ὅσον πήχεως τὸ μέγεθος καὶ ἡμίσεως προσέτι. καὶ τὸ μὲν κάτω μέρος τοῦ κέρατος εἶναι λευκόν· τὸ δ' αὖ ὑπερτέρω, φοινικοῦν· τὸ δὲ μέσον, μέλαν δήπουθεν. οὐκ δὴ τῶνδε τὰ ποικίλα κέρατα πίνειν Ἰνδοὺς ἀκούω, καὶ ταῦτα ὑπὸ νόσου, μὴ ἂν τοὺς τῶν Ἰνδῶν κρατῆσαι φαρμάκων αὖ οὐδὲν χρυσοῦν ἐπιχέοντας, οἱονεὶ φιλίοις ποτὲ κεκομισμένους βασιλέως ὡραῖον ἀγάλματος. καὶ φασὶ νόσων ἀφύκτων εἶναι καὶ ἀπείρων γεύεσθαι ὃν ἂν πογευσάμενον οὐκ τοῦδε τοῦ κέρατος· μήτε γὰρ ἀσαμένῳ λυθῆναι αὖ οὐδὲν, μήτε τῇ καλουμένῃ ἱερᾷ νόσῳ, μήτε μὴν ἀφαφθαρῶσαι φαρμάκοις. ἐὰν δέ τι καὶ πρότερον ἢ πεπωκὼς κακὸν, αἱρεῖν τοῦτο, καὶ ὑγιᾶ γεύεσθαι αὐτόν. πεπίστευται δὲ τοὺς ὄνους τοὺς ἀπὸ πᾶς τοῦ γλοῦ ὄνους καὶ ἡμέρους καὶ ἀγρίους, καὶ τὰ ὄνατα τὰ

bent: & vestiti pellibus ferarum ingrediuntur. Iusti sunt, hominum nemini molesti aut iniurii. non sermone, sed vlulatu sonant. Indorum tamen linguam intelligunt. Venatione animaliũ ferorum viuunt, quæ, vt sunt celerrimi, facile consecuti interimunt, & frustatim diuisa ad solem assant. Capras etiam & oues alunt, vt ex lacte potu fruantur.

Eiusdem capitis prima pars.

Nascuntur Indis animalia magnitũdine qua canthari, colore rubrõ, cinnabari proximo, pedibus longissimis, tactũ molli. Ea in arboribus quæ succino manant gignuntur, & earundem corticibus aluntur. Indi his captis expressisque, puniceas vestes exteriores interioresque tingunt, & quicquid aliud eodem colore inficere libuerit. Huiusmodi vestis etiam Persarum regi mittitur. Mirantur enim eam Persæ, & suis vernaculis pulchritudine pretioque anteponunt, authore CTESIA. nam vel celebribus illis Sardianis floridior ac splendidior est.

Apud eundem eod. libro, c. 52

Syluestres asinos equis magnitudine non inferiores apud Indos nasci accepi; eosque reliquo corpore albos, capite vero purpureo, oculisque cyaneis esse; cornuque in fronte gerere sesquicubiti longitudine: cuius superius puniceum, inferius autem album, medium verò plane nigrum sit: atque non omnes quidem Indos, sed potentiores, cum tanquam armillis quibusdam brachia, sic cornua auro ornarunt, ex his ipsis bibere solere. Ex hoc cornu bibentem ab insanabilibus morbis tutum fieri, neque eum ipsum conuulsionibus corripi, neque sacro morbo tentari, neq; venenis vllis ferunt. Quinetiam si quid prius pestilens biberit, tum id euomore, tumque ad sanitatem redire. Cum autem ceteri asini, quibuscunque in terris sint, tam domestici, quam syluestres, tum cetera

1 Excerpt. c. 21.

soli-

solipeda animalia, talos non habeant, neque fel in iecore, vt fertur: asinos Indicos cornigeros CTESIAS inquit, talis primum, iisq; nigris, præditos esse: eosdemque si quis confregerit, interiora quoque nigra deprehensurum esse: neq; felle eos carere: neque modo corporis velocitate longe multumque ceteros asinos superare, sed & velocitate eadem multo equis & elephantis præstare. Cum autem in viam se dederunt, tardius primo ingrediuntur, deinde paulatim tantum confirmantur ad contendendum iter, eos quidem vt assequi nemo possit. Postea autem quàm feminæ pepererunt, patres circum pullos à partu recentes summa custodia versantur, eorumque commorationes locis Indiæ desertissimis sunt. Cum à venatoribus Indis inuaduntur, pullos suos adhuc ætate infirmos à tergo suo pascentes habent, atque pro eis propugnant: contra equites audent venire, eosque cornibus ferire. Tanto sane hi robore existunt, nihil eis vt obsistere queat, quin statim vel concedat: vel, si non cesserit, frangatur, aut aliter atteratur & euadat inutile, & perdatur. equorum etiam incursu latera discerpunt, ac lacerant, vt viscera effundantur: ex quo fit, vt ad eos equites appropinquare valde metuant. appropinquatio enim capitalem ipsis pariter & equis mulctam miserabiliter infert. Pergrauiter calcibus pugnãt. Eorum morsus eatenus acerbiores existunt, vt quicquid comprehenderint, funditus diripiant. Ex his qui sunt confirmata ætate viuos non ceperis, iaculis & sagittis perimuntur. Carnes eorum quod amarissimæ sint, haud quaquam esculentæ.

μώνυχα θηλέα ἀστραγάλους οὐκ ἔχειν, οὐδὲ μὴν ὀδὴ τῷ ἥπατι χολήν. ὄνους δὲ τοὺς Ἰνδοὺς λέγει Κτησίας τοὺς ἐχοντας κέρατας ἀστραγάλους φορεῖν, καὶ ἀχόλους μὴ εἶναι. λέγεται δὲ μέλανας εἶναι οἱ ἀστράγαλοι, καὶ εἴ τις αὐτοὺς συντρίψει, εὑρήσει τοιοῦτοι τὰ ἔνδον. εἶναι δὲ καὶ ὠκίστους οἵους οὐδὲ ὅμοιον τῶν ὄνων, ἀλλὰ καὶ ἵππων, καὶ ἐλεφάντων. καὶ ἐπὰν δράμωσιν μὲν ἡσυχῇ τὸ δέσμιον, καὶ μικρὰ διαπροώμενοι. καὶ διώκειν ἐκείνους, τοῦτο δὴ ὃ ποιητὴν, μιμεῖσθαι τὰ ἀνίχνη τὰ ὄπισθεν. ὅταν γε μὴν ὁ θῆλυς τέκῃ, καὶ πρόσω γένηται τὰ δέρματα, σώζουσι αὐτοὺς οἱ πατέρες αὐτῶν γίνονται, φυλάττοντες τὰ βρέφη. διατελοῦσι δὲ τοῖς ὄνοις τοῖς Ἰνδικοῖς πεδίοις τὰ ἐρημότατα. διατρίβοντων δὲ τῶν Ἰνδῶν ἐπὶ τὴν ἄγραν αὐτῶν, τὰ μὲν ἀπαλὰ καὶ ἔτι νεαρὰ, ἑαυτῶν νέμεσθαι κατόπιν ἐάσιν, αὐτοὶ δὲ προμαχοῦσι, καὶ διώκουσι τοῖς ἱππεύσιν ὁμόσε, καὶ τοῖς κέρασι παίουσι. τοσαύτη δὲ ῥώμη καὶ ἰσχὺς ἐστὶ τῶν δώων, οὐδὲν ἀντέχει αὐτοῖς προσιόν, ἀλλ' εἶναι καὶ ἀφαιρεῖσθαι, καὶ ἐὰν τύχῃ κατέθλασαν, καὶ ἀχρεῖον ὄντα. ἤδη δὲ καὶ ἵππων πλευραῖς ἐμπεσόντες διέσχισαν, καὶ τὰ σπλάγχνα ἐξέχεαν. ἔνθεν τοι καὶ ὀρρωδοῦσιν αὐτοῖς πλησιάζειν οἱ ἵππεῖς. ὃ γὰρ τοῖς πήμασι τοῖς ἀμφὶ θανάτου πλησίον, θανάτου ὄντα οἰκεῖος αὐτοῖς, καὶ ἀπόλλυται καὶ αὐτοὶ καὶ ἵπποι. δεινοὶ δέ εἰσι καὶ λακτίσαι. δηλήματα δὲ ἅρα ἐς τοσοῦτον καθικνεῖται αὐτῶν, ὡς ἀποσῶσαι δὲ τὸν ἑλόντα πολλῷ. ζῶντα μὲν οὖν τέλειον οὐκ ἂν λάβοις, βάλλονται δὲ ἀκοντίοις καὶ οἷς οἷς. καὶ τὰ κέρατα οὕτως τὰ ὀξέα ἀπὸ τῶν Ἰνδοὶ νεκρῶν σκυλεύσαντες, ὡς εἶσον τοξεύουσιν. οὕτω δὴ Ἰνδῶν ἄβρωτόν ἐστι κρέας· ὃ δὲ αἷμα τέφυκεν εἰς πικρότατον.

Apud Aelianum lib. V de natura animal. c. 3.

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ περὶ ζώων ἰδιότ. ἐν τῷ ε, κεφ. γ.

Indus fluuius bestiarum ferarum expers est. solum in eo nasci vermem aiunt, speciemque eorum qui ex ligno gignuntur & aluntur, gerere, ad septem cubitorũ longitudinem & eo amplius procedere. eius crassitudinem decem annos natus puer, manibus vix cõplecti queat. Iis in superiori oris sede vnus dẽs inest, in inferiori alter, ambo quadrãguli cubiti fere lõgitudinẽ habẽt: tã validi,

Ὁ ποταμὸς ὁ Ἰνδὸς ἄθηρός ἐστι. μόνος δὲ αὐτῷ πίκτεται σκώληξ φασὶ, καὶ ὁ μὲν εἶδος αὐτῶν, οἷοίον δήπου καὶ τοὺς ἐκ τῶν ξύλων γλυφομένους τε καὶ τρεφομένους. ἐπὰν δὲ τὸ μῆκος προήκουσιν οἱ ἐκεῖθι, διαρθρεῖται δὲ καὶ μείζοις ἢ ἐλάττοις. ὁ πάχος δὲ αὐτῶν, δεκαέτης παῖς γενόμενος μόλις ταῖς χερσὶ περιβάλλειν δύναται. τούτοις δὴ αὖ μὲν, εἰς ὀδοὺς προφαίνεται, καὶ τὸ δὲ ἄλλος, τετράγωνοι δὲ ἄμφω, πυγμὴν ὁ μῆκος. τοσοῦτον δὴ ἅρα τῶν ὀδόντων αὐτοῖς ὁ κρᾶτος ἐστὶ·

1 Ista plaraque in excerpt. supra c. 25. 2 Excerpt. Ind. c. 1. & descriptio vermis cap. 27.

